
1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

64

[illegible] 5 f.
Weitzel
[illegible] 1854.

Stud. Weizel

C. IVLII CAESARIS
COMMENTARII

DE

BELLO GALLICO ET CIVILI

ACCEDVNT LIBRI

DE

BELLO ALEXANDRINO AFRICANO
ET HISPANIENSI

E RECENSIONE

FRANCISCI OVDENDORPII

POST

CELLARIVM ET MORVM

DENVO CVRAVIT

IER. IAC. OBERLINVS

ARGENTORATENSIS

INSTITVTO LITTER. FRANCICO ADSCRIPTVS

EDITIO NOVA

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXIX

LECTORI SALVTEM.

Ediderat ante hos centum annos Vir clar. CHRISTOPH. CELLARIVS in vſum ſtudioſae iuuentutis C. IVLII CAESARIS commentarios, conſueta induſtria emendatos, notis, tabulis et indicibus inluſtratos. Eam editionem aliquoties repetitam anno ſuperioris ſaeculi octogeſimo ſub incudem reuocauit Vir celeb. SAMVEL FR. NATHAN. MORVS, qui, DAVISII, CLARKII et OVDENDORPII in eum auctorem laboribus vſus, terſiorem emiſit in lucem. Contulit et aliorum animaduerſiones, tum eorum, quos iam IVNGERMANNVS Caeſari ſuo iunxerat, tum recentiorum, MARKLANDI, GVISCHARDI aliorumque, quos inter autem obſeruata THOMAE BENTLEII et IAC. IVRINII, ſaepe nimium ſedula, edita Londini a. 1742. oculis optimi viri ſeſe ſubtraxerant. Veteres etiam hiſtoriae Romanae ſcriptores Graecos, PLVTARCHVM, DIONEM CASSIVM, APPIANVM, ſtudioſe contulit, parcius IVLIVM CELSVM, qui de vita Caeſaris ſcripſit, nec niſi, vbi extricando ſenſui vel ſtabiliendae lectioni videbatur inſeruire. Obſtetriciam manum Caeſari poſt Morum commodare inuitatus, et

alia quaedam, passim a doctis viris, et in his a cryptonymo in Miscell. Lipsiens. nouis t. 2. sub litteris I. C. H. latente, animaduersa, in vsum trahenda putaui, et lectionis varietatem paullo frequentius discutiendam, qua re potissimum iis, qui, maiore ista OVDENDORPIANA editione a)), hodie admodum rara, destituti, ad explicandum iunioribus auctorem accedunt, gratum me fecisse confido. Nec iniucundum hoc accidet aliis, qui proprio Marte in Caesarem legendum incumbunt, quum sic de ratione lectionis acceptae aptius iudicare liceat. Tum cauendum arbitrabar, ne tirones, quod vulgo fieri consuevit, quamcumque lectionem in sua quisque editione inuenerit, eam ipsius scriptoris fuisse putent.

Sicubi, quod parce factum, ab Oudendorpiana, quam et Morus suam fecerat, recensione recessi, quae me ratio mouerit, indicaui. Fragmenta Caesaris et testimonia veterum restitui, a Moro neglecta. Huius diligentiae sedulae indices debet lector, quos pauculis hinc inde adspersis auxi. Recentius quaedam animaduersa in Mantissam conieci.

In iis locis, quae de Gallorum Germanorumque religione et moribus agunt, itemque de Germaniae animalibus, recte iudicasse Mo-

---

a) Prodiit L. B. 1737. 4. 2 Vol. Omissis notis dein repetita paucis mutatis ib. 1740. 8.

rum cenſeo, „de his rebus moderandum eſſe ita iudicium, ne tempora miſceantur, ne vel TACITVS vel CAESAR, ſi quando diſſentiant, neceſſarii erroris arguantur, ne Romanis vocibus expreſſa propterea ad Romanos mores revocentur, ſed vt ipſius nationis domeſtica ſentiendi agendique conſuetudo ab illis vocabulis exteris ſecernatur, ne nimium tribuatur etymologiae verborum obſoletorum." Quod ad illa loca adtinet, quibus ſtructurae pontium, machinarum aliarumque rerum, item artis ipſius militaris ſit mentio, ad eos auctores recte Morus lectores ablegandos ſuaſit, qui de talibus ex profeſſo et data opera tractarunt, quorum aliquos mox indicabimus.

De ipſis Caeſaris commentariis diuerſa doctorum virorum iudicia inde a renatis bonis litteris eſſe lata, notum eſt ſatis; neque heic repetenda eſſe iudico, quae in vtramque partem ſunt diſputata. Veterum teſtimoniis, CICERONIS, STRABONIS, SVETONII, APPIANI aliorumque vindicata ſunt ſatis ſuperque ſcripta ſua, Romano Duci, vt non audiendi videantur, qui contra ſenſere. De IVD. CARRIONIS, RICHARDI SIMONIS aliorumque dubiis videri poſſunt VOSSIVS de Hiſtor. Latinis I, 13. et FABRICIVS in Bibliotheca Latina I. 1. Recentiori aeuo labefactare Caeſaris fidem ſtuduere quidam, de quibus non abs re fuerit quaedam heic notaſſe. Prodierat b) auctore DAVON

b) à Geneve 1779. 12.

une Analyse critique des faits militaires de César, raçontés par lui-même. Huic respondit DE VAVDRECOVRT, *Major du régiment d'Infanterie de Rouergue,* in *Commentaires de César, traduction nouvelle, suivie d'un examen de l'analyse critique, que M. Davon a faite de ces guerres.* c) Fusius longe per omnes Caesaris Commentarios a capite ad calçem crisin exercuit *le Général-Major* DE WARNERY in *Mélange de remarques surtout sur César et autres militaires etc.* d) Mirum est videre, quam nihil hic intactum reliquerit. Ita negat, Caesaris esse commentarios, diu post eius fata scriptos. Ridet et exagitat, quae de muro prope Geneuam, de celeritate Caesaris in adducendis legionibus, de bello cum Arionisto, de obpugnatione Bibractis, de expeditione P. Crassi, de bello cum Germanis, de expeditione in Britanniam, de bello in Nerviis, de expeditione in Aruernos et Ceuennam, de proelio ad Pharsalum, de bello Alexandrino et Hispanico referuntur. Iniquiora esse Warnerii iudicia, vt facile patet, ita ostendere fategit vir doctus, Centurio Wurtembergicae militiae, IAC. FRID. ROESCH in *Commentar über die Commentarien des Caesar, als eine Beantwortung der Remarques sur César des H. Gen. Major von Warnery.* e)

c) à Paris 1787. 8.
d) à Varsovie 1782. 8.
e) Halle 1783. 8.

Quae paullo ante inter duumviros rei militaris peritos, CAR. GVISCHARDVM, sub nomine Q. ICILII notum, et DE LO-LOOZ intercesserant de Caesare lites, non praetereundas existimo. Scilicet GVISCHARDVS occasione celeberrimi operis CAR. FOLARDI Equitis, quo Polybium sibi sumserat inlustrandum, ediderat *Mémoires militaires des Grecs et des Romains — où l'on releve les erreurs de Folard et autres, avec l'analyse de la campagne de J. César en Afrique.*[f]) Contra eius adsertiones publicauit *le Chev.* LO-LOOZ *Recherches d'antiquités militaires avec la défense du Chev. Folard contre les allégations insérées dans les mémoires militaires sur les Grecs et les Romains.* Ad haec respondit iterum GVISCHARD *dans ses Mémoires critiques et historiques sur plusieurs points d'antiquités militaires.*[g]) Sed nec sic controversiae finis fuit. Regessit enim iterum DE LO-LOOZ *Défense du Chev. de Folard contre les nouvelles opinions sur la méthode des anciens etc. — avec une explication du méchanisme de la tour construite au siège de Marseille par les Romains, du blocus d'Alésie, de la bataille de César contre Labienus etc. opposée aux Mémoires critiques de M. Guischard.*[h])

f) à la Haye 4. 1758. 2 Vol. et à Lyon 8. 1760. 4 Vol. et ailleurs.

g) à Berlin 4. 1773. 1 Vol. et 8. 4 Vol.

h) à Bouillon 8. 1776.

In hac horum virorum lite meretur potissimum adtendi quaestio, quo tempore Caesar commentarios suos scripserit. Scilicet cel. PERROT D'ABLANCOURT putarat factum id esse quauis vespera; GVISCHARDVS circa finem singulorum bellorum; LO-LOOZ demum post omnia bella finita. Hanc opinionem refutauit GVISCHARDVS in fine *des Mém. crit.* p. 539 ex rationibus sequentibus. 1) CICERO in *Bruto*, scripto ante bellum ciuile vel eius initio, iam loquitur de Commentariis Caesaris c. 75, quos inpense laudat. 2) Si Caesar scripsisset Commentarios post bellum ciuile finitum, non adesset lacuna inde a L. 7 de bello Gallico, quae fuisset ab HIRTIO subplenda. Is autem loquitur etiam de libris Caesaris superioribus et insequentibus. 3) Nec sat spatii habuisset Caesar, confecto bello civili, reuersus quippe mense Octobri anni DCCIX et caesus Idibus Martiis a. DCCX.

Pendet ab ista quaestione altera de epochis rerum a Caesare narratarum, quas LO-LOOZ putabat fuisse a Caesare ad fastos a se emendatos adcommodatas. Negat hoc GVISCHARDVS l. c. p. 540. et ex duabus epochis, quarum mentionem CAESAR clare facit, scil. a. d. VIII. Id. Ian. DCCV et pridie Nonas Ian. anni sequentis, dilucide rem demonstrat. Scilicet 1) epocha SC. perscripti VIII. Id. Ian. DCCV, quam Caesar refert C. 1, 5. eadem exhibetur a Cicerone Ep. 16, 11. Nemo autem dixerit, epistolam hanc post fastos emen-

datos scriptam. 2) Caesar indicat C. 3, 6. diem, qua naues soluit Brundisio, prid. Non. Ian. DCCVI. et postero die peruenit in Graeciam; tum misit Vibullium ad Pompeium, qui (c. 11.) mox iter ex Macedonia in hiberna habebat Apolloniam Dyrrhachiumque. Sed nulla ratio fuerat Pompeio tam sero in hiberna se recipiendi; potius ille dies cum die V Nouembris anni superioris coincidit. 3) Iam tertio mense post, quam in Graeciam transfretauit Caesar, Pompeium prope Dyrrhachium cingere studuit, et quatuor menses hoc statu vterque permansit; tum tribus hebdomadibus post Pharsalica pugna accidit tempore messis. Si autem a V Nou. adnumeres menses VII cum dimidio, incides in finem Iunii, quo messis fieri solet in Thessalia. Est ergo haec epocha pugnae Pharsalicae, quae notatur V Idus Sextiles a. DCCVI.

Hisce stabiliendis GVISCHARDVS totam quatuor annorum, quibus bellum ciuile gestum est, seriem ita exponit, vt singulas epochas illorum annorum, qui a vera ratione temporum anni solaris aberrauerant, ad hanc, qualis mox est a Caesare restituta, reducat. Eius chronologiae potiora momenta lectoribus ob oculos ponenda duxi. Sequitur autem aeram Romanae historiae Varronianam, ex qua belli ciuilis initium in A. V. DCCV ante C. 49. incidit, ponitque, vt calculus sibi constet, et probat contra sententiam viri clar. DE LA NAVZE (in *Mémoires de l'Académie*

des Inscriptions Vol. 23.) post Consulatum Ciceronis nunquam cessasse Romanos intercalare mensem Merkedonium; dein statuit cum DIONE CASSIO A. V. DCCVIII Iul. Caesarem vltra Merkedonium mensem non sexaginta septem, quod CENSORINVS et MACROBIVS referunt, et VSSERIVS cum aliis recepit, sed quadraginta quinque tantum dies siue omnino sexaginta septem intercalasse. Huic fundamento innituntur tabulae chronologicae, quas Dissertationi Dodwellianae subiecimus.

HENRICI DODWELLI DISSERTATIO
DE AVCTORE
LIB. OCT. DE B. GALL. ET ALEX. AFRIC. ATQVE HISP.

Auctor Prologi ad librum de Bello Gallico VIII Hirtius potius fuisse videtur, quam Oppius.

Si quidem recte habeat locus Suetonii, iam tum exstiterint oportet libri omnes, quos pollicetur auctor Prologi ad librum belli Gallici VIII: nondum autem, vt videtur, sub nomine Iulii Celsi, sed Oppii duntaxat et Hirtii: eransque sane ambo illi Caesari satis familiares. Cur autem Oppio tribuerentur, eam caussam satis verisimilem mihi videre videor, quod auctor ille, quicumque demum is fuerit, Balbo prologum suum inscripserit. Erant enim sane Oppius atque Balbus necessitudine aliqua, quam nescimus, vt videtur, inuicem coniunctissimi: forte officii alicuius caussa, vtriusque curae a Caesare crediti. Certe vtrique inscriptas nonnullas epistolas Caesaris habemus hodieque in libro Ciceronis ad Atticum IX. Et libros fuisse epistolarum ad vtrumque, docet Gellius L. XVII, Noct. Attic. cap. 9. qui rationem addit, quod res eius absentis curarent. Literas curasse, docet Cicer. ad Quint. fr. ep. 1. Se autem bello Alexandrino atque Africano abfuisse, lubens agnoscit Prologi auctor. Sed absentia illa Caesaris erat in Gallia, si quidem ex epistolis a Cicerone conseruatis liceat de reliquis augurari. Spectant enim illae ad prima belli ciuilis initia. Ex his igitur epistolis ad Oppium datis rerum gestarum memorias accipere potuit, siquis in-

nior Oppii nomine libros edidiſſet. Ita fiet, vt pari fide dignae ſint rerum geſtarum narrationes, ſeu hos libros ipſe exararit Oppius, ſeu iunior Oppio quiſpiam collegerit e Caeſaris epiſtolis, Oppio inſcriptis atque Balbo. Certe Oppio res Caeſaris etiam arcanas fuiſſe exploratiſſimas, ex eo libro colligitur, quem ſcripſiſſe teſtatur Oppium Suetonius Iul. cap. 52, vt probaret non fuiſſe Caeſaris filium, quem dixerit Cleopatra, nempe Caeſarionem. Minus tamen idoneus fuiſſet Oppius ad ſcribendum de hoc argumento, ſi ipſe quoque bello Alexandrino non interfuiſſet. Melius ergo hac de cauſa Hirtium huius Prologi auctorem exiſtimabimus. Oppii enim teſtimonio de filio Caeſaris pugnabat etiam Antonius, vix ita certe facturus, niſi Alexandriae cum Caeſare adſuiſſet. Neſcio etiam, an hic fuerit Oppius legatus, cuius mentio in bello Africano cap. 68. Et certe Hirtio magis fauet ipſe Suetonius, dum Hirtii nomine verba ex illo ipſo aduocat Prologo, quae hodieque ibi reperiuntur.

Idem auctor librorum ſequentium de bello Alexandrino, Afric. Hiſp. ſed poſt Caeſaris mortem.

Sic ergo res, ni fallor, habuerit. Primus auctor praedicti Prologi, qui Caeſaris ſcripta digeſſit pariter ac ſuppleuit, non Oppius fuerit, ſed Hirtius, qui proinde ibidem, vbi Balbus, fuerit, quod aſſiduis illius non literis, ſed vocibus, coactus onus illud ſcribendi ſusceperit. Scripſit ergo Hirtius Prologum ad amicum Caeſaris, Cornelium Balbum Gaditanum ditiſſimum. Et in prologo commentarios a ſe ſcriptos ſupponit rerum geſtarum Galliae, non comparandos ſuperioribus atque inſequentibus Caeſaris ſcriptis. Hi commentarii alii eſſe non poterant ab VIII, qui

Prologum proxime excipiebat, belli Gallici libro, medio nimirum inter libros Gallici belli priores, quos censet superiores, et libros belli ciuilis, quos pro scriptis eiusdem Caesaris habet insequentibus. Sic nihil habent, quo se tueantur Floridus Sabinus et Ludouicus Carrio. Hunc librum se contexuisse testatur Hirtius: proinde iam antea scriptum, et medio tamen illo, quem dixi, loco dispositum. Haec erat nimirum scriptorum Caesaris digestio illa, de qua loquitur noster, tot seculis recentior, qua sua scriptis ipsius Caesaris media contexuit coaeuus Hirtius. Noster etiam editos in lucem libros Caesaris testatur ab aliis, qui rebus ipsis interfuerant. Vnde hoc? Nempe ex illis Prologi verbis: *qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset.* Sed perperam noster intellexit, si tum primum editos in lucem Caesaris commentarios censuerit, cum Prologum scriberet Hirtius. Nempe post mortem Caesaris. Imo iam antea in clara luce fuisse versatos e Ciceronis constat Bruto: imo ex hoc ipso Prologo. Iam enim probatos omnium iudicio testatur, iam in omnium admiratione fuisse, quasi bene emendateque scriptos. Non ergo de sua, sed Caesaris, editione loquitur Hirtius, cum illud editionis consilium agnoscit, tantum ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset. Exprimunt haec verba Caesaris potius de suis scriptis agentis modestiam, quam Hirtii de iisdem admirationem. Idem Prologi auctor *nouissime imperfecta ab rebus gestis Alexandriae ad finem vitae Caesaris se confecisse* testatur. Proinde iam vna cum Prologo libros suos iam penitus confectos de bello Alexandrino, Africano, auctor emiserit. Imo de bello etiam Hispanico, (quamquam illius in Prologo non meminerit) quod praedictam epocham, quae ad Caesaris mortem vsque pertigit, hoc quoque bellum antecesserit.

Librum Hirtii de bello Africano multis post Hirtium seculis interpolauit Iulius fortasse Celsus.

Et tamen, praeter Hirtium, alium saltem fuisse censet noster, qui Caesaris scripta ad eiusdem caedem suppleuerit. Ita certe loquitur, quasi saltem vno plures hoc idem officium praestiterint. Quonam vero id pacto verum esse potuit, siquidem ad ipsam Caesaris eaedem res gestas Caesaris perduxerit Hirtius? Nempe, vt opinor, quod a Hirtii nonnulla perierint, suppleta a Iulio Celso, alienissimaque ab Hirtii mente sententia interpolata. Bello certe Africano atque Hispanico multa legimus, quae vix aeui, quo vixit Hirtius, esse potuerint, nedum ipsius Hirtii. Et tamen viceuersa nonnulla, quae coaeuum stylum sapiant, non autem illum, qui a iuniore fuerit interpolatore. Ab Hirtii etiam vel aetate in libro de bello Africano abhorret vsus vocis *imperator*, quo saepe disceptatum dicit auctor, quis esset pro populi romani imperatore agnoscendus, Caesar an Scipio. Quasi nimirum vnicus esset populi romani, vt postea, imperator, qui rei summae praeesset. Hoc autem seculo qui singulis romanae ditionis prouinciis praeerant cum imperio, seu cum iure gladii; ii imperatores habebantur. Vix tamen ita adpellabantur, nisi ob res gestas imperatores ab exercitu fuissent acclamati. Sic autem Caesarem imperatorem ne quidem poterant negare Pompeiani, cui dictatura fuerat e sententia Senatus populique romani delata; quippe etiam ab exercitu imperator fuisset appellatus. Sed nec illud coaeui fuisse videtur, quod mense, quo Caesar in Africam appulit Ianuario, scribit auctor per anni tempus in mari classes sine periculo vagari non potuisse. Octobris enim Iuliani die XIII coepit anni confusionis 708 ille Ianuarius, exiitque ante

Non. XI, quo haedi oriebantur, quo ortu coepit Epocha maris clausi. Quod porro ait centurionem Caesaris XXXVI annis pro Caesaris dignitate victoriaque depugnasse, ita manifesto falsum est, vt aegre scribi potuerit a coaeuo. Detrahantur a praedicto confusionis anno 708 anni 36, reliquus erit annus V. C. Varronian. 672, quo sub Caesare mereri coeperit. Atqui certum est primam Caesaris prouinciam fuisse ex praetura, anno Varr. 692. Doluit praeterea Caesar teste Suetonio, c. 7. quod nihil dum a se memorabile gestum esset in aetate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset. Aetas illa erat ann. 33, vt praeter alios docet etiam Cicero Philipp. V. Natus est Caesar IV. Id. Quintil. ann. Varr. 654. Sic annum 33 absoluerit anno demum Varr. 687 ineunte Quintili, annis post praedict. 672 quindecim. In hoc tamen numero consentiunt editiones exscriptoresque, in quibus et noster, ne dubitemus, ab interpolatore ita scriptum esse. Hic idem liber Q. Ligario vitam in Africa concessam esse narrat, c. 89. Quod tamen certissime falsum esse, constat ex insigni Ciceronis, post reditum Caesaris, Oratione pro Ligario. Coaeui scriptoris tam crassus error esse vix potuit. Et L. Caesari vitam a Iulio, facileque concessam vult auctor belli Africani. Contra Dio L. XLIII, contra Sueton. Caes. c. 75, contra coaeuus Cicero. Mitto rem, quam auctor ipse incredibilem fatetur, ab equitibus Caesaris minus XXX Gallis Maurorum equitum duo millia loco esse pulsa. Mitto prouocationem centurionis praedicti, vt cum suis decem cum cohorte Scipionis firmissima concurreret. Haec plane fabulatorum genium sapiunt potius, quam prudentissimorum, quibus seculum illud politissimum abundabat, scriptorum. Huc etiam et illud refero c. 70, quod dicit, Caesaris si non amplius tres aut quatuor milites vete-

rani se conuertissent, et pila viribus contorta in Numidas infestos coniecissent, amplius II millium numero ad vnum terga vertisse. Sunt etiam in dictione plurima, quae nemo peritus harum rerum censor ad Caesaris aetatem retulerit: cap. 12 *galeati.* Non me fugit illud, sed poëtae: *galeatum sero duelli poenitet.* S. Hieronymi Prologus galeatus serior est. Cap. 31 *ignota* peccata legimus, quibus ignoscebatur. Cap. 19 *innumerabilis.* Cap. 46 *cruciabiliter interfecti. Paruulam caussulam* cap. 54. *Paruum senatorem* c. 57. *Magnis copiis auxiliisque regis praediti* c. 58. *Suppetias occurrere* c. 66. 68. Cap. 77 *commeatus.* Non a *castris* tamen, sed ad *castra.* Cap. 78, *vt haberent facultatem turmas Iulianas circumfundere.* Ibidem *Satagere*, pro proelio laborare. Cap. 88 *mentem in fuga destinatam.* Africanum hunc scriptorem, hisque temporibus iuniorem, arguunt tot immistae voces graecae atque hellenismi. Qui mixto essent genere, *Hibridas* appellat c. 19. *Hippotoxotas* habet ibid. *Epibatas* c. 20, 62, 63. *Catascopum*, c. 26. *In salo esse* huic auctori c. 46, 62, 63, tantundem valet, quod Graecis σαλεύειν, et διασαλεύειν, et de naui dicitur, quae liberae fluctuum marinorum agitationi exponitur. Sunt in eodem libro alia, quae coaeuorum peritiam sapiant. Virgiliarum signum confectum memorat post VI Kal. Febr. c. 47. Pro vero scilicet illius anni calendario, quo Febr. I in Nouembr. Iuliani diem XI conueniebat, quo Pleiadum confectionem refert Plinius. Aliter certe sensit hic auctor, quam interpolator, qui etiam Ianuarium ab Octobr. Iuliani die XIII incipientem per anni tempus periculosum esse voluit nauigantibus, et quidem ita periculosum, vt mediis belli casibus magis tamen esset, quam bellum ipsum, metuendus. Et manum etiam coaeuam accuratioremque in-

dicant tot voces militares, aliaeque technicae, magis hic vero temporis decoro respondentes, quam pro captu iunioris interpolatoris. Librum ergo Hirtii de bello Africano ad Iulii Celsi aetatem peruenisse puto; sed mutilum fortassis, aut qui Celso mutilus haberi posset. Hoc vtique praetextu vel suis, vel nescio cuius alterius fabulatoris figmentis interpolauit.

Itidem factum in libro Hirtii de bello Hispanico.

In bello Hispanico adhuc pauciora coaeui scriptoris vestigia sunt, plura autem interpolatoris, et quidem eiusdem, qui bellum Africanum suis commentis auxerat. Eadem in voce *facultas* elegantia, quae supra cap. 12. *Eis ad ignoscendum nulla est data facultas.* Cap. 40. *naues, quae in salo fuerunt*: pro exemplo itidem a nobis supra obseruato. Nec dissimiles alii occurrunt sequiorum seculorum barbarismi. Cap. 7. *reliquae ex fugitiuis auxiliares consistebant.* Cap. 12. *bene magnum tempus.* Cap. 13. *simulque ballista missa a nostris turrem deiecit.* Cap. 16. *existimabant eos posse conatum efficere.* Cap. 29. *aduersarii patrocinari loco iniquo non desinunt.* Cap. 33. *libertum, qui fuisset eius concubinus.* Cap. 39. *gradiebatur Hispalim.* Cap. 42. *prouinciam depopulauit.* Et praeter morem horum scriptorum Ennii poëtae fragmenta aduocat, c. 23, 31. Illa vero quam inepta, quibus tamen Caesaris, summi prudentissimique oratoris, personam agit hic sophista: *An, me deleto, non animaduertebatis, X habere legiones populum romanum, quae non solum vobis obsistere, sed etiam coelum diruere possent?* Declamatoris illa, non oratoris, effectatio est. Dixerunt quidem Germani, Sueuis suis ne Deos quidem immortales pares esse potuisse, Bell. Gall. L. IV. cap. 10. sed barbari illi, non romani. Inter Ciceronianas multorum coaeuorum legimus epistolas, nul-

lam tamen, quae cothurnum illum sapiat. Nullum erat, aetate Caesaris, otium istiusmodi ingenii lusibus, cum de rebus seriis momentosisque, de vita fortunisque clientum vel fama agerent oratores. Sunt nihilominus primaeui auctoris Hirtii etiam in hoc opere vestigia. Quae habet communia cum aliis bonae fidei auctoribus, non aliunde emanasse censeo: inprimis illud, quod Caesarem dicat dictatorem III, designatum IV, non (vt vult auctor alioquin accuratissimus in historia romana, Sigonius) anno, quo Africam recepit, sed quo bello ciuili in Hispania finem imposuit, Varr. scilicet 709. Sic enim coaeua marmora capitolina atque colotiana. Sic etiam coaeui numi. Imo auctor, quem sequebatur, Plutarchus: melius scilicet, quam alii, etiam veteres, nec ab hoc seculo admodum remoti, qui dictaturam Caesaris vnitate faciunt auctiorem. Hirtii etiam personam arguit, quod hoc toto bello Hispanico sic loquitur auctor, quasi ipse praesens adfuerit, et Caesaris partes fuerit amplexus. Prima fere persona *Nos* inquit, et Caesarianos *nostros* appellat. Hoc nempe erat, quod in belli Gallici libri VIII. Prologo ipse monuerat Hirtius, sibi ne illud quidem accidisse, vt Alexandrino atque Africano bello interesset: innuens proinde, in reliquis bellis sibi quoque operam fuisse non inutilem. Non ita certe in bello Alexandrino loquitur, aut Africano. Nusquam ibi prima, sed tertia persona, absentis nimirum potius quam illius, qui rebus ipse gerendis interfuerit, narrationem instituit. Nec puto hoc praeuidisse interpolatorem, in reliquis adeo personae, quam sustinuit, incautum atque obliuiosum.

COMPARATIO EPOCHARVM

BELLI CIVILIS POMPEII ET CAESARIS RESPECTV FASTORVM ROMANORVM ET ANNI SOLARIS IVLIANI PROLEPTICI EX MENTE GVISCHARDI.

A. V. DCCV (ante C. 49.) C. CL. MARCELLO L. CORN. LENTVLO COSS.	*Anno Fastorum Roman.*	*Anno Iuliano prol.* 704
SC. aduersus Caesarem Caes. 1, 3. Dio 41, 2.	Kal. Ian.	12 Nou.
SC. Videant Consules etc. 1, 5. Cic. ep. 16, 11.	VIII Id. Ian.	17 —
Caesar Rubiconem transit 1, 11. Cic. ad Att. 7, 12.	Id. Ian.	24 —
Pompeius Roma fugit 1, 14. Cic. ep. 16, 12. ad Att. 7, 10 seq.	XV Kal. Febr.	27 —
Labienus ad Pompeium transit Cic. l. c. ad Att. 7, 12. 13.	IX Kal. Febr.	3 Dec.
Caesar ad Confinium 1, 23.	XIV Kal. Mart.	26 —
		705
Feralia. Caesar Corfinium capit 1, 28. Cic. ad Att. 8, 14.	VIII Kal. Mart.	1 Ian.
Pompeius Brundisii 1, 24. Cic. ib. 9, 1 seq.	V Kal. Mart.	4 —
Caesar Brundisium obpugnat 1, 27. Cic. 9, 13.	VII Id. Mart.	16 —
Liberalia. Pompeius mare transit 1, 28. Cic. 9, 15.	XVI Kal. Apr.	24 —
Caesar Brundisium capit 1, 28.	XV Kal. Apr.	25 —

A. V. DCCV (ante C. 49.)	*Anno Fastorum Roman.*	*Anno Iuliano prol.*
Caesar ad vrbem proficiscitur 1, 32. Cic. ad Att. 9, 15. 19.	Kal. April.	1 Febr.
in vlteriorem Galliam abit 1, 33.	V Id. Apr.	8 —
Pompeius Vibullium in Hispan. mittit; Domitium ad occupandam Massiliam 1, 34.		
Caesar ad Ciceronem scribit Cic. ad Att. 10, 8.	XV Kal. Maii	23 —
Massilia Pompeio adhaeret 1, 34. Cic. ib. 10 et 14.	V Non. Maii seq.	11 Mart. seq.
obpugnatur	XVI Kal. Iun.	25 —
eius obsessio commissa Trebonio 1, 36. 2, 1. Dio 41, 19.	VIII Kal. Quinct.	1 Maii
Caesar in Hispaniam transit 40 diebus ante victos Afran. et Petreium 2, 32.	VII Kal. Quinct.	2 —
Hispania citerior deuicta 1, 84. Fragm. Fastorum apud Grut. p. 133 sq. et in tab. Antiatina ed. a Rocco Vulpio. Rom. 1726.	IV Non. Sext.	9 Iun.
Caesar Cordubae conuentum agit 2, 19.		circa fin. Iun.
Caesar Dictator primum patet ex aera Syro-Macedonum. v. Vsserii Ann. ad a. m. 3956.	VII Kal. Oct.	30 Iulii
Massilia capta 2, 22.		medio Aug.
Caesar Roma Brundisium abit	VI Kal. Ian.	28 Oct.

A. V. DCCVI (ante C. 48.) C. IVLIO CAES. II. P. SERVILIO VATIA IS. COSS.	Anno Fastorum Roman.	Anno Iuliano prol. 705
Caesar in Epirum transit grauissima hieme 3, 6.	Prid. Non. Ian.	5 Nou.
Pompeius hibernat Apolloniae		
Caesar Oricum expugnat et Apollonia potitur 3, 11 seq.	VII Id. Ian. seq.	8 —
Antonius et Kalenus copias Brundisio transferunt hieme praecipitante 3, 25. 26.	c. finem Merkedonii	med. Ian. 706
Caesar Antonio iungitur 3, 30.	IV Non. Mart.	18 Ian.
Pompeium Dyrrhachio excludere tentat		
Vterque exercitus male habet ad tempus messis		
Caesar clade adfectus prope Dyrrhachium 3, 66—71.	IV Non. Quinct.	24 Maii
Apolloniam versus cedit 3, 75.	III Non. Quinct.	25 —
inde in Thessaliam 3, 78.	prid. Non. Quinct.	26 —
Pompeius sequitur		
Caesar Domitio iunctus ad Pharsalum accedit, segete prope matura 3, 81.	XVI Kal. Sext.	6 Iun.

A. V. DCCVI (ante C. 48.)	Anno Fastorum Roman.	Anno Iuliano prol. 706
Pompeius Scipioni iunctus eo accedit 3, 82.	XII Kal. Sext.	10 Iun.
Pugna ad Pharsalum tempore messis 3. 85 seq. Fragm. Fastor. apud Murat. t. 1. p. 150. et tab. Antiatina.	V Id. Sext.	29 —
Pompeius fugit in Aegyptum 3, 102 sq.		
necatur pridie suum natalem diem, 48 die (v. 50) post pugnam Pharsal. 3, 104. Vell. 2, 53.	prid. Kal. Oct.	17 Aug.
Caesar in Aegyptum peruenit 3, 106.	V Non. Oct.	20 Aug.
Ibi retinetur a ventis Etesiis 3, 107. Plin. 2, 47. Colum. 2.		ad fin. Aug.
Romae renunciatur Dictator II. Inde	c. finem Oct.	med. Sept.
Sumit sibi lites Ptolemaei et Cleopatrae dirimere 3, 107.		
Cicero e bello redrux Brundisio adpellit	prid. Non. Nou.	21 Sept.
Caesar bello detinetur in Aegypto		

A. V. DCCVII (ante C. 47.) C. IVLIO CAES. DICT. II. M. ANTONIO MAG. EQ.	Anno Fastorum Roman.	Anno Iuliano prol. 706
Caesar bellat in Aegypto hieme bell. Alex.		707
Caesar potitur Alexandria c. 32. Fragm. Fastorum apud Grut. p. 133.	VI Kal. Apriles	6 Febr.
Cleopatrae amore captus tres porro menses in Aegypto moratur		
Cicero Caesaris gratiam aucupatur Cic. ep. 14, 8. et ad Att. 11, 20.	mense Aprili, Maio et Iun.	m. Aprili
Caesar in Syriam abit		
id Romae nunciatum Cic. ad Att. 11, 19.	III Non. Quinct.	16 Maii
Pharnacem superat ad Zelam b. Alex. c. 72. Fragm. Fastor. cit.	XII Kal. Sext.	31 —
Cicero a Caesare litteras accipit ex Aegypto Cic. 14 ep. 23.	prid. Id. Sept.	22 Iunii
Caesar Athenas adproperat Cic. ad Att. 11, 21.	Kal. Sept.	10 Iulii
Romam redit b. Alex. c. 78.	m. Oct.	
Lilybaeum venit b. Afric. c. 1.	XIV Kal. Ian.	23 Oct.
in Africam transit ante brumam c. 2. Cic. de diuin. 2, 24. Min. Fel. c. 26.	VI. Kal. Ian.	31 —
Adrumetum venit	prid. Kal. Ian.	4 Nou.

A. V. DCCVIII (ante C. 46.) C. IVLIO CAES. DICT. III. M. AEM. LEPIDO M. EQ. vulgo annus confusionis	*Anno Fastorum Roman.*	*Anno Iuliano prol.* 707
Caesar castra ad Ruspinam locat b. Af. c. 6.	Kal. Ian.	5 Nou. (Vss. 13 Oct.)
cum Labieni copiis confligit parum feliciter c. 19.	IV Non. Ian.	8 Nou.
iterum pugnat ad Vzitam c. 37 seq.	VI Kal. Febr. seq.	29 Nou. (Vss. 6 Nou.) 708
aciem instruit contra Scipionem c. 75.	XII Kal. Apriles	12 Febr. (Vss. 21. Ian.)
adu. Sarsuram tendit c. 76.	Kal. April.	23 Febr.
Thapsum obpugnare parat	pr. Nonas Apr.	26 Febr.
proelium ad Thapsum	VII. Id. Apr.	1 Martii
potitur Vtica, Thapso etc. et Iubam pellit c. 79 seq.	Kal. Iunii	24 Apr.
Africa pacata nauem conscendit Vticae c. 98.	Id. Iunii	6 Maii (Vss. 14. Apr.)
Caralis transit	XIV Kal. Quinct.	10 Maii
Romam abit	III Kal. Quinct.	21 Maii (Vss. 29 Apr.)
ibi aduenit	VI Kal. Sextiles	18 Iunii

A. V. DCCVIII (ante C. 46.)	*Anno Faſtorum Roman.*	*Anno Iuliano prol.* 708
Caeſari reduci Senatus decernit ſupplicationem 40 dierum, triumphum, dictaturam in decennium, cenſuram in triennium Dio 43, 14.	Kal. Sept.	22 Iulii
Caeſar quatuor triumphos celebrat Dio 43, 19.	menſe Octobri	m. Auguſto
Soſigene aliisque mathematicis vſus annum ad curſum ſolis reformat: additis duobus menſibus intercalaribus Dio 43, 26.		
Cicero defendit Ligarium Cic. ep. 6, 14.	prid. menſis intercalaris	
	Kal. intercalares priores dierum 23.	19 Oct. (Vſſ. 25 Sept.)
	Kal. intercalares poſteriores dierum 22.	11 Nou.
	Kal. Decembris	3 Dec.
Caeſar in Hiſpaniam mouet adu. Pompeii liberos	circa finem anni	
Cn. Pompeius iunior vlteriore Hiſpania potitus		

A. V. Iulianus DCCIX (ante C. 45.)	
C. IVLIVS CAESAR CONSVL IIII. ſolus	
Bellum Hiſpanicum	
Sextus Pompeius Cordubam tenet	
Caeſar Ategua potitur -	XI Kal. Martias
b. Hiſp. c. 19.	
Imperator adpellatur	
ib.	
Caeſar ad Mundam	
c. 27 ſeq.	
Proelium, quo pereunt Labienus et Attius Varus. Caeſar victor.	XVI Kal. Apriles Liberalibus
c. 31. Kal. vetus	
Cn. Pompeii caput adlatum Caeſari Hiſpalim	prid. Idus Apriles
c. 38.	
Nuncius de victoria Mundenſi Romam peruenit	prid. Palilium XII Kal. Maias
Dio 43, 42.	
Caeſar Hiſpali ad Ciceronem litteras dat conſolatorias	prid. Kal. Maias
Cic. ad Att. 13, 20.	
Munda capta	
c. 41.	
Caeſar Romam victor ingreditur, ignoſcit aduerſariis	menſe Octobri
Vell. 2, 56.	
fit dictator perpetuus, aliosque honores recipit	
Dio 44, 8. Liu. ep. 116.	

A. V. Iulianus DCCX (ante C. 44)	
C. IVLIVS CAESAR V.	Kal. Ian.
Caesar Hyrcano et Iudaeis fauet Iof. Ant. 14, 14 et 17. (Hauerc. 8 et 10).	
In eius honorem Iulius menfis adpellatur Dio 44, 5. Cic. ad Att. 16, 1.	
Caesar Corinthum et Carthaginem inftaurat Strabo l. 8. p. 381 et 17. p. 833. Dio 43, 50.	
bellum parat in Getas f. Dacos, Parthos, Syriam Dio 43, 51.	
ouans ex monte Albano vrbem ingreditur Dio 44, 4. Grut. p. 297.	VII Kal. Febr.
Rex salutatur fpecie inuitus Suet. 79. Liuius ep. 116. Dio 44, 10.	
ei M. Antonius Mag. Eq. Lupercalibus diadema offert Vell. 2, 56.	
vrbe exire parat	
in Senatu confoffus perit Dio 44, 19.	Idib. Martiis

Sed et Gallici belli, a Caesare administrati, temporum ratio paucis indicanda videtur. Scilicet Galliam provinciam A. V. DCXCV (ante C. 59) sibi Consuli decretam obtinuit, iterumque sibi deinceps prorogatam ab A. V. DCXCVI per nouem annos rexit, testibus Suetonio c. 22 et 25 Dione Cassio L. 38. Itaque

A. V. DCXCVI (ante C. 58).

L. CALPVRNIO PISONE A. GABINIO coss.

Bellum gestum cum Heluetiis et Ariouisto. L. 1.

A. V. DCXCVII (ante C. 57).

P. CORNELIO LENTVLO SPINTHERE Q. CAECILIO METELLO COSS.

Belgae domiti. P. Crassi in Armeniam expeditio suscepta. L. 2.

A. V. DCXCVIII (ante C. 56).

CN. CORNELIO LENTVLO MARCELLINO L. MARCIO PHILIPPO COSS.

Bellum gestum in Alpinis, Venetis, Vnellis, Aquitanis, Morinis et Menapiis. L. 3.

A. V. DCXCIX (ante C. 55).

CN. POMPEIO MAGNO II. M. LICINIO CRASSO II. COSS.

Bellum Vsipetum et Tenchtherorum. Caesaris transitus in Germaniam, eius traiectus in Britanniam. Bellum rursus in Morinis et Menapiis. L. 4.

A. V. DCC (ante C. 54).

L. DOMITIO AHENOBARBO APPIO CLAVDIO PVLCHRO COSS.

Expeditio secunda in Britanniam. Bellum Ambiorigis. Motus Treuirorum compressi. L. 5.

Omnis fere Gallia mota. Victi Neruii, Senones, Menapii, Treuiri. Expeditio in Sueuos. Ambiorix, Eburones, Acco puniti. L. 6.

A. V. DCCI (ante C. 53).

CN. DOMITIO CALVINO M. VAL. MESSALA COSS.

Bellum Vercingetorigis totius Galliae Imperatoris L. 7.

A. V. DCCII (ante C. 52).

CN. POMPEIO MAGNO III ſine collega —
et ex Kal. Sext. Q. CAECILIO METELIO SCIPIONE COSS.

A. V. DCCIII (ante C. 51).

SER. SVLPICIO RVFO M. CLAVDIO MARCELLO COSS.

et A. V. DCCIV (ante C. 50).

L. AEMILIO PAVLLO C. CLAVDIO MARCELLO COSS.

Noua Gallorum coniuratio repreſſa. Caeſaris indulgentia. Iter in Italiam. Labienus Galliae Togatae Praefectus. Initia belli ciuilis. L. 8.

COMPENDIA SCRIPTVRAE POTIORA EXPOSITA

Louan.	codex	Louanienſis.
Leid.		Leidenſis.
Petau.		Petauii.
Noruić.		Noruicenſis.
Doru.		Doruillii.
Oxon.		Oxonienſis.
Andin.		Andinus.

De his codicibus conſulendus Oudendorpius in editione maiore.

Rom.	editio	Romae. Fol. 1469.
Mediol.		Mediolani. Fol. 1478.
Venet.		Venetiis. Fol. 1482. 1513.

Af.	in Bello Africano.
Al.	in Bello Alexandrino.
H.	in Bello Hiſpanienſi.

Scal.	Scaliger.
Oud.	Oudendorpius.
Dauis.	Dauiſius.
Bentl.	Bentleius.
Iurin.	Iurinius
I. C. H.	forſan I. Chr. Harenberg, cuius alia inſerta Miſcellaneis Lipſienſibus nouis.
Eckhel D. n. v.	in Doctrina numorum veterum.

CAII IVLII CAESARIS

COMMENTARII

DE BELLO GALLICO

Constat, commentarios dici eas narrationes, quae, neglecto aduenticio cultu, de rebus ipsis tenuiter exponunt, vt, qui maius et ornatius opus scribere velit, habeat, vnde petat. (Cic. de orat. 2, 12. et de clar. orat. 75.) Itaque Hirtius in epistola, libro octauo de bello Gallico praemissa, *Caesaris*, inquit, *commentarii editi sunt, ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset*, cf. Cic. ad Diu. 5, 12, extr. Graeci autem huiusmodi commentarios *ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοὺς* et *ἀπομνημονεύματα* dixerunt (vt Strabo lib. 4. p. 177, *ὁ Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι*), quoniam hoc genere narrandi vni memoriae rerum gestarum consulitur (*Mémoires*). Potuisse hos commentarios dici *ἐφημερίδας*, et reuera nomine hoc a Plutarcho (in vita Caes. c. 22.) insignitos esse, indubitatum est: vtrum vero Caesar nullam, praeter commentarios, historiam suarum rerum scripserit, an et commentarios hos, et ephemerides, ab his commentariis diuersas, consignaue-

rit, dubitatur. Posteriorem sententiam defendit Rualdus ad illum Plutarchi locum (p. 858 ed. Reisk.), quia passim ex ephemeridibus Caesaris loci a veteribus recitantur, qui in commentariis eius, hodienum superstitibus, non occurrunt. Quod argumentum vt est perspicuum, ita multi sententiam Rualdi sequuntur. Fabricius vero in Bibl. Lat. 1, 10, 2 his ita occurrit, vt in Caesaris libris de bello Gallico lacunas esse statuat.

C. IVLII CAESARIS
COMMENTARII
DE BELLO GALLICO

LIBER PRIMVS

ARGVMENTVM

I. Prooemium.

Cap. 1. *Gallia tempore Caesaris.*

II. Bellum Helueticum.

Cap. 2. 3. *Motus Heluetiorum auctore Orgetorige.* 4. *Huius mors praematura.* 5—9. *Iter Heluetiorum per Prouinciam tentatum, sed, via Caesaris munitionibus interclusa, per Sequanos susceptum.* 10. 11. *Consilia Caesaris, vt hoc quoque itinere eos prohibeat. Gallorum querelae de iniuriis Heluetiorum.* 12. *Clades Tigurinorum ad Ararim.* 13. *Legati Heluetiorum ad Caesarem. postulata. minae.* 14. *Responsum Caesaris. indignatio Heluetiorum, petitis obsidibus.* 15. *Galli equites ab Heluetiis pulsi. iter utriusque exercitus.* 16—18. *Querela Caesaris aduersus Aeduorum principes. Lisci excusatio. perfidia Dumnorigis Aedui, cui* 19. 20. *venia data, deprecante fratre.* 21. 22. *Obportuna occasio Heluetios obprimendi errore P. Considii omissa.* 23—26. *Clades Heluetiorum. fuga.* 27. 28. *Deditio. poena profugorum. reditus Heluetiorum et sociorum in fines suos. Boiorum conlocatio in Aeduis.* 29. *Numerus Heluetiorum ante et post bellum.*

III. Bellum Ariouisti.

Cap. 30—32. *Commune Gallorum concilium. querelae de Ariouisto, Germanorum rege.* 33. 34. *Conloquium a Caesare petitum, denegatum a rege.* 35. 36. *Postulata Caesaris per legatos. responsum Ariouisti.* 37. 38. *Iter Caesaris ad Ariouistum. occupata Vesontio.* 39—41. *Ingens trepidatio in castris Romanorum.*

oratio Caesaris ad milites. iter. 42—46. *Conloquium Caesaris et Ariouisti inpetu Germanorum diremtum.* 47. *Galli, petito nouo conloquio ad Ariouistum missi, in vincula coniecti.* 48. *Proelium cum summis copiis ab Ariouisto euitatum. equestre certamen.* 49. 50. *Duo castra ab Romanis facta. minorum obpugnatio. caussa detrectati ab Ariouisto proelii cum omnibus copiis.* 51—54. *Galli legati erepti. hiberna Caesaris. iter ad conuentus habendos in citeriore Gallia.*

Gallia est omnis diuisa in partes tris, quarum vnam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli, adpellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana diuidit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate Prouinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, inportant: proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt: qua de caussa Heluetii quoque reliquos Gallos

Gallia. Intelligit eam duntaxat Galliae partem, quae nondum a Romanis erat debellata. Allobroges enim, et Galliam prouinciam, ne de Cisalpina dicam, omittit. *Davis.*

Quaedam ex hoc capite excerpsit Ammianus Marcell. 15, 11. *Morus.*

tris. Sic codices veteres et editio Mediol. 1477. *Oud.*

Celtae. Nomen hoc, Galliae Narbonensis incolis proprium, etiam ita vsurpatum esse, vt ad omnes Gallos transferretur, atque adeo interdum Germanos comprehenderet, ostenderunt Perizonius ad Ael. V. H. 12, 23. et Frickius de Druidis p. 25, qui multos alios scriptores de ampliore nominis Celtarum significatione enumerat. *M.* Omnium instar est Schoepflinus nostras, qui in Alsatia illustrata t. 1. p. 110. et fusius in Vindiciis Celticis 4. Argent. 1754. docuit, solis Gallis proprie nomen Celtarum conuenire.

Prouinciae. Est ea pars Galliae, quae illo tempore iam in Romanae prouinciae formam redacta erat. *M.*

proximique. Ita codd. et edd. vet. Male Scaliger coniunctionem deleuit.

qua de caussa — bellum gerunt. I. C. H. in Emendationibus criticis, insertis Miscellaneis Lipsiensibus nouis, 8. Lips. 1743 sq. Vol. 2. p. 304. verba ista pro glossemate habet et reiici iubet, idque eo magis, quod ibi male Heluetiis tribuantur, quae Belgis sint tribuenda, quodque paullo post cap. 2. de Heluetiis plane contrarium dicatur, neque

virtute praecedunt, quod fere quotidianis proeliis cum Germanis contendunt, quum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum vna pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano; continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; adtingit etiam ab Sequanis et Heluetiis flumen Rhenum; vergit ad septemtriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur; pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in septemtriones et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet, spectat inter occasum solis et septemtriones.

2. Apud Heluetios longe nobilissimus et ditissimus fuit Orgetorix. Is M. Messala et M. Pisone coss. regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit et ciuitati persuasit, vt de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, quum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit, quod vndique loci natura Heluetii continentur:

vlla sit ratio, cur hic de Heluetiis loquatur Caesar, de quibus capite sequenti agitur. Coniectura haec critici satis est vero similis.

Heluetii. Et hi Galli erant, quippe intra Rhenum contenti. *Cellar.*

proeliis. alii *bellis proeliisque.*

Eorum. i. e. Belgarum, Gallorum, Aquitanorum. *Oudend.* Monuerat etiam Ciacconius. *M.*

Oceano, finibus Belg. male alii *Oceanum*, relatum ad verbum *adtingit.*

orientem solem. Codd. quidam *solem* non habent, teste Vrsino. Sed exstat in aliis et edd. vet.

quae est ad H. Hoc *est*, vulgo omissum, ex codd. et editione Rom. et interprete Graeco bene restituit Clarke.

spectat inter. Videtur *in* pro *inter* legendum, vt paulo ante. Legerim etiam, *et spectat. M.*

Apud Heluetios — Hanc omnem narrationem de Heluetiorum bellis, cum Caesare gestis, prosecutus est Dio Cassius 38. 31. T. I. p. 174. ita, vt commentarios Caesaris haud dubie ante oculos habuerit: nam omnia conspirant. *M.*

Mess. et Pis. Coss. Fuit annus ab vrbe condita 693. *M.* Ed. Rom. et quidam codd. *P. M. Pisone.* alii *Publio Marco Pisone.* inde Oudend. legendum putat *Pupio M. Pisone.*

imperio. In nonnullis codd. deest. Paullo ante codex vnus habet *omnes.* non male.

Heluetii continentur. Malunt quidam *contineantur* vel *conti-*

vna ex parte flumine Rheno, latiſſimo atque altiſſimo, qui agrum Heluetium a Germanis diuidit; altera ex parte monte Iura altiſſimo, qui eſt inter Sequanos et Heluetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui Prouinciam noſtram ab Heluetiis diuidit. His rebus fiebat, vt et minus late vagarentur et minus facile finitumis bellum inferre poſſent: qua de cauſſa homines bellandi cupidi magno dolore adficiebantur. Pro multitudine autem hominum, et pro gloria belli atque fortitudinis, anguſtos ſe finis habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia paſſuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

3. His rebus adducti, et auctoritate Orgetorigis permoti, conſtituerunt, ea, quae ad proficiſcendum pertinerent, comparare; iumentorum et carrorum

nerentur. ſed bene habet vulgatum. Veteres editiones addunt *tuti Heluetii cont.* inuitis codicibus MS. et Graeco interprete. I. C. H. pro *loci natura tuti* dabat *locis natura tutis.* Sed rectius poſtrema vox exulat et vulgatum retinetur.

Lemanno. Sic Strabo l. 4. p. 208. *Λιμέννα* vocat, duplici littera.

finis. Sic cod. Bongarſii. Ita et in numo Auguſti OB CIVIS SERVATOS. cf. Orthographia Noriſiana c. 3.

milia — patebant. Nimius vterque numerus Cluuerio Germ. ant. 2, 4. videtur, cui in longitudinem ſatis ſunt 170, in latitudinem 80 circiter, abiecto centenatio. Adprobat Hadr. Valeſius in notit. Gall. p. 243. Caeſaris autem, an librarii error ſit, incertum eſt. Metaphraſtes Graecus vulgarem lectionem, miliariis in ſtadia conuerſis, ſequitur. *Cellar.* D'Anville in Not. de la Gaule longitudini 180, latitudini 80 miliaria adſignat. Lectionem vulgarem defendi poſſe ſtatuit Haulius, ſi cogites, in iis regionibus tum magnis circuitibus ad ſuperandos montes et ad vitandos lacus opus fuiſſe.

lege. Cum omnes ratum habuerint, quod Orgetorix ciuitati perſuaſerat, res decreta dicitur *lege.* Eſt ergo *lege* idem, quod alibi, *conſilio publico. M.*

Ad eas res conficiendas Org. Malim, *Ad ea Org.* ceteris omnibus omiſſis, non tam vitandae moleſtae repetitionis cauſſa, quae eſt in hoc ſcriptore frequens, quam quod codd. variant: nam alius habet *confirmandas* pro *conficiendas;* alius *leges* pro *res;* alius omnino omittit verba, *ad eas res conficiendas.* Quae varietas videtur ab interpretibus orta, quorum alius *ad ea* retulit ad leges confirmandas, alius ad illas omnes res conficiendas. *M.*

Orgetorix. Extat numus argenteus, cuius pars antica offert caput galeatum cum epigraphe COIOS, poſtica, inſcripta ORCITIRIX, equum currentem, quem generoſum alebat Gallia. Bouterouius, qui numum exhibet in Recherches curieuſes des

quam maximum numerum coemere; sementes quam maximas facere, vt in itinere copia frumenti subpeteret; cum proximis ciuitatibus pacem et amicitiam confirmare. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt, in tertium annum profectionem lege confirmant. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur; is, vbi legationem ad ciuitates suscepit, in eo itinere persuadet Castico, Catamantaledis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, et a S. P. R. amicus adpellatus erat, vt regnum in ciuitate sua occuparet, quod pater ante habuerat: itemque Dumnorigi Aeduo, fratri Diuitiaci, qui eo tempore principatum in ciuitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, vt idem conaretur, persuadet eique filiam suam in matrimonium dat. Perfacile factu esse,

monnoyes de France p. 51. non dubitat, quin ei, cuius hic fit mentio, sit tribuendus, et *Coios* nomen vrbis vel pagi esse putat. Contra Bochato in Memoires sur la Suisse ancienne t. 1. p. 584. videtur numus, quippe Latine, non Graece, inscriptus, non nisi postero tempore cusus. Nomen *Orgetorigis* adpellatiuum esse censet et notasse. Principem pagi; *Coios* ipsi *Caius* est, proprium viri nomen. Displicet hoc Oderico in Epistola de argenteo Orgetorigis numo. 4. Romae 1767. qui nec tuto satis ad Caesaris Orgetorigem referri posse statuit. Cf. Eckhel Doctr. NN. vet. vol. 1. p. 78. Veram nominis scribendi formam esse *Orcitirix*, vix mihi dubium. Sic et infra 7, 54. *Eporedirix*.

is, vbi leg.—suscepit, in eo itinere —.— Ita leg. ex auctoritate codd. non *sibi*: nam *sibi suscipere* vix est a Caesare. *M.* Cur codices non sequamur, nulla est ratio.

a S. P. R. a Senatu Populi Romani. sic antiquissimi codices. probat Oudendorp. recte. V. Brisson. de form. 2, 125 seq. Lectio vulgata *a S. P. Q. R.* debetur librariis, frequentem formulam inscite praeferentibus. Sed vide infra 4, 12. 7, 31.

vt regnum — occuparet. vt tyrannidem adfectaret. Mox dicit *principatum. M.*

Dumnorigi. Leui inflexione in Gallicis numis occurrit *Dubnorex*, *Dubnoreix*, diuerso schemate; nunc miles adest stans vtraque manu caput humanum tenens, nunc miles gradiens aprum hasta defixum gestans. Aper, symbolum fortitudinis, frequens apud Gallos et Hispanos in numis, item Germanis in honore, teste Tacito in Germ. c. 45. Occurit et in Romanorum militaribus signis. V. Plin. H. N. 10, 5. Postica numi habet DVBNACOS, sensu dubio. Eckhel l. c. p. 62 et 74.

in ciuitate. Vulgo addunt *sua.* Sed a bonis codd. bene abest.

conaretur. Putet aliquis legendum *conetur*, vt tempus praesens praesenti respondeat.

illis probat, conata perficere, propterea quod ipse suae ciuitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Heluetii possent: se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum, confirmat. Hac oratione adducti, inter se fidem et iusiurandum dant et, regno occupato, per tris potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

4. Ea res vt est Heluetiis per indicium enunciata, moribus suis Orgetorigem ex vinculis caussam dicere coegerunt: damnatum poenam sequi oportebat, vt igni cremaretur. Die constituta caussae dictionis, Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, vndique coegit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: per eos, ne caussam diceret, se eripuit. Quum ciuitas, ob eam rem incitata, armis ius suum exsequi conaretur multitudinemque hominum

Sed in narratione post praesentia, quae imperfectorum et perfectorum locum tenent, ponuntur etiam imperfecta. Haec Davisius et Clarkius centies ita corrigere voluerunt, vt esset vbique legitima temporum consecutio; sed centies reprehensi sunt ab Oudendorpio. Iam Cortius ad Sallust. Catil. c. 44 ostenderat, non esse omnia ad vnam certam legem reuocanda, monuitque nuper idem Ruhnkenius ad Vellei. Pat. 2, 9, 1. p. 32. De hac tantula re semel monuisse sufficiat. *M.* Sic paullo ante *persuadet, vt occuparet*, et c. 9. *mittunt, vt inpetrarent.* Cf. Oudend. ad c. 8.

quin totius Galliae pl. H. p. I. C. H. inseri vult *prae incolis tot. Gall.* Putat quippe, Helvetios a Caesare non fuisse Galliae adcensitos. Lectio recepta c. 1. vbi *Heluetii reliquis Gallis* obponuntur, contrariumdocet, quae verba vero criticus expungit.

firmissimos. al. *fortissimos*, e glossa.

Ea res vt est etc. Ante hoc caput lacunam adgnoscit I. C. H. quia non indicetur, a quo et qua de causa Orgetorix fuerit in vincula coniectus, neque conspiratio illa Orgetorigis cum Castico et Dumnorige satis clare exponatur. Mihi secus videtur. Orgetorix habebat in mandatis *cum proximis ciuitatibus pacem et amicitiam confirmare.* Is contra earum ciuitatum et ipsius Heluetiae libertatem cum Aeduo et Sequano conspirauit, quae res non poterat non displicere Heluetiis, qui *re enuntiata hominem in vincula coniecere et causam dicere coegerunt.* Sic omnia bene cohaerent. Perperam porro monet criticus, scribendum fuisse *regnis occupatis*, non *regno occupato*, quasi non de regno a singulis in sua ciuitate obtinendo sermo foret.

ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est: neque abest suspicio, vt Heluetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciuerit.

5. Post eius mortem nihilo minus Heluetii id, quod constituerant, facere conantur, vt e finibus suis exeant. Vbi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua priuata aedificia incendunt, frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt, vt, domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent: trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent. Persuadent Rauracis et Tulingis et Latobrigis finitumis, vti, eodem vsi consilio, oppidis suis vicisque exustis, vna cum iis proficiscantur: Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnarant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.

Ea res vt est — enunciata. Variant codd. Videtur fuisse scriptum: *Ea re — enunciata.*

ex vinculis, vinctum verba facere coegerunt. *M.*

familiam. Hotomannus sic describit: *Qui vel in possessionibus eius ac rusticis rebus vel in vectigalibus exercendis operam dabant.* v. ind. *M.* Pro *suam* alii habent *sui.* v. Oudendorp.

Orgetorix mortuus est. Celsus addit *in carcere.*

oppida — — incendunt. Et haec, et alia de his Heluetiorum rebus, quamquam summatim, attigit Plutarch. in Caes. c. 18. *M.*

praeter (id) quod. Gell. N. A. 1, 16, *praeter quod supra posui. M.* Alii *praeter quam quod.*

domum reditionis. vt apud Plautum Amph. 1, 3, 21. *curatio rem.*

molita cibaria, farinam. In gr. metaphr. est ἄλφιτα. *M.*

Tulingis et Latobrigis. Istorum memoriam seruat hodieque nomen oppidi *Stuhlingen* in Sueuia; hos nemo nouit. Codices vero offerunt — *Latobibus, Latobibis, Latouicis,* vnde Oudend. exsculpsit *et late vicis finitimis,* quod tamen nec ipsi satis probatur.

Noreiam. Sic veteres libri, et metaphrastes, in quo est Νωρήιαν, et Peutingeriana tabula. *Cellar.* Ergo reliquae lectiones (magna enim est scripturae varietas in h. v.) falsae sunt. *M.* Cellarius duas Noreias agnoscit, alteram in Norico, alteram in Carnis; Mannert eadem esse putat.

Boios — receptos ad se socios sibi adsciscunt, i. e. foedere sibi eos iungunt. Recipiunt eos ad se, et quidem ita ad se recipiunt, sibi adsciscunt, vt eos habeant socios. *M.*

6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: vnum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur; mons autem altissimus inpendebat, vt facile perpauci prohibere possent: alterum per Prouinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod Heluetiorum inter fines et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit, isque nonnullis locis vado transitur. Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Heluetiorum finibus, Geneua. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in Populum Romanum viderentur, existimabant; vel vi coacturos, vt per suos finis eos ire paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: is dies erat a. d. V. Kal. Apr. L. Pisone, A. Gabinio coss.

7. Caesari quum id nunciatum esset, eos per Pro-

per Sequanos, inter Iuram et Rhodanum. Sed non satis intelligo, situ locorum comparato, quo tandem modo, qui Sequanorum fines transire voluerunt, inter Iuram et Rhodanum vbi nulli Sequani fuere, iter facere potuerint. Christ. Crusius in Probabilibus Criticis p. 16-20 *Rhenum* voluit legi, pro *Rhodanum*, secutus Strabonem et metaphrasin Caesaris Graecam, in qua sane est Ῥῆνος: ita fit iter inter Iuram et Rhenum, deinde venitur ad Sequanos. Non dubito, Crusio adsentiri, praesertim cum et in ed. R. Steph. iam legatur *Rhenum.* Iulius quidem Celsus de vita Caes. p. 19 commode his verbis expressit: *alterum erat iter sub montem Iuram in Sequanos. M.* Perperam iter inter Iuram et Rhenum tentatum ab Heluetiis statuunt, quum iste ad hunc non pertingat. Accedit, quod, quum Rauraci in societatem essent adsciti ab Heluetiis, sinistrum Rheni latus incolentibus, planum iter his ad boream dabatur in Sequanos. Itaque res sic capienda. Ad meridiem Heluetiae duplex erat iter, alterum ad sinistram per pontem Geneuae trans Rhodanum in Allobroges, alterum in Sequanos ad dextram per fauces inter Iuram et Rhodanum. Isto prohibiti (c. 8.) hoc penetrare in Gallias tentarunt (c. 9.) et ad Aeduos misere legatos. Id ipsum ostendit, non ad boream, vt vulgo putant, et vt nuper etiam Mannerto in opere Geographico t. 2. p. 1. p. 30. visum, transitum molitos Helvetios; tum enim ad Lingones, non ad Aeduos, legati fuissent mittendi. Itaque, ni aliud obstet

vinciam nostram iter facere conari, maturat ab vrbe proficisci; et, quam maximis potest itineribus, in Galliam vlteriorem contendit et ad Geneuam peruenit: Prouinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat: (erat omnino in Gallia vlteriore legio vna) pontem, qui erat ad Geneuam, iubet rescindi. Vbi de eius aduentu Heluetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt, nobilissimos ciuitatis, cuius legationis Nameius et Verudoctius principem locum obtinebant, qui dicerent, *sibi esse in animo, sine vllo maleficio iter per Prouinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare, vt eius voluntate id sibi facere liceat.* Caesar, quod memoria tenebat, L. Cassium Consulem occisum, exercitumque eius ab Heluetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat: neque homines inimico animo, data facultate per Prouinciam itineris faciundi, temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. Tamen, vt spatium intercedere posset, dum milites, quos impera-

ex sequentibus, seruanda est lectio vulgaris; de Rheno enim heic quaestio nullo modo esse potest. D'Anvillius etiam, Geographorum superioris saeculi princeps, intactum Caesaris locum reliquit in Notice de la Gaule p. 599.

vix qua. i. e. qua parte seu regione vix sing. c. d. — In edd. vulgg. est, *quo vix. M.*

Allobrogum. Teste Strabone L. 4. p. 186. multis hominum millibus in alienas terras quondam expeditiones suscepere. Hinc nominis ratio ex lingua Celtica, *all*, alius; *bro*, terra. V. Origines Gauloises, auctore viro militari eximio Latour d'Auvergne, in nupero bello in Germania caeso. 8. Paris. a. V. p. 184. Imo Scholiastes Iuuenalis ad 8, 234. deriuat nomen gentis etiam a *brogae*, ager, et *alla*, aliud, quia ex alio loco translata. Rectius forsan O-Brien in opere cit. ad. c. 16. ducit ex Hiberno-Celtica lingua ab *aill*, rupes, et *brog*, habitatio, rupium incolas dictos.

nuper pacati, a C. Pomtinio praetore. Cic. de prou. cons. c. 13. Epit. Liu. lib. 103. Hoc iam omnes interpretes monuerunt. *M.* Male quidam addunt P. R. *Populo Romano*, inuitis codd.

Pis. Gabin. Coss. Fuit annus V. C. 696. *M.*

quam maximum potest. mil. num. Τὸ *potest* non legitur in ed. Rom. Mediol. Ven. Commode quoque abfuerit.

rogare. al. *rogarentque.*

Cassium — occisum. Vid. c. 12. Epitome Liu. lib. 65. *Rhellicanus.* Factum in anno V. C. 646. Cf. Pighius.

sub iugum. al. *sub iugo.* vt Liu. 3, 28.

verat, conuenirent, legatis respondit, *diem se ad deliberandum sumturum; si quid vellent, a. d. Idus Apr. reuerterentur.*

8. Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex Prouincia conuenerant, a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Heluetiis diuidit, milia passuum decem nouem murum, in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. Eo opere perfecto, praesidia disponit, castella communit, quo facilius, si se inuito transire conarentur, prohibere possit. Vbi ea dies,

a lacu — qui in fl. Rhod. influit. Si vere aestimes, lacus non in flumen, sed flumen in lacum influit. Haec fuit caussa, cur monitu Rhenani sensim in vulgg. edd. introduceretur alia lectio, *a lacu L. quem fl. Rhodanum influit.* Sed cum *Rhodanum* casu primo non dicatur, et infra (7, 57) occurrat, *palus influit in Sequanam flumen*, quem locum iam Glareanus comparauit: non videtur dicendi genus, quamquam rarum, mutandum esse, vt iam Casaub. ad Strabon. p. 207. et post hunc Oudendorpius ad h. l. monuerunt. Dauisius maluit, *qua* (pro *qui*) *in fl. Rh. infl. M.* Sane eo sensu sumendum τὸ *qui*.

a lacu Lemanno — ad montem Iuram — murum perducit. Non satis adparet, cur Caesar ea potissimum parte, *a lacu Lemanno ad Iuram*, murum duxerit. Nam si murum duxit a septemtrionali seu vlteriore litore lacus ad montem Iuram, necesse est, eius milites, qui murum struxerunt, fuisse trans Rhodanum et lacum Lemannum. Sed certum est, eos fuisse cis Rhodanum, ad meridionalem eius ripam, quia Heluetios, Rhodanum transire volentes, repulerunt in vlteriorem ripam. Ergo ibi, vbi non fuerunt, non potuerunt murum struere. Accedit, quod Dio Cass. 38, 32. diserte dicit, Heluetios, per Allobrogum fines transeuntes, murum oppositum offendisse. Ergo fuit murus ibi, vbi sunt Allobroges, adeoque cis Rhodanum. Alias difficultates Vossius indicauit, quae tamen corruunt, si supra c. 6. cum metaphrasi graeca *Rhenus* pro *Rhodanus* legatur. Ego eam, quae mihi grauissima videbatur, indicaui. Cum ergo murus non vltra, sed cis Rhodanum ductus sit, vbi montes quidem sunt, sed nullus, qui dicitur Iura: perspicuum est, nomen *Iura* esse vitiosum et delendum. Si hoc deletur, omnia quoque illa verba, *qui fines Sequanorum ab Heluetiis diuidit*, delenda sunt: nam haec describunt montem Iuram, qui trans Rhodanum est; sed nunc montes cis Rhodanum sunt intelligendi. Idem Vossius viderat, verba, *qui fin. Sequ. ab Helvet. diu.* esse delenda; sed non viderat, etiam verbum *Iuram* esse tollendum: finxerat potius, montes cis Rhodanum etiam dictos esse *Iuram.* Quod si in tam obscura re licet aliquid con-

quam constituerat cum legatis, venit, et legati ad eum reuerterunt, negat, *se more et exemplo Populi Romani posse iter vlli per Prouinciam dare; et, si vim facere conentur, prohibiturum* ostendit. Heluetii, ea spe deiecti, nauibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, saepius noctu, si perrumpere possent, conati, operis munitione et militum concursu et telis repulsi, hoc conatu destiterunt.

9. Relinquebatur vna per Sequanos via, qua, Se-

stituere, omissis iis, quae dixi omittenda esse, locum sic legendum puto: *a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad monteis milia passuum — — murum — — fossamque perducit.* Sed tutius fortasse est, cum Dauisio et Clarkio fateri, non esse locum perspicuum satis, neque posse omnia expediri. *M.* Mihi cum Hausio ita videtur. In ripa Geneuensi ductus fuit murus a lacu Lemanno ad Iuram ita, vt inter murum vel aggerem et montem, ad cuius pedes *angusta via* erat, Rhodanus deflueret. Est illa omnino *difficilis via*, cuius mentio fit c. 6. *qua vix singuli carri ducerentur* quod vel vici nomen *clausae*, *la cluse* hodie dicti, satis indicat. Itaque non necesse est, vt c. 6. pro *Rhodano* ponatur *Rhenus*, qui ad Iuram nusquam pertinet, neque est caussae quidquam, vt hoc cap. deleatur vox *Iura*, eo enim nomine cis Rhodanum quoque mons vocari potuit, flumine diuisus. Si cui haec non placent, mea pace consilium Mori sequatur.

decem nouem. Nimia est haec muri longitudo. Ergo recte monuit Vossius, aut *decem*, aut *nouem* legendum esse, non coniunctim *decem nouem*. Probauit hanc sententiam Cellarius, idemque visum esse Cluuerio (Germ. ant. 2, 4) ostendit. Probauit etiam Dauisius, quia in Iulio Celso p. 21 est *decem*, sine illo *nouem M.* Hoc ergo delendum. Cf. dicta ad h. l. in Mantissa.

prohibere possit. Vulgo contra codd. legitur *prohiberi possent. M.*

more et exemplo. Sic Tacit. H. I. 18. *more D. Augusti et exemplo militari.* Male Hotom. nostro loco addit *iniussu.*

ostendit. significauit. Sic et c. 19 et C. 1, 6. item Terent. Eun. 5, 9, 59.

nauibus ratibusque, alii vadis. Sic Davis. et Oudendorp. e codd. Sed edd. vulgg. post Hotomannum coeperunt exhibere, *nauibus ratibusque alii, alii vadis*, bis posito verbo *alii*. Cum autem et alibi soleat *alius* alterutro loco omitti, vbi bis ponendum erat, et in codd. h. l. omittatur, recte sublatum est. Iam dixerat hoc Gronou. ad Liu. 5, 37. *M.* Cf. notata ad 3, 21. et 25.

si — possent. Terent. Heaut. 1, 1, 118. *visam, si domi est.*

operis munitione. Intelligit murum, fossam et castella, de quibus paulo ante dixerat. *M.*

quanis inuitis, propter angustias ire non poterant. His quum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Aeduum mittunt, vt eo deprecatore a Sequanis inpetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat, et Heluetiis erat amicus, quod ex ea ciuitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus nouis rebus studebat et quam plurimas ciuitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. Itaque rem suscipit et a Sequanis inpetrat, vt per fines suos Heluetios ire patiantur, obsidesque vti inter sese dent, perficit: Sequani, ne itinere Heluetios prohibeant; Heluetii, vt sine maleficio et iniuria transeant.

10. Caesari renunciatur, Heluetiis esse in animo, per agrum Sequanorum et Aeduorum iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae ciuitas est in Prouincia. Id si fieret, intellegebat, magno cum Prouinciae periculo futurum, vt homines bellicosos, Populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitumos haberet. Ob eas caussas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum Legatum praefecit: ipse in Italiam magnis itineribus

deprecatore. Praepositio valet ad augendum teste Gellio 6, 16.

inpetrarent. Vulgo *hoc inpetrarent*, contra codices. Cf. c. 35. 5, 36. 6, 2.

Orget. filiam duxerat. Cf. c. 3. *M.*

renunciatur. Vulgo *nunciatur*, contra codd. (et edd. vet.) Significatio h. l. nihil quidem differt; sed quaeritur, quae vera lectio sit. *M.*

qui non longe — in Provincia. Glossatori haec deberi arbitratur I. C. H.

munitioni, quam fecerat. Cf. c. 8. *M.*

Italiam. Galliam citeriorem. Cf. c. 24, vbi hae legiones dicuntur in Gallia citeriore conscriptae. De legionibus, quibus Caesar in hoc bello vsus est, de earum nominibus, de genere militum, quibus constabant, de earum fortitudine et rebus gestis, exstat erudite scripta disputatio in libro, qui inscribitur, Memoires critiques et historiques sur plusieurs points d'antiquités militaires par Charles Guichard, nommé Quintus Icilius. Tom. 3. p. 1 — 150. inprimis Sect. I et II. *M.*

Graioceli. Hoc Davisius pro vulg. *Garoceli* restituit. Nomen habuerunt ab Alpibus Graiis et Ocelo. *M.*

Complur. his pr. pulsis. Rei huius meminit Polyaenus 8, 23

contendit, duasque ibi legiones conſcribit et tris, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et, qua proximum iter in vlteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Centrones et Graioceli et Caturiges, locis ſuperioribus occupatis, itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus his proeliis pulſis, ab Ocelo, quod eſt citerioris Prouinciae extremum, in fines Vocontiorum vlterioris Prouinciae die ſeptimo peruenit: inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Seguſianos exercitum ducit. Hi ſunt extra Prouinciam trans Rhodanum primi.

11. Heluetii iam per anguſtias et fines Sequanorum ſuas copias transduxerant et in Aeduorum fines peruenerant eorumque agros populabantur. Aedui, quum ſe ſuaque ab iis defendere non poſſent, legatos ad Caeſarem mittunt rogatum auxilium: *ita ſe omni tempore de Populo Romano meritos eſſe, vt paene in conſpectu exercitus noſtri agri vaſtari, liberi eorum in ſervitutem abduci, oppida expugnari non debuerint.* Eodem tempore Ambarri, neceſſarii et conſanguinei Aeduorum, Caeſarem certiorem faciunt, ſeſe, depo-

ſed perperam tradit, Caeſarem ἀμαχὶ, ſine pugna, Alpes transgreſſum.

Ocelo. Strabo lib. 4. p. 179: Ocelum finem terrae Cottii dixit, quae fuit in Alpibus Cottiis. Fuit ergo Ocelum finis Ciſalpinae Galliae in Alpibus; vicus, an oppidum, non liquet. *Cell. Ocelum,* alias *Vxellum,* nunc *Vxeau.* V. d' Anville in Not. de la Gaule p. 501.

Vocontiorum. Caput Vaſionem nominat Mela 2, 5. vnde ſedes manifeſta.

Seguſianos. Male alii *Sebuſianos.*

meritos eſſe. V. c. 43. et Strabo l. 4. p. 92. Tacitus Ann. 11, 25. Eumenii paneg. Conſtantini c. 2.

Aedui Ambarri. Edd. vulgg. hunc locum ſic exhibent: *Eodem tempore, quo Aedui, Ambarri quoque* — Sed nullus codex habet *quo* et *quoque.* Ergo ſuaſit Clarkius hanc lectionem: *Eodem temp. Aedui Ambarri neceſſ.* — quam Oudendorpius recepit: atque ita ſunt Ambarri pars ciuitatis Aeduae, dicunturque Aedui Ambarri, vt Locri Opuntii et Ozolae, ita vt Opuntii ſint pars Locrenſis ciuitatis. Mihi quidem cum Ciacconio videtur legendum: *Eodem tempore Ambarri, neceſſarii* — — ceteris omnibus omiſſis, quia ſic eſt in metaphraſi

pulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere: item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant, sibi praeter agri solum nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Caesar, non exspectandum sibi statuit, dum, omnibus fortunis sociorum consumtis, in Santonos Heluetii peruenirent.

12. Flumen est Arar, quod per fines Aeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita vt oculis, in vtram partem fluat, iudicari non possit. Id Heluetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. Vbi per exploratores Caesar certior factus est, tris iam copiarum partes Heluetios id flumen transduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse: de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem peruenit, quae nondum flumen transierat. Eos inpeditos et inopinantes adgressus, magnam eorum partem concidit: reliqui fugae sese mandarunt atque in proximas siluas abdiderunt. Is pagus adpellabatur Tigurinus: nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est. Hic pagus vnus, quum domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium Consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat. Ita, siue casu, siue consilio Deorum inmortalium, quae pars ciuitatis Heluetiae insignem calamitatem Populo Romano intulerat, ea princeps poenas persoluit. Qua

graeca. Hanc lectionem alius aliter explicare voluit, Ambarros quoque esse Aeduos, Ambarros esse diuersos ab Aeduis, ambos eodem tempore legatos misisse; e quibus explicationibus varietates plures enatae sunt. Infra c. 14. Ambarri ab Aeduis ita distinguuntur, vt non videantur esse pars ciuitatis Aeduae. Idem intelligitur e loco Liuii (5, 34.), vbi deinceps enumerantur Bituriges, Aruerni, Senones, Aedui, Ambarri, Carnutes: apertum enim est, Ambarros esse ciuitatem, a ceteris diuersam, vt Aruerni, Carnutes, aliique peculiares gentes Gallicae fuerunt. *M.* Tò *Aedui* hic est nihili. expungo. de *Ambarris* vide ind. Geograph.

in Santonos. Al. *Santones*, perinde est.

incred. lenitate. *Stanti similem* Silius dicit 3, 457. alii *leuitate.*

quartam vero. Al. *fere.*

adgressus — concidit. Non ipse Caesar fecit, sed per Labienum legatum, vt diserte tra-

in re Caesar non solum publicas, sed etiam priuatas iniurias vltus est, quod eius soceri L. Pisonis auum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio, quo Cassium, interfecerant.

13. Hoc proelio facto, reliquas copias Heluetiorum vt consequi posset, pontem in Arari faciundum curat atque ita exercitum transducit. Heluetii, repentino eius aduentu commoti, quum id, quod ipsi diebus viginti aegerrime confecerant, vt flumen transirent, vno illum die fecisse intellegerent, legatos ad eum mittunt: cuius legationis Diuico princeps fuit, qui bello Cassiano dux Heluetiorum fuerat. Is ita cum Caesare agit: *Si pacem Populus Romanus cum Heluetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Heluetios, vbi eos Caesar constituisset atque esse voluisset: sin bello persequi perseueraret, reminisceretur et veteris incommodi Populi Romani et pristinae virtutis Heluetiorum. Quod inprouiso vnum pagum adortus esset, quum ii, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suae magno opere virtuti tribueret aut ipsos despiceret: se ita a patribus maioribusque suis didicisse, vt magis virtute, quam dolo contenderent aut insidiis niterentur. Quare ne committeret, vt is locus, vbi constitissent, ex calamitate Populi Romani et internecione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet.*

dit Plutarch. in Caes. cap. 18. *M.* Triginta millia caesa Polyaenus scribit 8, 23. ceterum pro *Arare* Rhodanum ponit. De Labieno v. Appianus l. mox cit.

pagus. Paulo ante dixit, *pars Heluetiorum:* paulo post, *pars ciuitatis Heluetiae.* Facile ergo, quid sit pagus, his comparandis intelligitur. cf. c. 37. *M.*

Cassium. cf. c. 7. Haec ipsis his verbis leguntur in Appiani fragmento de bellis Gallicis pag. 755. ed. Steph., ducta ex Claudii Pauli annalibus. *M.* V. not. ad Taciti Germ. 37. is scil. Germanos caedis auctores facit, sub iis Gallos complexus. Ea clades ad a. V. C. 646. pertinet. Cf. Pighius.

soceri L. Pisonis. cf. Sueton. Iul. c. 21 *M.*

agit. alii *egit.*

vbi eos C. const. *Tò eos* ab aliis abest.

veteris incommodi. Est ipsa illa clades Cassiana. *M.*

adortus esset. *μείωσις* pro fugasset.

tribueret sc. quidquam. *M.*

14. His Caesar ita respondit: *Eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati Heluetii commemorassent, memoria teneret: atque eo grauius ferre, quo minus merito Populi Romani accidissent: qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile canere; sed eo deceptum, quod neque commissum a se intellegeret, quare timeret; neque sine caussa timendum putaret. Quod si veteris contumeliae obliuisci vellet; num etiam recentium iniuriarum, quod eo inuito iter per Provinciam per vim tentassent, quod Aeduos, quod Ambarros, quod Allobrogas vexassent, memoriam deponere posse? Quod sua victoria tam insolenter gloriarenter, quodque tam diu se inpune tulisse iniurias admirarentur, eodem pertinere: consuesse enim Deos inmortales, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem inpunitatem concedere. Quum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis sibi dentur, vti ea, quae polliceantur, facturos intellegat; et si Aeduis de iniuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis pacem esse facturum.* Diuico respondit: *Ita Heluetios a maioribus suis institutos esse, vti obsides accipere, non dare, consuerint: eius rei Populum Romanum esse testem.*

15. Hoc responso dato, discessit. Postero die castra ex eo loco mouent: idem facit Caesar equitatum-

eo minus dubitationis, vtrum pacem cum Heluetiis faceret, an bello eos persequi vellet. *M.*

legati Heluetii. E margine haec verba inrepsisse bene iudicant Ciaccon. et Gruterus.

atque eo grauius ferre. Inserit I. C. H. *calamitatem* vel *incommodum.* Sed nemo est, qui non subaudiat.

accidissent. al. *accidisset.*

Ambarros. cf. c. 11. *M.*

posse. Sic quidem codd. et vett. odd. Sed vulgo melius, *posset. M.* Clarke restituit τὸ *posse*, probante Oudend.

eodem pertinere, eamdem vim habere in animo Caesaris, eum mouere, ne iis pacem concederet. *M.*

quo grauius, vt eo grauius doleant. *M.*

que omnem, ad numerum quatuor milium, quem ex omni Prouincia et Aeduis atque eorum sociis coactum habebat, praemittit, qui videant, quas in partes hostes iter faciant. Qui, cupidius nouissimum agmen insecuti, alieno loco cum equitatu Heluetiorum proelium committunt: et pauci de nostris cadunt. Quo proelio sublati Heluetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere, nonnumquam ex nouissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt. Caesar suos a proelio continebat ac satis habebat in praesentia, hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, vti inter nouissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset.

16. Interim quotidie Caesar Aeduos frumentum, quod essent publice polliciti, flagitare: nam propter frigora, quod Gallia sub septemtrionibus, vt ante dictum, posita est, non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia subpetebat: eo autem frumento, quod flumine Arari nauibus subuexerat, propterea minus vti poterat, quod iter ab Arare Heluetii auerterant, a quibus discedere nolebat. Diem ex die ducere Aedui; conferri, comportari, adesse dicere. Vbi se diutius duci intellexit et diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret: conuocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Diuitiaco et

alieno loco. Opponitur *suo* Sallust. Iug. 61. i. e. opportuno. V. et Liu. 42, 45.

ex nouiss. agmine. Alii *et.*

pabulationibus. Hoc verbum ab edd. vulgg. abest, culpa Vossii. *M.* Restituit Dauis.

dies quindec. Alii *duodecim.*

passuum. in aliis deest. non male, sic et alibi Caesar, vt c. 41. 2, 30. etc.

vt ante dictum. An respicit verba capitis primi: *vergit ad septemtriones? M.*

conferri et *comportari* non subtiliter distinxerim; putem tamen conferri a singulis, comportari in vnum locum id, quod singuli contulerant. In metaphr. gr. est ἀθροίζεσθαι et ἄγεσθαι. *M.*

se duci. Sic Terent. Phorm.

Lifco, qui fummo magiftratu praeerat, (quem Vergobretum adpellant Aedui, qui creatur annuus et vitae necisque in fuos habet poteftatem,) grauiter eos accufat, quod, quum neque emi, neque ex agris fumi poffet, tam neceffario tempore, tam propinquis hoftibus, ab iis non fubleuetur: praefertim quum magna ex parte eorum precibus adductus bellum fusceperit, multo etiam grauius, quod fit deftitutus, queritur.

17. Tum demum Lifcus, oratione Caefaris adductus, quod antea tacuerat, proponit: *Effe nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat; qui priuati plus poffint, quam ipfi magiftratus. Hos feditiofa atque inproba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant, quod praeftare debeant. Si iam principatum Galliae obtinere non poffint, Gallorum, quam Romanorum imperia perferre, fatius effe, neque dubitare, quin, fi Heluetios fuperauerint Romani, vna cum reliqua Gallia Aeduis libertatem fint erepturi. Ab iisdem noftra confilia, quaeque in caftris gerantur, hoftibus enunciari: hos a fe coerceri non poffe: quin etiam, quod neceffario rem coactus Caefari enunciarit, intellegere fefe, quanto id cum periculo fecerit, et ob eam cauffam, quam diu potuerit, tacuiffe.*

18. Caefar hac oratione Lifci Dumnorigem, Diui-

8, 2, 15. *vt phaleratis verbis ducas me.*

magiftratu, datino cafu fine acceffione vocalis *i*, quod folemne Caefari fuiffe, Gellius N. A. 4, 16. demonftrauit. *Cellar.* Plura exempla Oudendorpius collegit. De summo Aeduorum magiftratu quaedam traduntur infra 7, 33. *M.* De ifto datiuo v. Berger de natur. pulcrit. orat. p. 411.

praeerat. Al. *praeerant.* male.

Vergobretum. Lingua Celtica *Fear-go-breith* eft vir ad iudicium; *breatam*, iudex; *fear*, vir; *go*, ad. vid. I. O-Brien in Focaloir Gaoidheilge Sax-bhéarla or an Irifh-Englifh dictionary. 4. Paris 1768. in Praef. p. 24. Apud Le Pelletier in Dict. de la langue Bretonne in voce *Breugeou* occurrit *breut, brawd*, iudicium.

precibus adductus. Cf. c. 11. *M.*

priuati. alii *priuatim.*

neque dubitare debeant. Turbatur in verbo *debeant* fyntaxis, nam non pendet hoc verbum ab aliquo fuperiorum. Clarkius in *debere* voluit mutari, Oudendorpius omitti. Sed non

tiaci fratrem, designari sentiebat: sed, quod pluribus praesentibus eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit, Liscum retinet: quaerit ex solo ea, quae in conuentu dixerat. Dicit liberius atque audacius. Eadem secreto ab aliis quaerit; reperit esse vera. *Ipsum esse Dumnorigem, summa audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum nouarum: compluris annos portoria reliquaque omnia Aeduorum vectigalia paruo pretio redemta habere, propterea quod illo licente contra liceri audeat nemo. His rebus et suam rem familiarem auxisse, et facultates ad largiendum magnas comparasse: magnum numerum equitatus suo sumtu semper alere et circum se habere: neque solum domi, sed etiam apud finitimas ciuitates largiter posse: atque huius potentiae caussa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo conlocasse: ipsum ex Heluetiis vxorem habere: sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias ciuitates conlocasse: fauere et cupere Heluetiis propter eam adfinitatem: odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum aduentu potentia eius deminuta et Diuitiacus frater in antiquum locum gratiae atque honoris sit restitutus. Si quid accidat Romanis, summam in spem regni per Heluetios obtinendi venire; imperio Populi Romani*

puto, ex omni ἀνακολουθίᾳ faciendam esse legitimam consecutionem orationis. *M.* Delendum τὸ *debeant* putat Oud. subaudito *se*, ni hoc *se* addere malis. Quam lectionem exhibeo, ea est quam e codd. et edd. vet. restituit in editione posteriore Oud. qui in priori dederat sic: *quod praestare dicant, si iam — perferre: neque dubitare debeant.* quo refertur nota praemissa.

coactus. Sic codd. et ed. vet. Male Faernus expunxerat, vno codice motus.

ab aliis quaerit. Abest *quaerit* ab edd. vulgg. Sed exstat in omnibus codicibus. *M.* et Graecus interpres habet. Superfluum duxerat Scaliger.

illo licente. alii *dicente.* male, et mox *contradicere.*

sed etiam apud. Τὸ *etiam* deest in cod. Doruillii et edd. vet. Sic et alibi, vt 1, 43. Vide et 6, 43.

Diuitiacus restit. Cf. c. 5. *M.*

Si quid accidat Romanis. Intrudit I. C. H: *grauius.* inuenuste. Caesar μείωσιν vel εὐφημισμὸν adhibet egregie.

imperio Pop. Rom. i. e. im-

non modo de regno, ſed etiam de ea, quam habeat, gratia deſperare. Reperiebat etiam in quaerendo Caeſar. *quod proelium equeſtre aduerſum paucis ante diebus eſſet factum, initium eius fugae factum a Dumnorige atque eius equitibus,* (nam equitatu, quem auxilio Caeſari Aedui miſerant, Dumnorix praeerat,) *eorum fuga reliquum eſſe equitatum perterritum.*

19. Quibus rebus cognitis, quum ad has ſuſpiciones certiſſimae res accederent, quod per fines Sequanorum Heluetios transduxiſſet, quod obſides inter eos dandos curaſſet, quod ea omnia non modo iniuſſu ſuo et ciuitatis, ſed etiam inſcientibus ipſis feciſſet, quod a magiſtratu Aeduorum accuſaretur: ſatis eſſe cauſſae arbitrabatur, quare in eum aut ipſe animaduerteret, aut ciuitatem animaduertere iuberet. His omnibus rebus vnum repugnabat, quod Diuitiaci fratris ſummum in Populum Romanum ſtudium, ſummam in ſe voluntatem, egregiam fidem, iuſtitiam, temperantiam cognouerat: nam, ne eius ſubplicio Diuitiaci animum offenderet, verebatur. Itaque priusquam quidquam conaretur, Diuitiacum ad ſe vocari iubet et, quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Procillum, principem Galliae prouinciae, familiarem ſuum, cui ſummam omnium rerum fidem habebat, cum eo conloquitur: ſimul commonefacit, quae ipſo praeſente in concilio Gallorum de Dumnorige ſint dicta, et oſtendit, quae ſeparatim quisque de eo apud ſe dixerit: petit at-

perante pop. Rom. Sed 2, 1. eſt, *in imperio*, eôdem ſenſu: et modo additur, modo omittitur illud *in*. *M.*

in quaerendo. Sic codices. vulgo *inquirendo.*

quod proelium equeſtre etc. Citra neceſſitatem ἀνακόλουθον heic adgnoſcunt interpretes, in refingendo loco male ſeduli. Perizon. ad Sanctii Min. 4, 11. explicat ſic: *inquirendo* in proelium, *quod* etc. tunc autem Hauſius putat legendum *repererat.* Si legis *in quaerendo*, ſubaudies *de proelio.* I. C. H. pro *quod* malebat *quum.*

proelium equeſtre. Cf. c. 15. *M.*

quod — — transduxiſſet. i. e. impetraſſet a Sequanis, vt per fines ſuos Heluetios ire paterentur. Cf. c. 9. *M.*

que hortatur, vt ſine eius obfenſione animi vel ipſe de eo, cauſſa cognita, ſtatuat, vel ciuitatem ſtatuere iubeat.

20. Diuitiacus multis cum lacrimis, Caeſarem complexus, obſecrare coepit, *ne quid grauius in fratrem ſtatueret: ſcire ſe, illa eſſe vera, nec quemquam ex eo plus, quam ſe, doloris capere, propterea quod, quum ipſe gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adoleſcentiam poſſet, per ſe creuiſſet: quibus opibus ac neruis non ſolum ad minuendam gratiam, ſed paene ad perniciem ſuam vteretur: ſeſe tamen et amore fraterno et exiſtimatione vulgi commoueri. Quod ſi quid ei a Caeſare grauius accidiſſet, quum ipſe eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem exiſtimaturum, non ſua voluntate factum: qua ex re futurum, vti totius Galliae animi a ſe auerterentur.* Haec quum pluribus verbis flens a Caeſare peteret, Caeſar eius dextram prendit: conſolatus rogat, finem orandi faciat: tanti eius apud ſe gratiam eſſe oſtendit, vti et reipublicae iniuriam et ſuum dolorem eius voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad ſe vocat; fratrem adhibet; quae in eo reprehendat, oſtendit; quae ipſe intellegat, quae ciuitas queratur, proponit; monet, vt in reliquum tempus omnes ſuſpiciones vitet; praeterita ſe Diuitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi cuſtodes ponit, vt, quae agat, quibuscum loquatur, ſcire poſſit.

iniuſſu ſuo, iniuſſu Caeſaris. *M.*
inſc. ipſis. i. e. ciuibus. *M.*
His omnibus rebus. *Tò rebus* delerat Scaliger, repoſuit Clarkius e bonis codd. et ed. vet. Cf. et 5, 51, 52.
C. Valerium Procillum. Sic et c. 47. et 53. Gr. *Προκιλλον*. MS. male *Troacillum*, *Traucillum*.
in concilio Gall. Cf. c. 16—18. *M.*
et oſtendit. Haec verba abſunt ab edd. vulgg. *M.* Omiſſa ſcil. a Scaligero reſtituit Daviſius.
per ſe creuiſſet. Per Diuitiacum. Graecus interpres male δι' ἑαυτοῦ referendo ad Dumnorigem.
reipubl. iniuriam, factam reipublicae. *M.*
quae agat. alii *quid.*

21. Eodem die ab exploratoribus certior factus, hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo: qualis esset natura montis et qualis in circuitu adscensus, qui cognoscerent, misit. Renunciatum est, facilem esse. De tertia vigilia T. Labienum, Legatum pro Praetore, cum duabus legionibus et iis ducibus, qui iter cognouerant, summum iugum montis adscendere iubet; quid sui consilii sit, ostendit. Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit, equitatumque omnem ante se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur et in exercitu L. Sullae, et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus praemittitur.

22. Prima luce, quum summus mons a T. Labieno teneretur, ipse ab hostium castris non longius mile et quingentis passibus abesset, neque, vt postea ex captiuis comperit, aut ipsius aduentus, aut Labieni, cognitus esset: Considius equo admisso ad eum adcurrit; dicit, montem, quem a Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri; id se a Gallicis armis atque insignibus cognouisse. Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit. Labienus, vt erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret,

sub monte. Sic codd. et ed. vet. Alii *sub montem.* Vide et c. 48.

Legatum pro Praetore. Augustus, formam ciuitatis constituens et prouinciarum Romanarum rationem describens, esse voluit legatos pro praetore, (*πρεσβευτὰς ἀντιστρατηγούς.* Dio Cass. 43, 13.) qui fuere praesides prouinciarum. Cum ergo Labienus non potuerit hoc sensu esse legatus pro praetore, placuit non nullis, *propere* potius legere, quam *pro praetore,* sed codd. inuitis. At Carrio antiqu. lect. 3, 8. et Vrsinus ad h. l. et Spanhemius (de vsu et praest. NN. p. 560. quorum scriptorum locos Cellarius iam indicauit) e nummis, tempore Augusti antiquioribus, ostenderunt, etiam liberae reipublicae aetate fuisse legatos pro praetore, qui, vt Spanhemii verbis vtar, vice praetorum, sub auspiciis proconsulis aut imperatoris, parti exercitus aut prouinciae praeerant. Cui descriptioni congruit ea, quae iam ante in Vrsini nota ad h. l. proposita erat, sed auctior vna parte: scilicet, legatum *absente proconsule* aliquo missum dictum videri legatum pro praetore. Ac talis fuit Labienus, etiamsi, quod iam Oudendorpius animaduertit, Labienus aliis omnibus locis

nisi ipsius copiae prope hostium castra visae essent, vt vndique vno tempore in hostes inpetus fieret, monte occupato nostros exspectabat proelioque abstinebat. Multo denique die per exploratores Caesar cognouit, et montem a suis teneri, et Heluetios castra mouisse, et Considium, timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renunciasse. Eo die, quo consuerat, interuallo hostes sequitur et milia passuum tria ab eorum castris castra ponit.

23. Postridie eius diei, quod omnino biduum supererat, quum exercitu frumentum metiri oporteret, et quod a Bibracte, oppido Aeduorum longe maximo ac copiosissimo, non amplius milibus passuum XVIII aberat, rei frumentariae prospiciendum existimauit, iter ab Heluetiis auertit ac Bibracte ire contendit. Ea res per fugitiuos L. Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nunciatur. Heluetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis, quod pridie, superioribus locis occupatis, proelium non commouissent; siue eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent: commutato consilio atque itinere conuerso, nostros a nouissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt.

simpliciter legatus Caesaris dicitur, vt adeo locus noster plane singularis, res vero ipsa non extra omnem dubitationem posita videatur. In metaphr. Gr. est ὑποστρατηγὸς, sine illo *pro praetore*. Vrsini sententiam Dauisius suam fecit. *M.* Apud Vaillant in NN. famil. CN. MAGNUS. IMP. — M. POBLICI, LEG. PRO PR.

iis ducibus. Al. *iisdem*. perperam.

ante se. Sic Clarke e codd. Scaliger pronomen omiserat.

a Gallicis armis. Al. *ex. insignibus*. v. ind. *M.*

prope. Cod. Oxon. *propter*. non male. Sic et Liu. 28, 46.

Caesar cognouit. Tò *Caesar* addidit Dauis. e codd.

Heluetios. al. *hostes*.

oppido Aeduorum. Scilicet ab Aeduis potissimum Caesar frumentum exspectabat. Cf. c. 16. Hoc oppidum intelligendum est, cum Plutarchus (in Caes. cap. 18), hanc rem attingens, dicit: *Καῖσαρ εἰς πόλιν τινὰ φίλην ἄγει τὸν στρατόν*. *M.*

iter. al. *et iter*.

discedere a se. Tò *a se* omisit Scaliger, suadente Ciacconio.

commouissent. al. *commisissent*.

eo, quod. Tò *eo* Ciacconii codex non habet. comparet in aliis.

24. Poſtquam id animum aduertit, copias ſuas Caeſar in proximum collem ſubducit, equitatumque, qui ſuſtineret hoſtium inpetum, miſit. Ipſe interim in colle medio triplicem aciem inſtruxit legionum quatuor veteranarum, ita, vti ſupra ſe in ſummo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conſcripſerat, et omnia auxilia conlocaret: ac totum montem hominibus compleri et interea ſarcinas in vnum locum conferri et eum ab his, qui in ſuperiore acie conſtiterant, muniri iuſſit. Heluetii, cum omnibus ſuis carris ſecuti, inpedimenta in vnum locum contulerunt: ipſi, confertiſſima acie reiecto noſtro equitatu, phalange facta, ſub primam noſtram aciem ſucceſſerunt.

25. Caeſar, primum ſuo, deinde omnium ex conſpectu remotis equis, vt aequato omnium periculo ſpem fugae tolleret, cohortatus ſuos, proelium commiſit. Milites, e loco ſuperiore pilis miſſis, facile

animum aduertit. Ita Dauiſius e codd. Cf. Gron. ad Liu. 24, 48.

quas — conſcripſerat. Cf. c. 10. *M.*

conlocaret. Sic cod. Leidenſis. bene. vulgo erat *conlocari,* ſenſu non pleno. Alii habent *conlocarit*, *complerit.*

compleri et. al. *compleret.*

phalange facta. Oroſius (6, 7), vbi ea tractat, quae Caeſar infra (c. 52) narrauit, perſpicue deſcripſit phalangem Germanorum, quae deſcriptio, propter Germanorum cum Gallis ſimilitudinem, etiam in Gallorum phalangem, de qua hic ſermo eſt, conuenit. Dicit ergo, fieri Germanorum phalangem, *coacto in vnum agmine, ſcutisque ſupra caput contextis.* Itaque phalanx Germanorum fuit eadem, quae teſtudo Romanorum, quam Liuius 34, 39. et Arrianus in Tactic. p. 33. deſcripſerunt. Ipſe vero Caeſar infra dicit, milites Romanos in phalangas Germanorum inſiliiſſe, *ſcuta* manibus reuulſiſſe et *deſuper* vulneraſſe hoſtes: quae quidem indicant, contexta fuiſſe ſcuta ſuper capita. Oroſii locum iam Rhellicanus et Manutius cum noſtro compararunt. Igitur phalanx h. l. non tam eſt *συνασπισμὸς*, vt Geſnero in Theſ. Lingu. Lat. viſum eſt, quam *χελώνη*. vid. omnino Arrianus loco paulo ante indicato. *M.* Arrianus ipſe, qui Graecis *συνασπισμὸς* eſt, Romanis *χελώνην* dici, adſerit.

ſuo (equo remoto). Plutarch. in Caeſ. c. 18. *Ὡς τῷ Καίσαρι ἵππος προσήχθη, τούτῳ μὲν, ἔφη, νικήσας χρήσομαι πρὸς τὴν δίωξιν, νῦν δ' ἴωμεν* (ſc. πεζοὶ) *ἐπὶ τοὺς πολεμίους.' καὶ πεζὸς ὁρμήσας ἐνέβαλε.* Cf. Sueton. Iul. c. 60, quem locum omnes interpretes iam contulerunt. *M.*

ex conſpectu. Non iungenda ſunt haec, *omnium ex conſpectu;* ſed haec, *remotis ex conſpectu equis.* Puderet hoc

hostium phalangem perfregerunt. Ea disiecta, gladiis destrictis in eos inpetum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat inpedimento, quod, pluribus eorum scutis vno ictu pilorum transfixis et conligatis, quum ferrum se inflexisset, neque euellere, neque, sinistra impedita, satis commode pugnare poterant; multi vt diu iactato brachio praeoptarent scutum manu emittere et nudo corpore pugnare. Tandem vulneribus defessi et pedem referre et, quod mons suberat circiter mile passuum, eo se recipere coeperunt. Capto monte et succedentibus nostris, Boii et Tulingi, qui hominum milibus circiter XV agmen hostium claudebant et nouissimis praesidio erant, ex itinere nostros latere aperto adgressi, circumuenere: et id conspicati Heluetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et proelium redintegrare coeperunt. Romani conuersa signa bipar-

monere, nisi vidissem, quosdam offensos misse verbis, *ex conspectu*, eaque delata voluisse: quod iis non potuisset in mentem venire, nisi inepte coniunxissent cum genitiuo *omnium*. *M.* Ciacconius delerat.

remotis equis. I. C. H. addi postulat *iussu*. Sed is pruritus emendandi intempestiuus est. Interpretum nemo hic haesit vnquam.

aequato omnium periculo. Hoc *omnium* delet Scaliger.

pilis missis. alii *emissis.*

gladiis destrictis. al. *districtis.* V. Gron. ad Liu. 27, 13.

pluribus scutis — conligatis. Nam scuta capitibus sic imponebantur, vt non margo marginem tangeret et veluti fricaret, sed vt scuti vnius pars fere dimidia tegeret scuti alterius superficiem fere dimidiam. Ergo ictu pilorum poterant commode scuta ad minimum duo transfigi atque ita ferro colligari s. adfigi alterum alteri. *M.*

eo se recipere coeperunt. I. C. H. adiicit *Heluetii*. Verum id ex nexu patet.

circumuenere, alii *circumuenire.*

conuersa signa intulerunt, h. e. conuersione facta (*si machen eine Schwenkung*) intulerunt signa hosti. Nescio, quid difficultatis h. l. quaesiuerint interpretes: nam statu et τάξει exercitus hostilis mutata, etiam status et τάξις exercitus Romani mutata est. Si non omnes mutarunt τάξιν, tamen pars eorum eam mutauit, et de his illud *conuersus* intelligendum est. *M.* Τὸ *conuersa* in codd. et edd. antiquis deest. Si retineas, τὸ *bipartito* referes ad *intulerunt.* Id *bipartito* codd. et edd. vet. habent, recte. Graecus etiam διχῇ (quod Dauisius male in τριχῇ vertit) nam prima et secunda acies pro una habendae, vt ex seq. patet. non ergo opus τῷ *tripartito*. V. Dio 38, 33. Conf. Carrio Ant. lect. 3, 2.

tito intulerunt: prima ac secunda acies, vt victis ac submotis resisteret; tertia, vt venientes exciperet.

26. Ita ancipiti proelio diu atque acriter pugnatum est. Diutius quum nostrorum inpetus sustinere non possent, alteri se, vt coeperant, in montem receperunt; alteri ad inpedimenta et carros suos se contulerunt. Nam hoc toto proelio, quum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit, auersum hostem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad inpedimenta pugnatum est, propterea quod pro vallo carros obiecerant, et e loco superiore in nostros venientes tela coniiciebant, et nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiiciebant nostrosque vulnerabant. Diu quum esset pugnatum, inpedimentis castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia, atque vnus e filiis captus est. Ex eo proelio circiter milia hominum CXXX superfuerunt, eaque tota nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere

Nodum in scirpo hic quaerit I. C. H. qui mutilum locum esse indicat.

exciperet. Si codd. et vett. edd. sequi velimus, legendum erit *sustineret*, cui Oudendorpius praetulit *exciperet*, quia putat elegantius, quam quod a librariis profectum sit. Quod mihi non videtur: nam *excipere* et *sustinere* tam crebro et constanter in hac re dicuntur, vt neutrum videatur elegantius. *M.* *Tò exciperet* legitur in ed. Rom. Mediol. Ven. etc.

hora septima. Est *circiter* prima pomeridiana, e ratione nostra. Veteres noctium et dierum spatia *sub aequinoctium* sic diuiserunt, vt nox inciperet ab nostra sexta hora vespertina desineretque in sexta matutina; diei vero initium esset sexta matutina et finis sexta vespertina. Itaque dies constabat duodenis horis, quae a prima ad duodecimam deinceps numerabantur: nox quaternis vigiliis, vigiliae ternis horis: quamquam et noctis hora prima, secunda, etc. numeratae sunt, vt 8, 35. B. Af. 70. *Crescente* vero et *decrescente* die, erant horae illae duodenae longiores aut breuiores, vt et vigiliae. Aen. Tact. cap. 22. Semper vero nostra duodecima, ipse medius dies, est veterum hora sexta, ideoque regrediendo et progrediendo reperire *circiter* (et sic intellexi, quoties monui) potest comparatio nostrarum et veterum horarum. *M.*

mataras. Hoc nomine genus teli Gallici adpellatum est, cuius mentionem Liuius 7, 24, et auctor librorum ad Herennium 4, 32, et alii fecerunt, quos diligenter enumerauit Drakenborchius ad Liuium. Strabo 4, pag. 196. dicit esse παλτοῦ τι εἶδος et Gr. metaphr. Caesa-

intermisso, in fines Lingonum die quarto peruenerunt, quum, et propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum, nostri, triduum morati, eos sequi non potuissent. Caesar ad Lingonas litteras nunciosque misit, ne eos frumento, neue alia re iuuarent: qui si iuuissent, se eodem loco, quo Heluetios, habiturum. Ipse, triduo intermisso, cum omnibus copiis eos sequi coepit.

27. Heluetii, omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miserunt. Qui quum eum in itinere conuenissent seque ad pedes proiecissent, suppliciterque locuti flentes pacem petissent, atque eos in eo loco, quo tum essent, suum aduentum exspectare iussisset, paruerunt. Eo postquam Caesar peruenit, obsides, arma, seruos, qui ad eos perfugissent, poposcit. Dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte intermissa, circiter hominum milia VI eius pagi, qui Verbigenus adpellatur, siue timore

τὶς παλτὰ h. l. posuit. Hesychius μαδάρεις esse dicit πλατύτερα λογχίδια et verbum Celticum esse diserte monet. Ceterum vt adparet et *madaris* et *materis* et *mataris* scribi solere; nam barbarorum verborum scriptura variat: sic *mazacas*, quod in edd. Caesaris irrepserat, plane vitiosum est. *M.* Primus emendauit Rhellicanus ex ingenio, firmarunt, dein codices. Straboni restituerunt: ματεϱὶς Scaliger et Turnebus; prius legebatur μέϱις. *Materes* Nonius dicit e Sisenna 18, 26. Fuit autem *matara* sagitta capitata crassior, nostris hodieque *matras.* Affine est Hispan. *matar*, occidere. Gallis etiam olim *matrasser*, interficere. Ex Arabico *matara*, iaculari, deriuat Borchardus Geogr. S. 1, 42.

Orgetorigis filia. Tradit Plutarchus Caes. cap. 18. interfuisse huic proelio mulieres et liberos Gallorum, (solebant enim exercitum sequi,) et pertinaciter pugnantes cateruatim occubuisse. *M.*

nullam partem — intermisso. Haec puto delenda: voluit aliquis verbum *continenter* explicare, et in margine scripsit, *nullam partem noctis itinere intermisso.* Etiam Gruterus et Oudendorpius ταυτολογίᾳ offensi sunt, et absunt haec verba a Graeca metaphrasi. *M.*

eodem loco. Contra codd. post hoc verbum edd. vulgg. addiderant, *illos. M.*

atque eos. Huidekooper iubebat legi *isque eos.* Sed v. Oudendorp.

suum aduentum, suum reditum. *M.*

Vrbigenus. Sic quidam codd. et edd. quamquam in plerisque est *Verbigenus*, aut *Virbigenus*, aut *Verbiginius.* Sed Cellarius in notit. orbis ant. p. 275. post

perterriti, ne armis traditis supplicio adficerentur, siue spe salutis inducti, quod, in tanta multitudine dediticiorum, suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarent, prima nocte ex castris Heluetiorum egressi, ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt.

28. Quod vbi Caesar resciit, quorum per fines ierant, his, vti conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperauit: reductos in hostium numero habuit: reliquos omnes, obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditionem accepit. Heluetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, vnde erant profecti, reuerti iussit et quod, omnibus fructibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus

Cluuerium ex Antonini itinerario p. 348. ed. Wesseling. ostendit, *Vrbigenus* esse veram lectionem, quia in illo itinerario *Vrba*, oppidum Heluetiae, occurrit. Ritterus in hist. vet. Galliae p. 54. existimat, vetus verbum fuisse *Vrbegoew* vel *Vrbego*, idque significare tractum ad Vrbam: nam *Gau*, *Gow*, *Ga*, *Go* esse tractum, neminem fugit. Cf. 1, 12. et 37. de pagis. *M.* Antiquam lectionem vindicauit Schoepflinus nostras anno saeculi superioris sexagesimo nono inspecta Saloduri ara lapidea GENIO VERBIGENO dicata, ostenditque, pagum cognominem non in Vaudensi, quod Geographis visum erat, sed in Salodurano agro Iuram inter et Rhenum fuisse situm. Docuit porro, Tigurinum pagum male apud Turicenses esse quaesitum, quum ara Auentici detecta, altera item DEAE AVENTIAE inscripta, clare demonstrent, Friburgensem Vchtlandiae pagum cum Auentico Tigurinum pagum prope Moratum lacum constituisse, ad quem pagum Vrba quoque, quae doctos viros deceperat, spectauit. V. Acta Acad. Palat. Vol. III. hist. p. 169. Emendanda hinc est Heluetia clar. D'Anvillii, quam is in Gallia vetere repraesentat. Fugit etiam Schoepflini industria diligentem Geographiae inuestigatorem Mannertum. Recte contra Ritterus vir eximius in opere De quelques antiquités de la Suisse 4. Bernae 1788. aquas *Verbigenas* dixit, quae vulgo *Helueticae* adpellantur.

prima nocte. al. *prima noctis vigilia.* e glossa. Cf. 3, 75.

resciit. Sic codices. vulgo *resciuit.*

Latobrigos. Cod. Petauii addit *Rauracos*, vt c. 5.

fructibus. Sic codd. optimi. al. *frugibus.*

incenderant. Cf. c. 5. *M.*

Id — fecit. Repetit et laudat Plutarch. in Caes. c. 18. *M.*

cogniti. Scaliger omisit. habent codd. et edd. vet. Restituit Dauis.

in parem etc. Codd. varii et edd. vet. *in partem iuris libertatisque conditione* (scil. *ea*) *atque* etc.

tabulae, literis Graecis confectae. Etiam alio horum com-

imperauit, vt iis frumenti copiam facerent: ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit, eum locum, vnde Heluetii discesserant, vacare; ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Heluetiorum fines transirent et finitumi Galliae prouinciae Allobrogibusque essent. Boios, petentibus Aeduis, quod egregia virtute erant cogniti, vt in finibus suis conlocarent, concessit: quibus illi agros dederunt, quosque postea in parem iuris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, receperunt.

29. In castris Heluetiorum tabulae repertae sunt,

mentariorum loco 6, 14. Caesar tradit, Druidas in rebus, quae non ad ipsorum disciplinam pertineant, h. e. priuatis ac publicis rationibus, literis Graecis vti solere. Literas Graecas hic sermonem Graecum interpretor. Haec ipsa refert Strabo 4. p. 181: nam paulo ante suam aetatem in Gallia dicit inualuisse morem, formulas pactorum, rerum contractarum, mutuique negotii Graece scribendi: τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφουσι. Et h. l. ἑλληνιστὶ interpretor, *lingua Graeca*. Cum ergo hic mos iam Caesaris aetate viguerit in Gallia, constitui potest, illud *paulo ante Strabonis aetatem* sic capiendum esse, vt iam ante Caesaris in Galliam aduentum statuamus hunc morem ibi introductum. Haec de tempore, quod nos quidem sciamus. Modus autem, quo literae Graecae in Galliam inportatae sunt, ab eodem Strabone traditur: nam Massilienses, colonia Graeca (Strabo 4. p. 179. Iustin. 43, 4), paulo ante Strabonis aetatem tantum Graecorum amorem iniecerunt Gallis, ὥστε καὶ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν. Si Galli eo vsque imitati sunt Graecos, vt *adeo* (ὥστε καὶ) formulas istiusmodi Graece scriberent, non in vno hoc genere fuerunt Hellenistae, sed cum in aliis; tum in hoc nominatim: et mirum est, amorem illum vsque eo processisse, vt in his adeo aliquid innouarent, in quibus homines vulgo tenacissimi sunt moris patrii. Ergo per Massilienses occasio Graece scribendi Gallis oblata est. Quodsi Caesaris tempore Druidae tantum, aut potissimum, vsum Graecarum literarum habuerunt; (in barbaris enim gentibus talia non solent celeriter et apud omnes inualescere,) neque omnia omnino, sed, quantum nobis constat, formulae rerum contractarum Graece scriptae sunt: non existimandum est, omnes Gallos Caesaris tempore Graecarum literarum intelligentes fuisse; sed hanc fuisse partem doctrinae Gallicae, si quis Graece sciret. Quod ergo Caesar legato suo epistolam, Graecis literis consignatam, misit, ne intercepta legi a Neruiis posset 5, 48, id non potest iis, quae antea dixi, opponi, aut inde concludi, Gallos Graece nesciuisse, quia

perterriti, ne armis traditis supplicio adficerentur, siue spe salutis inducti, quod, in tanta multitudine dediticiorum, suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarent, prima nocte ex castris Heluetiorum egressi, ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt.

28. Quod vbi Caesar resciit, quorum per fines ierant, his, vti conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperauit: reductos in hostium numero habuit: reliquos omnes, obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditionem accepit. Heluetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, vnde erant profecti, reuerti iussit et quod, omnibus fructibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus

Cluuerium ex Antonini itinerario p. 348. ed. Wesseling. ostendit, *Vrbigenus* esse veram lectionem, quia in illo itinerario *Vrba*, oppidum Heluetiae, occurrit. Ritterus in hist. vet. Galliae p. 54. existimat, vetus verbum fuisse *Vrbegoew* vel *Vrbege*, idque significare tractum ad Vrbam: nam *Gau*, *Gow*, *Ga*, *Ge* esse tractum, neminem fugit. Cf. 1, 12. et 37. de pagis. *M.* Antiquam lectionem vindicauit Schoepflinus nostras anno saeculi superioris sexagesimo nono inspecta Saloduri ara lapidea GENIO VERBIGENO dicata, ostenditque, pagum cognominem non in Vaudensi, quod Geographis visum erat, sed in Salodurano agro Iuram inter et Rhenum fuisse situm. Docuit porro, Tigurinum pagum male apud Turicenses esse quaesitum, quum ara Auentici detecta, altera item DEAE AVENTIAE inscripta, clare demonstrent, Friburgensem Vchtlandiae pagum cum Auentico Tigurinum pagum prope Moratum lacum constituisse, ad quem pagum Vrba quoque, quae doctos viros deceperat, spectauit. V. Acta Acad. Palat. Vol. III. hist. p. 169. Emendanda hinc est Heluetia clar. D'Anvillii, quam is in Gallia vetere repraesentat. Fugit etiam Schoepflini industria diligentem Geographiae investigatorem Mannertum. Recte contra Ritterus vir eximius in opere De quelques antiquités de la Suisse 4. Bernae 1788. *aquas Verbigenas* dixit, quae vulgo *Heluetica*e adpellantur.

prima nocte. al. *prima noctis vigilia*, e glossa. Cf. 3, 75.

resciit. Sic codices. vulgo *resciuit.*

Latobrigos. Cod. Petauii addit *Rauracos*, vt c. 5.

fructibus. Sic codd. optimi. al. *frugibus.*

incenderant. Cf. c. 5. *M.*

Id — fecit. Repetit et laudat Plutarch. in Caes. c. 18. *M.*

cogniti. Scaliger omisit. habent codd. et edd. vet. Restituit Dauis.

in parem etc. Codd. varii et edd. vet. *in partem iuris libertatisque conditione* (scil. *ea*) *atque* etc.

tabulae, literis Graecis confectae. Etiam alio horum com-

imperauit, vt iis frumenti copiam facerent: ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit, eum locum, vnde Heluetii discesserant, vacare; ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Heluetiorum fines transirent et finitumi Galliae prouinciae Allobrogibusque essent. Boios, petentibus Aeduis, quod egregia virtute erant cogniti, vt in finibus suis conlocarent, concessit: quibus illi agros dederunt, quosque postea in parem iuris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, receperunt.

29. In castris Heluetiorum tabulae repertae sunt,

mentariorum loco 6, 14. Caesar tradit, Druidas in rebus, quae non ad ipsorum disciplinam pertineant, h. e. priuatis et publicis rationibus, literis Graecis vti solere. Literas Graecas hic sermonem Graecum interpretor. Haec ipsa refert Strabo 4. p. 181: nam paulo ante suam aetatem in Gallia dicit inualuisse morem, formulas pactorum, rerum contractarum, mutuique negotii Graece scribendi: τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφουσι. Et h. l. ἑλληνιστὶ interpretor, *lingua Graeca*. Cum ergo hic mos iam Caesaris aetate viguerit in Gallia, constitui potest, illud *paulo ante Strabonis aetatem* sic capiendum esse, vt iam ante Caesaris in Galliam aduentum statuamus hunc morem ibi introductum. Haec de tempore, quod nos quidem sciamus. Modus autem, quo literae Graecae in Galliam inportatae sunt, ab eodem Strabone traditur: nam Massilienses, colonia Graeca (Strabo 4. p. 179. Iustin. 43, 4), paulo ante Strabonis aetatem tantum Graecorum amorem iniecerunt Gallis, ὥστε καὶ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν. Si Galli eo vsque imitati sunt Graecos, vt *adeo* (ὥστε καὶ) formulas istiusmodi Graece scriberent, non in vno hoc genere fuerunt Hellenistae, sed cum in aliis; tum in hoc nominatim: et mirum est, amorem illum vsque eo processisse, vt in his adeo aliquid innouarent, in quibus homines vulgo tenacissimi sunt moris patrii. Ergo per Massilienses occasio Graece scribendi Gallis oblata est. Quodsi Caesaris tempore Druidae tantum, aut potissimum, vsum Graecarum literarum habuerunt; (in barbaris enim gentibus talia non solent celeriter et apud omnes inualescere,) neque omnia omnino, sed, quantum nobis constat, formulae rerum contractarum Graece scriptae sunt: non existimandum est, omnes Gallos Caesaris tempore Graecarum literarum intelligentes fuisse; sed hanc fuisse partem doctrinae Gallicae, si quis Graece sciret. Quod ergo Caesar legato suo epistolam, Graecis literis consignatam, misit, ne intercepta legi a Nerviis posset 5, 48, id non potest iis, quae antea dixi, opponi, aut inde concludi, Gallos Graece nesciuisse, quia

missa, diem concilio constituerunt et iureiurando, ne quis enunciaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt.

31. Eo concilio dimisso, iidem principes ciuitatum, qui ante fuerant ad Caesarem, reuerterunt, petieruntque, vti sibi secreto in occulto de sua omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re inpetrata, sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt: *non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enunciarentur, quam vti ea, quae vellent, inpetrarent, propterea quod, si enunciatum esset, summum in cruciatum se venturos viderent.* Locutus est pro his Diuitiacus Aeduus: *Galliae totius factiones esse duas: harum alterius principatum tenere Aeduos, alterius Aruernos. Hi quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, vti ab Aruernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur. Horum primo circiter milia XV Rhenum transisse: posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, transductos plures: nunc esse in Gallia ad C et XX milium numerum: cum his Aeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse; magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse. Quibus proeliis calamitatibusque fractos, qui et sua virtute et Populi Ro-*

Afr. *terrae Africae.* Gellius 3, 8. *in terra Italia.*

fuerant ad Caesarem, i. e. apud Caesarem. *M.* Sic 3, 9. *ad omnes nationes.* Terent. Heaut. 5, 2, 26. *esse ad sororem.*

secreto in occulto. Sic quidem codices; sed vel *secreto,* vel *in occulto* tollendum esse, quis non sponte videt? *M.* Tò *secreto* glossem sapit. Editiones vet. habent *secreto et occulto.* Si tamen vtrumque retinere velis, cum Oud. prius ad auditum, posterius ad visum referes, vt apud Cic. Mil. c. 6. *tacitas et occultas adsensiones.*

potentatu. Liu. 26, 38. *aemulo potentatus.* Lactant. diu. inst. 6, 17. *honores et potentatus et regna.* Vid. Bunemannus ad Lactant. *M.*

mercede. Cf. 6, 12. *M.*

arcesserentur. al. *arcessirentur.* Sic 5, 11. *arcessiri.*

mani hospitio atque amicitia] plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare, nobilissimos ciuitatis, et iureiurando ciuitatem obstringere, sese neque obsides repetituros, neque auxilium a Populo Romano inploraturos, neque recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent. Vnum se esse ex omni ciuitate Aeduorum, qui adduci non potuerit, vt iuraret, aut suos liberos obsides daret. Ob eam rem se ex ciuitate profugisse et Romam ad senatum venisse, auxilium postulatum, quod solus neque iureiurando neque obsidibus teneretur. Sed peius victoribus Sequanis, quam Aeduis victis, accidisse, propterea quod Ariouistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupauisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet, propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia hominum XXIIII ad eum venissent, quibus locus ac sedes pararentur. Futurum esse paucis annis, vti omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani Rhenum transirent: neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandam. Ariouistum autem, vt semel Gallorum copias proelio vicerit, quod proelium factum sit ad Magetobriam, superbe et cru-

copias Gallorum. facultates, frumentum etc. Conf. 2, 10. 4, 4. Tacit. 1, 68. H. 2, 32. 3, 60. *clientes.* vid. ind. *M.*

Romam — venisse. Cic. de Diuin. 1, 41. *Dauis.* Rediit autem re infecta. V. infra 6, 12.

Harudes vicini Marcomannis inter Rhenum et Danubium, a fontibus nouum. *Cellar.*

milia hominum XXIIII. Vocem *hominum* abundare putat Ciacconius. frustra.

Admagetobria ignotus locus, a nemine praeterea memoratus. *Cellar.* Vulgatae edd. et metaphr. gr. *Amagetobriae* contra codices. *M.* Vet. edd. habent *Admagetrobiae.* Item *Admogetobrigae.* Graecus ἐν *Ἀμαγητοβρίᾳ.* Sunt qui locum isti oppido prope Bingam infra Moguntiam assignent, ducti versu Ausonii in Mosella v. 3. *Aequauit Latias vbi quondam Gallia Cannas.* Sed nimis pro

deliter imperare, obſides nobiliſſimi cuiusque liberos poſcere et in eos omnia exempla cruciatusque edere, ſi qua res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta ſit: hominem eſſe barbarum, iracundum, temerarium: non poſſe eius imperia diutius ſustineri. Niſi ſi quid in Caeſare Populoque Romano ſit auxilii, omnibus Gallis idem eſſe faciundum, quod Heluetii fecerint, vt domo emigrent, aliud domicilium, alias ſedes, remotas a Germanis, petant fortunamque, quaecumque accidat, experiantur. Haec ſi enunciata Arioviſto ſint, non dubitare, quin de omnibus obſidibus, qui apud eum ſint, grauiſſimum ſubplicium ſumat. Caeſarem vel auctoritate ſua atque exercitus, vel recenti victoria, vel nomine Populi Romani deterrere poſſe, ne maior multitudo Germanorum Rhenum traducatur: Galliamque omnem ab Arioviſti iniuria poſſe defendere.

32. Hac oratione ab Diuitiaco habita, omnes, qui aderant, magno fletu auxilium a Caeſare petere coeperunt. Animaduertit Caeſar, vnos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent; ſed triſtes, capite demiſſo, terram intueri. Eius

cul is abeſt. Potius cum Chifletio in Veſontione P. 1. c. 35. et D'Anville in Not. de la Gaule p. 60 nominis ipſius memoriam in *la Moigte de Broie* ad Araris et Ognonis confluentes prope vicum olim Burgundiae *Pontailler*, non confundendum cum Ponte Elaueris ſiue *Pontarlier*, lubet adgnoſcere. Egregie hoc firmatur monumento ibi nuperrime detecto. Scilicet per aeſtatem a. 1802 eruta ex Arare exſiccato monumenta ſunt varia, in quibus praeſertim vrnae fragmentum cum epigraphe MAGETOB. Equidem duumviri Academici Diuionenſes Girault d'Auxonne et Leſchevin inde patere putant, *Magetobriam* in ipſo vico *Pontailler* eſſe quaerendam; verum quid inpedit, quo minus vaſculum ex vicino *Moigte de Broie* eo ſit olim translatum? Quicquid ſit, mihi nullum nunc dubium eſt, in loco noſtro legendum *ad Magetobriam*. Eſt haec apta magis et conſueta dicendi forma. Praeſenſiſſe rem videtur Raym. Marlianus, qui in indice locorum, quorum ſit mentio apud Caeſarem, *Magriobriam* habet locum in Celtis; Ortelius etiam *Magetrobiam*. Nuperrime vir doctus A. B. Minola in *Ueberſicht deſſen, was ſich unter den Römern am Rhein zugetragen,*

rei caussa quae esset miratus ex ipsis quaesiit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere. Quum ab iis saepius quaereret, neque vllam omnino vocem exprimere posset, idem Diuitiacus Aeduus respondit: *Hoc esse miseriorem grauioremque fortunam Sequanorum, prae reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri, nec auxilium implorare auderent, absentisque Ariouisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent: propterea quod reliquis tamen fugae facultas daretur; Sequanis vero, qui intra fines suos Ariouistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate eius essent, omnes cruciatus essent perferendi.*

33. His rebus cognitis, Caesar Gallorum animos verbis confirmauit, pollicitusque est, sibi eam rem curae futuram: magnam se habere spem, et beneficio suo et auctoritate adductum Ariouistum finem iniuriis facturum. Hac oratione habita, concilium dimisit, et secundum ea multae res eum hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam et suscipiendam putaret; in primis quod Aeduos, fratres consanguineosque saepenumero ab Senatu adpellatos, in seruitute atque in ditione videbat Germanorum teneri, eorumque

8. Thal Ehrenbreitstein 1804. *Magetobriam* mutauit in *Mogontobrigam*, ad Moguntiam scilicet Gallorum cladem ab Ariouisto acceptam referens.

exempla cruciatusque, i. e. exempla cruciatuum: exempla vero sunt, *genera*. Vulgo omiserunt *que*, quia non viderant, esse ἓν διὰ δυοῖν. *M.* *Edere exempla* habet Terent. Eun. 5, 7, 22. *edere cruciatus*, vt alibi *cladem*, *caedes*. Vid. Oudendord.

Nisi si quid. Sic Clarkius e codd. Vulgo *nisi quid.* Istud firmat Oudend. ex Nepote, Terentio, Cicerone, aliis.

transducatur. Edd. vet. *traducatur.* Sed v. Schottus ad Aur. Vict. de V. ill. c. 11.

quaesiit. Sic boni codd. vulgo *quaesiuit.*

posset. al. *possent.*

prae reliq. Sic cod. Oxon. Vulgo *quam.*

tamen. al. *tantum*, quod perperam non nemo praetulit.

beneficio suo. Cf. c. 35. Plutarch. in Caes. cap. 19 *Καίσαρ τὸν Ἀριόβιστον ἐν Ῥώμῃ σύμμαχον ἐποιήσατο.* Cf. Dio Cass. 38, 34. *M.*

fratres consangu. Cic. ad Attic. 1, 19. Tacit. Ann. 11, 25. Eumen. Panegyr. cap. 2. *Cellar.*

obſides eſſe apud Ariouiſtum ac Sequanos intellegebat: quod in tanto imperio Populi Romani turpiſſimum ſibi et republicae eſſe arbitrabatur. Paullatim autem Germanos conſueſcere Rhenum transire; et in Galliam magnam eorum multitudinem venire, Populo Romano periculoſum videbat: neque ſibi homines feros ac barbaros temperaturos exiſtimabat, quin, quum omnem Galliam occupaſſent, vt ante Cimbri Teutonique feciſſent, in Prouinciam exirent atque inde in Italiam contenderent; praeſertim quum Sequanos a Prouincia noſtra Rhodanus diuideret. Quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat. Ipſe autem Ariouiſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam adrogantiam ſumſerat, vt ferendus non videretur.

34. Quamobrem placuit ei, vt ad Ariouiſtum legatos mitteret, qui ab eo poſtularent, vti aliquem locum medium vtriusque conloquio diceret: velle ſeſe de republica et ſummis vtriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariouiſtus reſpondit: *Si quid ipſi a Caeſare opus eſſet, ſeſe ad eum venturum fuiſſe; ſi quid ille ſe velit, illum ad ſe venire oportere. Praeterea ſe neque ſine exercitu in eas partes Galliae venire audere, quas Caeſar poſſideret; neque*

temperataros. al. *obtemperaturos*. minus apte.

Cimbri Teutonique. Vellei. 2, 12. Florus 3, 3. Eutrop. 5, 1. Tacit. H. 4, 73. et Germ. 37. *Cellar*. De cauſis belli h. l. commemoratis vid. ad c. 35. *M.*

legatos. Al. *legatum*. Alii omittunt hoc verbum: et poteſt omitti. *M.* vt C. 2, 20, 37.

diceret. Alii *deligeret*, quae eſt interpretatio. *M.* Cf. Gron. ad Liu. 25, 16.

emolimento, labore, opera. Vt enim *eniti* eſt, nitendo peruenire aliquo, vel efficere aliquid; *niſus* autem laborem et operam ſignificat: ſic eſt *emoliri*. moliendo conandoque peruenire aliquo, efficere aliquid, et *emolimentum* ipſe labor. Quidàm legi maluerunt *molimento*, quod non differret ab illo altero, *emolimento*. In codd. autem h. l. conſtanter legitur *emolumento*. Ac putant plerique interpretes, *emolumentum* et *emolimentum* non magis differre, quam *monumentum* et *monimentum*, et cum emolimentum primo ſignificet molitionem et ſusceptionem, ſignificare deinde etiam effectum molitionis, profectum atque fructum. Et hanc ſententiam probo. De his etiam editores Vel-

exercitum ſine magno commeatu atque emolimento in vnum locum contrahere poſſe: ſibi autem mirum videri, quid in ſua Gallia, quam bello viciſſet, aut Caeſari, aut omnino Populo Romano negotii eſſet.

35. His reſponſis ad Caeſarem relatis, iterum ad eum Caeſar legatos cum his mandatis mittit: *Quoniam tanto ſuo Populique Romani beneficio adfectus, quum in conſulatu ſuo rex atque amicus a Senatu adpellatus eſſet, hanc ſibi Populoque Romano gratiam referret, vt in conloquium venire inuitatus grauaretur, neque de communi re dicendum ſibi et cognoſcendum putaret; haec eſſe, quae ab eo poſtularet: primum, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam transduceret; deinde obſides, quos haberet ab Aeduis, redderet Sequaniſque permitteret, vt, quos illi haberent, voluntate eius reddere illis liceret; neue Aeduos iniuria laceſſeret, neue his ſociiſue eorum bellum inferret: ſi id ita feciſſet, ſibi Populoque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram: ſi non impetraret, ſeſe, quoniam M. Meſſala M. Piſone Coſſ. Senatus cenſuiſſet, vti, qui-*

leii Pat. ad 1, 17, et nuperrime Ruhnkenius ad 2, 78 eiusdem ſcriptoris, disputarunt. Exempla verbi, hoc modo vſurpati, iam Gesnerus in Theſ. Lat. Lingu. diligenter tractauit, ſed ita, vt vellet *emolimentum* ſcribi, vbi eſſet molitio, ne cum *emolumento*, h. e. fructu, confunderetur. *M.* Gr. int. reddit *ἀσχολίαν*. *Molimento* poſt Ciaccon. Faern. Hotom. praefert Cellarius. Id vſitatum Liuio 5, 22. 37, 14. et Siſennae apud Nonium 2, 564. In loco noſtro vltima vocalis vocis praecedentis *atque* ſequenti adhaeſiſſe videtur Ioh. Mich. Bruto, quem acu rem tetigiſſe credo. Pro *emolumento* pugnat Victorius Var. Lect. 22, 10.

ſibi mirum videri. Cf. Flor. 3, 10, 11.

relatis. Sic Gr. interpres, Contra codd. et vet. male habent *legatis* vel *legatis, redeuntibus.*

ſi id ita feciſſet. Sic MS. et edd. vet.

ſeſe, quoniam. Sic codd. et edd. vet.

Meſſ. et Piſ. Coſſ. A. V. C. 693. *M. M. Piſone* reſtituit Glandorp. hic et ſupra c. 2. Codd. et edd. vet. mox *P.* mox *L.* habent, Gr. int. bene *Μάρκον* adpellat.

cumque Galliam prouinciam obtineret, quod commodo reipublicae facere posset, Aeduos ceterosque amicos Populi Romani defenderet, sese Aeduorum iniurias non neglecturum.

36. Ad haec Ariouistus respondit: *Ius esse belli, vt, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: item Populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium, imperare consuesse. Si ipse Populo Romano non praescriberet, quemadmodum suo iure vteretur; non oportere sese a Populo Romano in suo iure inpediri. Aeduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent et armis congressi ac superati essent, stipendiarios esse factos. Magnam Caesarem iniuriam facere, qui suo aduentu vectigalia sibi deteriora faceret. Aeduis se obsides redditurum non esse, neque iis, neque eorum sociis iniuria bellum inlaturum, si in eo manerent, quod conuenisset, stipendiumque quotannis penderent: si id non fecissent, longe iis fraternum nomen Populi Romani afuturum. Quod sibi Caesar denunciaret, se Aeduorum iniurias non neglecturum; neminem secum sine sua pernicie contendisse. Quum vellet, congrederetur; intellecturum, quid inuicti Germani,*

quod com. reip. fac. posset, ita facere, ne resp. inde detrimentum caperet. *M.* Cf. 6, 33.

sese Aed. iniur. Est repetitio prioris illius *sese*, quod alii omiserant, alii in *scire sese* mutarant. *M.*

non neglecturum. De hac omni re Dio Cassius 38, 34 monet, Caesarem haec Ariouisti nunciandа curasse, non tam vt terrorem ei incuteret, quam vt eum irritaret, et hac ratione bellum captaret: omnino enim Caesarem quiduis egisse, vt aliud ex alio bellum necteretur in Gallia. Cf. ibid. c. 31. et Suetom. Iul. c. 24. Ergo illae omnes speciosissimae caussae, quae supra c. 33 expositae sunt, a Caesare, scriptore, nimio belligerandi studio praetextae sunt. *M.*

item. al. *itidem.* al. male *idem.*

fraternum nomen. Cf. c. 33. Vulgo legitur: *longe ab his fratr.* — — vid. ind. in *abesse. M.* Faernus, Vrsinus et Lipsius Elect. 2, 19. legunt *longe his f. n. P. R. futurum*, vt Aen. 12, 52. *longe illi Dea mater erit.* Sed vulgata lectio bene habet, nixa membranis et edd. vet. Sic et Statius Theb. 3, 666. *Procul haec tibi mollis*

exercitatissimi in armis, qui inter annos XIIII tectum non subissent, virtute possent.

37. Haec eodem tempore Caesari mandata referebantur, et legati ab Aeduis et a Treuiris veniebant: Aedui questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur; sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariouisti redimere potuisse: Treuiri autem, pagos centum Sueuorum ad ripas Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur; iis praeesse Nasuam et Cimberium fratres. Quibus rebus Caesar vehementer commotus, maturandum sibi existimauit, ne, si noua manus Sueuorum cum veteribus copiis Ariouisti sese coniunxisset, minus facile resisti posset. Itaque re frumentaria, quam celerrime potuit, comparata, magnis itineribus ad Ariouistum contendit.

38. Quum tridui viam processisset, nunciatum est ei, Ariouistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere, triduique viam a suis finibus profecisse. Id ne accideret, magno opere praecauendum sibi Caesar existimabat: namque omnium rerum, quae ad bellum vsui erant, summa erat in eo oppido facultas; idque natura loci sic muniebatur, vt ma-

insula terrificique aberit dementia Phoebi. I. C. H. mavult heic *longe ab sese.*

afuturum. Sic probi codd. Cf. Drakenb. ad Silium 13, 268.

inter annos. Vulg. *intra.* M. Liu. 1, 10. *inter tot annos.*

Harudes. Cf. c. 31. *M.*

Treuiri autem sc. nunciatum veniebant. *M.*

pagos centum Sueu. i. e. milites, ex singulis centum pagorum delectos: nam centum omnino pagi Sueuorum fuerunt, e quibus quotannis singula millia armatorum educebantur. Cf. 4, 1. *Cellar.* Tralatitium est, Latinos pagum ita dixisse, vt exprimerent hoc verbo id, quod nostri maiores dixerunt *Gau,* cuius verbi vestigia in pluribus regionum nominibus supersunt. Vid. c. 12, et 27, et praeter alios Dithmarum ad Taciti German. c. 12, vbi scriptores de hac re collegit, et Wachteri Glossarium germanicum in *Gau.* *M.*

ripas. Sic Clarke e codd. Gr. *ὄχθαις.* al. *ripam.*

profecisse. Sic optimi codd. Vulgo *processisse*, e glossa.

facultas, copia, vt 3, 9. Cic. pro Quinctio 4. *facultas numorum.* Male codd. paucis exceptis et edd. vet. habent *dif-*

guam ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod flumen Dubis, vt circino circumductum, paene totum oppidum cingit: reliquum spatium, quod est non amplius pedum DC, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita vt radices eius montis ex vtraque parte ripae fluminis contingant. Hunc murus circumdatus arcem efficit et cum oppido coniungit. Huc Caesar magnis diurnis nocturnisque itineribus contendit, occupatoque oppido ibi praesidium conlocat.

39. Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae commeatusque caussa moratur, ex percunctatione nostrorum vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse praedicabant, saepenumero sese cum eis congressos ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse, tantus subito timor omnem exercitum occupauit, vt non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret. Hic primum ortus est a Tribunis militum, praefectis reliquisque, qui, ex vrbe ami-

ficultas. Gruterus vocem *facultas* abundare putabat.

Dubis. Certum est a Strabone (lib. 4 p. 186 et 192), Dubin, Galliae fluuium, cum Arari coniunctum, in Rhodanum influere; et fuit ibi, vbi hae res gestae sunt, quae h. l. exponuntur. Cum ergo in codd. varietur vehementer, (nam scribitur *Alduabis*, *Alduadubis*, *Alduadusius*, *Adduadubis*, *Alduasdubis*) maluit Cellarius post Valesium et Vossium aliquid certi ponere, et *Dubis* h. l. legendum esse iudicauit. Hunc reliqui editores Caesaris secuti sunt. Vnde fluxerit illa corruptio, et qui factum sit, vt veteres libri constanter ab initio aliquot syllabas adderent, quis inuestiget? Putet aliquis, quia flumen Ἀδούας ter a Strabone commemoratur (p. 192. 204. 209). in hoc fortassis esse aliquid adminiculi; sed ille Aduas est ad Lacum Larium, procul a Sequanis, in quorum finibus hae res gestae sunt, remotum. *M.* Forsan is fluuius dictus fuerat *Addua* vel *Aldua*, cuius recentius nomen, statim per glossam a librariis in margine positum, dein cum isto priore coaluit.

quod est non amplius. Sic codd. et edd. vet. Verum potius MD. legendum censet D'Anville in Not. de la Gaule p. 694. Tot enim pedes in circuitu montis radices habent; ni Caesar heic pedes accipiat pro passibus communibus, quos conficiunt pedes duo cum dimidio.

contingant sc. ripam. *M.*

citiae caussa Caesarem secuti, non magnum in re militari vsum habebant: quorum alius, alia caussa inlata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse dicerent, petebant, vt eius voluntate discedere liceret: nonnulli, pudore adducti, vt timoris suspicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere, neque interdum lacrimas tenere poterant: abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Vulgo totis castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus ac timore paullatim etiam ii, qui magnum in castris vsum habebant, milites Centurionesque, quique equitatu praeerant, perturbabantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris et magnitudinem siluarum, quae intercederent inter ipsos atque Ariouistum, aut rem frumentariam, vt satis commode subportari posset, timere dicebant. Nonnulli etiam Caesari renunciabant, quum castra moueri ac signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites, nec propter timorem signa laturos.

Non ita. potius *ripae* in nominatiuo heic positum videtur. Vulgo legitur *radices eius montis*; in aliis pronomen omittitur.

Huno murus. I. G. H. potius legi vult *Huic.* Parum refert.

ortus est. Repetunt quidam codd. et edd. *timor.*

praefectis. al. *ac praefectis.*

magnum periculum miserabantur, quod. Haec verba (post *secuti* vulgo addita) a codd. pluribus et edd. antt. et metaphrasi Gr. absunt; leguntur tamen in quibusdam codd. Lectio incerta est. *M.* Mihi plane persuasum est, a sciolo quodam esse intrusa; iis omissis egregie procedit oratio. Muretus et Vrsinus temere ponebant *esse rebantur*, et Oudend. malit *aversabantur*; peius etiam *murmurabantur.* In ed. secunda retinuit vulgatum, quod non placet.

caussa inlata. Sic Phaedr. Fab. 1. Frustra Ciaccon. *allata.*

dicerent, petebant. Rectius sic veteres edd. vt 2, 26. vulgo *diceret, petebat*; nam de pluribus sermo. Scaliger male *duceret.* Graecus etiam *ἔλεγον.*

testamenta. Per se intelligitur, haec de militaribus testamentis esse capienda, quorum ritus et iura a reliquis testamentis diuersa fuisse, ex Institutionibus Iustiniani (lib. 2. tit. 11.) notum est. V. Freinshem. ad Flor. 3, 10. *M.*

equitatu. Sic Vossianus. Cf. c. 16.

rem frum. i. e. *quod ad rem frum.* elliptica locutio. Similia dat Perizonius ad Sanctii Mineruam 2, 5.

diem non fuerit, aut, male re gesta, fortunam defuisse; aut, aliquo facinore comperto, auaritiam esse coniunctam. Suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Heluetiorum bello, esse perspectam. Itaque se, quod in longiorem diem conlaturus esset, repraesentaturum et proxima nocte de quarta vigilia castra moturum, vt quam primum intellegere posset, vtrum apud eos pudor atque officium, an timor valeret. Quod si praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret; sibique eam praetoriam cohortem futuram. Huic legioni Caesar et indulserat praecipue et propter virtutem confidebat maxime.

41. Hac oratione habita, mirum in modum conversae sunt omnium mentes, summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est, princepsque decima legio per Tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset, seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmauit. Deinde reliquae legiones per Tribunos militum et primorum ordinum Centuriones egerunt, vti Caesari satisfacerent: se neque vmquam dubitasse, neque timuisse, neque de summa belli suum iudicium, sed Imperatoris esse, existimauisse. Eorum satisfactione accepta

coniunctam. Sic Oudend. e codd. Alii *conuictam*, quod prius amiserat.

innoc. perp. vita etc. Egregie sic Ald. Manutius, prius legebatur *innoc. perpetua vitae felicitate* vel *perpetuam vitae felicitatem.*

Heluetiorum bello. Conf. c. 27. *M.*

conlaturus. dilaturus, vt apud Cic. ad Diu. 11, 15 *in posterum diem iter suum contulit.*

esset. Immo, *fuisset*, e codd. et edd. quibusdam: *was er würde verschoben haben.* — — Ceterum hanc orationem Caesaris attigit Plutarch. in eius vita c. 19. Aliam, ex suo ingenio fictam, scriptam Dio Cassius (38, 35 — 47), tamquam a Caesare habitam. *M.*

castra moturum. Vetus Bongars. *moturum* subaudito *castra*, vt B. Afr. c. 7. Sic et Flor. 2, 8, 8. Curt. 5, 13.

valeret. Vulgo *plus valeret.* Comparatiuum eiecit Oudend. auctoritate codicum.

tamen se cum etc. Paulo aliter Frontin. 1, 9, 4.

per Trib. — — *Centuriones.* Hanc lectionem metaphrasis Gr. expressit. Sed in plerisque codd.

et itinere exquisito per Diuitiacum, quod ex Gallis ei maximam fidem habebat, vt milium amplius quinquaginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, vt dixerat, profectus est. Septimo die, quum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est, Ariouisti copias a nostris milibus passuum quatuor et viginti abesse.

42. Cognito Caesaris aduentu, Ariouistus legatos ad eum mittit: quod antea de conloquio postulasset, id per se fieri licere, quoniam propius accessisset: seque id sine periculo facere posse existimare. Non respuit conditionem Caesar: iamque eum ad sanitatem reuerti arbitrabatur, quum id, quod antea petenti denegasset, vltro polliceretur; magnamque in spem veniebat, pro suis tantis Populique Romani in eum beneficiis, cognitis suis postulatis, fore, vti pertinacia desisteret. Dies conloquio dictus est, ex eo die quintus. Interim, quum saepe vltro citroque legati inter eos mitterentur, Ariouistus postulauit, ne quem peditem ad conloquium Caesar adduceret: vereri se, ne per insidias ab eo circumueniretur: vterque cum equitatu veniret: alia ratione se non esse venturum. Caesar, quod neque conloquium interposita caussa tolli volebat, neque salutem suam Gallo-

legitur: *cum Tribunis m. et pr. o. Centurionibus:* quae et ipsa lectio commodum sensum habet, nempe milites deliberasse cum ducibus, quo modo Caesari satis facerent. *M.* Sed tum legendum deinceps *vti Caesari per eos satisfacerent*, quod codd. nonnulli habent. Caeterum *primorum ordinum Centuriones* sunt Centurio primipili, primus princeps, primus hastatus. Cf. 5, 28. 37. et Lips. de mil. 2, 8.

quod ex aliis. Vulgo contra codd. additur, *Gallis*, vt mox *quadraginta* pro *quinquaginta*. *M.* Dauisius putat legendum *Gallis*, deleto *aliis*, bene.

mil. amplius quinquaginta. Maiorem longe numerum habet Graecus. Alii dant *quadraginta*.

mil. pass. quatuor et viginti. Clunerius in prooemio Germ. ant. scribi vult *quinque et viginti*, vt cum Plutarcho c. 19. Caesar conueniat.

existimare. Sic Oud. ex codd. Vulgo *existimaret*. Paulo ante Oud. etiam *licere*, bene, non *liceret*.

rum equitatui committere audebat, commodissimum esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, eo legionarios milites legionis decimae, cui quam maxime confidebat, inponere, vt praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet. Quod quum fieret, non inridicule quidam ex militibus decimae legionis dixit: *plus, quam pollicitus esset, Caesarem facere; pollicitum, se in cohortis praetoriae loco decimam legionem habiturum, nunc ad equum rescribere.*

43. Planicies erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis. Hic locus aequo fere spatio ab castris vtrisque aberat. Eo, vt erat dictum, ad conloquium venerunt. Legionem Caesar, quam equis devexerat, passibus ducentis ab eo tumulo constituit. Item equites Ariouisti pari interuallo constiterunt. Ariouistus, ex equis vt conloquerentur et, praeter se, denos vt ad conloquium adducerent, postulauit. Vbi eo ventum est, Caesar initio orationis sua Senatusque in eum beneficia commemorauit, *quod rex adpellatus esset a Senatu, quod amicus, quod munera amplissima missa: quam rem et paucis contigisse et pro magnis hominum officiis consuesse tribui* docebat: *illum, quum neque aditum, neque caussam postulandi iustam haberet, beneficio ac liberalitate sua ac Senatus ea praemia consecutum.* Docebat etiam,

eo – inpon. Vulgo *eis* vel *in eos.*

non inridic. Graec. *ἀστεῖόν τι.*

rescribere est, aliter scribere, scriptum mutare. Cum ergo is, cuius nomen in peditum catalogo scriptum erat, deinde in equitum catalogum transscribitur, hoc dici potest *rescribere*, quia scriptum mutatur. Sed h. l. omnino dicitur peditibus vti loco equitum. *M.* Verum ex sensu militis omnino prior significatio obtinet, quasi in equites essent transscripti. Samuel Petitus Obs. 1, 6. ita locum explicat: Caesar pollicitus erat, se legionarios milites in *Praetoriae cohortis* i. e. in clientum loco habiturum; at nunc *ad equum rescribit*, hoc est, non tantum in clientelam, sed in familiam admittit. Tu vide sis Gronou. ad Sen. de benef. 5, 6.

terrenus. al. *terreus.*

ab castris vtrisque. al. *Ariovisti et Caesaris.* glossa.

equis deuexerat, equis vectos ad illum vsque locum secum deduxerat. *M.*

quam veteres, quamque iustae caussae necessitudinis ipsis cum Aeduis intercederent, quae Senatus consulta, quoties, quamque honorifica in eos facta essent: vt omni tempore totius Galliae principatum Aedui tenuissent, prius etiam, quam nostram amicitiam adpetissent; Populi Romani hanc esse consuetudinem, vt socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores velit esse: quod vero ad amicitiam Populi Romani adtulissent, id iis eripi, quis pati posset? Postulauit deinde eadem, quae legatis in mandatis dederat, *ne aut Aeduis, aut eorum sociis bellum inferret; obsides redderet: si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur.*

44. Ariouistus ad postulata Caesaris pauca respondit; de suis virtutibus multa praedicauit: *Transisse Rhenum sese, non sua sponte, sed rogatum et arcessitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia, ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere iure belli, quod victores victis inponere consuerint; non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliae ciuitates ad se obpugnandum venisse, ac contra se castra habuisse; eas omnes copias a se vno proelio*

denos. Graecus δύο.

amplissima. Multi codd. *amplissime.* Recte. *M.* De more v. Liu. 30, 15. Codd. optimi *tam amplissima.* v. Oud.

et — magnis. Vulgo: *et a Romanis pro maximis:* contra codd. et vett. edd. *M.* Emendauit Dauis.

sui nihil, nihil sui iuris, auctoritatis, opum, ditionis. In metaphr. Gr. οὐδὲν τῆς σφῶν ἀποβάλλειν. *M.*

auctiores. al. *auctos.*

quod — adtulissent, quod possedissent tum, cum ad societatem Pop. Rom. accessissent. *M.*

Transisse Rhenum. Abest *Rhenum* a vet. cod. et possit abesse quia mox aderat.

a Gallis. ab Aruernis et Sequanis. V, c. 31. *spe.* ib.

stipendium. Cap. 36: *Aedui stipendiarii facti. M.*

capere. hoc verbum temere reiecit Clarkius.

fusas ac superatas esse; si iterum experiri velint, iterum paratum sese decertare; si pace vti velint, iniquum esse, de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus dependerint. Amicitiam Populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento, esse oportere idque se ea spe petisse. Si per Populum Romanum stipendium remittatur et dedititii subtrahantur, non minus libenter sese recusaturum Populi Romani amicitiam, quam adpetierit. Quod multitudinem Germanorum in Galliam transducat, id se sui muniendi, non Galliae inpugnandae caussa facere; eius rei testimonium esse, quod, nisi rogatus, non venerit, et quod bellum non intulerit, sed defenderit. Se prius in Galliam venisse, quam Populum Romanum. Numquam ante hoc tempus exercitum Populi Romani Galliae prouinciae fines egressum. Quid sibi vellet? Cur in suas possessiones veniret? Prouinciam suam hanc esse Galliam, sicut illam nostram. Vt ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines inpetum faceret, sic item nos esse iniquos, qui in suo iure se interpellaremus. Quod fratres a Senatu Aeduos adpellatos diceret, non se tam barbarum, neque tam inperitum esse rerum, vt non sciret, neque bello Allobrogum proximo Aeduos Romanis auxilium tulisse, neque ipsos in his contentionibus, quas Aedui secum et cum Sequanis habuissent, au-

fusas. al. *pulsas*, vt 2, 24. 3, 28.

iterum paratum. hoc *iterum* male deleuit Scaliger. Graecus quoque habet. In edd. vet. Mediol. Ven. aliis a *velint* ad *velint* linea deest.

si pace vti velint. al. *sin — malint.* vel *si pacem malint* vel *mallent.*

dependerint. al. *pependerunt* vel *pependerint.*

idque se ea spe petisse. Mavult I. C. H. *eamque se.* Non opus. intellige, *idque*, de amicitia P. R. Clarior tamen foret dictio *eamque.*

fines egressum. al. *finibus.*

sic item. Ita Oudend. e codd. et edd. vet. Scaliger mutarat in *iterum.*

fratres. Cf. c. 35. Vulgo legebatur: *Quod ex Senatusconsulto Aeduos adpellatos amicos diceret.* Sed cum *fratres* in omnibus fere codd. le-

nilio Populi Romani vsos esse. Debere se suspicari, simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi caussa habere. Qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum: quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus principibusque Populi Romani gratum esse facturum; id se ab ipsis per eorum nuncios compertum habere, quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset. Quod si decessisset ac liberam possessionem Galliae sibi tradidisset, magno se illum praemio remuneraturum et, quaecumque bella geri vellet, sine vllo eius labore et periculo confecturum.

45. Multa ab Caesare in eam sententiam dicta sunt, quare negotio desistere non posset, et *neque suam, neque Populi Romani consuetudinem pati, vti optime meritos socios desereret: neque se iudicare, Galliam potius esse Ariouisti, quam Populi Romani. Bello superatos esse Aruernos et Rutenos ab Q. Fabio Maximo, quibus Populus Romanus ignouisset, neque in prouinciam redegisset, neque stipendium inposuisset. Quod si antiquissimum quodque tempus spectari oporteret, Populi Romani iustissimum esse in Gallia imperium: si iudicium Senatus obseruari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello victam suis legibus vti voluisset.*

geretur, in nullo autem *ex Senatusconsulto*, sed *a Se*: critici tum *fratres* receperunt; tum *a Se* monuerunt esse, a Senatu. Verba *et amicos* alii addunt, alii omittunt. *M.* Glossam sapit.

bello All. proximo. Cf. c. 6. *M.*

Debere se suspicari. Plane sic Graecus. Faernus τὸ *debere* delebat.

Qui nisi. Ita codd. et edd. vet. vulgo *Quod nisi.*

decessisset. Alii *discessisset. recessisset.*

meritos. al. *merentes.*

Aruernos. Sic fasti triumphales et alia marmora, non *Auernos*, vt codd. plurimi.

a Fab. Max. vid. Strabo l. 4. p. 191, et epitom. Liu. l. 61. vbi huius victoriae mentio fit. *M.*

obseruari. al. *seruari.*

46. Dum haec in conloquio geruntur, Caesari nunciatum est, equites Ariouisti propius tumulum accedere et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros coniicere. Caesar loquendi finem fecit seque ad suos recepit suisque imperauit, ne quod omnino telum in hostes reiicerent. Nam etsi sine vllo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat: tamen committendum non putabat, vt, pulsis hostibus, dici posset, eos ab se per fidem in conloquio circumuentos. Posteaquam in volgus militum elatum est, qua adrogantia in conloquio Ariouistus vsus omni Gallia Romanis interdixisset, inpetumque in nostros eius equites fecissent eaque res conloquium vt diremisset: multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitu iniectum est.

47. Biduo post Ariouistus ad Caesarem legatos mittit, velle se de his rebus, quae inter eos agi coeptae, neque perfectae essent, agere cum eo: vti aut iterum conloquio diem constitueret; aut, si id minus vellet, ex suis Legatis aliquem ad se mitteret. Conloquendi Caesari caussa visa non est et eo magis, quod pridie eius diei Germani retineri non poterant, quin in nostros tela coniicerent. Legatum ex suis sese magno cum periculo ad eum missurum et hominibus feris obiecturum, existimabat. Commodissimum visum est, C. Valerium Procillum, C. Valerii Caburi

ad nostros. Praepositionem a Scaligero omissam e codd. restituit Clarke. Sic et edd. vet.

finem fecit. al. *facit.* vt solet noster tempus mutare.

per fidem, propter fidem datam et acceptam; vt in illa formula solemni: *ne propter te fidemue tuam captus fraudatusque sim:* apud Cic. de offic. 3, 17. *M.* Hotom. vult *per fidem colloquii.* non opus. Gemina habent Liu. 1, 9. *per fas ac fidem decepti.* Sallust. fragm. L. 1. Or. Phil. 15.

elatum est. bene sic codd. et edd. vet. Sic et Tacit. 12, 21. alii *relatum. delatum.*

vt diremisset. Τὸ *vt* ex edd. vet. addidit Dauis. Clarkius putabat, ante *fecissent* ponendum. Oud. ex *vi* ortum *vt* coniicit. Celsus quippe habet *inpetu.*

iniectum est. Quia in Graeco est ἐνέφυ, Wasse ad Sallust. p. 398. coniicit scriptum fuisse *innatum est.*

filium, summa virtute et humanitate adolescentem, (cuius pater a C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat) et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariouistus longinqua consuetudine vtebatur, et quod in eo peccandi Germanis caussa non esset, ad eum mittere, et M. Mettium, qui hospitio Ariouisti vsus erat. His mandauit, vt, quae diceret Ariouistus, cognoscerent et ad se referrent. Quos quum apud se in castris Ariouistus conspexisset, exercitu suo praesente, conclamauit: Quid ad se venirent? An speculandi caussa? Conantis dicere prohibuit et in catenas coniecit.

48. Eodem die castra promouit et milibus passuum sex a Caesaris castris sub monte consedit. Postridie eius diei praeter castra Caesaris suas copias transduxit et milibus passuum duobus vltra eum castra fecit, eo concilio, vti frumento commeatuque, qui ex Sequanis et Aeduis subportaretur, Caesarem intercluderet. Ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit, vt, si vellet Ariouistus proelio contendere, ei potestas non deesset. Ariouistus his omnibus diebus exercitum castris continuit; equestri proelio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant. Equitum milia erant sex; totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi; quos ex omni

Legatis. Dubitat Dauisius, vtrum hoc verbum praeeunte metaphraste Graeco omittendum, an in *legatum* mutandum sit. *M.*

poterant. Leg. *potuerant.* *M.*

C. Valer. Cf. c. 19. et 53. Si ergo ibi habuit praenomen *Caii*, non potest hic cognomen *Marci** habere, vt in metaphr. Gr. et edd. quibusdam legitur: neque diuersos homines fuisse, res ipsa declarat, etsi secus visum est Ciacconio, ita tamen, vt fluctuaret. Monuerunt Dauis. et Oudendorp. *M.*

longinqua. edd. Mediol. Ven. aliae *longa.* Ciaccon. coniicit *longa iam.* *longinquam vitam* dicit Plautus Mil. 3, 1, 156. *dolores longinquos* Cic. Fin. 2, 29.

conclamauit. Ita codd. Sed vulgg. *clamauit*, quasi non posset vnus dici *conclamare.* *M.* Cf. Seruius ad Aen. 5, 523. V. et Aen. 6, 259. Ouid. Met. 4, 690.

copia ſinguli ſingulos, ſuae ſalutis cauſſa, delegerant. Cum his in proeliis verſabantur, ad hos ſe equites recipiebant: hi, ſi quid erat durius, concurrebant; ſi qui, grauiore vulnere accepto, equo deciderat, circumſiſtebant: ſi quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, vt, iubis equorum ſubleuati, curſum adaequarent.

49. Vbi eum caſtris ſe tenere Caeſar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, vltra eum locum, quo in loco Germani conſederent, circiter paſſus ſexcentos ab eis, caſtris idoneum locum delegit, acieque triplici inſtructa, ad eum locum venit. Primam et ſecundam aciem in armis eſſe, tertiam caſtra munire iuſſit. Hic locus ab hoſte circiter paſſus ſexcentos, vti dictum eſt, aberat. Eo circiter hominum numero XVI milia expedita cum omni equitatu Arioviſtus miſit, quae copiae noſtros perterrerent et munitione prohiberent. Nihilo ſecius Caeſar, vt ante conſtituerat, duas acies hoſtem propulſare, tertiam opus perficere, iuſſit. Munitis caſtris, duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum; quatuor reliquas in caſtra maiora reduxit.

ſing. ſing. Dicebant etiam: *vir virum legit.* Tacit. Germ. c. 6. Fuit ergo hoc genus peditum, quos Graeci ἁμίππους dixerunt, vt e Xenophontis hiſt. Gr. 7, 5, 23 adparet, vbi plura dixi. *M.* *Copia* heic pro exercitu, vt apud Cic. ad Att. poſt 8, 12. Sall. Cat. 56. Tacit. A. 2, 52. Cf. Index.

ſi qui pro *ſi quis.* Sic C. 1, 84. 2, 24. Al. 16.

deciderat. al. *deciderant.*

numero, al. *numerum.* al. omittunt. Cod. plurimi habent. Sic et 5. 2, 4. 5. 5, etc.

a maioribus. Plerique codd. et edd. addunt *caſtris.* Recte. *M.*

apud Germanos conſuetudo. Attigerunt hanc conſuetudinem Plutarch. in Caeſ. c. 19. et Dio Caſſ. 38, 48, vbi hoc ipſum bellum Caeſaris cum Ariouiſto deſcribitur. De mulieribus his fatidicis, quibus nomen Alrunarum ſeu Alironiarum (v. Wachteri Gloſſar. German. in v. *Alraunen*) fuiſſe perhibent, egit Keyslerus peculiari diſputatione in antiquitatibus ſelectis ſeptemtrionalibus et Celticis, et poſt hunc Schedius, qui de Diis Germanis ſcripſit, c. 43. pag. 430. etiam Dithmarus ad Taciti German. c. 8. aut interpretes Taciti ad Hiſt. 4, 61. Sed lectu digniſſima eſt diſputatio Ritteri de his Druidiſſis, (nam et ſic adpellantur) inſerta

50. Proximo die, instituto suo, Caesar e castris vtrisque copias suas eduxit; paullumque a maioribus progressus, aciem instruxit hostibusque pugnandi potestatem fecit. Vbi ne tum quidem eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit. Tum demum Ariouistus partem suarum copiarum, quae castra minora obpugnaret, misit: acriter vtrimque vsque ad vesperum pugnatum est. Solis occasu suas copias Ariouistus, multis et inlatis et acceptis vulneribus, in castra reduxit. Quum ex captiuis quaereret Caesar, quam ob rem Ariouistus proelio non decertaret, hanc reperiebat caussam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, vt matres familiae eorum sortibus et vaticinationibus declararent, vtrum proelium committi ex vsu esset, nec ne: eas ita dicere: Non esse fas, Germanos superare, si ante novam lunam proelio contendissent.

51. Postridie eius diei Caesar praesidio vtrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit; omnis alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebat, vt ad speciem alariis vteretur. Ipse, triplici instructa acie, vsque ad

Historiae Gallorum p. 281. *M.* Exempla dant *Veleda* et *Aurinia* apud Tacitum: qui *tanquam Deas esse factas* adserit. Polyaenus Strat. 8, 23. rei meminit, sed pro feminis viros ponit, et Clemens Alex. Strom. 1, 15. p. 305.

familiae e codd. recepit Oudendorpius pro vulg. *familias*: nam vtrumque dicitur. *M.*

sortibus. Sortes sunt diuinationis genus, cum literae, notae, dicta, inscripta foliis, taliis, ligno, scidulis, mixta aut concussa exhibentur iis, qui Deos consulunt, vt, quod primum veluti sortitione exierit, aut protractum sit, id responsi Diuini vim habeat. Patet tamen hoc verbum latius: nam omnino responsa Diuina dicuntur sortes. v. Lipsii Electa 2, 12. Hugo de prima scribendi origine c. 26. p. 237. ed. Trotz. et in primis Van Dale de oraculis, pluribus in locis. *M.*

Non esse fas, non licere per religionem. *M.*

praesidio — reliquit. bene sic Oud. e codd. vt 2, 29. 5, 11. 7, 40 etc. vulgo *praesidium* vel *relicto*.

alarios. v. Ind. *M.*

quod minus. Codd. et edd. quaedam vet. *quo minus.* probat Oud. subaudito *eo magis*, vel pro *quoniam*.

seruaretur: fortium beneficio se esse incolumem. Item M. Mettius repertus et ad eum reductus est.

54. Hoc proelio trans Rhenum nunciato, Sueui, qui ad ripas Rheni venerant, domum reuerti coeperunt: quos Vbii, qui proximi Rhenum incolunt, perterritos insecuti, magnum ex his numerum occiderunt. Caesar, vna aestate duobus maximis bellis confectis, maturius paullo, quam tempus anni postulabat, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit: hibernis Labienum praeposuit: ipse in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus est.

ptimo a Caesare saeculo adhuc eum morem viguisse, patet ex Beka in vita Willebrordi, transscripta ex Alcuino.

M. Mattius. Eius mentio in numis Caesaris apud Vaillantium et Eckhelium, in eo bigae, insistente Pallade vel Bellona.

quos Vbii etc. Ita restituit B. Rhenanus R. Germ. l. 3. quem sequitur Fr. Hotomannus. Vulgo legebatur *quos vbi, qui proxime Rh. incolunt, insequunt perterritos.*

proximi. sic bene codd. et edd. vet.

conuentus. v. Ind. *M.*

C. IVLII CAESARIS COMMENTARII DE BELLO GALLICO

LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM

I. Coniuratio Belgarum et bellum.

Cap. 1. *Coniuratio Belgarum.* 2. 3. *Deditio Remorum, adueniente Caesare.* 4. *Origo et copiae Belgarum.* 5. *Iter et castra Caesaris ad flumen Axonam.* 6. 7. *Oppugnatio oppidi nomine Bibrax soluta, misso a Caesare contra Belgas subsidio.* 8. *Castra Caesaris idoneo loco contra Belgas.* 9—11. *Discessus Belgarum ad tuendos fines contra Aeduos, Titurio legato frustra inpugnato. clades.* 12—14. *Deditio Suessionum et Bellouacorum.* 15. *Ambianorum. mores Neruiorum.* 16—28. *Bellum Neruicum. clades. deditio.* 29—33. *Bellum Aduatucorum. obsessio. perfidia. calamitas.*

II. Expeditio P. Crassi in Armoricam.

Cap. 34. *Plures ciuitates maritimae a P. Crasso subactae.*

III. Res post Belgas pacatos gestae.

Cap. 35. *Opinio huius belli apud Germanos. legati Germanorum ad Caesarem. iter Caesaris in Italiam et Illyricum. hiberna. supplicatio Romae.*

Quum esset Caesar in citeriore Gallia in hibernis, ita vti supra demonstrauimus; crebri ad eum rumores adferebantur litterisque item Labieni certior fiebat, omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem

dixeramus, contra Populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare: coniurandi has esse caussas: primum, quod vererentur, ne, omni pacata Gallia, ad eos exercitus noster adduceretur: deinde, quod ab nonnullis Gallis sollicitarentur, partim qui, vt Germanos diutius in Gallia versari noluerant, ita Populi Romani exercitum hiemare atque inueterascere in Gallia moleste ferebant; partim qui mobilitate et leuitate animi nouis imperiis studebant: ab nonnullis etiam, quod in Gallia a potentioribus atque his, qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgo Regna occupabantur, qui minus facile eam rem in imperio nostro consequi poterant.

2. Iis nunciis litterisque commotus Caesar duas legiones in citeriore Gallia nouas conscripsit et inita aestate, in interiorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium Legatum misit. Ipse, quum primum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit: dat negotium Senonibus reliquisque Gallis, qui finitumi Belgis erant, vti ea, quae apud eos gerantur, cognoscant seque de his rebus certiorem faciant. Hi constanter omnes nunciauerunt, manus cogi, exercitum in vnum

dixeramus. Cf. 1, 1. *M.*

pacata Gallia, quae proprie dicitur, a Belgis distincta. *Cell.* vid. 1, 1. *M.*

qui, vt Germanos. Sic codd. et edd. vet. item Gr. interpres. Particulam *vt* male omissam a Scaligero, obseruauit I. Fr. Gronou. ad Liu. 23, 27. restituit Dauis.

versari noluerant. Edd. vet. bene sic. At codd. male *voluerant.* Vulgo *nollent.* minus bene.

ab nonnullis etiam. Subaudi *sollicitarentur Belgae.*

in imperio nostro, imperante Populo Rom. Cf. 1, 18. *M.* Delet praepositionem Vossius, vt est 1, 18. Sed hic codd. multi et edd. vet. habent.

inita aestate. Alii, *ineunte*, vt ἀρχομένου θέρους in Gr. metaphr. Cum vero vtraque lectio in codd. pluribus reperiatur promiscue, vix potest dici, vtra verior sit. *M.* Etiam 5, 7. *inita hieme.* et B. Afr. 26. *aestate inita.*

interiorem. Sic omnes fere codd. et edd. vett. Sed mutatum hoc est in *vlteriorem.* Enimuero *interior* est ipsa illa *vlterior*: nam altius s. interius in Galliam penetrat, qui vlteriorem Galliam ex Italia adit; huic ergo, ex Italia venienti, illa Gallia est *interior.* Quidquid autem, vt notum est et Dauisius ad h. l. repetiit, a finibus remotius est, id dicitur *interius*,

locum conduci. Tum vero dubitandum non existimauit, quin ad eos [duodecimo die] proficisceretur. Re frumentaria prouisa, castra mouet diebusque circiter quindecim ad fines Belgarum peruenit.

3. Eo quum de inprouiso celeriusque omni opinione venisset, Remi, qui proximi Galliae ex Belgis sunt, ad eum legatos, Iccium et Antebrogium, primos ciuitatis, miserunt, qui dicerent, se suaque omnia in fidem atque in potestatem Populi Romani permittere: neque se cum reliquis Belgis consensisse, neque contra Populum Romanum omnino coniurasse: paratosque esse et obsides dare et imperata facere et oppidis recipere et frumento ceterisque rebus iuuare: reliquos omnes Belgas in armis esse: Germanosque, qui cis Rhenum incolunt, sese cum his coniunxisse, tantumque esse eorum omnium furorem, vt ne Suessiones quidem, fratres consanguineosque suos, qui eodem iure et eisdem legibus vtantur, vnum imperium vnumque magistratum cum ipsis habeant, deterrere potuerint, quin cum his consentirent.

4. Quum ab his quaereret, quae ciuitates, quantaeque in armis essent et quid in bello possent, sic

vt in Tacit. Germ. c. 5. *interiores Germani. M. Vlteriorem* praeferebat Vossius.

duodecimo die. Dubia plane sunt haec verba; absunt a codd. plerisque, recte opinor; leguntur in nonnullis; metaphr. Gr. vero habet *ὡς τάχιστα. M.* Oud. suspicatur scriptum fuisse *primo* vel *primo quoque die.*

prouisa. al. *comparata.* ex glossa.

omni opinione. Sic et 6, 30. 7, 56. alii *omnium.* in aliis deest.

ex Belgis, si quis e Belgis Galliam adeat. *M.*

ciuitatis. Vulgo addunt *suae*, quod recte reiecit Oud. deest quippe in codd. multis et edd. vet.

qui dicerent. Haec desunt in optimis membranis teste Gronouio ad Senec. de benef. 7, 30. Caesar interdum solet omittere.

cum reliquis Belgis. Sic codd. sed edd. veter. *reliquisque*, quod probat Dauis. perperam, vt ex seq. *reliquos omnes Belgas* patet.

omnino. in pluribus codd. et edd. priscis deest.

qui cis Rhenum incolunt. Sic codd. omnes, excepto vno, et edd. antt. vt Oudendorp. monuit. Recentiores his substituerunt, *qui ripas Rheni incolunt*, quae totidem verbis in Gr. metaphr. leguntur. *M.*

reperiebat: plerosque Belgas esse ortos ab Germanis; Rhenumque antiquitus transductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse Gallosque, qui ea loca incolerent, expulisse; solosque esse, qui, patrum nostrorum memoria, omni Gallia vexata, Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerint. Qua ex re fieri, vti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumerent. De numero eorum omnia se habere explorata, Remi dicebant, propterea quod propinquitatibus adfinitatibusque coniuncti, quantam quisque multitudinem in communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitus sit, cognouerint. Plurimum inter eos Bellouacos et virtute et auctoritate et hominum numero valere: hos posse conficere armata milia centum: pollicitos ex eo numero electa milia LX, totiusque belli imperium sibi postulare. Suessiones suos esse finitimos, latissimos feracissimosque agros possidere. Apud eos fuisse Regem nostra etiam memoria Diuitiacum, totius Galliae potentissimum; qui quum magnae partis harum regionum, tum etiam Britanniae imperium obtinuerit: nunc esse Regem Galbam: ad hunc, propter iustitiam prudentiamque, summam totius belli omnium voluntate deferri: oppida habere numero XII, polliceri milia armata quinquaginta: totidem Neruios; qui maxime feri inter ipsos habeantur lon-

Teutonos. al. *Teutones.* perinde, vt *Santones* et *Santoni.*

Remi. al. *Rhemi.* nil interest. Sic et *Rhedones* vel *Redones.* Cellarius in Orthogr. p. 56. reiicit adspirationem, quod vox sit Celtica; verum scribitur et *rheda.*

electa LX. sc. *milia:* idque verbum edd. recentiores addiderunt, etsi multi codd. id non habent, vnde Oudendorp. rursus sustulit. *M.*

latissimos. al. *fines latissimos.*

Galbam. Error scripturae videtur, quod Dio Cassius 39, 1. hunc regem adpellauit *Ἀδρὰν.* *M.*

longissimeque absint stricte sumtum a vero abest. hinc Vossius vult *long. ab omni cultu absint*, vt 1, 1. sed, longum modo interuallum notari, Dauisius monet.

XV milia Atrebates. Non modo in nominibus ipsarum gentium est scripturae diuersitas in codicibus; sed numeri quoque ita passim variant in iisdem codd.

gissimeque absint: XV milia Atrebates: Ambianos X milia: Morinos XXV milia: Menapios VIIII milia: Caletos X milia: Velocasses et Veromanduos totidem: Aduatucos XXVIIII milia, Condrusos, Eburones, Caeraesos, Paemanos, qui vno nomine Germani adpellantur, arbitrari ad XL milia.

5. Caesar, Remos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus, omnem senatum ad se conuenire, principumque liberos obsides ad se adduci iussit. Quae omnia ab his diligenter ad diem facta sunt. Ipse, Diuitiacum Aeduum magno opere cohortatus, docet, quanto opere rei publicae communisque salutis intersit, manus hostium distineri, ne cum tanta multitudine vno tempore confligendum sit. Id fieri posse, si suas copias Aedui in fines Bellouacorum introduxerint et eorum agros populari coeperint. His mandatis, eum ab se dimittit. Postquam omnes Belgarum copias in vnum locum coactas ad se venire vidit, neque iam longe abesse ab his, quos miserat, exploratoribus et ab Remis cognouit, flumen Axonam, quod est in extremis Remorum finibus, exercitum transducere maturauit atque ibi castra posuit. Quae res et latus vnum castrorum ripis fluminis muniebat et, post eum quae essent, tuta ab hostibus reddebat et, commeatus ab Remis reliquisque ciuitatibus vt sine periculo ad eum portari

atque edd. tum vero apud Iul. Celsum, metaphrasten Graecum et Orosium 6, 7, vt profecto nulla satis certa lectio vbique constitui possit. *M.* Parum interest.

Caeraesos. Nominis memoria videtur superesse in fluuio *Chiers*, vt *Paemanorum* in *Famenne* siue *Famine*. V. D'Anville Not. de la Gaule p. 188.

magno opere — quanto opere. Sic Oudend. e codd.

distineri. male alii *detineri.*

vidit. Hoc verbum Oudend. e suis codd. et vett. edd. restituit, omissum fortasse eo, quod mox *cognouit* sequebatur. *M.*

post eum sc. Caesarem. Monuit Clarkius. Quae lectio cum esset paulo obscurior, *eum* mutari coeptum est in *ea*, quod vulgg. edd. habent contra codd. *M.* *Ea* inrepsit ex coniectura Ciacconii. Dauisius τὸ *eum* referebat ad exercitum. *Essent* quoque codd. habent et edd. vet. pro quo alii *erant.*

posset, efficiebat. In eo flumine pons erat. Ibi praesidium ponit et in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum, Legatum, cum sex cohortibus reliquit: castra in altitudinem pedum duodecim vallo, fossaque duodeuiginti pedum, munire iubet.

6. Ab his castris oppidum Remorum, nomine Bibrax, aberat milia passuum VIII. Id ex itinere magno inpetu Belgae oppugnare coeperunt. Aegre eo die sustentatum est. Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est haec. Vbi, circumiecta multitudine hominum totis moenibus, vndique lapides in murum iaci coepti sunt murusque defensoribus nudatus est, testudine facta portas succedunt murumque subruunt. Quod tum facile fiebat. Nam, quum tanta multitudo lapides ac tela coniicerent, in muro consistendi potestas erat nulli. Quum finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Remus, summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido praeerat, vnus ex his, qui legati de pace ad Caesarem venerant, nuncios ad eum mittit, nisi subsidium sibi submittatur, sese diutius sustinere non posse.

posset. al. *possent.*

reliquit. al. *relinquit.*

in altitudinem. Codd. et edd. vet. *in altitudine.* Sed prior forma nostro et aliis frequentior. Cf. 1, 2. 2, 7. 8. 3, 13.

duodeuiginti pedum. Stewechius ad Vegetium 8, 8. rescribendum censet XIX. ex praescripto istius de inpari numero. temere. nec enim huius moris obseruans Caesar fuit. V. 7, 36. 72. C. 1, 61. Cf. Obs. misc. crit. in auct. t. 8. p. 333.

munire iubet. Bene sic subaudito accusatiuo personae.

Gallorum — Vbi. Ex multiplici varietate lectionis Oudend. id, quod in textu nunc est, recepit. Edd. vulgg. habent: *Gall. ead. atque Belg. opp. est. Hi, vbi* — Istud *haec* aut *Hi* redundat. *M.* *Haec* habet Flodoardus in hist. eccles. Rom. 1, 2.

portas succedunt. al. *portis.* Sed accusatiuus recte se habet. Sic Silius 10, 596. *succedere muros.* Liu. 22, 28. *tumulum.* Tacitus 2, 20. *murum*, vbi vide notata nostra. Male olim legebatur *succendunt.*

Nam, quum coniicerent. Veterem hanc lectionem restituit Oudend. legebatur *Nam — coniiciebant*, omisso *quum.*

Iccius. Cf. c. 3. *M.*

nuncios. al. *nuncium.* Sed patet ex seq. plures fuisse.

submittatur. Ita codd. et edd. vet. vulgo *mittatur.*

Numidas. Sunt leuis armaturae milites. Cf. c. 10. *M.*

Cretas. Οἱ Κρῆτες εἰσὶ τοξεύειν ἀγαθοί. Aelian. V. H. 1, 10. *Cellar.*

7. Eo de media nocte Caesar, iisdem ducibus vsus, qui nuncii ab Iccio venerant, Numidas et Cretas sagittarios et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit: quorum aduentu et Remis, cum spe defensionis, studium propugnandi accessit et hostibus eadem de caussa spes potiundi oppidi discessit. Itaque, paullisper apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati, omnibus vicis aedificiisque, quos adire poterant, incensis, ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt et ab milibus passuum minus II castra posuerunt, quae castra, vt fumo atque ignibus significabatur, amplius milibus passuum VIII in latitudinem patebant.

8. Caesar primo, et propter multitudinem hostium, et propter eximiam opinionem virtutis, proelio supersedere statuit; quotidie tamen equestribus proeliis, quid hostis virtute posset et quid nostri auderent, sollicitationibus periclitabatur. Vbi nostros non esse inferiores intellexit, loco pro castris, ad aciem instruendam natura obportuno atque idoneo, (quod

Baleares. De incolis insularum Balearidum in Hispanico mari notissima sunt, quae Strabo (geogr. 3, p. 168) scripsit: *σφενδονῆται ἄριστοι λέγονται· καὶ τοῦτ' ἤσκησαν, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξ ὅτου Φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους.* Cf. Liu. 28, 37. Atque hoc scire sufficit: nam hoc vnum est certum: cetera omnia, quae de causa nominis tradi solent, veluti a *βάλλειν* (Diod. Sic. 5, 17), aut e sermone phoenicio (Strabo 14. p. 654), aut a quodam Baleo (Liuian. epit. lib. 60), haec igitur omnia incerta sunt, effecta nimio studio etymologiae, quod et veterum et recentiorum multos scriptores de gentium originibus tenuit. *M.*

discessit. Sic codd. Sic et Quintil. 11, 1, 16. *aemulatio discessit.* 11, 2, 44. *memoria discedit.* Dauis. ex coniectura Gronouii mauult *decessit.*

quos adire. Vel legendum, *quae*, vel *quot*, vel *quo*. *M.* *Quos* per syllepsin adcommodatur digniori generi.

omnibus copiis. Sic et alibi noster, vt c. 19. et 33. item 4, 24. 5, 49. C. 1, 63. Nonnunquam tamen et praepositio apud nostrum additur. Vide 1, 26. 38. C. 1, 19. Parum ergo refert.

periclitabatur. Vid. ind. Eodem sensu Plautus Amph. 2, 2, 56. 3, 2, 33. Codd. quidam habent *sollicitationibus exquirebat.* alii *experiebatur*, vtrumque ex glossa.

atque idoneo. hic ante parenthesin inserit I. C. H. *confligere decreuit et.* Verum absque hoc subplemento locus probe est intellectus.

is collis, vbi castra posita erant, paullulum ex planitie editus, tantum aduersus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat, atque ex vtraque parte lateris deiectus habebat et frontem leniter fastigatus paullatim ad planitiem redibat) ab vtroque latere eius collis transuersam fossam obduxit circiter passuum CD et ad extremas fossas castella constituit, ibique tormenta conlocauit, ne, quum aciem instruxisset, hostes, quod tantum multitudine poterant, ab lateribus pugnantes suos circumuenire possent. Hoc facto, duabus legionibus, quas proxime conscripserat, in castris relictis, vt, si qua opus esset, subsidio duci possent, reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. Hostes item suas copias ex castris eductas instruxerant.

9. Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum. Hanc si nostri transirent, hostes exspectabant: nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, vt inpeditos adgrederentur, parati in armis erant. Interim proelio equestri inter duas acies contendebatur. Vbi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equitum proelio nostris, Caesar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod esse post no-

paullulum ex plan. editus, leniter accliuis. *M.*

aduersus. An, ea parte, quae aduersa, e regione erat? *M.* parte anteriore, *von vornen, fur le devant.* Sic *aduersi dentes*, anteriores, Cic. N. D. 2, 54.

deiectus habebat, varios velvti gradus (*Absätze*), per quos, vt per praecipitia, desiliendum potius, quam descendendum erat. Vno verbo, latera non erant sensim aut leniter decliuia. *M.* Cf. c. 22.

frontem, i. e. quoad frontem. Alii, *in frontem*, explicandi causa ediderunt. Frontem dicit eam partem, quae est e regione hominis, sub monte stantis, et a lateribus distinguitur: nisi quis malit, esse cacumen. *M.* Vulgo *in fronte.* Sed elliptica ista locutione nihil frequentius. Ouid. Fastor. 3, 269. *frontem redimita coronis.* Cf. et 6, 321. Met. 3, 666.

leniter fastigatus. Vulgo *leviter.* Sed *leniter* codd. ap. Clarkium et Dauis. item edd. vet. Alia v. in Ind. *fastigatus*, recte, non *fastigiatus*, quod patet ex Silio 5, 50. alii male *castigatus.* Cf. Voss. ad Melam 1, 4

conscripserat. Cf. c. 2. *M.*

ſtra caſtra demonſtratum eſt. Ibi vadis repertis, partem ſuarum copiarum transducere conati ſunt eo conſilio, vt, ſi poſſent, caſtellum, cui praeerat Q. Titurius Legatus, expugnarent pontemque interſcinderent; ſi minus potuiſſent, agros Remorum popularentur, qui magno nobis vſui ad bellum gerendum erant, commeatuque noſtros prohiberent.

10. Caeſar, certior factus ab Titurio, omnem equitatum et leuis armaturae Numidas, funditores ſagittariosque pontem transducit atque ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum eſt. Hoſtes inpeditos noſtri in flumine adgreſſi, magnum eorum numerum occiderunt. Per eorum corpora reliquos, audaciſſime tranſire conantes, multitudine telorum repulerunt; primos, qui tranſierant, equitatu circumventos interfecerunt. Hoſtes, vbi et de expugnando oppido et de flumine transeundo ſpem ſe fefelliſſe intellexerunt, neque noſtros in locum iniquiorem progredi pugnandi cauſſa viderunt, atque ipſos res frumentaria deficere coepit, concilio conuocato conſtituerunt, optimum eſſe, domum ſuam quemque reverti, vt, quorum in fines primum Romani exercitum introduxiſſent, ad eos defendendos vndique convenirent et potius in ſuis, quam in alienis, finibus

ſi qua opus eſſet. Sic Grut. e cod. Petauii. vulgo *ſi quid* vel *ſi quod*, vt Graecus εἴ τι δέον εἴη.

ſec. equitum proelio noſtris. Sic Oudend. e probis codd. Vulgo *equitum noſtrorum.*

demonſtratum eſt. Cf. cap. 5. *M.*

ſi minus potuiſſent. Sic Oudend. e codd. ſic et Flodoardus. Alii *ſin minus* vel *ſin minus poſſent.*

comm. n. proh, Vulgo contra codd. *commeatusque noſtros ſustinebant.* *M.* Edd. vet. *commeatusque noſtros prohiberent.*

Caeſar, certior. Nomen *Caeſaris* male paſſim omittitur in codd. et edit.

leuis armat. Numidas. Cf. Liu. 35, 11. et Claudian. b. Gild. 435. ſeq.

audaciſſime — repulerunt. Male ergo Plut. cap. 20. dicit *μοχθηρῶς ἀγωνισαμένους.*

et, quorum — Leg. *vt, quorum.* *M* Saltem ſubaudiendum *vt* iudicat Oudend. qui veterem lectionem reſtituit, pro qua Manut. et Hotom. poſuerant *convenire.* Mihi emendatio Mori ſat apta videtur et recipienda.

vt potius — Leg. *et pot.* *M.*

in alienis. bene praepoſitio re-

decertarent et domesticis copiis rei frumentariae vterentur. Ad eam sententiam cum reliquis caussis haec quoque ratio eos deduxit, quod Diuitiacum atque Aeduos finibus Bellouacorum adpropinquare cognouerant. His persuaderi, vt diutius morarentur neque suis auxilium ferrent, non poterat.

11. Ea re constituta, secunda vigilia magno cum strepitu ac tumultu castris egressi, nullo certo ordine, neque imperio, quum sibi quisque primum itineris locum peteret et domum peruenire properaret, fecerunt, vt consimilis fugae profectio videretur. Hac re statim Caesar per speculatores cognita, insidias veritus, quod, qua de caussa discederent, nondum perspexerat, exercitum equitatumque castris continuit. Prima luce, confirmata re ab exploratoribus, omnem equitatum, qui nouissimum agmen moraretur, praemisit. His Q. Pedium et L. Aurunculeium Cottam Legatos praefecit. T. Labienum Legatum cum legionibus tribus subsequi iussit. Hi, nouissimos adorti et multa milia passuum prosecuti, magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt, quum ab extremo agmine, ad quos ventum erat, consisterent fortiterque inpetum nostrorum militum sustinerent; prioresque (quod abesse a periculo viderentur, ne-

petitur. Sic codd. et edd. vet. et vsus is alibi frequens.

copiis rei frum. Respice ad 1, 31.

Diuit. — — adpropinquare. Factum erat suasu et hortatu Caesaris, vid. cap. 5. *M.*

neque suis a. f. Sic codd. et ed. vet. Vulgo *ne.* in codice Ortelii *neu.* Wasse volebat *ne qua.*

insidias veritus. ex inscitia loci. Dio 39, 2.

His Q. Pedium. Ita codd. vel *iis*, per egregiam synthesin. Male recentiores mutarunt in *eique.*

Hi, nouissimos — ponerent. Haec periodus in vulgg. edd. in duas discerpta et varie perturbata est. Oudend. e codd. restituit. *M.* Sed iam ed. Mediol. et seq. vet. ita habent. In iis mox est et *prioresque*, quod Oud. probat, et ego recipio. Porro habent quoque *ponerent*, quod pendet a *quum*, pro quo Aldus et alii male *posuerunt.*

ab extr. agm. i. e. ii in extremo agmine. *M.*

praesidium. Pauci codd. *subsidium.* Caesar libentius *praesidium* hoc sensu dicit. Ceterum Dio Cass. 39, 2, et Plutarch. in Caes. c. 20. hanc ex-

que vlla necessitate, neque imperio continerentur,) exaudito clamore, perturbatis ordinibus, omnes in fuga sibi praesidium ponerent. Ita sine vllo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium: sub occasumque solis destiterunt seque in castra, vt erat imperatum, receperunt.

12. Postridie eius diei Caesar, prius quam se hostes ex terrore ac fuga reciperent, in fines Suessionum, qui proximi Remis erant, exercitum duxit et magno itinere confecto ad oppidum Nouiodunum contendit. Id ex itinere oppugnare conatus, quod vacuum ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fossae murique altitudinem, paucis defendentibus, expugnare non potuit. Castris munitis, vineas agere, quaeque ad oppugnandum vsui erant, comparare coepit. Interim omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte conuenit. Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere iacto turribusque constitutis, magnitudine operum, quae neque viderant ante Galli, neque audierant, et celeritate Romanorum permoti, legatos ad Caesarem de deditione mittunt et, petentibus Remis, vt conseruarentur, inpetrant.

peditionem paucissimis attigerunt. *M. Subsidium* recepit Scaliger, secuti sunt alii.

destiterunt, scil. interficere. Vulgo *sequi destiterunt*. Verum id *sequi* abest a bonis codd. et edit. vet.

terrore. alii *pauore*.

vineas agere. Pro *agere* legendum *aggerem* praecipit Hotomannus. frustra. Male quippe referretur ad *comparare*. Imo mox repetitur *vineis actis*. L. 7, 17. legitur *aggerem adparare, vineas agere*. Folardum si audias, *vineae* hic sunt fossae tectae, quales hodie dicuntur *tranchées couvertes de claies, Laufgräben*. V. son Comment. sur Polybe t. 2. art. 9. p. 167. Negat hoc Guischard in Mém. milit. t. 2. p. 5. et ex Vegetio 4, 15. docet fuisse machinas mobiles, quales vide sis descriptas in Indice, exponitque per Gallicum *galeries*. Vtramque significationem diuersis obtinere locis statuit Lo-Looz in Défense du Chev. de Folard. 8. Bouillon 1776. p. 28. putatque *vineas agere* et *aggeres agere* esse synonyma, qua in re fallitur omnino. Vide v. *agger* in Indice.

turribus constitutis. Vet. cod. *constructis*. forsan e glossa.

13. Caesar, obsidibus acceptis, primis ciuitatis atque ipsius Galbae Regis duobus filiis armisque omnibus ex oppido traditis, in deditionem Suessiones accepit, exercitumque in Bellouaces duxit. Qui quum se suaque omnia in oppidum Bratuspantium contulissent, atque ab eo oppido Caesar cum exercitu circiter milia passuum quinque abesset, omnes maiores natu, ex oppido egressi, manus ad Caesarem tendere et voce significare coeperunt, sese in eius fidem ac potestatem venire, neque contra Populum Romanum armis contendere. Item, quum ad oppidum accessisset castraque ibi poneret, pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petierunt.

14. Pro his Diuitiacus (nam post discessum Belgarum, dimissis Aeduorum copiis, ad eum reuerterat) facit verba: *Bellouacos omni tempore in fide atque amicitia ciuitatis Aeduae fuisse: inpulsos a suis principibus, qui dicerent, Aeduos, a Caesare in seruitutem redactos, omnes indignitates contumeliasque perferre et ab Aeduis defecisse et Populo Romano bellum intulisse. Qui huius consilii principes fuissent, quod intellegerent, quantam calamitatem ciuitati intulissent, in Britanniam profugisse. Petere non solum Bellouacos, sed etiam pro his Aeduos, vt sua clementia ac mansuetudine in eos vtatur. Quod si fecerit, Aeduorum auctorita-*

Galbae. vid. c. 4. *M.*

Bratuspantium. Idem esse cum Ptolemaei *Caesaromago Bellovacorum*, postea sic dicto in honorem Caesaris vel Augusti, putant Scaliger, Sanson, Hadr. Valesius, Cellarius. Ast D'Anville ante duo et quod excurrit saecula prope vicum Breteuil in paroecia Vandeuil superfuisse vestigia vrbis sub nomine *Brantuspante* docet. Obtulerat Academiae Parisinae olim cel. Bonami dissertationem de *Bratuspantio*. V. Mantissam obseru. ad h. l. et Not. de la Gaule p. 172.

ad eum reu. ad Caesarem. *M.*

Petere non solum. Edit. vet. *Praeterea petere.*

sustentare. Aedui a Belgis auxilium petere solent, vt pares sint bello gerendo. *M.*

sed, quod erat. Alii *et.*

inter Belgas. Alii *et inter.*

ad luxur. pertin. Haec verba ab haud paucis libris absunt. Si omittantur, voluit Caesar di-

tem apud omnes Belgas amplificaturum: quorum auxiliis atque opibus, si qua bella inciderint, sustentare consuerint.

15. Caesar honoris Diuitiaci atque Aeduorum caussa sese eos in fidem recepturum et conseruaturum dixit: sed, quod erat ciuitas magna inter Belgas auctoritate atque hominum multitudine praestabat, DC obsides poposcit. His traditis, omnibusque armis ex oppido conlatis, ab eo loco in fines Ambianorum peruenit, qui se suaque omnia sine mora dediderunt. Eorum fines Neruii adtingebant: quorum de natura moribusque Caesar quum quaereret, sic reperiebat: *Nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini reliquarumque rerum, ad luxuriam pertinentium, inferri, quod his rebus relanguescere animos et remitti virtutem existimarent: esse homines feros magnaeque virtutis: increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se Populo Romano dedidissent patriamque virtutem proiecissent: confirmare, sese neque legatos missuros, neque vllam conditionem pacis accepturos.*

16. Quum per eorum fines triduum iter fecisset, inueniebat ex captiuis, Sabim flumen ab castris suis non amplius milia passuum decem abesse: trans id flumen omnis Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum exspectare vna cum Atrebatibus et Veromanduis, finitumis suis: (nam his vtrisque persua-

sere, id quod iam Oudend. vidit, Neruios omnino nihil mercium velle extrinsecus inportari. *M.* Plane vt 4, 2. Oudend. vulgatum ex verbis seq. ortum suspicatur et ex 1, 2. Gruterus verbum *pertinentium* abiici volebat. Graecus et Celsus cum vulgato consentiunt.

animos eorum. Deleuerim *eorum*, quod fieri posse sensit Oudend. Si ad Neruios referretur, debebat esse *suos. M.* Mihi videtur pronomen e glossa adiectum et tollendum. Apud Celsum et metaphrasten Graecum generale effatum est. Cf. 4, 2.

dedidissent. Alii *dedissent*,

confirmare, adfirmare, vt apud Cic. ad Diu. 6, 3. *ego tibi hoc confirmo.*

triduum. Sic boni codd. et edd. vet. alii *triduo.* parum interest.

Atrebatibus. Cod. Schotti aliique *Atrebatis* et mox *Aduatucorum.*

ferant, vti eamdem belli fortunam experirentur) exspectari etiam ab his Aduatucorum copias, atque esse in itinere: mulieres, quique per aetatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum locum coniecisse, quo propter paludes exercitui aditus non esset.

17. His rebus cognitis, exploratores Centurionesque praemittit, qui locum idoneum castris deligant. Quumque ex dediticiis Belgis reliquisque Gallis complures, Caesarem secuti, vna iter facerent: quidam ex his, vt postea ex captiuis cognitum est, eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta, nocte ad Neruios peruenerunt atque iis demonstrarunt, inter singulas legiones inpedimentorum magnum numerum intercedere, neque esse quidquam negotii, quum prima legio in castra venisset reliquaeque legiones magnum spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri: qua pulsa, inpedimentisque direptis, futurum, vt reliquae contra consistere non auderent. Adiuuabat etiam eorum consilium, qui rem deferebant, quod Neruii antiquitus, quum equitatu nihil possent, (neque enim ad hoc tempus ei rei student, sed, quidquid possunt, pedestribus valent copiis,)

His rebus cogn. Alii *Caesar his r. c.* Sed codd. multi et edd. vet. vocem eam non agnoscunt, nec opus.

eorum d. cons. — perspecta, cognouerant modum, quo exercitus Romanus per illos dies solitus erat iter facere, quale agmen Rom. solebat esse. *M.* Dauisius tacite et male edidit *prospecta.* I. C. H. legi praecipit *consuetudine et ratione.*

sub sarcinis. Sic et 3, 24. 8, 27. et C. 1, 66. *sub onere.* v. Iud.

atque inflexis crebrisque in lat. ramis enatis. In Vrsini codice τὸ *inflexis* pro glossa habet *curuatis.* Simili modo Oudend. ab aliis glossatoribus adiectum *enatis*, *renatis*, autumat. Non comparet haec vox in Scaligeri, Leidensi primo et aliis codd. Ita et praecedens *que* ignorat cod. Doruillii cum edd. Rom. Mediol. Ven. Deleta vtraque ista voce, egregie procurrit sensus. Quod suadet Oudend. *enatis* referendum ad *et rubis*, mihi non adridet, otiosum est epitheton. Pro *inflexis* temere *implexis* legendum praecipit Dauisius. Ceterum non absimilia tradunt Strabo 4. p. 194. et Curtius 6, 5.

sentibusque interiectis. Leid. I. *intertextis*, quod verum putat Oud. sed *interiectis* repetitur mox c. 22.

non modo intrari. Vulgo, *non modo non intrari*, contra codd. Scilicet Latini solebant pro *non*

quo facilius finitumorum equitatum, si praedandi caussa ad eos venisset, inpedirent, teneris arboribus incisis atque inflexis, crebris in latitudinem ramis et rubis sentibusque interiectis effecerant, vt instar muri hae sepes munimenta praeberent; quo non modo intrari, sed ne perspici quidem posset. His rebus quum iter agminis nostri inpediretur, non omittendum sibi consilium Neruii aestimauerunt.

18. Loci natura erat haec, quem locum nostri castris delegerant. Collis, ab summo aequaliter decliuis, ad flumen Sabim, quod supra nominauimus, vergebat. Ab eo flumine pari adcliuitate collis nascebatur, aduersus huic et contrarius, passus circiter ducentos, infima apertus, ab superiore parte siluestris, vt non facile introrsus perspici posset. Intra eas siluas hostes in occulto sese continebant: in aperto loco secundum flumen paucae stationes equitum videbantur. Fluminis erat altitudo pedum circiter trium.

19. Caesar, equitatu praemisso, subsequebatur omnibus copiis: sed ratio ordoque agminis aliter se habebat, ac Belgae ad Neruios detulerant. Nam, quod ad hostis adpropinquabat, consuetudine sua Caesar

modo non ponere *non modo*, sequente illo *sed ne quidem*. Res est tralaticia. Vid. ind. et praeter alios Ernesti Clau. Cic. in *non*. *M.* Adde Perizonium ad Sanctii Mineruam 4, 7. p. 694.

aestimauerunt. Sic Oud. e bonis codd. vulgo *existimauerunt*. Alibi quoque restituit Oudend. Vid. et Burmann. ad Quinct. 5, 10. et Phaedr. 3, 4.

quem locum. Frequenter tali repetitione vtitur noster, vt 1, 6. 16. 29. 51. etc. Bene ergo vocem vulgo omissam reposuit Oudend.

aequaliter, ita, vt neque eminentiora neque depressiora loca haberet. *M.*

infima, quoad infima loca, quoad radices. Sic c. 8. *frontem fastigatus*. Hoc *infima* Oudend. ex vna (Petauiano) codice recte restituit; ceteri omnes syntaxin rariorem male mutarant in *infimus*, *infimis*, *inferius*. (*in fine*). *M.* Burmannus haec esse vitiosa senserat.

in aperto, nullis arboribus vestito. *M.*

altit. pedum circiter trium. Ciacconius suspicatur legendum *latitudo* pedum CCC, vel *altitudo pedum XXX*. quia c. 27. *transire ausi* dicantur *flumen latissimum et altissimum*. Verum ibi *altissimae ripae* dicuntur, non *flumen*, quod certe *altum* XXX pedes transire non forent ausi.

quod ad hostis (i. e. hostes)

ſex legiones expeditas ducebat: poſt eas totius exercitus inpedimenta conlocarat: inde duae legiones, quae proxime conſcriptae erant, totum agmen claudebant, praeſidioque inpedimentis erant. Equites noſtri, cum funditoribus ſagittariisque flumen transgreſſi, cum hoſtium equitatu proelium commiſerunt. Quum ſe illi idemtidem in ſiluas ad ſuos reciperent ac rurſus ex ſilua in noſtros inpetum facerent, neque noſtri longius, quam quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, cedentes inſequi auderent: interim legiones ſex, quae primae venerant, opere dimenſo, caſtra munire coeperunt. Vbi prima inpedimenta noſtri exercitus ab his, qui in ſiluis abditi latebant, viſa ſunt, (quod tempus inter eos committendi proelii conuenerat) ita, vt intra ſiluas aciem ordinesque conſtituerant atque ipſi ſeſe confirmauerant, ſubito omnibus copiis prouolauerunt inpetum-

adprop. Haec eſt unius codicis, et tamen unice vera lectio. Vulgo, *quod hoſtis adpropin.* Sed hoſtis non adpropinquabat, exſpectabat enim trans flumen aduentum Romanorum. v. c. 16. Monuerunt Vrſinus, Dauiſ. et Oudend. *M.* Codd. quidam habent *quoad.* Faernus, cui vitium ſubolierat, legebat *hoſti.*

proxime. Cf. c. 2. *M.*

porrecta ac. Delendum eſt *ac*, ſenſus autem hic: *quem ad finem* (quosque) *loca aperta* (nullis ſiluis tecta) *porrecta pertinebant* (extendebantur). Vt dicitur, *porrectus extenditur* ſeu *procurrit*, pro, *porrectus eſt:* ſic *porrectus pertinet ad aliquem locum*, pro, *porrectus eſt vsque ad illum locum.* Varietas lectionis (*ad* pro *ac*, et *aperta loca* pro *loca aperta*) atque disſenſus interpretum indicat, lectionem vulg. vitio laborare *M.* *Tò aperta* pro gloſſa *τοῦ porrecta* habent Hotom. et Gruterus. Verum ea vox admodum trita eſt noſtro. v. Index. Dauiſius ſecutus edd. Rom. Ven. dedit *συνωνύμως porrecta ac aperta loca.* Clarke, quocum faciunt Cellarius aliique, *τὸ porrecta* abſolute poſitum putat, vt apud Minuc. Fel. c. 17. *porrecta camporum*, adeoque vulgatum retinet. Idem iam Ciacconio viſum. Dubius omnino locus.

opere dimenſo, i. e. ſpatio dimenſo, in quo opus (caſtra) munire volebant. Puto eſſe id. quod vſitatius dicitur *caſtra metari. M.*

tempus — conuenerat. Cf. cap. 17. *M.*

ita, vt. Dauiſius hoc *vt* capit de tempore pro *poſtquam*, quia in variis codicibus *τὸ ita* deeſt. Sed in aliis et edd. vet. legitur eſtque aduerbium ſimilitudinis pro *eo modo, quo.*

confirmauerant, conſilio capiendo, pollicendo, cohortando. *M.*

proturbatis. Ita Faernus e

que in nostros equites fecerunt. His facile pulsis ac proturbatis, incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt, vt paene vno tempore et ad siluas et in flumine et iam in manibus nostris hostes viderentur. Eadem autem celeritate aduerso colle ad nostra castra, atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt.

20. Caesari omnia vno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret: signum tuba dandum: ab opere reuocandi milites: qui paullo longius aggeris petendi caussa processerant, arcessendi: acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum: quarum rerum magnam partem temporis breuitas et successus et incursus hostium inpediebat. His difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque vsus militum, quod, superioribus proeliis exercitati, quid fieri opor-

vet. cod. prius legebatur *perturbatis*. mox *decucurrerunt*. Vrsinus e suo codice et Charisio, in edd. vet. erat *decurrerant*.

in flumine. Hoc flumen transgressi Neruii volebant Caesaris exercitum, in altera ripa relictum, adoriri. Hinc transgressi flumen erant *in manibus Romanorum*, h. e. prope Romanos, adstantes castris Romanorum, ὑπόγυιοι. *M.*

in manibus nostris. Adiectum pronomen suspectum est Gronouio ad Liu. 2, 46. sed noster amat plene loqui.

aduerso colle, i. e. ibi, vbi erat collis, qui e regione alterius collis erat. v. c. 18. *M.*

vexillum proponendum. Russi coloris. v. Macrob. Sat. 1, 16. extendebatur supra praetorium teste Plut. in Fabio c. 15. vbi dicitur χιτὼν κόκκινος et in Marcello c. 26. vbi φοινικοῦς χιτών. In nostro loco Graecus male reddit per ἱστόν.

sign. tuba dandum. Hoc erat signum ipsius conflictus inchoandi. *M.* Graecus τὸ πολεμικόν.

signum dandum, tessera danda. Monuerunt Rhellicanus et Brantius. *M.* Bene Graecus σύνθημα. Ciacconius diuersa ea signa non recte distingui a quibusdam refert et quaedam hic superuacua tradi.

successus, accessio, adpropinquatio. Edd. recentiores male hoc verbum omiserunt, quod per codd. satis tutum est. *M.* Clarkius, post Aldum et alios ταυτολογίαν veritus, omisit. Sed noster haud raro idem fere significantia iungit. Cf. C. 1, 5. et 82.

incursus, ipse impetus, quem faciebant. Si quis tamen cum Dauisio delere velit verba *et incursus*, nihil deerit ad sensus integritatem. In Gr. metaphr. tantum est, ἡ του χρόνου βραχύτης καὶ ἡ τῶν πολεμίων ἐπιδρομή. *M.* Nihil mutatione opus, vt modo dictum.

sex legiones expeditas ducebat: post eas totius exercitus inpedimenta conlocarat: inde duae legiones, quae proxime conscriptae erant, totum agmen claudebant, praesidioque inpedimentis erant. Equites nostri, cum funditoribus sagittariisque flumen transgressi, cum hostium equitatu proelium commiserunt. Quum se illi identidem in siluas ad suos reciperent ac rursus ex silua in nostros inpetum facerent, neque nostri longius, quam quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi auderent: interim legiones sex, quae primae venerant, opere dimenso, castra munire coeperunt. Vbi prima inpedimenta nostri exercitus ab his, qui in siluis abditi latebant, visa sunt, (quod tempus inter eos committendi proelii conuenerat) ita, vt intra siluas aciem ordinesque constituerant atque ipsi sese confirmauerant, subito omnibus copiis prouolauerunt inpetum-

adprop. Haec est unius codicis, et tamen unice vera lectio. Vulgo, *quod hostis adpropin.* Sed hostis non adpropinquabat, exspectabat enim trans flumen aduentum Romanorum. v. c. 16. Monuerunt Vrsinus, Dauis. et Oudend. *M.* Codd. quidam habent *quoad.* Faernus, cui vitium suboluerat, legebat *hosti.*

proxime. Cf. c. 2. *M.*

porrecta ac. Delendum est *ac*, sensus autem hic: *quem ad finem* (quosque) *loca aperta* (nullis siluis tecta) *porrecta pertinebant* (extendebantur). Vt dicitur, *porrectus extenditur* seu *procurrit*, pro, *porrectus est:* sic *porrectus pertinet ad aliquem locum*, pro, *porrectus est vsque ad illum locum.* Varietas lectionis (*ad* pro *ac*, et *aperta loca* pro *loca aperta*) atque dissensus interpretum indicat, lectionem vulg. vitio laborare *M.* Τὸ *aperta* pro glossa τοῦ *porrecta* habent Hotom. et Gruterus. Verum ea vox admodum trita est nostro. v. Index. Dauisius secutus edd. Rom. Ven. dedit συνωνύμως *porrecta ac aperta loca.* Clarke, quocum faciunt Cellarius aliique, τὸ *porrecta* absolute positum putat, vt apud Minuc. Fel. c. 17. *porrecta camporum*, adeoque vulgatum retinet. Idem iam Ciacconio visum. Dubius omnino locus.

opere dimenso, i. e. spatio dimenso, in quo opus (castra) munire volebant. Puto esse id. quod vsitatius dicitur *castra metari.* *M.*

tempus — conuenerat. Cf. cap. 17. *M.*

ita, vt. Dauisius hoc *vt* capit de tempore pro *postquam*, quia in variis codicibus τὸ *ita* deest. Sed in aliis et edd. vet. legitur estque aduerbium similitudinis pro *eo modo, quo.*

confirmauerant, consilio capiendo, pollicendo, cohortando. *M.*

proturbatis. Ita Faernus e

que in nostros equites fecerunt. His facile pulsis ac proturbatis, incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt, vt paene vno tempore et ad siluas et in flumine et iam in manibus nostris hostes viderentur. Eadem autem celeritate aduerso colle ad nostra castra atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt.

20. Caesari omnia vno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret: signum tuba dandum: ab opere reuocandi milites: qui paullo longius aggeris petendi caussa processerant, arcessendi: acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum: quarum rerum magnam partem temporis breuitas et successus et incursus hostium inpediebat. His difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque vsus militum, quod, superioribus proeliis exercitati, quid fieri opor-

vet. cod. prius legebatur *perturbatis*. mox *decucurrerunt*. Vrsinus e suo codice et Charisio, in edd. vet. erat *decurrerant*.

in flumine. Hoc flumen transgressi Neruii volebant Caesaris exercitum, in altera ripa relictum, adoriri. Hinc transgressi flumen erant *in manibus Romanorum*, h. e. prope Romanos, adstantes castris Romanorum, *ὑπόγυιοι*. *M.*

in manibus nostris. Adiectum pronomen suspectum est Gronouio ad Liu. 2, 46. sed noster amat plene loqui.

aduerso colle, i. e. ibi, vbi erat collis, qui e regione alterius collis erat. v. c. 18. *M.*

vexillum proponendum. Russi coloris. v. Macrob. Sat. 1, 16. extendebatur supra praetorium teste Plut. in Fabio c. 15. vbi dicitur *χιτὼν κόκκινος* et in Marcello c. 26. vbi *φοινικοῦς χιτών*. In nostro loco Graecus male reddit per *ἀετόν*.

sign. tuba dandum. Hoc erat signum ipsius conflictus inchoandi. *M.* Graecus *τὸ πολεμικόν*.

signum dandum, tessera danda. Monuerunt Rhellicanus et Brantius. *M.* Bene Graecus *σύνθημα*. Ciacconius diuersa ea signa non recte distingui a quibusdam refert et quaedam hic superuacua tradi.

successus, accessio, adpropinquatio. Edd. recentiores male hoc verbum omiserunt, quod per codd. satis tutum est. *M.* Clarkius, post Aldum et alios *ταυτολογίαν* veritus, omisit. Sed noster haud raro idem fere significantia iungit. Cf. C. 1, 5. et 82.

incursus, ipse impetus, quem faciebant. Si quis tamen cum Dauisio delere velit verba *et incursus*, nihil deerit ad sensus integritatem. In Gr. metaphr. tantum est, *ἡ του χρόνου βραχύτης καὶ ἡ τῶν πολεμίων ἐπιδρομή*. *M.* Nihil mutatione opus, vt modo dictum.

teret, non minus commode ipſi ſibi praeſcribere, quam ab aliis doceri poterant; et quod ab opere ſingulisque legionibus ſingulos Legatos Caeſar diſcedere, niſi munitis caſtris, vetuerat. Hi, propter propinquitatem et celeritatem hoſtium, nihil iam Caeſaris imperium ſpectabant, ſed per ſe, quae videbantur, adminiſtrabant.

21. Caeſar, neceſſariis rebus imperatis, ad cohortandos milites, quam in partem fors obtulit, decucurrit et ad legionem decimam deuenit. Milites non longiore oratione cohortatus, quam vti ſuae priſtinae virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, hoſtiumque inpetum fortiter ſuſtinerent, quod non longius hoſtes aberant, quam quo telum adiici poſſet, proelii committendi ſignum dedit. Atque in alteram partem item cohortandi cauſſa profectus, pugnantibus occurrit. Temporis tanta fuit exiguitas, hoſtiumque tam paratus ad dimicandum animus, vt non modo ad inſignia adcommodanda, ſed etiam ad galeas inducendas ſcutisque tegimenta detrahenda tempus defuerit. Quam quisque in partem ab opere caſu deuenit, quaeque prima ſigna conſpexit, ad haec conſtitit, ne, in quaerendis ſuis, pugnandi tempus dimitteret.

22. Inſtructo exercitu, magis vt loci natura deie-

ſpectabant. i. e. reuerebantur, curabant. Sic et alibi. v. Index. vulgo legebatur *exſpectabant.* vt eſt in edd. vet. et variis codd.

fors obtulit. Sic multi bonique codd. Vulgo *fors.*

cohortatus — quod. al. *eſt coh. — et, quod.*

adiici. ita mitti, vt ad locum deſtinatum perueniat. Codd. *adici*, more ſolemni.

galeas inducendas. alii *induendas.* Etiam Gr. metaphr. τὰς περικεφαλαίας ἐνδύεσθαι habet. v. ind. Ergo lectionem, *inducendas*, non probo; nam *inducere galeas* mihi videtur ſignificare, eas tegere aliqua re, obducere. *M.* Non raro tamen *inducere* eodem ſenſu vſurpatur quo *inducere*, verum id fere fit adpoſito ſubiecto aliquo, vt *ſoleas pedibus. calceum ſibi humeros amictu, laurum capillis.* Sed in genere *induci* dicitur, quo quid tegitur. Sic Ouid. Art. Am. 3, 495. *ſacris inducta capillis laurus erat.* Seruandum ergo *inducendas.*

tegimenta erant e corio facta, ne formae et colores, ſcutis additi, puluere aut aeris iniuria

etusque collis et neceſſitas temporis, quam vt rei militaris ratio atque ordo poſtulabat, quum diuerſis locis legiones, aliae alia in parte, hoſtibus reſiſterent, ſepibusque denſiſſimis, vt ante demonſtrauimus, interiectis proſpectus impediretur: neque certa ſubſidia conlocari, neque quid in quaque parte opus eſſet prouideri, neque ab vno omnia imperia adminiſtrari poterant. Itaque in tanta rerum iniquitate fortunae quoque euentus varii ſequebantur.

23. Legionis nonae et decimae milites, vt in ſiniſtra parte acie conſtiterant, pilis emiſſis, curſu ac laſſitudine exanimatos vulneribusque confectos Atrebates (nam his ea pars obuenerat) celeriter ex loco ſuperiore in flumen compulerunt, et tranſire conantes inſecuti gladiis magnam partem eorum impeditam interfecerunt. Ipſi tranſire flumen non dubitauerunt et, in locum iniquum progreſſi, rurſus regreſſos ac reſiſtentes hoſtes redintegrato proelio in fugam dederunt. Item alia in parte diuerſae duae legiones, vndecima et octaua, profligatis Veromanduis, quibuscum erant congreſſi, ex loco ſuperiore in ipſis fluminis ripis proeliabantur. At tum totis fere a fronte et ab ſiniſtra parte nudatis caſtris, quum in dextro cornu legio duodecima et non magno ab ea interuallo ſeptima conſtitiſſet, omnes Neruii confertiſſimo

corrumperentur. *Dauiſ.* Hinc apud Cic. Nat. D. 2, 14. *clypeorum inuolucra. M.* Alii heic *tegumenta, tegmenta.* Mox alii *detrudenda.*

in quaerendis ſuis. Scaliger e ſuo codice *in quaerendo ſuos.* al. *inquirendo ſuos.* Giaccon. *inquirendis ſuis.*

deiectus, decliuitas. In Gr. metaphr. τὸ τοῦ ὄρους κάταντες. *M.* Cf. c. 8. Inde patet, male in codd. quibusdam legi *delectus.*

diuerſis locis legiones. Sic plane Graecus. al. *diuerſis legionibus alii* vel *aliae.*

demonſtrauimus. cap. 17. *M.*

acie. Hanc antiquam genetiui formam pro *aciei* reſtituit e codd. Oudendorpius, et Gellium N. A. 9, 14 contulit. *M.* Cf. Afr. 51.

in fugam dederunt. Sic boni codd. alii et edd. vet. *coniecerunt.* Sed cf. et 5, 51.

At tum totis. Erat in codd. *attonitis*, in recentioribus edd. *at totis.* Inde fecit Oudendorp. *at tum totis. M.* Concinit Graecus, qui ἐν τούτῳ δέ.

Neruii — duoe Boduognato. Celſus hic alia tradit et Boduo-

agmine, duce Boduognato, qui summam imperii tenebat, ad eum locum contenderunt: quorum pars aperto latere legiones circumuenire, pars summum castrorum locum petere, coepit.

24. Eodem tempore equites nostri leuisque armaturae pedites, qui cum iis vna fuerant, quos primo hostium inpetu pulsos dixeram, quum se in castra reciperent, aduersis hostibus occurrebant, ac rursus aliam in partem fugam petebant: et calones, qui ab decumana porta ac summo iugo collis nostros victores flumen transisse conspexerant, praedandi caussa egressi, quum respexissent et hostes in nostris castris versari vidissent, praecipites fugae sese mandabant. Simul eorum, qui cum inpedimentis veniebant, clamor fremitusque oriebatur aliique aliam in partem perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti equites Treuiri, quorum inter Gallos virtutis opinio est singularis, qui auxilii caussa ab ciuitate missi ad Caesarem venerant, quum multitudine hostium castra nostra compleri, legiones premi et paene cir-

gnatum Veromanduorum ducem dicit.

summum castr. locum. Intelligit collem, ad quem castra erant: cf. c. 19. et sic metaphr. Gr. cepit, *πρὸς τὰ ἄκρα τείνοντες.* Mox cap. 24. summum iugum collis eius dicitur, ad quem collem castra erant. *M.* Vulgo contra codd. *s. locum castr. petere coepit.* al. *coeperunt.* per syllepsin.

dixeram. c. 19. *M.*

adu. host. occurr. obuiam fiebant hostibus, e regione venientibus per castra, quae hostes iam occuparant. *M.*

qui ab dec. porta etc. alii *qui dec. porta a. s. i. c.* et deinceps *transire.*

oriebatur. alii *exaudiebatur* inuitis codd.

diuersos. alios alio loco. *M.*

ab dec. leg. cohort. Cf. cap. 21. *M.* Lips. elect. 2, 7. quod in v. cod. erat *cohorte* pro *cohortatione*, rescribi vult satis audacter *cum decimae legionis cohorte.*

sibi ipsos. Sic boni codd. vulgo *sibi ipsis.* V. et 7, 70. 82. C. 3, 72. Afr. 93.

inpedimento. Additur in codd. et edd. vet. *vidit*, ex inscitia librariorum, periodi longioris syntaxin non aduertentium.

Primo pilo, i. e. Centurione primi pili: hunc enim Centurionem putant simpliciter dictum esse Primum pilum. Sed cum hoc incertum sit, (v. Gesn. thes. L. L. in *pilus*, et Camerarius ad h. l. Caesaris, qui se dubitare dicit de huius nominis forma,) malim *primipili*, vt syntaxis sit: *Centurionibus vulne-*

tumnentas teneri, calones, equites, funditores, Numidas, diuersos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent, desperatis nostris rebus, domum contenderunt: Romanos pulsos superatosque, castris inpedimentisque eorum hostes potitos, ciuitati renunciaverunt.

25. Caesar, ab decimae legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus, vbi suos vrgueri signisque in vnum locum conlatis duodecimae legionis confertos milites sibi ipsos ad pugnam esse inpedimento; quartae cohortis omnibus Centurionibus occisis Signiferoque interfecto, signo amisso, reliquarum cohortium omnibus fere Centurionibns aut vulneratis, aut occisis, in his Primo pilo, P. Sextio Baculo, fortissimo viro, multis grauibusque vulneribus confecto, vt iam se sustinere non posset, reliquos esse tardiores; et nonnullos ab nouissimis desertos proelio excedere ac tela vitare; hostis neque a fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere, et ab vtroque latere instare; et rem esse in angusto vidit, neque vl-

ratis, *in his primi pili* (scil. Centurione): plane vt apud Liu. 7, 41. *qui — primus Centurio erat, quem nunc primi pili* (sc. Centurionem) *adpellant*. In codd. Caesaris et *primopilo*, et *primi pili* legitur, e quo edd. recentiores *primipilo* fecerunt, quae forma ne latina quidem videtur. Gr. metaphr. plane omisit. Sententiae interpretum de hac re, an *Centurio primi pili* etiam dictus sit *Primus pilus*, *Primipilus*, *Primopilus*, v. Dionys. Halic. 9. p. 567 ed. Sylb., et quae scripturae praeferenda sit, cognosci possunt e nota Oudendorpii ad h. l. qui iam indicavit notas Glareani atque Drakenborchii ad Liu. 2, 27. et Cortii ad Sallust. Iugurth. c. 38. Lipsium de milit. Rom. 2, 8. eadem tractasse, constat. Equidem arbitror, ex eo, quod v. c. Laetorius dicebatur Centurio primi pili, ortam esse hanc ellipsin, *Laetorius primi pili*: quae ellipsis deinde variandae et corrumpendae lectionis occasionem dedit librariis. Sed si quem movet inscriptio, ab Vrsino ad h. l. verbo indicata et a Gesnero in thes. L. L. illata, vt defendat *Primus pilus*, pro, Centurio primi pili, non magnopere repugnabo. Cf. ad 5, 30. *M.*

Baculo. Sic et 6, 38. Hotom. Brantius, Glandorpius malunt ex vet. cod. *Bibaculo*.

se sustinere. Codd. quidam pronomen omittunt. Sic et alibi sine casu. vt c. 6.

desertos sc. ducibus, qui non amplius habeant duces, a quibus pugnare iuberentur et cogerentur. In vno cod. est *deserto*, quasi *deserto*

lum esse subsidium, quod submitti posset: scuto ab nouissimis vni militi detracto, quod ipse eo sine scuto venerat, in primam aciem processit. Centurionibusque nominatim adpellatis, reliquos cohortatus milites, signa inferre et manipulos laxare iussit, quo facilius gladiis vti possent. Cuius aduentu spe inlata militibus ac redintegrato animo, quum pro se quisque, in conspectu Imperatoris etiam in extremis suis rebus, operam nauare cuperent, paullum hostium impetus tardatus est.

26. Caesar, quum septimam legionem, quae iuxta constiterat, item vrgueri ab hoste vidisset, Tribunos militum monuit, vt paullatim sese legiones coniungerent et conuersa signa in hostes inferrent. Quo facto, quum alius alii subsidium ferrent, neque timerent, ne auersi ab hoste circumuenirentur, audacius resistere ac fortius pugnare coeperunt. Interim milites legionum duarum, quae in nouissimo agmine praesidio inpedimentis fuerant, proelio nunciato, cursu incitato, in summo colle ab hostibus conspiciebantur. Et T. Labienus, castris hostium potitus et ex loco superiore, quae res in nostris castris gererentur, conspicatus, decimam legionem subsidio nostris misit. Qui quum ex equitum et calonum fuga, quo in loco

proelio inungendum sit, sensu satis commodo; sed non puto necessariam esse mutationem lectionis, quam omnes alii codd. exhibent. *M.*

vni militi. *fugientem* narrat Florus 3, 10. *lentius dimicantem* anonymus. Sic et Val Max. 8, 2, 19. *timidius pugnantem.*

laxare, sic per internalla conlocare, ne nimis conferti stent; ita enim steterant, vt paullo ante dictum est. *M.*

Cuius aduentu. Sic codd. Vulgo *huius.*

spe inlata. Wasse ad Sallust. mauult *innata*, sed idem noster habet 6, 43. Sic et C. 3, 38. *inlata suspicione.*

pro se quisque. i. e. quantum posset, pro virili parte. Non nemo *per se*, male.

in extremis s. r. Praepositio deest in codd. plerisque et edd. vet.

alius alii ferrent. Vulgo *aliis alii.* item *alius alii ferret.* in vulgato est syllepsis non insueta.

decimam legionem. Plut. c. 20. *duodecimam* habet.

pugnae se l. m. praef. Vulgo legitur *occurrerunt . . . pugnabant, quo se l. m. pr.* Emen-

res esset, quantoque in periculo et castra et legiones et Imperator versaretur, cognouissent, nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt.

27. Horum aduentu tanta rerum commutatio facta est, vt nostri, etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi, proelium redintegrarent; tum calones, perterritos hostes conspicati, etiam inermes armatis occurrerent; equites vero, vt turpitudinem fugae virtute delerent, omnibus in locis pugnae se legionariis militibus praeferrent. At hostes, etiam in extrema spe salutis, tantam virtutem praestiterunt, vt, quum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent; his deiectis et coacervatis cadaueribus, qui superessent, vt ex tumulo, tela in nostros coniicerent et pila intercepta remitterent: vt non nequidquam tantae virtutis homines iudicari deberet ausos esse transire latissimum flumen, adscendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: quae facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat.

28. Hoc proelio facto et prope ad internecionem gente ac nomine Neruiorum redacto, maiores natu, quos vna cum pueris mulieribusque in aestuaria ac paludes conlectos dixeramus, hac pugna nunciata,

dauit locum Oud. ex codd. et ed R. Stephani.

in extrema spe sal. Spem heic pro desperatione poni perperam perhibet Schottus Obs. poet. 2, 36.

iudicari deberet ausos esse. Legebatur *deberent. Ausos esse.* quod Hotom. putabat dictum per admirationem, vt apud Cic. pro Sex. Roscio c. 23. Faernus coniectabat *ausi quod essent.* G. Canterus Nouant. Lect. 2, 28. dedit, quod nunc legitur.

ad internecionem. Plutarchus in Caes. 20. non nisi quingentos euasisse refert. *M.*

dixeramus. vid. cap. 16. Aestuarium dicitur, cum oceanus, se effundens in ostia fluminis, lacum efficit, qui eosdem cum oceano patitur aestus i. e. fluxum et refluxum. Haec sunt verba Casauboni ad Strabon. 4. p. 190. quibuscum Plinianus locus epist. 9, 33. conferri potest, et Taciti Annal. 2, 8 Verbum et infra 3, 9 occurrit. *M.* Loco τοῦ *conlectos* Drakenb. ad Sil. 17, 93. legit *coniectos.* idem coniecerat Glandorp. Sic et Dauisius, qui male prouocat ad cod. Louan. Supra c. 16. legitur

quum victoribus nihil inpeditum, victis nihil tutum arbitrarentur, omnium, qui supererant, consensu legatos ad Caesarem miserunt seque ei dediderunt et in commemoranda ciuitatis calamitate ex DC ad III senatores, ex hominum milibus LX vix ad D, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt. Quos Caesar, vt in miseros ac supplices vsus misericordia videretur, diligentissime conseruauit, suisque finibus atque oppidis vti iussit et finitumis imperauit, vt ab iniuria et maleficio se suosque prohiberent.

29. Aduatuci, de quibus supra scripsimus, quum omnibus copiis auxilio Neruiis venirent, hac pugna nunciata, ex itinere domum reuerterunt; cunctis oppidis castellisque desertis, sua omnia in vnum oppidum, egregie natura munitum, contulerunt. Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimis rupes despectusque haberet, vna ex parte leniter accliuis aditus, in latitudinem non amplius CC pedum, relinquebatur; quem locum duplici altissimo muro munierant; tum magni ponderis saxa et praeacutas trabes in muro conlocarant. Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati; qui, quum iter in prouinciam nostram atque Italiam facerent, iis inpedimentis, quae secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis, custodiae ex suis ac praesidio sex

etiam *coniecisse*. Verum hic codd. et edd. vet. consentiunt in vulgato.

supererant. Cod. Vossi *superarant*. vt apud Virg. Aen. 3. 339.

ex DC ad III sen. Cellarius CD edidit; quia numerus sexcentorum nimius est, et Plutarch. in Caes. c. 20 tradit, e quadringentis senatoribus tres esse seruatos. Sed illum alterum numerum non modo codd. Caesaris, sed et metaphr. Gr. et Iul. Celsus et epitomator Liuii lib. 104. seruant. Non tanti est, his inmorari, nec licet aliquid mutare, quia nobis nimium videtur. *M.*

supra. cap. 16. *M.*

hac pugna nunc. Pronomen glossam sapit iudice Grutero.

in vnum oppidum. Id Namurci arcem vulgo fuisse volunt cum Sansone; D'Anvillius in Not. de la Gaule p. 34. potius in colle, cui inpositum est *Falais*, situm fuisse suspicatur.

ex Cimbris etc. Neruiis hoc male adscribit Appianus in Gallicis c. 4. Contra Dio 39, 4. bene habet.

custodiae — praesidio, al. *custodiam — praesidium*. Sed

milia hominum [vna] reliquerunt. Hi, post eorum obitum multos annos a finitumis exagitati, quum alias bellum inferrent, alias inlatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt.

30. Ac primo aduentu exercitus nostri crebras ex oppido excursiones faciebant, paruulisque proeliis cum nostris contendebant: postea vallo pedum XII, in circuitu XV milium, crebrisque castellis circummuniti, oppido sese continebant. Vbi, vineis actis, aggere exstructo, turrim procul constitui viderunt, primum inridere ex muro atque increpitare vocibus, quo tanta machinatio ab tanto spatio institueretur? quibusnam manibus, aut quibus viribus, praesertim homines tantulae staturae, (nam plerumque hominibus Gallis prae magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemtui est) tanti oneris turrim in muros sese conlocare confiderent?

31. Vbi vero moueri et adpropinquare moenibus viderunt, noua atque inusitata specie commoti, legatos ad Caesarem de pace miserunt, qui, ad hunc modum locuti: *Non se existimare, Romanos sine ope diuina bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promouere* [et ex propinquitate pugnare] *possent: se suaque omnia eorum*

prius ex more Caesaris. V. 1, 5. 7, 49.

vna. Quid hoc sibi hoc loco vult? Abest a cod. Vrsini et metaphr. Gr. *M.* Omnino abundat, ex terminatione repetita vocis praecedentis ortum.

post eorum obitum, Cimbris Teutonisque a Mario victis. *M.*

vallo pedum XII sc. in altitudinem. Addidit hoc metaphr. Gr. Cf. 2, 5. *M.*

quo tanta mach. MS. codd. et edd. vet. *quod.* forsan fuerat *quoi* scil. *vsui*, vt 7, 55. Cellarius retinuit *quod.*

instituerctur. Sic boni codices: alii et edd. vet. *instruerentur.* V. ind. *instituere.*

plerumque hominibus. alii *plerisque.* item alii *omnibus.* Graecus πολλάκις οἱ Γάλλοι.

in muros i. e. iuxta muros. Faernus et Vrsinus male *in muro*, quod refutat Lipsius poliorc. 2, 4.

Non se existimare. Codd. quidam omittunt pronomen, ellipsi consueta.

et ex prop. pugn. Haec a multis codd. absunt, teste Oudendorpio. *M.* Graecus habet.

potestati permittere, dixerunt. *Vnum petere ac deprecari: si forte, pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent, statuisset, Aduatucos esse conseruandos, ne se armis despoliaret: sibi omnes fere finitumos esse inimicos ac suae virtuti inuidere; a quibus se defendere, traditis armis, non possent. Sibi praestare, si in eum casum deducerentur, quamuis fortunam a Populo Romano pati, quam ab his per cruciatum interfici, inter quos dominari consuessent.*

32. Ad haec Caesar respondit: *Se magis consuetudine sua, quam merito eorum, ciuitatem conseruaturum, si prius, quam murum aries adtigisset, se dedidissent: sed deditionis nullam esse conditionem, nisi armis traditis: se id, quod in Neruiis fecisset, facturum finitumisque imperaturum, ne quam dedititiis Populi Romani iniuriam inferrent.* Re nunciata ad suos, *quae imperarentur, facere* dixerunt. Armorum magna multitudine de muro in fossam, quae erat ante oppidum, iacta, sic vt prope summam muri aggerisque altitudinem acerui armorum adaequarent; et tamen circiter parte tertia, vt postea perspectum est, celata atque in oppido retenta, portis patefactis, eo die pace sunt vsi.

33. Sub vesperum Caesar portas claudi militesque ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani ab

audirent. Sic codd. boni. vulgo *audissent.* forsan *audirint. Oud.*

in Neruiis. vulgo *in Neruios.*

quae inperarentur. Vulgo praemittitur *illi se*, quod a codd. et edd. vet. exulat.

facere dixerunt. Praesens vim futuri habet. V. Sanctii Min. 1, 14. ibique Perizonium.

deductaros. E plerisque codd. legendum *non inducturas*, quod et Manutio visum est. *M.* Sic edidere Beroaldus et R. Stephanus. Parum interesse credo. Alterum alterius glossa fuit.

denique, i. e. in summa, vno verbo. Cf. ind. et Gesneri Thes. L. L. *M.* Potius hic *saltem* significat, vt apud Senecam de Ira 3, 18.

seruaturos, observaturos, custodituros. *M.*

repente, al. *repentino.* scil. tempore. vt Plaut. Pseud. 1, 1. 37. Cic. pr. Quinctio c. 4.

quum iam def. nemo. Inseritur in edd. vet. *captum oppidum.* e glossa.

sectionem — vendidit. Constat, sectionem esse ritum bona

militibus iniuriam acciperent. Illi, ante inito, vt intellectum eſt, conſilio, quod deditione facta noſtros praeſidia deducturos, aut denique indiligentius ſeruaturos, crediderant, partim cum his, quae retinuerant et celauerant, armis, partim ſcutis ex cortice factis aut viminibus intextis, quae ſubito, vt temporis exiguitas poſtulabat, pellibus induxerant, tertia vigilia, qua minime arduus ad noſtras munitiones adſcenſus videbatur, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter, vt ante Caeſar imperarat, ignibus ſignificatione facta, ex proximis caſtellis eo concurſum eſt pugnatumque ab hoſtibus ita acriter, vt a viris fortibus, in extrema ſpe ſalutis, iniquo loco, contra eos, qui ex vallo turribusque tela iacerent, pugnari debuit, quum in vna virtute omnis ſpes ſalutis conſiſteret. Occiſis ad hominum milibus quatuor, reliqui in oppidum reiecti ſunt. Poſtridie eius diei, refractis portis, quum iam defenderet nemo, atque intromiſſis militibus noſtris, ſectionem eius oppidi vniuerſam Caeſar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus eſt milium LIII.

34. Eodem tempore a P. Craſſo, quem cum legione vna miſerat ad Venetos, Vnellos, Oſiſmios, Curioſolitas, Seſuuios, Aulercos, Rhedones, quae ſunt maritumae ciuitates Oceanumque adtingunt, certior

publice vendendi, ſed ita, vt ſingulatim diſtrahantur auctionis ritu: nam *ſecare bona* eſt in hac re idem, quod diſtrahere. Ergo Caeſar vniuerſam huius oppidi praedam, cuius poſiſſima pars fuerunt ipſi captiui, vendidit aliquot redemtoribus, qui dici poſſunt *entrepreneurs*, vt hi illam praedam diſtraherent vendendo ſ. auctione: hoc enim eſt, vendere ſectionem, ſcilicet vendere alicui res, vt eas deinde auctione diſtrahat. Dio Caſſ. 39, 4 de hac ipſa re, *οὐδεὶς συγγνώμης ἔτυχεν, ἀλλὰ πάντες ἐπράθησαν.* Vt autem Caeſar dixit, *ſectionem oppidi vendere,* ſic Cic. de Inu. 1, 45, *ſectio praedae venit*, vbi vid. Erneſt. in Clau. Cic. *M.* Cf. omnino Aſcon in Verr. 3.

his, qui emerant. Hi ſunt, opinor, illi redemtores. *M.*

Curioſolitas. Gentis ſitus dubius eſſe nequit, ex quo a. 1801, in vico *Corſeult* prope vrbem Dinant magna antiquae vrbis rudera ſunt detecta.

Seſuuios, Ciacconius, Vrſi-

factus est, omnes eas ciuitates in ditionem potestatemque Populi Romani esse redactas.

35. His rebus gestis omni Gallia pacata, tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est, vti ab his nationibus, quae trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Caesarem, quae se obsides daturas, imperata facturas, pollicerentur: quas legationes Caesar, quod in Italiam Illyricumque properabat, inita proxima aestate ad se reuerti iussit. Ipse in Carnutes, Andes, Turonesque, quae ciuitates propinquae his locis erant, vbi bellum gesserat, legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus est, ob easque res, ex litteris Caesaris, dies XV supplicatio decreta est, quod ante id tempus accidit nulli.

nus et Vossius *Lexuuios* aut *Lexouios* scribendum putant, quia Sesuuii nuspiam, Lexouii vero alibi 3, 9. 17. 29. vna cum his gentibus commemorantur, quibuscum h. l. coniuncti sunt. Idem placuit Rittero in hist. Gall. p. 72. Cf. dicta ad 5, 53. de ciuitatibus Armoricis. Cf. etiam 3, 7. *M.* Pap. Masson *Saiios* intelligit, quorum, vt putatur, fit mentio 5, 24. sub nomine *Essuiorum*. Verum isti in maritimis non fuere. Valesius in Not. Gall. p. 494. *Lexouios* vel *Lexuuios* interpretatur, a quibus in *Sesuuios* facilis fuit librariorum lapsus. Rectius in dubio rem relinquit D'Anvillius in Not. de la Gaule p. 566.

in ditionem. alii minus bene *in deditionem.*

quae — daturas — factura. Codd. quidam *qui daturos, facturos*

in hiberna. alii *in hibernacula.*

supplicatio. Plutarch. in Caes. cap. 21. *Ἡ σύγκλητος πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἐψηφίσατο θύειν τοῖς θεοῖς καὶ σχολάζειν ἑορτάζοντας.* Conf. ind. De re et *πολιτείᾳ*, quae Caesari hunc honorem exhibuit, omnino consulendus est Cic. de prou. cons. c. 10. 11. 12. vbi hae res Caesaris magnifice collaudantur. *M.*

C. IVLII CAESARIS COMMENTARII DE BELLO GALLICO

LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM

I. Bellum Alpinorum.

Cap. 1. *Hiberna Seruii Galbae in Veragris et Nantuatibus.* 2. *Motus Gallorum.* 3—6. *Periculum Romanae legionis. victoria. iter in Prouinciam.*

II. Bellum Veneticum.

Cap. 7—11. *Nouum bellum in Armorica auctoribus Venetis conflatum. adparatus ad id bellum.* 12. 13. *Situs Venetorum et armatura classis.* 14—16. *Proelium nauale. clades Venetorum.*

III. Bellum Vnellorum.

Cap. 17. *Iter Q. Titurii in Vnellos. castra.* 18. 19. *Vnelli ratione et consilio superati.*

IV. Expeditio P. Crassi in Aquitaniam.

Cap. 20—22. *Sotiates a P. Crasso victi. soldurii.* 23—27. *Deditio maximae partis Aquitaniae.*

V. Expeditio Caesaris in Morinos et Menapios.

Cap. 28. *Iter Caesaris ad hostes. receptus Morinorum in siluas. inpetus in Romanos.* 29. *Consilia Caesaris tempestatibus inpedita. hiberna.*

Quum in Italiam proficisceretur Caesar, Seruium Galbam cum legione duodecima et parte equitatus in Nantuatis, Veragros Sedunosque misit, qui ab finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rho-

4. Breui ſpatio interiecto, vix vt his rebus, quas conſtituiſſent, conlocandis atque adminiſtrandis tempus daretur, hoſtes ex omnibus partibus, ſigno dato, decurrere, lapides gaeſaque in vallum coniicere: noſtri primo integris viribus fortiter repugnare, neque vllum fruſtra telum ex loco ſuperiore mittere: vt quaeque pars caſtrorum nudata defenſoribus premi videbatur, eo occurrere et auxilium ferre: ſed hoc ſuperari, quod diuturnitate pugnae hoſtes defeſſi proelio excedebant, alii integris viribus ſuccedebant: quarum rerum a noſtris propter paucitatem fieri nihil poterat ac non modo defeſſo ex pugna excedendi, ſed ne ſaucio quidem eius loci, vbi conſtiterat, relinquendi ac ſui recipiendi facultas dabatur.

5. Quum iam amplius horis ſex continenter pugnaretur ac non ſolum vires, ſed etiam tela, noſtris deficerent atque hoſtes acrius inſtarent, languidioribusque noſtris vallum ſcindere et foſſas complere coepiſſent, resque eſſet iam ad extremum perducta caſum, P. Sextius Baculus, primipili Centurio, quem Neruico proelio compluribus confectum vulneribus diximus, et item C. Voluſenus, Tribunus militum, vir et conſilii magni et virtutis, ad Galbam accurrunt atque vnam eſſe ſpem ſalutis docent, ſi, eruptione facta, extremum auxilium experirentur. Itaque, conuocatis Centurionibus, celeriter milites certiores facit, paullisper intermitterent proelium ac tantum-

conlocandis. inſtituendis, disponendis. In Graec. metaphr. eſt διατάσσειν. *M.* Cf. b. Alex. c. 33. et Cic. ad Diu. 2, 13. Male codd. habent *colloquendis*.

gaeſa. Si, quidquid apud veteres ſcriptores et in gloſſariis reperitur, coniungamus, efficitur, gaeſa fuiſſe iacula, quibus vt ſint milites leuis armaturae, in primis inter barbaras gentes. Suidas in Γαῖσα et Γεσοὶ fuiſſe dicit κοντοὺς, et μακρόθεν κεντοῦντας, et οἷον δόρατα. v. Heſych. in Γαισός, vbi interpretes multos ſcriptores commemorarunt. Add. Drakenborch. ad Sil. Ital. 1, 629. Ceterum vt h. l. *ſaxa et gaeſa*, ſic apud Oroſium 6, 8, vbi haec ipſa narrat, *ſaxa et tela* coniunguntur. *M.*

ex loco ſuperiore, e vallo. Non poteſt mons intelligi: nam non Romani, ſed Galli veniebant e monte. cf. c. 2. Monuit

modo tela missa exciperent seque ex labore reficerent; post dato signo ex castris erumperent atque omnem spem salutis in virtute ponerent.

6. Quod iussi sunt, faciunt ac, subito omnibus portis eruptione facta, neque cognoscendi, quid fieret, neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt. Ita commutata fortuna, eos, qui in spem potiundorum castrorum venerant, vndique circumventos interficiunt et ex hominum milibus amplius triginta, quem numerum barbarorum ad castra venisse constabat, plus tertia parte interfecta, reliquos perterritos in fugam coniiciunt ac ne in locis quidem superioribus consistere patiuntur. Sic, omnibus hostium copiis fusis armisque exutis, se in castra munitionesque suas recipiunt. Quo proelio facto, quod saepius fortunam tentare Galba nolebat atque alio sese in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse rebus viderat, maxime frumenti commeatusque inopia permotus, postero die omnibus eius vici aedificiis incensis, in Prouinciam reuerti contendit: ac nullo hoste prohibente, aut iter demorante, incolumem legionem in Nantuatis, inde in Allobrogas, perduxit ibique hiemauit.

7. His rebus gestis, quum omnibus de caussis Caesar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, expulsis Germanis, victis in Alpibus Sedunis, atque ita inita hieme Illyricum profectus esset, quod eas quo-

Vossius, probauit Cellarius et Clarkius. *M.* Male Muretus Var. Lect. 10. 15. ex montibus tela missa refert; Hotomannus perperam emendabat *ex loco inferiore.*

eo occurrere. advolare. v. Ind. alii *concurrere.*

non modo defesso i. e. *non modo non defesso*, vt 2, 17. et b. Gall. 8, 35.

nostris deficerent. Sic codd. et edd. vet. Ita et Val. Max. 5, 1. ext. 3. Heinsius reposuit *nostros*, quod et aliis placuit.

perducta. Scaliger ex Ciacconii coniectura *deducta.*

diximus. vid. 2, 25. Rem hoc capite descriptam adtigit Dio Cass. 39, 5. *M.*

in spem — venerant. Sic passim. v. 1, 18. 7, 12. Male Ciaccon. *spe*, non eodem sensu.

occurrisse, in eas casu incidisse. *M.*

Illyricum. Codd. quidam

que nationes adire et regiones cognoſcere volebat, ſubitum bellum in Gallia coortum eſt. Eius belli haec fuit cauſſa. P. Craſſus adoleſcens cum legione ſeptima proximus mare Oceanum in Andibus hiemarat. Is, quod in his locis inopia frumenti erat, Praefectos Tribunosque militum complures in finitumas ciuitates frumenti commeatusque petendi cauſſa dimiſit: quo in numero erat T. Terraſidius, miſſus in Vnellos, M. Trebius Gallus in Curioſolitas, Q. Velanius cum T. Silio in Venetos.

8. *Huius ciuitatis eſt longe ampliſſima auctoritas omnis orae maritumae regionum earum, quod et naues habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam nauigare conſuerunt, et ſcientia atque vſu nauticarum rerum reliquos antecedant et in magno inpetu maris atque aperto, paucis portibus interiectis, quos tenent ipſi, omnes fere, qui eo mari vti conſuerunt, habent vectigales.* Ab iis fuit initium retinendi Silii atque Velanii, quod per eos ſuos ſe obſides, quos Craſſo dediſſent, recuperaturos exiſtimabant. Horum auctoritate finitumi adducti, (vt

praepoſitione carent, quod et alibi in nominibus regionum obſeruatur. v. Oud.

P. Craſſus. Cf. 2, 34. *M.*

mare Oceanum. Sic optimi codd. alii *mari Oceano.* Cf. 6, 31.

in Andibus. Scaliger omiſit praepoſitionem.

comm. petendi. haec verba in variis codd. et edd. deſunt. Sed noſter ſaepe *frumentum* et *commeatum* iungit. v. 1, 48. 3, 6. 4, 30. 7, 38.

dimiſit, non vt vi vterentur, ſed legatorum nomine, qui ſibi hoc tribui rogarent. cf. c. 9 et 16. *M.*

Vnellos. In magna lectionis varietate (*Euſubios*, *Euſebios*, *Eſubios*, *Subios*) Oudendorpius recepit *Eſubios.* Sed cum Eſubios nemo commemoret et Gr. metaphr. h. l. nominet *Vnellos*, probo hos, qui *Vnellos* ſcribi volunt, praeſertim cum etiam 2, 34, et mox c. 11. et 17. item 7, 75 nominentur. De Venetis v. Ritteri hiſt. Gall. p. 70. *M.* Repoſui *Vnellos*, quos *Οὐενέλλους* vocat Ptolemaeus, qui contra *Eſubios* ignorat.

Trebius Gallus. Reperit Vrſinus in codd. *Trebonius*, cui et alibi adhaeret cognomen Galli. probat Cellarius; nec dubitarem recipere, ni et *Trebia* gens frequens occurreret.

inpetu. Perplacet Lipſii coniectura, *ambitu*, vt adeo intelligatur magnus et apertus ambitus maris. Nam ſi vel maxime *in magno impetu maris* ſignificet, *in impetuoſo mari*, vt Oudendorpius explicauit: tamen non video, cur Veneti vectigales

ſunt Gallorum ſubita et repentina conſilia) eadem de cauſſa Trebium Terraſidiumque retinent et, celeriter miſſis legatis, per ſuos Principes inter ſe coniurant, nihil niſi communi conſilio acturos, eumdemque omnis fortunae exitum eſſe laturos: reliquasque ciuitates ſollicitant, vt in ea libertate, quam a maioribus acceperant, permanere, quam Romanorum ſeruitutem perferre mallent. Omni ora maritima celeriter ad ſuam ſententiam perducta, communem legationem ad P. Craſſum mittunt, *ſi velit ſuos recipere, obſides ſibi remittat.*

9. Quibus de rebus Caeſar ab Craſſo certior factus, quod ipſe aberat longius, naues interim longas aedificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, remiges ex Prouincia inſtitui, nautas gubernatoresque comparari iubet. His rebus celeriter adminiſtratis, ipſe, quum primum per anni tempus potuit, ad exercitum contendit. Veneti reliquaeque item ciuitates, cognito Caeſaris aduentu, ſimul quod, quantum in ſe facinus admiſiſſent, intellegebant, (legatos, quod nomen ad omnes nationes ſanctum in-

habuerint alios *in impetuoſo mari*, cum impetus maris et vectigalium exactio mihi quidem nullo nexu coniuncta videantur, aut vllo modo ad ſe relata. *M.* Lipſius omnino verum vidit. mox al. *portubus*. vtrumque legitur.

aperto, late patenti. cf. c. 9, vbi concluſum mare (mediterraneum, quo Romani vtebantur) et apertiſſimus Oceanus, quem Veneti accolebant, opponuntur. *M.*

fuit initium. Sic codd. alii *fit*

Silii atque Velanii. Codd. addunt *et ſi quos intercipere potuerunt.* Sed haec nec Celſus nec Graecus interpres agnoſcit.

exiſtimabant. Conſentit Dio Caſſ. 39, 40. et adſignat hoc bellum anno V. C. 698, Marcellino et Philippo Coſſ. *M.*

omnis fortunae etc. *Omnis* accuſandi caſu ponitur.

acceperant. Imo, *acceperint.* vt Ciacconius monuit. *M.*

mallent. Leg. *malint*, e cod. Oxon. *M.*

Ligeri. Alii *Ligere, Ligeris.*

in Oceanum. Alii *Oceanum.*

quum primum. Scaliger et ſequaces *quamprimum.*

reliquae — ciuit. Addunt codd. et edit. quaedam *certiores facti*, quod non diſplicet Oudendorpio, adgnoſcenti ſyntheſin, vt apud Sall. Cat. 5. Iug. 14. Iuuen. 14, 240. Liu. 38, 29. vbi v. Gronou.

quantum — admiſ. quantum ſibi nocuiſſent. *M.*

ad omnes nationes. Sic codd. et edd. vet. Ita et 4, 16. Vulgo *apud.*

violatumque ſemper fuiſſet, retentos ab ſe et in vincula coniectos,) pro magnitudine periculi bellum parare et maxime ea, quae ad vſum nauium pertinent, prouidere inſtituunt; hoc maiore ſpe, quod multum natura loci confidebant. Pedeſtria eſſe itinera concisa aeſtuariis, nauigationem inpeditam propter inſcientiam locorum paucitatemque portuum ſciebant: neque noſtros exercitus propter frumenti inopiam diutius apud ſe morari poſſe, confidebant: ac iam, vt omnia contra opinionem acciderent, tamen ſe plurimum nauibus poſſe: Romanos neque vllam facultatem habere nauium, neque eorum locorum, vbi bellum geſturi eſſent, vada, portus, inſulasque nouiſſe: ac longe aliam eſſe nauigationem in concluſo mari atque in vaſtiſſimo atque apertiſſimo Oceano, perſpiciebant. His initis conſiliis, oppida muniunt, frumenta ex agris in oppida comportant, naues in Venetiam, vbi Caeſarem primum bellum geſturum conſtabat, quam plurimas poſſunt, cogunt. – Socios ſibi ad id bellum Oſiſmios, Lexouios, Nannetes, Ambiliatos, Morinos, Diablintes, Menapios adſciſcunt: auxilia ex Britannia, quae contra eas regiones poſita eſt, arceſſunt.

10. Erant hae difficultates belli gerundi, quas ſupra oſtendimus; ſed multa Caeſarem tamen ad id bellum incitabant: *iniuriae retentorum equitum Romanorum; rebellio facta poſt deditionem; defectio datis obſidibus; tot ciuitatum coniuratio;* in primis, *ne, hac parte neglecta, reliquae nationes*

aeſtuariis. cf. 2, 28. *conciſa,* hic illic interrupta. *M.*

inſcientiam. Vulgo, *inſcitiam.* Sed inſcitia potius dicitur tum, cum quis ignorat, quae ſunt venuſtatis, humanitatis, ſolertiae, ingenii, vt *inſcitus* et *inſcite* vſurpantur. *M.*

vaſtiſſimo atque. Haec duo verba deſunt in codd. quibusdam et edit. primis.

Ambiliatos. Sic codd. plerique; quos Oudendorp. ſecutus eſt. Alii, vel *Ambiani,* vel *Ambialites, Ambialiates.* Apud Oroſ. 6, 8. ſunt *Ambiuariti.* Et ſunt plures varietates. Nihil in his certum eſt. *M.* Sic ſentit et D'Anville.

Diablintes. Valeſius ſcribendum docuit, non *Diablintres,* vt apud Oroſium l. l. legitur. *Cellar.*

idem sibi licere arbitrarentur. Itaque quum intellegeret, omnes fere Gallos nouis rebus studere et ad bellum mobiliter celeriterque excitari; omnes autem homines natura libertati studere et conditionem seruitutis odisse, prius quam plures ciuitates conspirarent, partiendum sibi ac latius distribuendum exercitum putauit.

11. Itaque T. Labienum Legatum in Treuiros, qui proximi Rheno flumini sunt, cum equitatu mittit. Huic mandat, Remos reliquosque Belgas adeat atque in officio contineat; Germanosque, qui auxilio a Belgis arcessiti dicebantur, si per vim nauibus flumen transire conentur, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis duodecim et magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci iubet, ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur ac tantae nationes coniungantur. Q. Titurium Sabinum Legatum cum legionibus tribus in Vnellos, Curiosolitas Lexouiosque mittit, qui eam manum distinendam curet. D. Brutum adolescentem classi Gallicisque nauibus, quas ex Pictonibus et Santonis reliquisque pacatis regionibus conuenire iusserat, praeficit et, quum primum possit, in Venetos proficisci iubet. Ipse eo pedestribus copiis contendit.

12. Erant eiusmodi fere situs oppidorum, vt, posita in extremis lingulis promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, quum ex alto se aestus incitauisset, quod bis accidit semper horarum

auxilia. Non puto differre a sociis, quos modo dixerat, sed orationem variari. *M.*

multa Caesarem etc. Strabo contra L. 4. p. 194. a Venetis bellum inlatum refert, vt nauigationem Britannicam inpedirent. *Voss.*

iniurias, quae factae erant equitibus eo, quod, cum essent legati, tamen retenti erant. *M.*

libertati studere. Codd. quidam *libertatis studio incitari.*

in Galliam proprie dictam, siue Celticam. *Rhellican.* et *Cellar.*

lingulis. Alii, *linguis.* Sed idem est; nam pars continentis, porrecta in mare, lingua et lingula dicitur. *M.* Cf. Festus ea voce.

aestus. v. Indicem. *M.*

XXIV spatio, neque nauibus, quod, rursus minuente aestu, naues in vadis adflictarentur. Ita vtraque re oppidorum obpugnatio inpediebatur; ac, si quando magnitudine operis forte superati, extruso mari aggere ac molibus, atque his ferme oppidi moenibus adaequatis, suis fortunis desperare coeperant, magno numero nauium adpulso, cuius rei summam facultatem habebant, sua deportabant omnia seque in proxima oppida recipiebant. Ibi se rursus iisdem obportunitatibus loci defendebant. Haec eo facilius magnam partem aestatis faciebant, quod nostrae naues tempestatibus detinebantur summaque erat vasto atque aperto mari, magnis aestibus, raris ac prope nullis portibus, difficultas nauigandi.

13. Namque ipsorum naues ad hunc modum factae armataeque erant. *Carinae aliquanto planiores, quam nostrarum nauium, quo facilius vada ac decessum aestus excipere possent: prorae admodum erectae atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum tempestatumque adcommodatae: naues*

XXIV. Sic P. Bertius in diss. de agger. et pontibus hactenus in mari structis (ap. Sallengre in nouo thes. A. R. t. 2. p. 948.) et recte quidem. Vulgo legitur *XII.* Putidum hunc errorem, oscitantiae librariorum, non Caesaris profecto, debitum, male seuarant editores.

operis (aggeris et molium) *superati* (absoluti, ad finem perducti ab obsidentibus). *M.*

extruso, submoto, ac veluti repulso. Sic bene explicauit Oudendorp. *M.*

ferme oppidi. Alterutram harum vocum codd. multi omittunt.

Haec eo fac. Alii *Hoc*, quod Clarke recepit.

excipere vada, ferre incommoda, a vadis metuenda, iis ferendis parem esse, aduersus ea durare. Modus loquendi est ex eo, quod murus vel scutum dicitur *excipere impetum*, *ictum.* Ergo etiam nauis excipit decessum aestus, cum durat, etiamsi est in sicco et arenis destituta, cum ferre potest hoc incommodum. Bene expressit metaphr. Gr. ὑποφέρειν. Idem est, quod hoc capite extremo legitur, *in vadis tutius consistere, et ab aestu derelictas nihil saxa et cautes timere. M.*

ac decessum. al. *discessum.* Petau. *ad decessum.* vbi *vada* nominandi casu accipit Oudend. In recepta lectione est hypallage pro *vada excipiunt carinas.*

ferreis catenis. Strabo L. 4. p. 195. *vela catenis tensa* refert. quod falsum. cf. cap. seq.

hae. Hoc verbum, etsi Oudendorpius ante *siue propter* in multis codd. reperit, et sic explicauit, *hoc quidem fiebat,* tamen puto delendum, natum

totae factae ex robore, ad quamuis vim et contumeliam perferendam: transtra pedalibus in latitudinem trabibus confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine: ancorae, pro funibus, ferreis catenis reuinctae: pelles pro velis, alutaeque tenuiter confectae siue propter lini inopiam atque eius vsus inscientiam, siue eo, quod est magis verisimile, quod tantas tempestates Oceani tantosque inpetus ventorum sustineri, ac tanta onera nauium regi velis non satis commode, arbitrabantur. Cum his nauibus nostrae classi eiusmodi congressus erat, vt vna celeritate et pulsu remorum praestaret, reliqua, pro loci natura, pro vi tempestatum, illis essent aptiora et adcommodatiora: neque enim his nostrae rostro nocere poterant; tanta in eis erat firmitudo: neque propter altitudinem facile telum adiiciebatur et eadem de caussa minus commode scopulis continebantur. Accedebat, vt, quum saeuire ventus coepisset et se vento dedissent, et tempestatem ferrent facilius, et in vadis consisterent tutius, et, ab aestu

fortasse ex vltima verbi praegressi syllaba. *M.* Omnino male hic intrusam deleui. Idem Oud. fecit in edit. recentiore.

siue eo, quod. Tò *eo* e [illegible] cod. recepit Oudend.

satis commode. Clarke addit *posse* e codd. Abesse potest inpune.

vna celeritate. Codd. quidam *in vna*, quod probat Wasse. Sic et ap. Lucret. 5, 1354. *praestat in arte.* Dein apud Dionem 39, 41. de nauibus Venetis legendum ταχύτητι, non ταχύτητι I. C. H. rescribi iubet *vt haec illis celeritate* et mox legi *neque enim illis nostrae.* Crede mihi, vulgatum bene habet.

pulsu remorum. in cod. suo Cuiacius additum reperit *incitatione.* sine dubio glossema. Grutero τὸ *pulsu* glossa videbatur.

scopulis. Nihil ad rem faciunt scopuli. Ergo verissima est sententia Hotomanni, qui *copulis* legi voluit. Copulas autem interpretatur manus ferreas, seu harpagones, h. e. asseres, vnco ferreo praefixos, qui nauibus iniecti eas veluti manu prehensas tenebant. Possunt tirones legere Liu. 30, 10. Flor. 2, 2, 9. Probarunt Dauis. et Oudendorp. hanc coniecturam, etiamsi *copula* nullo alio loco hac significatione dicatur. Laboratum esse in sensu loci, etiam inde cognoscitur, quia recentiores *incommode* pro *commode* vulgate coeperant. *M.* Vossius vulgatum tuetur, putatque propter altitudinem et latitudinem *non commode* i. e. non facile, οὐ ῥᾳδίως, *contentas scopulis.* Rectius forsan Hausius ob planiores carinas. Tò *incommode* intrusit Scaliger.

et se vento dedissent. glossa videtur esse.

derelictae, nihil saxa et cautes timerent: quarum rerum omnium nostris nauibus casus erant extimescendi.

14. Compluribus expugnatis oppidis, Caesar, vbi intellexit, frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam captis oppidis reprimi, neque his noceri posse, statuit exspectandam classem. Quae vbi convenit ac primum ab hostibus visa est, circiter CCXX. naues eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae, profectae ex portu, nostris aduersae constiterunt: neque satis Bruto, qui classi praeerat, vel Tribunis militum Centurionibusque, quibus singulae naues erant adtributae, constabat, quid agerent, aut quam rationem pugnae insisterent. Rostro enim noceri non posse cognouerant; turribus autem excitatis, tamen has altitudo puppium ex barbaris nauibus superabat, vt neque ex inferiore loco satis commode tela adiici possent, et missa ab Gallis grauius acciderent. Vna erat magno vsui res praeparata a nostris, falces praeacutae, insertae adfixaeque longuriis, non absimili forma muralium falcium. His quum funes, qui antemnas ad malos destinabant, comprehensi adductique erant, nauigio remis incitato praerumpebantur. Quibus abscisis, antemnae neces-

erant extimescendi. alii *erat extimescendus.*

exspectandam classem. al. *exspectandum.*

omni genere armorum. Intellige vela, funes et similia armamenta, non tela. cf. Dio 39, 43. Respice et ad c. 13. Sic et ὅπλα Graeci.

vel Tribunis. Lipsius dedit *neque.* citra necessitatem. Cf. 5, 6. 17 etc.

tamen has. alii *tantum tamen.* Sed bene prior vox deest. v. not. ad 5, 15. 7, 28.

vt neque — — acciderent. Non poenitebit, contulisse Liu. 30, 10. *Romanae naues altitudine aliquantum superabant Punicas: ex rostratis Poeni vana pleraque, vtpote supino iactu, tela in superiorem locum mittebant; grauior ac pondere ipso librattor superne e Romanis ictus erat.* M.

muralium falcium. vid. Ind. *M.* Gr. γεωργικῶν δρεπάνων. In cod. MS. inuenerat Robortellus *ruralium*, quod Caesari restituendum credebat; contra vulgatam lectionem adseruit Sigonius. V. Gruteri thes. crit. t. 2. p. 52 et 157. De vsu istarum falcium v. et Liu. 38, 5. Inter arma naualia occurrunt apud Veget. 5, 14.

ſario concidebant, vt, quum omnis Gallicis nauibus ſpes in velis armamentisque conſiſteret, his ereptis, omnis vſus nauium vno tempore eriperetur. Reliquum erat certamen poſitum in virtute, qua noſtri milites facile ſuperabant, atque eo magis, quod in conſpectu Caeſaris atque omnis exercitus res gerebatur, vt nullum paullo fortius factum latere poſſet: omnes enim colles ac loca ſuperiora, vnde erat propinquus deſpectus in mare, ab exercitu tenebantur.

15. Deiectis, vt diximus, antemnis, quum ſingulas binae ac ternae naues circumſteterant, milites ſumma vi tranſcendere in hoſtium naues contendebant. Quod poſtquam barbari fieri animaduerterunt, expugnatis compluribus nauibus, quum ei rei nullum reperiretur auxilium, fuga ſalutem petere contenderunt: ac iam conuerſis in eam partem nauibus, quo ventus ferebat, tanta ſubito malacia ac tranquillitas exſtitit, vt ſe ex loco mouere non poſſent. Quae quidem res ad negotium conficiendum maxime fuit opportuna: nam ſingulas noſtri conſectati expugnauerunt, vt perpaucae ex omni numero, noctis interuentu, ad terram peruenerint, quum ab hora fere quarta vsque ad ſolis occaſum pugnaretur.

16. Quo proelio bellum Venetorum totiusque orae

deſtinabant, adligabant, adfigebant. v. Ind. Vulgo male, *distinebant*, *M.* Vitruu. 5, 12. ter *deſtinare* pro deligare vſurpat.

praerumpebantur. alii *prorumpebantur*, *perrumpebantur.*

Disiectis. Res ipſa neceſſariam facit aliam lectionem, *deiectis*, quam vt ex ingenio propoſuit Vrſinus, quia Caeſar c. 14 antemnas concidiſſe dixerat, ita in quibusdam codd. Oudendorpius repeiit, et metaphr. Gr. expreſſit verbo *καταβάλλειν*. *M.* Quum optimae membranae adiicant, non dubito veram lectionem reſtituere.

circumſteterant. Ita MSS. et edd. vet. teſtibus Clarkio et Oud. Vulgo *circumſiſterent*. *M.*

malacia. Sulp. Seuerus Dial. 1, c. 4. *mollitiem maris* reddit.

opportuna. Aliter Florus 3, 10. In noſtro loco codd. quidam habent *maximae fuit opportunitati.*

hora fere quarta. Eſt noſtra decima antemeridiana. Cf. dicta ad I, 26. *M.* Τὸ *fere* e codd. et edd. vet. reſtituit Oud.

bellum — confectum eſt. Deſcripſit has res Dio Caſſ. 39. 40 — 44. Attigit Strabo 4. p. 194. 195. *M.*

maritumae confectum est. Nam, quum omnis iuuentus, omnes etiam grauioris aetatis, in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eo conuenerant; tum, nauium quod vbique fuerat, vnum in locum coegerant: quibus amissis, reliqui, neque quo se reciperent, neque quemadmodum oppida defenderent, habebant. Itaque se suaque omnia Caesari dediderunt. In quos eo grauius Caesar vindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conseruaretur. Itaque, omni senatu necato, reliquos sub corona vendidit.

17. Dum haec in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum iis copiis, quas a Caesare acceperat, in fines Vnellorum peruenit. His praeerat Viridouix ac summam imperii tenebat earum omnium ciuitatum, quae defecerant, ex quibus exercitum magnasque copias coegerat. Atque his paucis diebus Aulerci Eburouices Lexouiique, senatu suo interfecto, quod auctores belli esse nolebant, portas clauserunt seque cum Viridouice coniunxerunt; magnaque praeterea multitudo vndique ex Gallia perditorum hominum latronumque conuenerant, quos spes praedandi studiumque bellandi ab agricultura et quotidiano labore reuocabat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat, quum Viridouix contra eum duum milium spatio consedisset quotidieque productis copiis pugnandi potestatem faceret; vt jam non solum hostibus in contemtionem Sabinus veniret, sed etiam nostrorum militum vocibus non nihil carperetur: tan-

sub corona vendidit. V. Gellius 7, 4.

Sabinus — peruenit. Cf. c. 11. *M.*

Aulerci Eburouices. Erant Aulerci duorum generum, Eburouices et Cenomani, quibus quidam tertium genus addunt, Diablintes. Plin. H. N. 4, 18, 32. *Aulerci, qui cognominantur Eburouices, et qui Cenomani.* Cf. Ritteri hist. Gall. p. 79. *M.* Regulus eius populi, *Eburouix*, latere sub nomine IBRVIX videtur Pellerinio Rec. I. p. 23. Cf. Eckhel D. N. V. vol. 1. p. 78. Nomina ista frequenter exire in *rex* vel *rix*, patet ex *Dubnorex*, *Dumnorix*, *Ambiorix*, *Orgetorix*

tamque opinionem timoris praebuit, vt iam ad vallum castrorum hostes accedere auderent. Id ea de caussa faciebat, quod cum tanta multitudine hostium, praesertim eo absente, qui summam imperii teneret, nisi aequo loco, aut opportunitate aliqua data, Legato dimicandum non existimabat.

18. Hac confirmata opinione timoris, idoneum quemdam hominem et callidum delegit, Gallum, ex his, quos auxilii caussa secum habebat. Huic magnis praemiis pollicitationibusque persuadet, vti ad hostes transeat et, quid fieri velit, edocet. Qui, vbi pro perfuga ad eos venit, timorem Romanorum proponit: *quibus angustiis ipse Caesar a Venetis prematur*, docet: *neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat et ad Caesarem auxilii ferendi caussa proficiscatur.* Quod vbi auditum est, conclamant omnes, occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse, ad castra iri oportere. Multae res ad hoc consilium Gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio, perfugae confirmatio, inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab iis erat prouisum, spes Venetici belli, et quod fere libenter homines id, quod volunt, credunt. His rebus adducti, non prius Viridouicem reliquosque duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma vti capiant et ad castra contendant. Qua re concessa, laeti, vt explorata victoria, sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt.

etc. Occurrit et in numis *Togirix*; sed alia terminari syllaba *vix*, ostendit *Viridouix*.

conuenerant. bene sic codd. et edd. vet. Vulgo *conuenerat*.

idon. omnibus rebus, ratione omnium rerum. *M.*

neque longius abesse, parum abesse. Haec est vis comparatiui *longius* h. l. *M.*

Multae res etc. Emendandus hinc Dio 39, 45. qui e contrario dicit πάνυ γάρ τοι διακαρεῖς καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ ἦσαν.

spes Venet. belli, sperabant fore, vt Veneti feliciter contra Caesarem bellum gererent: nesciebant enim, bellum illud confectum esse. *M.*

19. Locus erat castrorum editus et paullatim ab imo adcliuis, circiter passus mile. Huc magno cursu contenderunt, vt quam minimum spatii ad se conligendos armandosque Romanis daretur, exanimatique peruenerunt. Sabinus, suos hortatus, cupientibus signum dat. Inpeditis hostibus propter ea, quae ferebant, onera, subito duabus portis eruptionem fieri iubet. Factum est obportunitate loci, hostium inscientia ac defatigatione, virtute militum, superiorum pugnarum exercitatione, vt ne vnum quidem nostrorum inpetum ferrent ac statim terga verterent. Quos inpeditos integris viribus milites nostri consecuti, magnum numerum eorum occiderunt; reliquos equites consectati, paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt. Sic vno tempore et de nauali pugna Sabinus et de Sabini victoria Caesar certior factus, ciuitatesque omnes se statim Titurio dediderunt. Nam, vt ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est.

20. Eodem fere tempore P. Crassus, quum in Aquitaniam peruenisset, quae pars, vt ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum ex tertia parte Galliae est aestimanda, quum intellegeret, in his locis sibi bellum gerendum, vbi paucis ante

inscientia. Sic et h. l. plerique codd. Ergo et h. l. critici vulgatum, *inscitia*, reiecerunt, vid. cap. 9. Ceterum et hanc dimicationem Dio Cass. 39, 45. describit. *M.*

ne vnum quidem. Sic et Liuius 23, 42. Tacit. An. 1, 51.

quum in Aquit. peruenisset. Cf. c. 11. *M.*

ante. vid. 1, 1. *M.*

ex tert. p. G. est aest. pro tertia p. G. habenda est. *M.* Codd. quidam *Gallia.* non male.

paucis ante annis. Multo studio conantur, tempus hoc et bellum definire; sed tot vtuntur coniecturis, vt ad veritatem historiae nihil proficiatur. Ego nescio, quando et quo bello haec euenerint. Et quid adtinet scire? *M.* Cf. Oud.

quae sunt ciu. G. Prou. finitumae, ex his reg. Hoc est falsum: non sunt ciuitates, in finibus Prouinciae sitae, sed in ipsa Prouincia. Hoc omnes interpretes agnouerunt, et Cellarius de Tolosa contulit 1, 10, *Tolosatium ciuitas est in Prouincia. M.* Sed *ex* deleto et

annis L. Valerius Praeconinus, Legatus, exercitu pulso, interfectus esset, atque vnde L. Manilius, Proconsul, inpedimentis amissis profugisset, non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intellegebat. Itaque re frumentaria prouisa, auxiliis equitatuque comparato, multis praeterea viris fortibus Tolosa, Carcasone et Narbone, quae sunt ciuitates Galliae Prouinciae, finitumae his regionibus, nominatim euocatis, in Sotiatum fines exercitum introduxit. Cuius aduentu cognito, Sotiates, magnis copiis coactis equitatuque, quo plurimum valebant, in itinere agmen nostrum adorti, primum equestre proelium commiserunt: deinde, equitatu suo pulso atque insequentibus nostris, subito pedestris copias, quas in conualle in insidiis conlocauerant, ostenderunt. Hi, nostros disiectos adorti, proelium renouarunt.

21. Pugnatum est diu atque acriter, quum Sotiates, superioribus victoriis freti, in sua virtute totius Aquitaniae salutem positam putarent; nostri autem, quid sine Imperatore et sine reliquis legionibus, adolescentulo duce, efficere possent, perspici cuperent: tamen confecti vulneribus hostes terga vertere. Quorum magno numero interfecto, Crassus ex itinere oppidum Sotiatum obpugnare coepit. Quibus fortiter resistentibus, vineas turresque egit. Illi,

commate posito post *Prouinciae*, vt volebat Ciacconius, locus est sanatus.

.. *ex his regionibus.* Cur hoc additur? Est inane additamentum. Iam dixerat, *Tolosa*, *Carcasone et Narbone euocauit;* cur repetit, *ex his regionibus?* Necessario igitur locus est emendandus, vt Ciacconius eum emendari voluit et Clarkius in MS. regio reperit et Cellarius iam edidit: legetur autem hoc modo: *quae sunt ciuitates Galliae Prouinciae, finitumae his regionibus, nom. euoc.* Cum dicit, *his regionibus,* Aquitaniam intelligit, vbi Crassus cum maxime bellum gerebat. Sic et veritati consulitur, et illa molestior antea adpendix, *ex his regionibus*, non est amplius adpendix. *M.* Regium codicem sequor. Sic sensus clarus et vnice verus. Similis constructio occurrit mox c. 23.

tamen confecti. Scaliger *tandem tamen.* male. scilicet codd. alii habent *tandem;* alii *tamen.*

Sotiatum. In pluribus codd. legitur *Sontiatum.* sic et Gr. Σοντιάτων. Ast verior lectio *Sotia-*

alias eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, (cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos aerariae secturae sunt,) vbi diligentia nostrorum nihil his rebus profici posse intellexerunt, legatos ad Crassum mittunt seque in deditionem vt recipiat, petunt. Qua re impetrata, arma tradere iussi, faciunt.

22. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperii tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi sol-

tum. Plinius H. N. 4, 19. (33). habet *Sottiates* post Elusates. Nicolao Damasceno apud Athen. 6, 13. dicuntur *Σωτιανοί*. Oppidum gentis remanet hodieque in vrbe *Sos*, iudice Oihenarto in Not. Vascon. p. 446. et Valesio in Not. Galliarum. Medio aeuo dicebantur *Sotia* vel *Sotium*, In Itin. Antonini prope Elusam occurrit *Scittium*, vitio librariorum; sic D'Auville in Not. de la Gaule p. 615. Dio 39, 46. pro *Sotiatibus* habet *Ἀπιάται*.

alias eruptione. prius hoc *alias* deest in codd. quibusdam et edd. primis, vt *alii* 1, 8. 3, 25.

vineasque actis. I. C. H. vocem *nostrorum*, quae post *diligentia* occurrit, perperam eo reiectam putat, locandam post *vineasque*, tum legendum *diligentia sua.*

secturae. Quilibet videt, fodinas aerarias intelligi; sed neque adparet, cur hae dicantur *secturae*, et recte desiderat Vossius exempla similium locorum. Ergo, vt in re incerta, varias lectionis adscripsi; est in plerisque codd. *secturaeque*, in aliis passim *stricturae*, *structurae*, *securaeque*, *saturaeque*. Quidni vero aerariae structurae dicantur, vt a nostris *der Bergbau?* Quae ad illustrandam lectionem *stricturae* commemorantur e Plin. H. N. 34, 14, 41, aut Virgilii Aen 8, 420, ea sunt ab hoc loco alienissima. *M.* Infra 7, 22. simpliciter occurrunt *ferrariae*, omisso substantiuo. I. C. H. substituit *fodinae*, ex qua voce negligenter scripta et male lecta librarius quis fecerit *secturae*.

Adcantuannus. Variat huius vocabuli scriptura tantopere, vt nulla lectio certa dici possit: legitur autem *Adiatunus*, *Adiatonnus*, *Adiatomus*, *Adiaterinus*, *Ἀδιατούνιος*, et aliis modis. *M.* Apud Athen. l. c. ex Nicolao Damasc. dicitur *Ἀδιάτομος*. quod Clarkium bene recepisse credo. Forsan tamen verum nomen reguli seruat nummus, quem protulit Pellerinius Rec. I. p. 32. Legitur ibi REX ADIETVANVS. in area caput leonis. in parte auersa SOTIOGA, quod videtur ad *Sotiates* referendum. Cf. et Eckhel D. N. V. vol. I. p. 77. I. C. H. legendum putat *Adiantuannus*.

soldurios. Perspicua quidem est horum descriptio in h. l. Illud tamen quaerendum est, ad quod genus hominum referendi sint hi deuoti: nam deuotos fuisse, est aliquid, quod de iis dici potest; non autem exhaurit

durios adpellant, (*quorum haec est conditio, vti omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum se amicitiae dediderint; si quid iis per vim accidat, aut eundem casum vna ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto, cuius se amicitiae deuouissent, mortem recusaret,*) cum iis Adcantuannus, eruptionem facere conatus, clamore ab ea parte munitionis sublato, quum ad arma milites concurrissent vehementerque ibi pu-

omnem rem, Wachterus in glossar. German. et Ritterus in historia Gallorum p. 221 existimant, soldurios hos nihil differre ab ambactis, de quibus Caesar infra (6, 15) locutus est, adeoque fuisse, vt Ritteri verbis vtar, homines liberos, clientes equitis seu nobilis, a quo vel bonis ipsius administrandis praefecti sint, vel beneficii nomine partem agri colendam fruendamque acceperint ea lege, vti equiti illi in quibusdam rebus ministerium praestarent et obedientiam. Idem Ritterus existimat, hos esse *θεράποντας ἐλευθέρους*, quos Diod. Sic. 5, 29 dicit e pauperibus deligi, inque proeliis fungi munere aurigandi, aut cum equite illo pugnandi, vt milites eius. Monet denique, eosdem fuisse Langobardorum vasallos. In sectanda verbi etymologia eo minus operam posuerim, quo plus Romani et Graeci extera vocabuli mutilarunt, vt raro aliquid certi dici possit; etiamsi non repugnem, si quis comparet nostra verba *Sold*, *Soldat*; modo ne augeantur coniecturae, quas collegit praeter Wachterum, in hac re diligentissimum, Bergerus de naturali pulcritudine orationis p. 585, quasi *soldurii* essent *Soldner*, stipendio conducti, aut *Souldurers*, ad vitam vsque deponendam perseuerantes, aut *Sieldieners*, ad extremum spiritum fidi clientes, aut *holdurii*, fidi viri, *die dem Herrn treu, hold und gewärtig sind.* Ceterum cum *deuoti* dicuntur, sic dicuntur, vt clientem patrono deuotum, addictum, deditum adpellamus, vt ipse Caesar paulo post explicat, *amicitiae aliorum deditì.* Locus Athenaei (6, 13.) multo examine indiget: nam quod ibi *siloduni* dicuntur, id falsum esse adparet: quod *siloduni* vertitur *εὐχωλιμαῖοι*, id non accuratum est, quia verbum *soldurius* aut *silodunus* non vertitur, *deuotus*, sed hoc est attributum soldurioram; quod regum comites dicuntur, et vti veste et diaeta eadem, qua rex, ea quoque cautionem habent. *M.* Similes fere fuere apud Aegyptios, qui dicebantur *συναποθνήσκοντες*. v. Plut. in Antonio c. 72. Eodem pertinet *ἱερὸς λόχος* apud eundem in Pelopida c. 16. Alia dat Alex. ab Alex. d. gen. 1, 26. Deuotionis formulam offert Lipsius Ant. Lect. 5, 8. Ceterum Celticam vocem adgnoscit *soldure*, Cambro-Britannis *sawkdwr* La Tour d'Auvergne in Origines Gauloises p. 67.

dediderint. bene sic, alii *dediderunt.*

gnatum esset, repulsus in oppidum, tamen vti eadem deditionis conditione vteretur, a Crasso inpetrauit.

23. Armis obsidibusque acceptis, Crassus in fines Vocatium et Tarusatium profectus est. Tum vero barbari commoti, quod oppidum, et natura loci et manu munitum, paucis diebus, quibus eo ventum erat, expugnatum cognouerant, legatos quoquo versus dimittere, coniurare, obsides inter se dare, copias parare coeperunt. Mittuntur etiam ad eas ciuitates legati, quae sunt citerioris Hispaniae, finitumae Aquitaniae: inde auxilia ducesque arcessuntur. Quorum aduentu magna cum auctoritate et magna cum hominum multitudine bellum gerere conantur. Duces vero ii deliguntur, qui vna cum Q. Sertorio omnis annos fuerant, summamque scientiam rei militaris habere existimabantur. Hi consuetudine Populi Romani loca capere, castra munire, commeatibus nostros intercludere instituunt. Quod vbi Crassus animaduertit, suas copias propter exiguitatem non facile diduci; hostem et vagari et vias obsidere et castris satis praesidii relinquere; ob eam caussam minus commode frumentum commeatumque sibi subportari;

tamen vti. Sic codd. Vulgo legitur *vti tamen.*

Vocatium. Sic et Graecus Βοκατῶν. Ast editt. primae habent *Vocatiorum* et codd. multi et editi vulgo *Vocontiorum*, quod falsum esse situs indicat, hic enim de Aquitania sermo. D'Anville huc refert Plinii 4, 19 (33). *Basabocates* et sub *Vocatium* nomine putat latere *Vasates*. v. Not. de la Gaule p. 633.

Tarusatium. Ignoti huius populi memoria superare creditur in oppido *Tursa* vel *Teursan* iudice Mariana hist. Hisp. 3, 18. et D'Anville l. c. Apud Plin. l. c. occurrunt *Latusates*, quos Harduinus vertit in *Tarusates*.

quoquo versus. al. *quaquaversum.*

ad eas ciuitates. Ritterus in historia Gallorum p. 20 existimat, hos fuisse illos Conuenas, i. illam colluuiem hominum, qui in bello Sertoriano ex montibus Pyrenaeis detecti, in finitimas Aquitaniae partes venerant, interque Aquitanos vixerant. Multa ibi erudite de his Conuenis disputantur. *M.*

magna cum auct. cum opinione maioris dignitatis auctarumque virium. *M.*

Sertorio. Hic in Hispania turbas dederat Flor. 3, 22. Eutrop. 6, 1. *M.*

consuet. Pop. Rom. Scil. a Sertorio didicerant. *M.*

in dies hostium numerum augeri; non cunctandum existimauit, quin pugna decertaret. Hac re ad consilium delata, vbi omnes idem sentire intellexit, posterum diem pugnae constituit.

24. Prima luce, productis omnibus copiis, duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem coniectis, quid hostes consilii caperent, exspectabat. Illi, etsi propter multitudinem et veterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant, tamen tutius esse arbitrabantur, obsessis viis, commeatu intercluso, sine vllo vulnere victoria potiri: et, si propter inopiam rei frumentariae Romani sese recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis, inferiores animo, adoriri cogitabant. Hoc consilio probato ab Ducibus, productis Romanorum copiis, sese castris tenebant. Hac re perspecta, Crassus, quum sua cunctatione atque opinione timidiores hostes nostros milites alacriores ad pugnandum effecissent, atque omnium voces audirentur, exspectari diutius non oportere, quin ad castra iretur, cohortatus suos, omnibus cupientibus, ad hostium castra contendit.

loca (castris idonea) *capere.* *M.*

instituunt. bene sic. v. Burmann. ad Quintil. 1, 5. al. *insistunt.*

facile i. e. tuto. Gr. *ἀσφαλῶς.*

consilium. Sic edd. vet. bene. Vulgo *concilium.*

instituta Sic codd. alii *instructa.* V. Ind. et 4, 14. item 2, 30.

coniectis. Ita Scaliger, vt videtur e codice; alii *collectis.* Vulgo erat *conlocatis.*

in agmine. Vulgo *agmine.*

inferiores animo. proba locutio. alii *inferiore,* item *infirmiore.*

hostes erant *timidiores,* quia cunctabantur, et opinionem timoris excitabant apud Romanos. Ergo *opinione sua* est, *opinione de se excitata.* Sic intellexit etiam auctor metaphr. Gr. *ἢ φόβον παρέχον δόξῃ τοὺς Ῥωμαίους προθυμοτέρους ἀπεργάσαντο* *M.*

effecissent. Ita plures codd. apud Oudendorpium. Vulgatum *effecisset* aperte vitiosum est, omninoque locus est in codd. et edd. variatus, quia non viderant, quid esset *opinione sua,* et *hostes timidiores* esse nominatiuum. *M.* Legerat Vrsinus in cod. vet. *quum sua cunctatio atque opinio* — *effecisset,* quod firmatur a Dukeriano, et sic expressit Clarke. Vossius

25. Ibi quum alii fossas complerent, alii multis telis coniectis defensores vallo munitionibusque depellerent, auxiliaresque, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus telisque subministrandis et ad aggerem cespitibus comportandis, speciem atque opinionem pugnantium praeberent, quum item ab hostibus constanter ac non timide pugnaretur telaque ex loco superiore missa non frustra acciderent; equites, circumitis hostium castris, Crasso renunciaverunt, non eadem esse diligentia ab decumana porta castra munita, facilemque aditum habere.

26. Crassus, equitum praefectos cohortatus, vt magnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri velit, ostendit. Illi, vt erat inperatum, eductis quatuor cohortibus, quae, praesidio castris relictae, intritae ab labore erant, et longiore itinere circumductis, ne ex hostium castris conspici possent, omnium oculis mentibusque ad pugnam intentis, celeriter ad eas, quas diximus, munitiones pervenerunt, atque, his prorutis, prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab iis videri, aut, quid rei gereretur, cognosci posset. Tum vero, clamore ab ea parte audito, nostri redintegratis viribus, quod plerumque in spe victoriae accidere consueuit, acrius inpugnare coeperunt. Hostes vndique circumuenti,

coniectabat, *quum sua cunctatione atque opinione timoris hostes nostros milites al. ad p. effecissent*. Ita iam dederat R. Stephanus.

alii fossas. prius hoc *alii* deest in cod. Leidensi. Cf. not. ad 1, 8 et 5, 21.

constanter. Graecus male φρονίμως.

decum porta. Bene Cellarius monuit, haec Gallorum castra ideo habuisse decumanam portam, quae Romanis propria Gallisque inusitata fuit, quia castra more Romano munierant. Conf. cap. 23. *M.*

quatuor cohortibus. Cod. et ed. vet. *his cohortibus*, vbi *his* forsan ortum ex numero IIII.

intritae. Sic quatuor codd. teste Oud. Inde alii deprauatas lectiones fecerunt *interitae*, *interritae*. Recentior lectio, *integrae*, est interpretamentum. *M.* Cf. Gronou. ad Liu. 22, 39.

prorutis. Ita viri docti ediderunt (duce Faerno), cum in codd. esset *proruptis*. *M.* Hoc improbabant Vossius et Dauisius. Sed v. Gro-

desperatis omnibus rebus, se per munitiones deiicere et fuga salutem petere intenderunt. Quos equitatus apertissimis campis consectatus, ex milium quinquaginta numero, quae ex Aquitania Cantabrisque conuenisse constabat, vix quarta parte relicta, multa nocte se in castra recepit.

27. Hac audita pugna, magna pars Aquitaniae sese Crasso dedidit obsidesque vltro misit: quo in numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates, Garites, Ausci, Garumni, Sibuzates, Cocosates. Paucae vltimae nationes, anni tempore confisae, quod hiems suberat, hoc facere neglexerunt.

28. Eodem fere tempore Caesar, etsi prope exacta iam aestas erat, tamen, quod omni Gallia pacata Morini Menapiique supererant, qui in armis essent neque ad eum vmquam legatos de pace misissent, arbitratus, id bellum celeriter confici posse, eo exercitum adduxit: qui longe alia ratione, ac reliqui Galli, bellum agere instituerunt. Nam quod intellegebant, maximas nationes, quae proelio contendissent, pulsas superatasque esse, continentesque siluas ac paludes habebant, eo se suaque omnia contulerunt. Ad quarum initium siluarum quum Caesar peruenisset castraque munire instituisset, neque hostis in-

nou. ad Tacit. A. 1, 68. et ad Liu. 4, 29. item Drakenb. ad h. l. et ad Silium 1, 373. Vulgo legebatur etiam *perruptis.*

intenderunt. Sic codd. et edd. vet. vulgo *contenderunt.* V. Tacit. A. 11, 32. H. 2, 12.

Hac audita pugna. Eam Dio Cassius 39, 46 descripsit. *M.*

Tarbelli etc. Plurimi horum populorum et aliunde sunt noti. *Precianos*, diuersimode scriptos in codd. nemo nouit. *Garites* in Com. *Gaure* quaerit Sanson, adstipulante Valesio. *Sibuzates* cum Plinii *Sibyllatibus* esse eosdem, negat D'Anville. Valesius in *Sobusse*, sita inter Dax et Bayonne, nomen *Sibuzatium* superesse putat.

bellum agere. Ex obseruatt. Gronou. 2, 5, quas Cellarius et Danisius iam indicauerunt, duo exempla huius phraseos huc transtuli, e Curt. 4, 10. et Pompon. Mela 1, 16. Cellarius addidit Cornel. Hannib. cap. 8. Ergo alteram h. l. lectionem, *bellum gerere coeperunt*, quis non videt esse interpretamentum? *M.* Adde Liu. 10, 31. Quintil. 10, 1.

terim visus esset, dispersis in opere nostris, subito ex omnibus partibus siluae euolauerunt et in nostros inpetum fecerunt. Nostri celeriter arma ceperunt eosque in siluas repulerunt et, compluribus interfectis, longius inpeditioribus locis secuti, paucos ex suis deperdiderunt.

29. Reliquis deinceps diebus Caesar siluas caedere instituit et, ne quis inermibus inprudentibusque militibus ab latere inpetus fieri posset, omnem eam materiam, quae erat caesa, conuersam ad hostem conlocabat et pro vallo ad vtramque latus exstruebat. Incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecto, quum iam pecus atque extrema inpedimenta ab nostris tenerentur, ipsi densiores siluas peterent, eiusmodi tempestates sunt consecutae, vti opus necessario intermitteretur et, continuatione imbrium, diutius sub pellibus milites contineri non possent. Itaque vastatis omnibus eorum agris, vicis aedificiisque incensis, Caesar exercitum reduxit et in Aulercis Lexouiisque, reliquis item ciuitatibus, quae proxime bellum fecerant, in hibernis conlocauit.

deperdiderunt. alii *disperdiderunt.* Oxoniensis *desideraverunt.* cuius lectio vulgata forsan glossa est.

sub pellibus. v. Ind. Summam cap. 28 et 29 tradidit Dio Cass. 39, 44. *M.*

proxime. In plerisque codd. et edd. vet. est, *maxime:* non male. De re cf. c. 9. *M.* Graecus *νεώτατα*, vt vulgatum.

bellum fecerant. Non hoc ex soloecum, nec insolens, vt Senecae visum ep. 114. V. Cellarii curas poster. p. 91.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARII DE BELLO GALLICO

LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM

I. Bellum Vſipetum et Tenchtherorum.

Cap. 1—3. *Tranſitus Vſipetum et Tenchtherorum in Galliam. mores Sueuorum.* 4. *Menapii obpreſſi.* 5. 6. *Bellum contra Germanos a Caeſare ſuſceptum.* 7—9. *Legatio Germanorum ad Caeſarem.* 10. *Moſae et Rheni deſcriptio.* 11—15. *Perfidia Germanorum. clades. fuga.*

II. Tranſitus Caeſaris in Germaniam.

Cap. 16. 17. *Pons in Rheno ſtratus.* 18. 19. *Aduentus Caeſaris in Sigambris. receptus in Galliam.*

III. Traiectus Caeſaris in Britanniam.

Cap. 20. 21. *Conſilium Caeſaris proficiſcendi in Britanniam. C. Voluſenus ad cognoſcendum praemiſſus.* 22—27. *Morini pacati. traiectus in inſulam. fuga Britannorum. deditio.* 28. 29. *Claſſis Romana tempeſtate adflicta.* 30—36. *Defectio Britannorum. pugna ex eſſedis. vltio de Britannis. reditus Caeſaris in Galliam.*

IV. Bellum in Morinis et Menapiis.

Cap. 37. *Perfidia Morinorum.* 38. *Menapii depopulationibus vexati. ſublicatio Romae.*

Ea, quae ſecuta eſt, hieme, qui fuit annus Cn. Pompeio, M. Craſſo coss. Vſipetes Germani et item Tenchtheri magna cum multitudine hominum flumen

Cn. Pomp. M. Cr. Coſſ. Eſt annus P. V. C. 699. *M.*

Rhenum transierunt, non longe a mari, quo Rhenus influit. Caussa transeundi fuit, quod ab Sueuis complures annos exagitati bello premebantur et agricultura prohibebantur. *Sueuorum gens est longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi caussa ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manserint, se atque illos alunt. Hi rursus in vicem anno post in armis sunt; illi domi remanent. Sic neque agricultura, nec ratio atque vsus belli, intermittitur. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est; neque longius anno remanere vno in loco incolendi caussa licet. Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore viuunt multumque sunt in venationibus: quae res et cibi genere et quotidiana exercitatione et libertate vitae (quod, a pueris nullo officio aut disciplina adsuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciant) et vires alit et inmani corporum magnitudine homines efficit. Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, vt locis frigidissimis, neque vestitus, praeter pellis, habeant quidquam, (quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta) et lauentur in fluminibus.*

centum pagos. Cf. 1, 37. Tacit. German. c. 39. *M.*

ex quibus — singula millia, *ex his* pagis collecta, educunt e *finibus* (extra patriam). *M.*

bellandi caussa. Codd. quidam omittunt *caussa*, vt c. 17. et 5, 8. Cf. Sancii Min. 4, 4. et ibi Perizonius.

Reliqui — alunt. Ita codd. et metaphr. Gr. Sed vulgo sic in edd. recentioribus (inde a Scaligero) legebatur locus: *reliqui domi manent, pro se atque illis colunt. M.*

atque vsus belli. Sic codd. et edd. vet. vbi Scalig. *neque* male.

incolendi caussa. Sic saepe noster. v. Index. alii *colendi.*

homines efficit. Tò *homines* expunxit Scaliger contra codd. I. C. H. in Miscell. Lips. nouis Vol. 3. p. 332. volebat *eos*, nescius codices et edd. vet. exhibere *homines.*

pars aperta. nuda. v. 6, 21.

lauentur. alii *lauantur.*

ad eos. deest in variis codd.

quo vllam rem. alii *quod.*

Gallia delectatur — parant. Haec numeri variatio occurrit et 2, 11. 7, 72. Alia exempla dat Cortius ad Sall. Cat. c. 23. Cf. et Tacit. A. 2, 24.

2. *Mercatoribus est ad eos aditus magis eo, vt, quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo vllam rem ad se inportari desiderent: quin etiam iumentis, quibus maxime Gallia delectatur, quaeque inpenso parant pretio, Germani inportatitiis non vtuntur: sed quae sunt apud eos nata, praua atque deformia, haec quotidiana exercitatione, summi vt sint labores, efficiunt. Equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur; equosque eodem remanere vestigio adsuefaciunt; ad quos se celeriter, quum vsus est, recipiunt: neque eorum moribus turpius quidquam aut inertius habetur, quam ephippiis vti. Itaque ad quemuis numerum ephippiatorum equitum, quamuis pauci, adire audent. Vinum ad se omnino inportari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrantur.*

3. *Publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum ciuitatium suam vim sustinere non posse. Itaque vna ex parte a Sueuis circiter milia passuum DC agri vacare dicuntur. Ad alteram partem succedunt Vbii, (quorum fuit*

Germani importatis his. Deleuerim *Germani* et *his*: nam *his*, etsi plerique codd. habent, redundat, nec de Germanis omnibus omnino h. l. sermo est, nec legitur *Germani* in metaphr. Gr. *M.* Oud. suspicatur, Caesarem scripsisse *inportatitiis*. bene.

praua. alii *parua*. Sic et Gr. μικρὰς et Tacit. Germ. c. 5. *inprocera*, nec fuisse inepta ad vsum sequentia docent.

adsuefaciunt. alii *adsuefecerunt*.

quum vsus est. alii *poscit*. glossa. Cf. 6, 15.

audent. alii *audeant*. male.

Vinum etc. Cf. 2, 15.

Publice, ratione reipublicae. *M.*

ciuitatium. Sic et 7, 36. Cf. Voss. de analog. 2, 14.

non posse. Scaliger *non potuisse*, inuitis codicibus.

milia passuum DC. Multos offendit tantum vastorum agrorum spatium; et tres codd. habent *centum*. Sed quis talia definiat? *M.* Lipsius Elect. 2, 7. et Hotom. rescribunt *LX.* quod a librariis mutatum putant. Graeci ratio numerica cum vulgata concordat. Vossius e codd. dedit *centum*.

ciuitas ampla atque florens, vt est captus Germanorum) et paullo, quam sunt eiusdem generis, et ceteris humaniores, propterea quod Rhenum adtingunt multumque ad eos mercatores ventitant et ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus adsuefacti. Hos quum Sueui, multis saepe bellis experti, propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis, finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt.

4. In eadem caussa fuerunt Vsipetes et Tenchtheri, quos supra diximus, qui complures annos Sueuorum vim sustinuerunt; ad extremum tamen, agris expulsi et multis Germaniae locis triennium vagati, ad Rhenum peruenerunt: quas regiones Menapii incolebant et ad vtramque ripam fluminis agros, aedificia vicosque habebant; sed tantae multitudinis aditu perterriti, ex his aedificiis, quae trans flumen habuerant, demigrauerant et, cis Rhenum dispositis praesidiis, Germanos transire prohibebant. Illi, omnia experti, quum neque vi contendere propter inopiam nauium, neque clam transire propter custodias Menapiorum possent, reuerti se in suas sedes regionesque simulauerunt; et tridui viam progressi, rursus reuerterunt atque, omni hoc itinere vna nocte equitatu confecto, inscios inopinantesque Menapios obpresserunt, qui, de Germanorum discessu per ex-

et paullo — humaniores. Obscuritas horum verborum et multiplex codd. varietas, arguunt hunc locum corruptionis. Legerim: *paullo, quam qui sunt eiusdem generis* (i. e. gentis), *humaniores.* Ita plane metaphr. Gr. *καὶ ἡμερώτεροί τε τῶν ἄλλων ὁμοεθνῶν εἰσὶν οἱ Οὔβιοι.* Voluit aliquis interpretari haec, *humaniores, quam qui sunt eiusdem generis:* scripsit ergo in margine, *humaniores ceteris* (sc. Germanis). *M.* Quae in textu leguntur, Oudend. dedit e codd. Editio Ven. habet non ita male, *qui paullo sunt eiusdem generis etiam ceteris hum.* Sunt qui *gentis* malint, frustra. nam sensus idem.

multumque. Vulgo *multique.*

redegerunt. Scaligeri *reddiderunt* e cod. Faerni glossam sapit.

In ead. causs. f. eadem forte vsi sunt, eodem modo vexati sunt. Cf. c. 1. *M.*

ploratores certiores facti, ſine metu trans Rhenum in ſuos vicos remigrauerant. His interſectis nauibusque eorum occupatis, prius quam ea pars Menapiorum, quae citra Rhenum quieta in ſuis ſedibus erat, certior fieret, flumen transierunt atque, omnibus eorum aedificiis occupatis, reliquam partem hiemis ſe eorum copiis aluerunt.

5. His de rebus Caeſar certior factus et infirmitatem Gallorum veritus, quod ſunt in conſiliis capiendis mobiles et nouis plerumque rebus ſtudent, nihil his committendum exiſtimauit. *Eſt autem hoc Gallicae conſuetudinis, vti et viatores, etiam inuitos, conſiſtere cogant et, quod quisque eorum de quaque re audierit aut cognouerit, quaerant et mercatores in oppidis volgus circumſiſtat, quibusque ex regionibus veniant, quasque ibi res cognouerint, pronunciare cogant. His rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſaepe rebus conſilia ineunt, quorum eos e veſtigio poenitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſeruiant et plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant.*

6. Qua conſuetudine cognita, Caeſar, ne grauiori bello occurreret, maturius, quam conſuerat, ad exercitum proficiſcitur. Eo quum veniſſet, ea, quae fore ſuſpicatus erat, facta cognouit, miſſas legationes a nonnullis ciuitatibus ad Germanos, inuitatosque eos, vti ab Rheno diſcederent; omniaque quae po-

adita. alii *aduentu.*

habuerant, demigrauerunt. Leg. *erant, demigrauerant.* Vt locus nunc in edd. habet, plane nullus eſt temporum nexus, et velle hanc negligentiam gratam adpellare, merum effugium eſt. *M.* Recte monitum, emendaui poſterius verbum.

quieta in ſuis ſedibus. Haec e codd. inſeruit Oudend. Sic et Graecus.

committendum. Nulla ſua conſilia iis aperienda, eorum fidei committenda exiſtimauit. Cf. c. 6. extr. *M.*

rumoribus. alii *rebus.*

ne — occurreret, ne in id incideret, eo implicaretur. Cf. 3, 6. *M.*

Germanos, h. e. Vſipetes et Tenchtheros. Cf. c. 4. *M.*

inuitatosque. Celſus c. 65. *inuitantes hortantesque.* Gr. *ἐκκαλοῦντας.*

omniaque. Delendum *que. M.*

ſtulaſſent, ab ſe fore parata. Qua ſpe adducti Germani latius iam vagabantur et in finis Eburonum et Condruſorum, qui ſunt Treuirorum clientes, peruenerant. Principibus Galliae euocatis, Caeſar ea, quae cognouerat, disſimulanda ſibi exiſtimauit, eorumque animis permulſis et confirmatis equitatuque imperato, bellum cum Germanis gerere conſtituit.

7. Re frumentaria comparata equitibusque delectis, iter in ea loca facere coepit, quibus in locis eſſe Germanos audiebat. A quibus quum paucorum dierum iter abeſſet, legati ab his venerunt, quorum haec fuit oratio: *Germanos neque priores Populo Romano bellum inferre, neque tamen recuſare, ſi laceſſantur, quin armis contendant; quod Germanorum conſuetudo haec ſit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant, reſiſtere, neque deprecari: haec tamen dicere, veniſſe inuitos, eiectos domo. Si ſuam gratiam Romani velint, poſſe eis vtiles eſſe amicos: vel ſibi agros adtribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis poſſederint. Seſe*

Condruſorum. Hodieque reſtat nomen in *Condros* in tractu Leodienſi. *D'Anville.*

clientes. Hoc ad Condruſos tantum pertinere, non item ad Eburones, qui liberi fuerunt, e Cluuerio German. ant. 2, 15. repetiit Cellarius. Cf. ind. in *clientes. M.*

ab his. alii *ad eum.* et ſic Graecus.

verum eſſe, aequum. Monuit Brantius et Daniſ. In Gr. metaphr. bene eſt, εὔλογον. *M.* Cf. Horat. Sat. 2, 3, 312. et Ep. 1, 7, 98. Cic. de Leg. 2, 5. Liu. 3, 40.

de Sueuorum iniuriis. Hae ſupra c. 3. extr. deſcriptae ſunt. *M.*

ab iis inpetraturum. vulgo *Vbiis imperaturum.* Sed durius eſt, imperare his, qui, iniuriis adfecti, auxilium implorant. Neque vero haec duorum codicum lectio, tam incommodum ſenſum efficiens, certa eſt: omninoque dubitari poteſt, quid Caeſar h. l. ſcripſerit. Ergo varietatem notaui. Plerique codd. habent, *hoc Sueuis imperaturum*: inepte: Caeſar enim Sueuis imperare non poterat. Alii, *hoc Sueuis inpetraturum*, quod eſt abſurdum. Alii, *ab Vbiis inpetraturos*, a quo non multum recedit metaphr. Gr. ταῦτα παρ' αὐτῶν (Οὐβίων) νομίζω ἀποσεμίσεσθαι, quae ſi latine vertantur, *hoc ſe ab iis inpetraturum*, veram lectionem fortaſſe tenebimus. Illud *iis* cum vellent explicare, vtrum ad propius, an remotius ſubiectum referretur, etſi nulla explicatione in tanta perſpicuitate rei opus erat, alii

vnis Sueuis concedere, quibus ne Dii quidem inmortales pares esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint.

8. Ad haec Caesar, quae visum est, respondit; sed exitus fuit orationis: *Sibi nullam cum his amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent: neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare: neque vllos in Gallia vacare agros, qui dari, tantae praesertim multitudini, sine iniuria possint. Sed licere, si velint, in Vbiorum finibus considere, quorum sint legati apud se et de Sueuorum iniuriis querantur et a se auxilium petant: hoc se ab iis inpetraturum.*

9. Legati haec se ad suos relaturos dixerunt et, re deliberata, post diem tertium ad Caesarem reuersuros: interea ne propius se castra moueret, petierunt. *Ne id quidem Caesar ab se inpetrari posse* dixit: cognouerat enim, magnam partem equitatus ab iis aliquot diebus ante praedandi frumentandique caussa ad Ambiuaritos trans Mosam missam. Hos exspectari

margini adscripserunt recte *Vbiis*, alii perperam *Sueuis*: *M.* Dubium non est, quin ea sit vera lectio, quam Morus acute peruidit, eamque restitui.

Ambiuaritos. Ignoti plane sunt, diuersi tamen ab *Ambiuaretis*, Aeduorum clientibus, qui infra 7, 75 nominantur. *Cellar.* I. C. H. legit *Ambitauinos*, ad quos putat pertinere incolas vici *Ambiatini*, quem memorat Suetonius Calig. 8. vbi codex Vindobon. habet *Ambitauino*. Browerus autem in Annal. Treuer. p. 136. et 378. in diplomate quodam *Pipini* inuenit *Ambitiuo*. Graecus in nostro loco dat Ἀμφιβαρίτων. Cluuerius Germ. ant. 2, 14 et 16. pro *ad Ambiuaritos* legit *ad Aduaticos*.

trans Mosam. I. C. H. iubet rescribi *trans Mosellam*. Statim enim, ait, *Ambitauinum* vicum, siue *Ambiatinum* in Treueris ponit Suetonius l. c. Dein Caesar iter in ea loca facere coeperat, in quibus erant Germani (c. 7.). Sed hi in fines Eburonum et Condrusorum, qui erant Treuerorum clientes, peruenerant et incolebant inter Treueros et Eburones (c. 6.). Caesar Germanos Rhenum transgressos vicit eo in loco, prope quem cis Rhenum Vbii habitabant (c. 16.) Rhenumque superauit ipse inter Vbios ac inde in fines Sigambrorum contendit. Pars illa equitatus, quae trans Mosam ducta fuit, missa praedandi ac frumentandi caussa, Germanis a Caesare victis dicitur post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sigambrorum recepisse et se coniunxisse cum iis, ad quos Cae-

equites atque eius rei caussa moram interponi, arbitrabatur.

10. *Mosa profluit ex monte Vosego, qui est in finibus Lingonum, et, parte quadam ex Rheno recepta quae adpellatur Vahalis, insulam efficit Batauorum, neque longius ab eo milibus passuum LXXX in Oceanum transit. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines Sarunetium, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribucorum, Treuirorum citatus fertur et, vbi Oceano adpropinquat, in plures*

sar, vt se dederent, post haec misit nuntios (c. 16.). Sigambri a Mosa nimium distabant, proximi Rheno (c. 35.) et Vbiis confines. Ad eos ponte constructo Caesar transduxit exercitum.

Mosa etc. Totum hoc caput a glossatore esse intrusum arbitratur I. C. H. quia turbat filum orationis et mendis scatet, neque quidquam ad rem facit. Quod ad mendas adtinet, puto me sustulisse primariam de *Nantuatibus*, de quibus videri debet D'Anville p. 472. Dein Mediomatricos et Sequanos ad Rhenum tempore Caesaris pertinuisse, verosimile videtur et D'Anvillio et Mannerto; erant tamen Mediomatrici in loco nostro post Tribucos ponendi. De Sequanis conferri potest Schoepflini Alsatia illustrata t. 1. p. 40. Cardo rei versatur in eo, *Mosa* an *Mosella* recte memoretur capite praecedente; si *Mosella*, manifesto totum hoc caput de Mosa et Rheno cuidam sciolo debetur. Id non obstat, quod Mosam e Vosego monte profluere Caesar dicit; vtique enim eius montis radices in Lingonum finibus ibi sunt, vbi Mosa oritur. Cf. D'Anville p. 467.

Vosego. Sic e codd. inscriptione quadam et medii aeui scriptoribus ediderunt Dauis. et Oudendorp. In Gr. metaphr. est *Βοσῆκος*, qua forma *Vosegus* exprimitur *M.* Cf. Schoepflini Als. ill. t. 1. p. 4. Dicitur *Vogesus*, *Vosegus*, *Vosagus*.

ex Rheno. Sic constantissime MSS. Sed *Rheni* in recentioribus. *Oudend.*

Vahalis. Idem nomen in Tacit. Ann. 2, 6 occurrit, vbi fere haec ipsa de Rheno tradit. Varietas scripturae (*Walis*, *Valis*, *Valus*, *Vacalus*, *Βάκαλος*, *Vaculus*) rursus ex eo est, quia Romani extera nomina immutarunt. Litera *W* facile arguit originem Germanicam. *M.*

et, parte quadam — — transit. Oudend. in codd. bene multis reperit lectionem sequentem, quam et recepit in textum. *Mosa — et parte quadam ex Rheno recepta, quae adpellatur Vahalis, insulamque efficit Batauorum, in Oceanum influit, neque longius ab Oceano milibus passuum LXXX in Rhenum transit.* Eius lectionis partem priorem, *et parte — influit*, recte se habere puto; posterior vero pars, *neque longius — transit*, haud dubie vitiosa est. Mihi placet altera lectio, quae in edd. vulgo repetitur, et, si quis naturam cursumque fluminis, quam codices, se-

diffluit partes, multis ingentibusque insulis effectis, quarum pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus sunt, qui piscibus atque ouis auium viuere existimantur, multisque capitibus in Oceanum influit.

11. Caesar quum ab hoste non amplius passuum XII milibus abesset, vt erat constitutum, ad eum legati reuertuntur: qui, in itinere congressi, magnopere, ne longius progrederetur, orabant. Quum id non inpetrassent, petebant, vti ad eos equites, qui agmen antecessissent, praemitteret, eosque pugna

qui malit, in vniuersum praeferenda est. Quae cum ab ipso situ naturae commendationem veri habeat, accipit etiam ex eo auctoritatem, quia Graeca metaphrasis eam verbum de verbo expressit. *M.* Hanc lectionem Moro probatam recepi. Similia fere tradit Tacitus A. 2, 6. Cf. Mensonis Altingii Not. Germ. inf. T. I. p. 16.

per fines Sarunetium. Vulgo legitur *Nantuatium*, turpi errore, Caesari non inputando. *Nantuates*, Valesiae gentem, Rhenus nullo modo attingit. Neque vulneri medentur interpretes, dum Vaudiam (*le pays de Vaud*) intelligunt, a qua magis etiam Rhenus distat. Codices variant; exhibent *Vatuatium*, *Mantuatium*, vnde Glareanus *Aetuatium*, vt vulgo apud Strabonem p. 192. Mihi persuasum est, legendum *Sarunetium*. Librarios decepit, quod horum non alibi mentio apud Caesarem exstat; et quod supra 3, 1. sermo de Nantuatibus factus. Aptissime Plinius 3, 20 (24) *Sarunetes ortus Rheni accolunt*, vbi Harduinus perperam malit *Suanetes*. Cf. D'Anville Not. de la Gaule p. 583. Gentis memoriam hodieque seruat *Sargans*. Vid. D'Anville p. 472. Nil obstat de cetero, quod apud Strabonem l. c. *primi omnium ad Rhenum habitare dicuntur Nantuates, apud quos etiam eius fluuii fontes sint in Adula monte.* Ibi enim legebatur *Αἰτουάτιοι*, ex quibus docti fecere *Nantuates*, Caesaris, vt volunt, auctoritate et ipsius Strabonis p. 204. qui tamen hoc loco *Nantuates* cum Veragris ad Lemannum lacum ablegat, vt Caesar 3, 1.

Tribucorum. alias *Truboccorum.* de quibus v. Schoepflinus l. c. p. 136.

capitibus. Docuit Oudendorpius ad Lucanum 3, 201, cum ex aliis, tum e Liuiano loco 33, 41, *caput fluminis* etiam *ostium* significare, etsi plerumque est *fons.* Ergo in huiusmodi locis, quod et Gesnero in Thes. L. L. visum est, caput indicat partem summam, extremam. In Gr. metaphr. est, πολλοῖς στόμασιν εἰσβάλλει εἰς Ὠκεανόν. Ceterum de multitudine ostiorum Rheni et dissensu scriptorum super hac re et fide Caesaris et modo eius explicandi, adeundus est diligentissimus Cellarius in Notit. Orbis 2, 3, 5. init. qui existimat, Caesarem, cum *multa* ostia dixerit, intellexisse etiam riuos et elices, per quos sub illas regiones Rhenus diffusus fuerit. *M.*

prohiberet; sibique vti potestatem faceret, in Vbios legatos mittendi: *quorum si Principes ac senatus sibi iureiurando fidem fecisset, ea conditione, quae a Caesare ferretur, se vsuros ostendebant:* ad has res conficiendas sibi tridui spatium daret. Haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitrabatur, vt, tridui mora interposita, equites eorum, qui abessent, reuerterentur: tamen sese non longius milibus passuum quatuor aquationis caussa processurum eo die dixit: huc postero die quam frequentissimi conuenirent, vt de eorum postulatis cognosceret. Interim ad Praefectos, qui cum omni equitatu antecesserant, mittit, qui nunciarent, ne hostes proelio lacesserent et, si ipsi lacesserentur, sustinerent, quoad ipse cum exercitu propius accessisset.

12. At hostes, vbi primum nostros equites conspexerunt, quorum erat quinque milium numerus, quum ipsi non amplius DCCC equites haberent, quod ii, qui frumentandi caussa ierant trans Mosam, nondum redierant, nihil timentibus nostris, quod legati eorum paullo ante a Caesare discesserant, atque is dies induciis erat ab eis petitus, inpetu facto, celeriter nostros perturbauerunt. Rursus resistentibus nostris, consuetudine sua ad pedes desiluerunt, subfossisque equis compluribusque nostris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt atque ita perterritos egerunt, vt non prius fuga desisterent, quam in conspectum agminis nostri venissent. In eo proelio ex equitibus nostris interficiuntur quatuor et septuaginta, in his vir fortissimus, Piso, Aquitanus, amplissimo gene-

fecissent. alii *fecisset.* Sic et alibi. v. C. 1, 2. Alex. 2.

quae a Caes. ferretur. Cf. c. 8. *M.*

Rursus significat porro, aut, vicissim. *M.* Male hoc aduerbium virgula a seq. voce seiungunt.

subfossis equis. non suis, sed Romanorum.

in conspectum. Codd. quidam *in conspectu.* quod placet Clarkio.

quatuor et septuaginta. Celsus p. 76. CCCCLXX.

ex periculo. Solet sic Caesar. Vulgo omittitur praepositio.

infirmitate, mobilitate. Cf. c. 5. *M.*

re natus, cuius auus in ciuitate sua regnum obtinuerat, amicus ab Senatu nostro adpellatus. Hic quum fratri intercluso ab hostibus auxilium ferret, illum ex periculo eripuit: ipse equo vulnerato deiectus, quoad potuit, fortissime restitit. Quum circumuentus, multis vulneribus acceptis, cecidisset, atque id frater, qui iam proelio excesserat, procul animum aduertisset, incitato equo se hostibus obtulit atque interfectus est.

13. Hoc facto proelio, Caesar neque iam sibi legatos audiendos, neque conditiones accipiendas arbitrabatur ab his, qui per dolum atque insidias, petita pace, vltro bellum intulissent: exspectare vero, dum hostium copiae augerentur equitatusque reuerteretur, summae dementiae esse iudicabat et, cognita Gallorum infirmitate, quantum iam apud eos hostes vno proelio auctoritatis essent consecuti, sentiebat: quibus ad consilia capienda nihil spatii dandum existimabat. His constitutis rebus et consilio cum Legatis et Quaestore communicato, ne quem diem pugnae praetermitteret, opportunissima res accidit, quod postridie eius diei mane eadem et perfidia et simulatione vsi Germani, frequentes, omnibus principibus maioribusque natu adhibitis, ad eum in castra venerunt; simul, vt dicebatur, sui purgandi caussa, quod contra, atque esse dictum et ipsi petissent, proelium pridie commisissent; simul vt, si quid possent, de induciis fallendo inpetrarent. Quos sibi Caesar oblatos gauisus, illos retineri iussit; ipse omnes copias castris eduxit equitatumque, quod recenti proe-

apud eos (Gallos) *hostes* (Caesaris, i. e. Germani). *M.*

praetermitteret. alii *intermitteret.*

gauisus. Satis certa est haec lectio propter metaphr. Gr. in qua est χαρεὶς, etsi, quod mirum est, omnes fere MSS. *gravius* exhibent. *M.*

retineri iussit. Plutarch. in Caes. c. 22, repetit quidem ex hoc loco, quae Caesar c. 12 et 13 de perfidia Germanorum narrauit, *ὁ Καῖσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσι γέγραφεν* — sed addit, Canusium tradidisse, has res Catoni adeo fuisse inprobatas, vt Caesarem, reum παρασπονδήματος,

lio perterritum esse existimabat, agmen subsequi iussit.

14. Acie triplici instituta et celeriter VIII milium itinere confecto, prius ad hostium castra peruenit, quam, quid ageretur, Germani sentire possent. Qui, omnibus rebus subito perterriti et celeritate aduentus nostri et discessu suorum, neque consilii habendi, neque arma capiendi spatio dato, perturbantur, copiasne aduersus hostem educere, an castra defendere, an fuga salutem petere, praestaret. Quorum timor quum fremitu et concursu significaretur, milites nostri, pristini diei perfidia incitati, in castra inruperunt. Quorum qui celeriter arma capere potuerunt, paullisper nostris restiterunt atque inter carros inpedimentaque proelium commiserunt: at reliqua multitudo puerorum mulierumque (nam cum omnibus suis domo excesserant Rhenumque transierant) passim fugere coepit; ad quos consectandos Caesar equitatum misit.

15. Germani, post tergum clamore audito, quum suos interfici viderent, armis abiectis signisque militaribus relictis, se ex castris eiecerunt: et, quum ad confluentem Mosae et Rheni peruenissent, reliqua fuga desperata, magno numero interfecto, reliqui se in

eos, hostibus dedendum censeret. Cf. Sueton. Iul. c. 24. Hoc *παρασπόνδημα* in eo videtur fuisse, quod interea, dum legati apud eum fuerunt, hostes adgressus est: praesertim si Dio Cassius 39, 47, 48. conferatur, qui proelium, c. 12. descriptum, petulantiae iuniorum tribuit, quam seniores vsque eo inprobarint, vt legationem ad Caesarem deprecandi causa susciperent. Hos igitur seniores, legatos, deprecatores, retinuit et interea vicit eos, pro quibus deprecaturi venerant. Quaedam horum Brantius iam adtigerat. *M.*

Acie instituta. alii *instructa.* cf. 3, 24.

consilii. Mauult Oudend. *concilii.* Mox, etsi codd. inuitis, legendum *perturbabantur.* *M.*

pristini diei. i. e. pridiani v. Cic. de Orat. 1, 8. Curt. 8, 4. Suet. Aug. 94. A. Gell. 10, 24. Macrob. Sat. 1, 4.

Quorum qui. Alii *Quo in loco.*

Mosae et Rheni. Cluuer. Germ. Ant. 2, 14. vult *Mosellae.* Scilicet ad confluentem Mosae et Rheni (in Batauis ad oppidum *Geervliet*) confugere non poterant Germani, quia

flumen praecipitauerunt atque ibi timore, lassitudine, vi fluminis oppressi perierunt. Nostri ad vnum omnes incolumes, perpaucis vulneratis, ex tanti belli timore, quum hostium numerus capitum CDXXX milium fuisset, se in castra receperunt. Caesar his, quos in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit: illi supplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros vexauerant, remanere se apud eum velle dixerunt. His Caesar libertatem concessit.

16. Germanico bello confecto, multis de caussis Caesar statuit, sibi Rhenum esse transeundum: quarum illa fuit iustissima, quod, quum videret, Germanos tam facile impelli, vt in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere voluit, quum intellegerent, et posse et audere Populi Romani exercitum Rhenum transire. Accessit etiam, quod illa pars equitatus Vsipetum et Tenchtherorum, quam supra commemoraui praedandi frumentandique caussa Mosam transisse, neque proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sigambrorum receperat seque cum iis coniunxerat. Ad quos quum Caesar nuncios misisset, qui postularent, eos, qui sibi Galliaeque bellum intulissent, sibi dederent, responderunt: *Populi Romani imperium Rhenum finire: si, se inui-*

Condrusorum fines inde 125,000 passus aberant. Dio etiam 39, 47. Germanos Rhenum transgressos in Treuerorum fines peruenisse scribit ibique a Caesare caesos. Si Caesar in Batauis fudisset Germanos, non in Vbios nec in Sigambros transisset. Ad Vbiorum fines ac eodem ponte in Galliam se recepit Caesar, ergo ad confluentes Mosellae et Rheni. Cum Cluuerio consentit I. C. H. Contra sentiebat If. Pontanus in disceptationibus chorographicis. Porro I. C. H. putatum librariis lineas fuisse transpositas in loco nostro, qui ita sit restituendus: *et, magno num. interf. reliqui se in fugam praecipitauerunt, atque, cum ad confl. Mosellae et Rheni peruenissent, reliqua fuga desperata, ibi tim. lassit. et vi fl. oppr. perierunt.* Nescio, an necessaria sit mutatio. Sensus vulgatae lectionis sat clarus videtur.

vi fluminis. sic optimi codd. alii *et vi fluminis.*

supra commemoraui. Locus est c. 12. *M.*

sibi dederent. sic codd. vetustissimi. in aliis est *vti sibi ded.* v. *vti* in Ind.

to Germanos in Galliam transire, non aequum existimaret, cur sui quidquam esse imperii aut potestatis trans Rhenum postularet? Vbii autem, qui vni ex transrhenanis ad Caesarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant, magnopere orabant, *vt sibi auxilium ferret, quod grauiter ab Sueuis premerentur; vel, si id facere occupationibus reipublicae prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret: id sibi ad auxilium spemque reliqui temporis satis futurum: tantum esse nomen atque opinionem eius exercitus, Arioulsto pulso et hoc nouissimo proelio facto, etiam ad vltimas Germanorum nationes, vti opinione et amicitia Populi Romani tuti esse possint. Nauium magnam copiam ad transportandum exercitum pollicebantur.*

17. Caesar his de caussis, quas commemoraui, Rhenum transire decreuerat; sed nauibus transire, neque satis tutum esse arbitrabatur, neque suae neque Populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque, etsi summa difficultas faciundi pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque flu-

legatos miserant. Cf. c. 8. Omnes autem caussas, hoc capite commemoratas, Dio Cassius 39, 48. vanitatis arguit tribuitque transeundi Rheni conatum vni cupiditati inclarescendi, quae Caesarem inpulerit, vt aliis intentata ipse tentaret. De posteriore consentit Plutarch. in Caes. c. 22. *M.* Quidam codd. non habent *legatos*.

occupat. reipublicae. al. *Populi Romani.*

tantum esse nomen. Scaliger recent. addunt *apud eos.*

eius exercitus. al. *Romani exercitus.*

ad vlt. G. nationes. Vulgo *apud.* respice ad 3, 9.

Rationem pontis. Recentiores inserunt *igitur.*

sesquipedalia. i. e. crassitudine sesquipedalia.

inmissa in flumen. Scaliger *demissa.*

fistucis. Est fistuca, si tironum caussa monere licet, machina, qua palos tundunt ita, vt altius infigantur solo (*einrammeln, hier*), aut lapides, in via stratos, complanant, aut pauimenta solidant. Sed non modo ea machina, quae manu opificis leuata tundit, fistuca dicitur: sed et haec, quae trochleis leuata et rursus delapsa subiectos palos pondere et ictu infigit. vid. Gesneri Thes. L. L. et inprimis Hotomannus ad hunc Caesaris locum. *M.* Apud Vitruu. 3, 3. et 10, 3. est *fistucatione solidare.*

minis, tamen id sibi contendendum, aut aliter non transducendum exercitum, existimabat. Rationem pontis hanc instituit. *Tigna bina sesquipedalia, paullum ab imo praeacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, interuallo pedum duorum inter se iungebat. Haec quum machinationibus inmissa in flumen defixerat fistucisque adegerat, non sublicae modo derecta ad perpendiculum, sed prona ac fastigata, vt secundum naturam fluminis procumberent; iis item contraria bina, ad eumdem modum iuncta, interuallo pedum quadragenum, ab inferiore parte, contra vim atque inpetum fluminis conuersa statuebat. Haec vtraque insuper bipedalibus trabibus inmissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis vtrimque fibulis ab extrema parte, distinebantur: quibus disclusis atque in contrariam partem reuinctis, tanta erat operis firmitudo atque ea rerum natura, vt, quo maior vis aquae se incitauisset, hoc artius inligata tenerentur. Haec derecta materie iniecta contexebantur et longuriis cratibusque consternebantur: ac nihilo secius subli-*

derecta. v. Ind. *M.* al. male *directa.*

prona ac fastigata, ita prona, vt fastigio similia essent. Fastigium autem est tectum templorum, figura plani inclinati decurrens: vnde pronum et fastigatum est inclinatum. *M.* al. male *fastigiata.*

secundum naturam fluminis, *dem Strome nach. M. selon le fil de l'eau.*

item est initium apodoseos periodi. *M.*

bina. sic Clarke. vulgo *duo.*

ab inferiore parte (fluminis), *weiter unten. M.* Perperam ista exponit Lipsius poliorc. 2, 5.

Haec vtraque, tigna illa prona in superiore et inferiore fluminis parte defixa. *M.* Quod sequitur *insuper* restituit Oud. e codd. dein *bipedalibus* intellige crassitudine, vt supra.

iunctura, spatium ab vna serie tignorum ad alteram, quod spatium nunc tegendum erat, vt transiri posset: nam hoc est iungere res distantes, efficere, vt ab vna ad aliam vna serie veniri possit, quasi cohaererent. *M.*

binis fibulis, ita vt essent binae fibulae s. copulae, (*Klammern, de fortes chevilles*) claui trabales. *M.*

distinebantur, interpositu trabium. Eodem modo mox *disclusis*, interpositu trabium. *M.*

reuinctis, additis vtrimque copulis s. fibulis. *M.*

Haec, hoc totum opus. *M.*

derecta (an potius, *directa?* v. Ind.) *materie iniecta.* materie (ligna, crates, et quidquid

cae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur, quae, pro pariete subiectae et cum omni opere coniunctae, vim fluminis exciperent: et aliae item supra pontem mediocri spatio, vt, si arborum trunci siue naues deiiciendi operis essent a barbaris missae, his defensoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent.

18. Diebus decem, quibus materia coepta erat comportari, omni opere effecto, exercitus transducitur. Caesar, ad vtramque partem pontis firmo praesidio relicto, in fines Sigambrorum contendit. Interim a compluribus ciuitatibus ad eum legati veniunt, quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit obsidesque ad se adduci iubet. At Sigambri ex eo tempore, quo pons institui coeptus est, fuga comparata, hortantibus iis, quos ex Tenchtheris atque Vsipetibus apud se habebant, finibus suis excesserant, suaque omnia exportauerant, seque in solitudinem ac siluas abdiderant.

19. Caesar, paucos dies in eorum finibus moratus, omnibus vicis aedificiisque incensis frumentisque

inseruit veluti solo pontis, per quod inceditur) iniicitur eadem directione qua longitudinem. *M.* Omnino *derecta* et *materie* dedit Oud. e codd. alii malunt *directa*.

ad inf. partem fluminis. Ioh. Clericus Art. Crit. P. 3. S. 1. c. 6, 21. legit *flumini.* intelligit quippe *inf. partem pontis.* Verum sublicae hae ad inf. partem fluminis opponuntur alteris illis mox supra pontem (i. e. in superiore parte fluminis) adactis. Hoc et Lipsius sic adgnoscit. Noli ergo cum Hotomanno mutare in *superiorem.*

oblique agebantur, inclinabantur. *M.*

pro pariete subiectae. Paulo post tales trabes adpellat *defensores.* Sunt veluti murus aut agger. Tanto magis probo, quod Oud. e quibusdam codd. recepit *pariete,* cum vulgo *ariete* legeretur. Plutarch. in Caes. c. 22. dicit προβόλους ξύλων μεγάλων. *M.* Contra Graecus metaphr. habet δίκην κριοῦ, *more arietis,* et Turnebus Adu. 24, 30. *pro ariete* exponit pro defensione aut munimento. Lipsius hic, nec *aries* nec *paries* quid sibi velit, se capere profitetur, neo negari potest, *parietem* inproprie dici. Cellarius praetulit *pro arieta.*

et aliae item. Recentiores male *alia.*

deiiciendi operis sc. causa. Verbum hoc, omissum in codd. multis, (est enim ellipsis non rara: v. Oudendorp. ad 4, 1.) alii interpretandi causa addiderunt. — De structura huius pontis scripsisse Iucundum Veronen-

ſuccisis, ſe in fines Vbiorum recepit; atque iis auxilium ſuum pollicitus, ſi ab Sueuis premerentur, haec ab iis cognouit: Sueuos, poſteaquam per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuo concilio habito, nuncios in omnes partes dimiſiſſe, vti de oppidis demigrarent, liberos, vxores ſuaque omnia in ſiluas deponerent atque omnes, qui arma ferre poſſent, vnum in locum conuenirent: hunc eſſe delectum medium fere regionum earum, quas Sueui obtinerent: hic Romanorum aduentum exſpectare atque ibi decertare conſtituiſſe. Quod vbi Caeſar comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum cauſſa transducere exercitum conſtituerat, vt Germanis metum iniiceret, vt Sigambros vlciſceretur, vt Vbios obſidione liberaret, diebus omnino X et VIII trans Rhenum conſumtis, ſatis et ad laudem et ad vtilitatem profectum arbitratus, ſe in Galliam recepit pontemque reſcidit.

20. Exigua parte aeſtatis reliqua, Caeſar, etſi in his locis, quod omnis Gallia ad ſeptemtriones vergit, maturae ſunt hiemes, tamen in Britanniam pro-

ſeru, monuit ad h. l. Camerarius. Hotomannus addit Budaeum, Cardanum, Io. Buteonem, (cuius ſingularis liber de hoc ponte exſtat) Turnebum l. c. *M.* Addo et Magium in Gruteri lamp. t. 2. p. 2438. vbi contra Buteonem et alios disputat.

earum rerum vis. *Tò rerum* deeſt in quibusdam. male.

in fines Sigambrorum. In hos enim ſe receperant nuper equites Germani vid. cap. 16. *M.* Sigambri inter Sigum et Luppiam fluuios quaerendi. v. D'Anville et Mannert.

in fines S. contendit. alii *intendit*, vt Terent. Andr. 2, 2. 6. V. tamen c. 20.

At Sigambri. Hoc *At* dedit e ſuo codice Vrſinus, vbi ſcil. inuenerat *vt.*

frum. ſuccisis. Hotomannus ſic ex ingenio, vt c. 38. firmatur autem e codd. Vulgo erat *ſuccenſis.*

ſe in fin. Vbiorum recepit. Cauſa ex c. 16. diſcenda eſt. *M.*

dimiſiſſe. alias *miſiſſe.* ſed v. c. 34. 5. 49. 53. 6, 43.

in ſiluas. i. e. intra ſiluas. al. *in ſiluis.*

hic Rom. adu. Sic codd. et edd. vet. Aſt Scaliger *ibi.*

profectum. nonnulli *perfectum.* male. Cf. 7, 66. C. 3, 15. 58. Al. 3.

ſe in Galliam recepit. Res ipſa loquitur, timore perculſum Caeſarem non auſum eſſe cum Sueuis congredi. *Glandorpius.*

in Britann. profic. contendit. Dio Caſſius 39. 53. monuit, nihil vtilitatis ex hac ex-

ficifci, contendit, quod omnibus fere Gallicis bellis hostibus nostris inde subministrata auxilia intellegebat: et, si tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno sibi vsui fore arbitrabatur, si modo insulam adisset, genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus cognouisset: quae omnia fere Gallis erant incognita. Neque enim temere praeter mercatores illo adit quisquam, neque iis ipsis quidquam, praeter oram maritumam atque eas regiones, quae sunt contra Gallias, notum est. Itaque, euocatis ad se vndique mercatoribus, neque quanta esset insulae magnitudo, neque quae aut quantae nationes incolerent, neque quem vsum belli haberent, aut quibus institutis vterentur, neque qui essent ad maiorum nauium multitudinem idonei portus, reperire poterat.

21. Ad haec cognoscenda, prius quam periculum faceret, idoneum esse arbitratus C. Volusenum, cum naui longa praemittit. Huic mandat, vti, exploratis omnibus rebus, ad se quam primum reuertatur: ipse cum omnibus copiis in Morinos proficiscitur, quod inde erat breuissimus in Britanniam transiectus. Huc naues vndique ex finitumis regionibus et, quam superiore aestate ad Veneticum bellum fecerat, classem

peditione Britannica neque ad Caesarem, neque ad ciuitatem redundasse, praeter famam patefactae Romanis insulae. Consentit Plutarch. in Caes. c. 23. Miram caussam Suetonius in Caes. c. 47 addidit, spe margaritarum Caesarem Britanniae petiisse; credibile tamen sit, opinionem magnarum Britanniae opum fuisse, si Ciceronianus locus ad Diu. 7, 7. conferatur. *M.* Veneri genitrici thoracem e Britannicis margaritis factum dedicasse refert Plin. 9, 35 (57). Subiecto id titulo testatum Solinus addit c. 53.

illo adit. Sic bene Scaliger e cod. Vrsini.

contra Gallias. sic boni codd. alii *Galliam.*

euocatis ad se. Ita probi codd. al. *vocatis. conuocatis.*

ad maiorum nauium. al. *maiorem.*

prius quam. Hotomann. malit *prius qui.*

C. Volus. praemittit. Haec, vt interpretes monuerunt, repugnant loco Suetonii Caes. c. 58, vbi Caesar *per se*, h. e. ipse explorasse dicitur regiones. Atque vt aliis visus est Suetonius obliuione quadam errasse, quod et ego arbitror, sic fuerunt, qui vellent emendationibus iuuare Suetonii locum, de quibus Ernesti ad Suetonium dixit. *M.*

iubet conuenire. Interim, consilio eius cognito et per mercatores perlato ad Britannos, a compluribus eius insulae ciuitatibus ad eum legati veniunt, qui polliceantur obsides dare atque imperio Populi Romani obtemperare. Quibus auditis liberaliter pollicitus hortatusque, vt in ea sententia permanerent, eos domum remittit et cum his vna Commium, quem ipse, Atrebatibus superatis, regem ibi constituerat, cuius et virtutem et consilium probabat et quem sibi fidelem arbitrabatur, cuiusque auctoritas in iis regionibus magni habebatur, mittit. Huic imperat, quas poss..t, adeat ciuitates horteturque, vt Populi Romani fidem sequantur; seque celeriter eo venturum nunciet. Volusenus, perspectis regionibus, quantum ei facultatis dari potuit, qui naui egredi ac se barbaris committere non auderet, quinto die ad Caesarem reuertitur; quaeque ibi perspexisset, renunciat.

22. Dum in his locis Caesar nauium parandarum caussa moratur, ex magna parte Morinorum ad eum legati venerunt, qui se de superioris temporis consilio excusarent, quod homines barbari et nostrae consuetudinis inperiti bellum Populo Romano fecissent, seque ea, quae imperasset, facturos pollicerentur,

Celsus etiam p. 72. *per se ipsum explorasse Caesarem* testatur testatur, Suetonii loco motus. Notum, Imperatori tribui, quae per Legatos patrat.

breuissimus in Br. v. not. ad c. 23.

ad Ven. bell. fecerat. Cf. 3, 9. *M.* al. *effecerat.*

obsides dare, praesens pro futuro, vt 2, 32. 7, 14. Sic et Plautus Men. 3, 1, 103.

eos domum remittit. al. *remisit.* Pronomen *eos* induci heic iubet Oud. ad Suet. Iul. c. 7.

Commium. In thesauro Brandenburg. Vol. 1. p. 305 exstat nummus, in cuius vna facie circa equum *Commios*, in altera capiti galeato *Garman* adscriptum est: quem Begerus ad hunc Commium Atrebatem refert. *Cell.* De altero verbo *Garman* Begerus dubitanter scripsit, an fortasse sit idem, quod *Germanus*; sed hoc foret vberioris disputationis, quam pro meo consilio. Mascouius in historia Germanorum T. 1. p. 37 non inprobat hanc numi huius explicationem de Commio. *M.* Dio habet *Κόμμιος*. De numo v. Eckhel D. N. V. t. 1. p. 77.

magni hab. Vulg. *magna. M.*

vt Pop. Rom. hoc *vt* in quibusdam codd. deest.

perspectis regionibus. addunt

Hoc sibi satis obportune Caesar accidisse arbitratus, quod neque post tergum hostem relinquere volebat, neque belli gerendi propter anni tempus facultatem habebat, neque has tantularum rerum occupationes sibi Britanniae anteponandas iudicabat, magnum his obsidum numerum imperat. Quibus adductis, eos in fidem recepit. Nauibus circiter LXXX onerariis coactis contractisque, quot satis esse ad duas transportandas legiones existimabat, quidquid praeterea nauium longarum habebat, Quaestori, Legatis Praefectisque distribuit. Huc accedebant XVIII onerariae naues, quae ex eo loco ab milibus passuum VIII vento tenebantur, quo minus in eumdem portum peruenire possent. Has equitibus distribuit; reliquum exercitum Q. Titurio Sabino et L. Aurunculeio Cottae, Legatis, in Menapios atque in eos pagos Mori-

quidam *omnibus.* Rectius abest, nec habet Graecus.

sibi Brit. antep. Id *sibi* in aliis deest.

LXXX oner. alii *DCCCLXXX.* manifesto librariorum vitio. Orosius 6, 8. cum vulgato consentit.

coactis. Hoc pertinet ad vniversam summam nauium, quas collegerat. Gr. metaphr. *συναλίζειν. M.*

contractis. Hoc pertinet ad eas, quas ex vniuersa summa delectas congregarat, vna proficisci iusserat, vt duas legiones transportarent. Gr. metaphr. *ἐκλέγεσθαι. M.*

ab mil. pass. VIII. Sic boni codd. In aliis deest praepositio.

deducendum. al. *ducendum.*

P. Sulp. Rufum. Huc trahit Vossius numum Caesaris, qui in auersa habet nauem cum epigraphe *ΠΟΤΒ. ΣΟΤΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΤΦ.*

tertia f. vig. soluit, ex portu Itio s. Iccio, cf. 5, 2, vt Strabo adnotauit 4, p. 199. quem de priore Caesaris traiectu in Britanniam loqui, (nam non ita multo post rursus eo contendit: vid. 5, 2) ex tempore et hora in notitia orbis ant. T. 1. p. 301. probauimus. *Cellar.* Exstat dissertatio Io. Georg. Eccardi de portu Iccio, inserta Miscellaneis Lipsiens. T. 8. p. 255, vnde idem ille vir doctus in libro de origine Germanorum sect. 93. p. 209. edit. Gotting. quaedam repetiit. Sententias autem virorum doctorum varias collegit, praeter Cellarium, Fabricius in bibl. lat. lib. 1. cap. 10. sect. 2. vbi de Caesare agitur. Collegit etiam Ritterus in historia Gallorum p. 97. Attigit Wesselingius ad Antonini itineraria p. 363. *M. Soluit.* Sic et 5, 23. alibi plene *naues soluit.* v. mox c. 36. C. 1, 28. 3, 6. 14. 26. De portu Iccio v. D'Anville in Not. de la Gaule p. 3-9. et in Mém. de l'Acad. d. Inscr. t. 28. a. 1757. vbi post alios demonstrat, intelligendum

norum, ab quibus ad eum legati non venerant, deducendum dedit. P. Sulpitium Rufum, Legatum, cum eo praesidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere iussit.

23. His constitutis rebus, nactus idoneam ad nauigandum tempestatem, tertia fere vigilia soluit equitesque in vlteriorem portum progredi et naues conscendere et se sequi iussit: a quibus quum id paullo tardius esset administratum, ipse hora diei circiter quarta cum primis nauibus Britanniam adtigit atque ibi in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit. Cuius loci haec erat natura: adeo montibus angustis mare continebatur, vti ex locis superioribus in litus telum adiici posset. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquae naues eo conuenirent, ad horam nonam in

Witsand. Chiffletius Mardicum, Gibson Bononiam, olim Gessoriacum, Valesius et Eccardus Stapulas, olim Vicum vel Quentouicum, intelligebant, Ortelius et Clarkius Calesium, Malbranq S. Audomari fanum.

in vlteriorem portum. Hic paulo post c. 28 *superior* vocatur, in ortum et ad dextram ab Itio recedens: cui opponitur *inferior*, ab Itio recedens in occasum, c. 36. Cf. c. 28. vbi *superior portus* memoratur, et *inferior pars insulae, quae est propius solis occasum.* Sic ergo plagae discernuntur in hoc litore. *Cellarius.*

quum id paullo tardius. Hoc *id* reuocauit Clarke vulgo omissum.

hora quarta. Est circiter decima antemeridiana. Cf. 1, 26. *M.*

copias armatas. al. *turmas.* e glossa.

adeo — continebatur. His verbis explicat, quae fuerit natura loci, et potest ante *adeo* intelligi *scilicet.* Hanc explicationem, abrupte positam, voluerunt arctius nectere cum superioribus, et addiderunt *atque.* Inde *adeo* obliteratum et ex eo factum est vel *atque ita*, vel *atque ibi*, quae singula in codd. et edd. reperiuntur. Ergo recte Oudendorp. reuocauit id, quod in textu est. *M.*

montibus angustis. Quinam sint h. l. montes angusti, iis explicandum relinquo, qui loca, quae Caesar hic describit, viderunt. Iidem definient, quid h. l. sit *continere.* Iulius Celsus eamdem rem his verbis expressit: *praeruptae rupes, pelago impendentes:* quibuscum Ciceronis locus ad Attic. 4, 16, iam a Glandorpio comparatus, conuenit: *constat, aditus Britanniae esse munitos mirificis molibus. M.*

telum adiici. al. *adici*, antique. vnde quidam *adigi.*

ad horam nonam. Est tertia pomeridiana. *M.*

ancoris exſpectauit. Interim Legatis Tribunisque militum conuocatis, et quae ex Voluſeno cognoſſet, et quae fieri vellet, oſtendit monuitque, (vt rei militaris ratio, maxime vt maritumae res poſtularent, vt quae celerem atque inſtabilem motum haberent), ad nutum et ad tempus omnes res ab iis adminiſtrarentur. His dimiſſis et ventum et aeſtum vno tempore nactus ſecundum, dato ſigno et ſublatis ancoris, circiter milia paſſuum VII ab eo loco progreſſus, aperto ac plano litore naues conſtituit.

24. At barbari, conſilio Romanorum cognito, praemiſſo equitatu et eſſedariis, quo plerumque genere in proeliis vti conſuerunt, reliquis copiis ſubſecuti, noſtros nauibus egredi prohibebant. Erat ob has cauſſas ſumma difficultas, quod naues propter magnitudinem, niſi in alto, conſtitui non poterant; militibus autem ignotis locis, inpeditis manibus, magno et graui armorum onere oppreſſis, ſimul et de nauibus deſiliendum et in fluctibus conſiſtendum et cum hoſtibus erat pugnandum; quum illi aut ex arido, aut paullulum in aquam progreſſi, omnibus membris expediti, notiſſimis locis audacter tela conii cerent et equos inſuefactos incitarent. Quibus rebus noſtri perterriti, atque huius omnino generis pugnae inperiti, non eadem alacritate ac ſtudio, quo in pedeſtribus vti proeliis conſueuerant, nitebantur.

25. Quod vbi Caeſar animum aduertit, naues lon-

monuit, (vt) *omnes res adminiſtrarentur*, *vt* (vti) *ratio rei militaris et res marit. poſtularent*, *vt* (quippe) *quae — haberent*. *M.* Sic non opus eſt emendatione Hotomanni et Ciacconii.

celerem atque inſtab. mot. habere, facillime mutari, valde mutabilem eſſe. *M.* Pro *vt quae* alii *vt quam*.

milia paſſ. VII. In metaphraſi eſt *σταδίων*, vbi Dauiſius egregie legendum monet *σταδίων ν'* ſiue 50, qui numerus prope ad alterum accedit. In edd. priſcis legitur *centum*. alii habent VIII.

aperto ac plano litore. D'Anville oſtendit p. c. eſſe portum *Lemanis*, hodie *Hyth*.

eſſedariis, qui ex eſſedis (curribus bellicis) pugnant. Vid. omnino c. 33. *M.*

onere oppreſſis. al. *preſſis*.

gas, quarum et species erat barbaris insiitatior et motus ad vsum expeditior, paullum remoueri ab onerariis nauibus et remis incitari et ad latus apertum hostium constitui, atque inde fundis, sagittis, tormentis, hostes propelli ac submoueri iussit: quae res magno vsui nostris fuit. Nam et nauium figura et remorum motu et inusitato genere tormentorum permoti barbari constiterunt, ac paullum modo pedem retulerunt. Atque nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris, qui decimae legionis aquilam ferebat, contestatus Deos, vt ea res legionis feliciter eueniret: *Desilite, inquit, commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere: ego certe meum reipublicae atque imperatori officium praestitero.* Hoc quum magna voce dixisset, ex naui se proiecit atque in hostes aquilam ferre coepit. Tum nostri, cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, vniuersi ex naui desiluerunt: hos item alii ex proximis nauibus quum conspexissent, subsecuti hostibus adpropinquarunt.

26. Pugnatum est ab vtrisque acriter; nostri tamen, quod neque ordines seruare, neque firmiter insistere, neque signa subsequi poterant, atque alius alia ex naui, quibuscumque signis occurrerat, se adgregabat, magno opere perturbabantur. Hostes vero, notis omnibus vadis, vbi ex litore aliquos singulares ex naui egredientes conspexerant, incitatis equis in-

de nauibus — in fluctibus. Praepositiones restituit Oud. e codd.

insuefactos, adsuetos: vt *insueuisse* dicitur, qui est adsuefactus rei. In Gr. metaphr. est, *εἰθισμένους*. *M.*

non — nitebantur Τὸ *omnes*, quod vulgo additur, in plurimis codd. et edd. vet. deest.

nitebantur. Sic cod. Oxon. eleganter. Vulgo *vtebantur.*

Atque nostris mil. al. *At.*

commilitones. vulgo *milites.*

ex proximis nauibus. al. *ex proximis primis nau.* quod Oud. codices sequens inuitus recepit, vel *ex primis proximis.* pleonasmus mihi videtur.

Pugnatum est etc. Praeclare tum se gessit M. Caesius Scaeva, laudatus eo nomine Val. Maximo 3, 2, 23. et Celso p. 75.

peditos adoriebantur: plures paucos circumsistebant: alii ab latere aperto in vniuersos tela coniiciebant. Quod quum animum aduertisset Caesar, scaphas longarum nauium, item speculatoria nauigia militibus compleri iussit et, quos laborantes conspexerat, iis subsidia submittebat. Nostri, simul in arido constiterunt, suis omnibus consecutis, in hostes inpetum fecerunt atque eos in fugam dederunt neque longius prosequi potuerunt, quod equites cursum tenere atque insulam capere non potuerant. Hoc vnum ad pristinam fortunam Caesari defuit.

27. Hostes proelio superati, simul atque se ex fuga receperunt, statim ad Caesarem legatos de pace miserunt: obsides daturos, quaeque imperasset sese facturos, polliciti sunt. Vna cum his legatis Commius Atrebas venit, quem supra demonstraueram a Caesare in Britanniam praemissum. Hunc illi e naui egressum, quum ad eos oratoris modo imperatoris mandata perferret, comprehenderant atque in vincula coniecerant: tum, proelio facto, remiserunt et in petenda pace eius rei culpam in multitudinem contulerunt et, propter inprudentiam vt ignosceretur, petiuerunt. Caesar questus, quod, quum vltro in continentem legatis missis pacem ab se petissent, bellum sine caussa intulissent, ignoscere inprudentiae dixit obsidesque imperauit: quorum illi partem statim dederunt, partem, ex longinquioribus locis arcessi-

in vniuersos. male Ciaccon. *in auersos.* quod turpe fuisset. Gr. εἰς σύμπαντας.

simul in arido. Sic codd. et edd. vet. alii *simul atque*, vt mox.

equites cursum tenere non pot. i. e. equites, quos Caesar iusserat se sequi c. 23, tempestate fuerant deiecti, alio delati, vt sequi non possent. c. 28. Nam nauigantes *cursum tenent*, cum secundo vento prouehuntur, et, quo tendunt, veniunt. In Gr. metaphr. est εὐθυδρομεῖν. *M.*

legatos de pace. Ex Morinis: v. Dio 39, 51.

esse facturos. Pronomen deest in codd.

supra. Cf. c. 21. Vulgo *demonstrauimus.* *M.*

quum ad eos — perferret. Haud dubie reuocanda est lectio metaphraseos Graecae et codicum omnino omnium, praeter vnum: est autem haec:

tam, paucis diebus ſeſe daturos dixerunt. Interea ſuos remigrare in agros iuſſerunt principesque vndique conuenere et ſe ciuitatesque ſuas Caeſari commendare coeperunt.

28. His rebus pace confirmata, poſt diem IIII, quam eſt in Britanniam ventum, naues XVIII, de quibus ſupra demonſtratum eſt, quae equites ſuſtulerant, ex ſuperiore portu leni vento ſoluerunt. Quae quum adpropinquarent Britanniae et ex caſtris viderentur, tanta tempeſtas ſubito coorta eſt, vt nulla earum curſum tenere poſſet, ſed aliae eodem, vnde erant profectae, referrentur; aliae ad inferiorem partem inſulae, quae eſt propius ſolis occaſum, magno ſui cum periculo deiicerentur: quae tamen, ancoris iactis quum fluctibus complerentur, neceſſario aduerſa nocte in altum prouectae continentem petierunt.

29. Eadem nocte accidit, vt eſſet luna plena, qui dies maritumos aeſtus maximos in Oceano efficere conſueuit: noſtrisque id erat incognitum. Ita vno tempore et longas naues, quibus Caeſar exercitum transportandum curauerat, quasque in aridum ſubduxerat, aeſtus complebat; et onerarias, quae ad ancoras erant deligatae, tempeſtas adflictabat; neque vlla noſtris facultas aut adminiſtrandi, aut auxiliandi, dabatur. Compluribus nauibus fractis, reliquae quum eſſent, funibus, ancoris reliquisque armamentis amiſſis, ad nauigandum inutiles, magna, id quod neceſſe erat

quum ad eos oratoris modo (nomine et iure legati, quaſi legatus eſſet) *Caeſaris mandata perferret.* In hoc enim eſt iniuria, quod *legatum* comprehenderunt. Iudicauit etiam Oudend. non temere videri damnandam hanc lectionem. *M.* Imo vero reſtituendam iudico. Alii *deferret.*

contulerunt. alii *coniecerunt.*

vltro legatis miſſis. Cf. c. 21. *Continens* eſt Gallia. *M.*

conuenere. Potius, *conuenire.* *M.*

pace confirmata. alii *firmata.*

ſupra. vid. c. 23. De *ſuſtulerunt* v. Ind. in *tollere.* *M.*

deiicerentur. fruſtra Ciacconius *reiicerentur.*

qui dies. Recentiores *quae dies.* Tum quidam omittunt *dies*, vt *quae* referatur ad *lunam.*

complebat. alii *compleuerat.*

accidere, totius exercitus perturbatio facta est: neque enim naues erant aliae, quibus reportari possent; et omnia deerant, quae ad reficiendas eas vsui sunt et, quod omnibus constabat, hiemari in Gallia oportere, frumentum his in locis in hiemem prouisum non erat.

30. Quibus rebus cognitis, principes Britanniae, qui post proelium factum ad ea, quae iusserat Caesar, facienda conuenerant, inter se conlocuti, quum equites et naues et frumentum Romanis deesse intellegerent et paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerent, quae hoc erant etiam angustiora, quod sine inpedimentis Caesar legiones transportauerat, optimum factu esse duxerunt, rebellione facta, frumento commeatuque nostros prohibere et rem in hiemem producere, quod, iis superatis, aut reditu interclusis, neminem postea belli inferendi caussa in Britanniam transiturum confidebant.

31. Itaque, rursus coniuratione facta, paullatim ex castris discedere ac suos clam ex agris deducere coeperunt. At Caesar, etsi nondum eorum consilia cognouerat, tamen et ex euentu nauium suarum et ex eo, quod obsides dare intermiserant, fore id, quod accidit, suspicabatur. Itaque ad omnes casus subsidia comparabat: nam et frumentum ex agris quotidie in castra conferebat et, quae grauissime adflictae erant naues, earum materia atque aere ad reliquas reficiendas vtebatur et, quae ad eas res erant vsui, ex

hiemare. Rectius, *hiemari.* *M.* Probat et Oud. ex codd. Celsus, *hibernari.* Simili modo noster c. 31. *nauigari.* 6, 85. *contendi.*

post proelium factum. Sic boni codd.

ad ea, quae iuss. C., facienda. Haec adiecit Oud. e codd. Legebatur prius *ad Caesarem* *conuenerant.* Iam Manutius rectiora dederat. Habet et Graecus.

optimum factu. al. *factum.*

aut reditu. Hotom. *aditu,* male.

ex euentu n. s. Sic C. 2, 5. *fortunarum euentum.*

aere. v. Ind. in *aes*, vbi naves aeratae describuntur. *M.*

continenti comportari iubebat. Itaque, quum id summo studio a militibus administraretur, duodecim navibus amissis, reliquis vt nauigari commode posset, effecit.

32. Dum ea geruntur, legione ex consuetudine vna frumentatum missa, quae adpellabatur septima, neque vlla ad id tempus belli suspicione interposita, quum pars hominum in agris remaneret, pars etiam in castra ventitaret, ii, qui pro portis castrorum in statione erant, Caesari renunciarunt, puluerem maiorem, quam consuetudo ferret, in ea parte videri, quam in partem legio iter fecisset. Caesar id, quod erat, suspicatus, aliquid noui a barbaris initum consilii, cohortes, quae in stationibus erant, secum in eam partem proficisci, duas ex reliquis in stationem succedere, reliquas armari et confestim sese subsequi iussit. Quum paullo longius a castris processisset, suos ab hostibus premi atque aegre sustinere et conferta legione ex omnibus partibus tela coniici, animum aduertit. Nam quod, omni ex reliquis partibus demesso frumento, pars vna erat reliqua, suspicati hostes, huc nostros esse venturos, noctu in siluis delituerant: tum dispersos, depositis armis, in metendo occupatos, subito adorti, paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus perturbauerant: simul equitatu atque essedis circumdederant.

33. *Genus hoc est ex essedis pugnae: primo per omnes partes perequitant et tela coniiciunt atque*

pars hominum. Britannorum scil. vt Graecus diserte.

in agris. Principes Britannorum iusserant suos in agros remigrare c. 27, et clam ex agris deducere coeperant c. 30. Hinc intelligetur, quid hoc sit, Britannorum partem in agris remansisse. *M.*

duas ex reliquis. Scaliger sustulit *ex reliquis*, inuitis codd.

et conferta legione. I. C. H. emendat *et illos in confertam legionem.*

paucis interfectis. Contra v. Dionem 39, 52.

ex essedis. Esseda in Belgio inuenta tradit Seruius ad Virg. G. 3, 204, Iornandes de rebus Geticis c. 2. Britannicam vocem dicit.

ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant et, quum se inter equitum turmas insinuauerint, ex essedis desiliunt et pedibus proeliantur. Aurigae interim paullatim ex proelio excedunt atque ita currus conlocant, vt, si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum, in proeliis praestant ac tantum vsu quotidiano et exercitatione efficiunt, vti in decliui ac praecipiti loco incitatos equos sustinere et breui moderari ac flectere et per temonem percurrere et in iugo insistere et inde se in currus citissime recipere consuerint.

34. Quibus rebus, perturbatis nostris nouitate pugnae, tempore obportunissimo Caesar auxilium tulit: namque eius aduentu hostes constiterunt, nostri se ex timore receperunt. Quo facto, ad lacessendum et ad committendum proelium alienum esse tempus arbitratus, suo se loco continuit et, breui tempore intermisso, in castra legiones reduxit. Dum haec geruntur, nostris omnibus occupatis, qui erant in agris reliqui, discesserunt. Secutae sunt continuos complures dies tempestates, quae et nostros in castris continerent et hostem a pugna prohiberent. Interim barbari nuncios in omnes partes dimiserunt paucitatemque nostrorum militum suis praedicauerunt et, quanta praedae faciendae atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur, si Romanos castris expulis-

paullatim. Sic codd. et edit. vet. Vulgo *paullum.*

curru se. Pro his leg. *currus* e codd. et metaphr. Gr. Ipsa res, etiam sine codicibus, declarat. *M.* Restitui. Oud. malebat *curru se conlocant.* Vulgo *ita se conlocant.*

praestant et efficiunt, vt sint mobiles (variis in locis pugnent, vagentur) et stabiles (vno in loco pugnent). *M.*

ad lacessendum. Recentiores addidere *hostem* contra codd. optimos et edd. vet. Sed eo non opus. Cf. Liu. 35, 7. Virg. 5, 429. Lucan. 4, 720. 3, 553. vbi vid. Oud.

qui erant in agris reliqui. Sunt ii Britanni, de quibus c. 32. dixerat. *M.*

ſent, demonſtrauerunt. His rebus celeriter magna multitudine peditatus equitatusque coacta, ad caſtra venerunt.

35. Caeſar, etſi idem, quod ſuperioribus diebus acciderat, fore videbat, vt, ſi eſſent hoſtes pulſi, celeritate periculum effugerent; tamen nactus equites circiter triginta, quos Commius Atrebas, de quo ante dictum eſt, ſecum transportauerat, legiones in acie pro caſtris conſtituit. Commiſſo proelio, diutius noſtrorum militum impetum hoſtes ferre non potuerunt ac terga verterunt. Quos tanto ſpatio ſecuti, quantum curſu et viribus efficere potuerunt, complures ex iis occiderunt; deinde, omnibus longe lateque adflictis incenſisque, ſe in caſtra receperunt.

36. Eodem die legati, ab hoſtibus miſſi, ad Caeſarem de pace, venerunt. His Caeſar numerum obſidum, quem antea imperauerat, duplicauit eosque in continentem adduci iuſſit, quod, propinqua die aequinoctii, infirmis nauibus, hiemi nauigationem ſubiiciendam non exiſtimabat. Ipſe, idoneam tempeſtatem nactus, paullo poſt mediam noctem naues ſoluit, quae omnes incolumes ad continentem peruenerunt; ſed ex his onerariae duae eosdem, quos reliquae, portus capere non potuerunt et paullo infra delatae ſunt.

37. Quibus ex nauibus quum eſſent expoſiti milites circiter CCC, atque in caſtra contenderent, Morini, quos Caeſar, in Britanniam proficiſcens, paca-

circ. triginta. Mirum hoc, nec ſine exemplo. Cf. b. Afr. c. 6. Hotomannus ergo non audiendus, qui ex ingenio *CCC* ponebat. Graecus habet *τριάκοντα*.

dictum eſt. vid. cap. 21 et 27. *M.*

adfl. inc. Pro his vulgo legebatur *aedificiis incenſis*, vt et plures MSS. atque Gr. metaphr. exhibent: ſed iam Cellarius monuit, Gronouium Obſeru. 4, 8. e cod. Andino reſtituiſſe, *adflictis incenſisque*, quod ipſum Oudend. in Oxon. MS. occurrere dixit. *M.* Rectiora dat I. C. H. qui ſic legit: *hominibus longe lateque adflictis incenſisque aedificiis.* fere vt 5, 19.

hiemi nau. ſubiiciendam. alii *hiemis nau. ſubeundam.*

ſed ex his etc. Particulam

tos reliquerat, spe praedae adducti, primo non ita magno suorum numero circumsteterunt ac, si sese interfici nollent, arma ponere iusserunt. Quum illi orbe facto sese defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter milia VI conuenerunt. Qua re nunciata, Caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit. Interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt atque amplius horis quatuor fortissime pugnauerunt et, paucis vulneribus acceptis, complures ex iis occiderunt. Postea vero quam equitatus noster in conspectum venit, hostes abiectis armis terga verterunt magnusque eorum numerus est occisus.

38. Caesar postero die T. Labienum Legatum cum iis legionibus, quas ex Britannia reduxerat, in Morinos, qui rebellionem fecerant, misit. Qui quum propter siccitates paludum, quo se reciperent, non haberent, quo perfugio superiore anno fuerant vsi, omnes fere in potestatem Labieni venerunt. At Q. Titurius et L. Cotta, Legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis, aedificiis incensis, quod Menapii se omnes in densissimas siluas abdiderant, se ad Caesarem receperunt. Caesar in Belgis omnium legionum hiberna constituit. Eo duae omnino ciuitates ex Britannia obsides miserunt, reliquae neglexerunt. His rebus gestis, ex literis Caesaris dierum XX supplicatio a Senatu decreta est.

aduersatiuam Aldus et sequaces post *potuerunt* locauere.

orbe facto. Cf. 5, 33. et Sallust. Iug. 97.

amplius horis. alii *horas*, subaudito *quam*. vt 5, 53.

quo perf. — venerunt. Adeo multiplex est in codd. lectio huius loci, vt Oudendorpius fateatur, sibi de ea non liquere. Quae hic in textu sunt, ea habet metaphrasis Graeca. *M.* Vox *perfugio*, item verba *omnes fere* in codd. et edd. vet. desunt.

duxerant. vid. c. 22. *M.*

Eo (in Belgas) *obsides miserunt* Cum ergo Caesar c. 36. obsides in continentem mitti iusserit, ex nostro loco discimus, continentem indicare Galliam. Cf. c. 27. *M.*

supplicat. decret. cf. Suet. c. 24.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARII DE BELLO GALLICO

LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM

I. Expeditio secunda Caesaris in Britanniam.

Cap. 1. *Adparatus nauium. iter Caesaris in Illyricum. Pacatio Pirustarum.* 2—8. *Aduentus Caesaris in Gallia. contentiones Treuirorum compositae. Dumnorix interfectus. iter in Britanniam.* 9. *Britanni fugati.* 10. 11. *Classis Caesaris tempestate adflicta et reparata.* 12—14. *Britanniae et incolarum descriptio.* 15—22. *Cassiuellaunus Britannorum dux post varios casus subactus. transitus Caesaris per Tamesin. Trinobantium et complurium ciuitatum deditio.* 23. *Reditus Caesaris in Galliam.*

II. Bellum Ambiorigis.

Cap. 24. 25. *Exercitus Romanus propter frumenti inopiam latius distributus. Tasgetius interfectus.* 26—37. *Ambiorigis et Catiuolci defectio. castra Q. Titurii Sabini Legati obpugnata. Romanorum calamitas, relictis castris.* 38—43. *Hiberna Q. Ciceronis ab Eburonibus, adiunctis Neruiis, obpugnata. constantia Q. Ciceronis.* 44. *Egregia virtus T. Pulfionis et L. Vareni.* 45—52. *Obsidio aduentu Caesaris soluta. Belgae victi.* 53. 54. *Receptus Indutiomari in Treuiros, omissa obpugnatione T. Labieni. hiberna Caesaris. motus in omni fere Gallia, in primis in Senonibus.*

III. Motus Treuirorum compressi.

Cap. 55. 56. *Motus in Treuiris. Germanorum sollicitatio. Cingetorix hostis iudicatus.* 57. *Munita castra Labieni.* 58. *interfectus Indutiomarus. Gallia quietior.*

Lucio Domitio, Appio Claudio, coss. discedens ab hibernis Caesar in Italiam, vt quotannis facere

L. Dom. Ap. Cl. Coss. Est annus P. V. C. 700. *M.*

Italiam, i. e. Galliam prouinciam f. citeriorem. *M.*

consuerat, Legatis imperat, quos legionibus praefecerat, vti, quamplurimas possent, hieme naues aedificandas veteresque reficiendas curarent. Earum modum formamque demonstrat. Ad celeritatem onerandi subductionesque paullo facit humiliores, quam quibus in nostro mari vti consueuimus; atque id eo magis, quod propter crebras commutationes aestuum minus magnos ibi fluctus fieri cognouerat: ad onera, et ad multitudinem iumentorum transportandam paullo latiores, quam quibus in reliquis vtimur maribus. Has omnes actuarias imperat fieri, quam ad rem multum humilitas adiuuat. Ea, quae sunt vsui ad armandas naues, ex Hispania adportari iubet. Ipse, conuentibus Galliae citerioris peractis, in Illyricum proficiscitur, quod a Pirustis finitumam partem Prouinciae incursionibus vastari audiebat. Eo quum venisset, ciuitatibus milites imperat certumque in locum conuenire iubet. Qua re nunciata, Pirustae legatos ad eum mittunt, qui doceant, nihil earum rerum publico factum consilio, seseque paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. Accepta oratione eorum, Caesar obsides imperat, eosque ad certam diem adduci iubet: nisi ita fecerint, sese bello ciuitatem persecuturum demonstrat. His ad diem adductis, vt imperauerat, arbitros inter ci-

consuerat. al. *instituerat*, vt 6, 44.

subductiones. Non spreuerim lectionem aliam, *subductionisque*, a Ciacconio indicatam. *M.* *Subductiones* sunt tractiones e mari in terram. Cf. c. 11.

in nostro mari, i. e. mediterraneo. Vid. Mela 1, 1. *M.* et 2, 1. Praepositionem *in* addunt codd. et edd. vet.

in rel. vtimur maribus. alii *in alio mari vti adsueuerant.* sed alteram lectionem dant boni codd. et edd. vet. firmat. Priscianus l. 7. p. 770.

actuarias. Quae velis simul et remis agebantur. Isid. Hisp. 19, 1. et Scheffer de mil. nau. 2, 2. p. 81.

ex Hispania. Mirificum prouentum sparti in Hispania esse, docebunt Strabo 3. p. 160. Plin. H. N. 19, 2 (7). *Dauis.*

in Illyricum. Nempe Caesar acceperat prouinciam Galliam Cisalpinam, Illyrico adiecto: v. Sueton. Iul. c. 22. Pirustas esse Illyrici gentem, versus Macedoniam habitantem, docet Ptolemaeus 2, 17. *M.* et *Πιρουσαι*

vitates dat, qui litem aestiment poenamque constituant.

2. His confectis rebus conuentibusque peractis, in citeriorem Galliam reuertitur atque inde ad exercitum proficiscitur. Eo quum venisset, circuitis omnibus hibernis, singulari militum studio, in summa omnium rerum inopia, circiter DC eius generis, cuius supra demonstrauimus, naues et longas XXVIII inuenit instructas, neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possent. Conlaudatis militibus atque iis, qui negotio praefuerant, quid fieri velit, ostendit atque omnis ad portum Itium conuenire iubet, quo ex portu commodissimum in Britanniam transmissum esse cognouerat, circiter milium passuum XXX a continenti. Huic rei quod satis esse visum est militum, reliquit; ipse cum legionibus expeditis IIII et equitibus DCCC in finis Treuirorum proficiscitur, quod hi neque ad concilia veniebant, neque imperio parebant, Germanosque transrhenanos sollicitare dicebantur.

3. Haec ciuitas longe plurimum totius Galliae equitatu valet magnasque habet copias peditum, Rhenumque, vt supra demonstrauimus, tangit. In ea ciuitate duo de principatu inter se contendebant, Indutiomarus et Cingetorix: ex quibus alter, simul at-

vocat. Strabo l. 7. p. 314. *Πευ-κίνους* et ad Pannoniam refert.

doceant — demonstrant. Consueta nostro modi, vt temporis, variatio, vt mox c. 2. *reliquit — proficiscitur.* c. 11. *delegit — iubet.*

accepta oratione. Al. *percepta.* Vrsinus e vet. cod. *ratione*, quod placet Hadr. Valesio in Vales. p. 178.

instructas. Propium in hac re nomen. Cf. c. 5. et C. 3, 100.

abesse ab eo. Sic Cic. Tusc. 1, 31.

portum Itium. Cf. 4, 23. *M.*

transiectum esse cognouerat. Hoc verbum *transiectum* esse glossema verbi *transmissum*, quod mox sequitur, post Faernum Hotomannus monuit. *M.* Bene. deleui. Si seruare velis, legendum esset cum Oud. *transmissuris.* Vossii codex habet *transmissurus.* Vox *transmissus* occurrit et c. 13.

c. m. passuum XXX. Al. *XL.* Cf. Cannegieter de Brittenburgo p. 70.

Indutiomarus. Numum eius ipse possideo. Antica offert ca-

que de Caesaris legionumque aduentu cognitum est, ad eum venit; se suosque omnes in officio futuros neque ab amicitia Populi Romani defecturos confirmauit; quaeque in Treuiris gererentur, ostendit. At Indutiomarus equitatum peditatumque cogere, iisque, qui per aetatem in armis esse non poterant, in siluam Arduennam abditis, quae ingenti magnitudine per medios fines Treuirorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet, bellum parare instituit. Sed postea quam nonnulli Principes ex ea ciuitate, et familiaritate Cingetorigis adducti et aduentu nostri exercitus perterriti, ad Caesarem venerunt et de suis priuatim rebus ab eo petere coeperunt, quoniam ciuitati consulere non possent: Indutiomarus veritus, ne ab omnibus desereretur, legatos ad Caesarem mittit; sese idcirco ab suis discedere atque ad eum venire noluisse, quo facilius ciuitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis discessu plebs propter inprudentiam laberetur. Itaque esse ciuitatem in sua potestate, seque, si Caesar permitteret, ad eum in castra venturum et suas ciuitatisque fortunas eius fidei permissurum.

4. Caesar, etsi intellegebat, qua de caussa ea dicerentur, quaeque eum res ab instituto consilio deterreret, tamen, ne aestatem in Treuiris consumere cogeretur, omnibus ad Britannicum bellum rebus

put iuuenile, postica GERMANVS INDVTI IIII, bos gradiens. Patet hinc, nomen per *t* scribendum, Graecus male per *x*, vt et edd. vet. Germanica et hic gloriatur origine, vt Commios 4, 21. Quid sibi velint lineolae quatuor adiectae nomini, incertum. V. Begeri thes. Brandenb. t. 1. p. 309. Eckhel. D. N. V. t. 1. p. 78.

Cingetorix. Egregie ex prisca lingua Celtica hoc nomen dignitatis exponitur ab O-Brien in opere cit. ad 1, 16. *Cin-go-toir*, caput ad expeditionem, *le chef de l'expédition.* Infra 7, 4. praefigitur *Ver*, i. e. *Fear* siue *vir*, qui caput est expeditionis.

siluam Arduennam. vid. 6, 29. *M.* Et ibi notata.

familiaritate. al. *auctoritate.*

Indutiomarus. Huc hoc nomen transtulit Oudend. positum vulgo post *desereretur.*

permissurum. Al. *commissurum.* Discrimen inter haec duo verba patet ex Cic. Verr. 1, 52.

filio. Al. *filiis.*

comparatis, Indutiomarum ad se eum ducentis obsidibus venire iussit. His adductis, in iis filio propinquisque eius omnibus, quos nominatim euocauerat, consolatus Indutiomarum hortatusque est, vti in officio permaneret: nihilo tamen secius, principibus Treuirorum ad se conuocatis, hos singillatim Cingetorigi conciliauit: quod quum merito eius ab se fieri intellegebat, tum magni interesse arbitrabatur, eius auctoritatem inter suos quamplurimum valere, cuius tam egregiam in se voluntatem perspexisset. Id factum grauiter tulit Indutiomarus, suam gratiam inter suos minui, et, qui iam ante inimico in nos animo fuisset, multo grauius hoc dolore exarsit.

5. His rebus constitutis, Caesar ad portum Itium cum legionibus peruenit. Ibi cognoscit, XL naues, quae in Belgis factae erant, tempestate relectas, cursum tenere non potuisse atque eodem, vnde erant profectae, reuertisse: reliquas paratas ad nauigandum atque omnibus rebus instructas inuenit. Eodem totius Galliae equitatus conuenit, numero milium quatuor Principesque omnibus ex ciuitatibus: ex quibus perpaucos, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere, decreuerat; quod, quum ipse abesset, motum Galliae verebatur.

6. Erat vna cum ceteris Dumnorix Aeduus, de

Id factum. Vox *factum* in aliis deest.

XL naues. Al. *LX naues.*

in Belgis. Vulgo *in Meldis.* Iam antiquiores offensi sunt hac lectione, quoniam Meldae mediterranei fuerunt, apud quos classem aedificatam esse non credibile sit. Ergo vel *Belgis* cum codd. et edd. quibusdam legetur: vel duo populi fuerunt, qui eodem nomine Meldarum vsi sunt, alii ad Oceanum, (quamquam hoc e Strabonis loco 4, p. 194. non videtur certo sequi, vt Casaubonus monuit) alii in mediterraneis locis: vel omnino corruptum est hoc verbum. *M.* Male prouocatur ad Strabonem, vbi Lexouii dicuntur maritimi, non item Meldi. Rectius ergo e codd. restituendum *in Belgis.* Hausius tamen arbitratur, naues in Meldis constructas per Matronam in Sequanam, inde in Oceanum, deuectas. I. C. H. legendum suspicatur *in Mordis,* parum feliciter.

reuertisse. Sic codd. et edd. vet. Alii *relatas.*

quo ab nobis antea dictum est. Hunc secum habere in primis constituerat, quod eum cupidum rerum nouarum, cupidum imperii, magni animi, magnae inter Gallos auctoritatis, cognouerat. Accedebat huc, quod iam in concilio Aeduorum Dumnorix dixerat, sibi a Caesare Regnum ciuitatis deferri: quod dictum Aedui grauiter ferebant, neque recusandi aut deprecandi caussa legatos ad Caesarem mittere audebant. Id factum ex suis hospitibus Caesar cognouerat. Ille omnibus primo precibus petere contendit, vt in Gallia relinqueretur; partim, quod insuetus nauigandi mare timeret; partim, quod religionibus sese diceret inpediri. Postea quam id obstinate sibi negari vidit, omni spe inpetrandi ademta, Principes Galliae sollicitare, seuocare singulos hortarique coepit, vti in continenti remanerent; metu territare, non sine caussa fieri, vt Gallia omni nobilitate spoliaretur: id esse consilium Caesaris, vt, quos in conspectu Galliae interficere vereretur, hos omnes in Britanniam transductos necaret: fidem reliquis interponere, iusiurandum poscere, vt, quod esse ex vsu Galliae intellexissent, communi consilio administrarent. Haec a compluribus ad Caesarem deferebantur.

7. Qua re cognita, Caesar, quod tantum ciuitati Aeduae dignitatis tribuerat, coercendum atque deterrendum, quibuscumque rebus posset, Dumnorigem statuebat; quod longius eius amentiam progredi videbat, prospiciendum, ne quid sibi ac rei publicae nocere posset. Itaque dies circiter XXV in eo loco

dictum est. Cf. 1, 3. *M.*
secum habere. Alii *ducere.*
aut deprecandi. Al. *neque.* Cf. not. ad 3, 14.
religionibus. v. Ind. *M.* Aut votis soluendis et sacrificiis patrandis, aut omnibus et auspiciis, quod forsan rectius.
tribuerat. Cf. 1, 33. *M.*
in his locis. Alii *partibus.*
conscendere in naues. Al. *naues.*
At omn. inped. Al. *Atque.*
inpeditis, ita distractis apparando itinere, vt ne sentirent molitiones et fraudes Dumnorigis. *M.*
pro sano, vt sanum et sapientem. *M.* Sic Plaut. Men. 2, 2, 24. *pro sano.* ib. 5, 5, 28.

commoratus, quod corus ventus nauigationem inpediebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consueuit, dabat operam, vt in officio Dumnorigem contineret, nihilo tamen secius omnia eius consilia cognosceret: tandem, idoneam nactus tempestatem, milites equitesque conscendere in naves iubet. At, omnium inpeditis animis, Dumnorix cum equitibus Aeduorum a castris, insciente Caesare, domum discedere coepit. Qua re nunciata, Caesar, intermissa profectione atque omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit retrahique imperat: si vim faciat neque pareat, interfici iubet: nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus, qui praesentis imperium neglexisset. Ille enim reuocatus resistere ac se manu defendere suorumque fidem implorare coepit, saepe clamitans, *liberum se liberaeque ciuitatis esse.* Illi, vt erat imperatum, circumsistunt atque hominem interficiunt; at Aedui equites ad Caesarem omnes reuertuntur.

8. His rebus gestis, Labieno in continente cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, vt portus tueretur et rem frumentariam prouideret, quaeque in Gallia gererentur, cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse cum quinque legionibus et pari numero equitum, quem in continenti relinquebat, solis occasu naues soluit et, leni Africo prouectus, media circiter nocte vento intermisso, cursum non tenuit et, longius delatus aestu, orta luce, sub sinistra Britanniam relictam conspexit.

pro insano. Liu. 39, 49. *non pro vano modo, sed vix pro sano.* Sic et infra C. 3, 109. *pro communi amico atque arbitro.*

enim, enim vero. v. Gronou. ad Liu. 34, 32. *M.* Cf. C. 1, 81.

rem frumentariam. Al. *rei frumentariae.*

relinquebat, *solis occasu.* Hanc lectionem Gron. (Obs. 4, 4) et Oud. in codd. repererunt: altera est, *reliquerat*, *ad solis occasum*; vtraque bene habet, nec vllo modo definiri hic potest, quae verba Caesar scripserit. *M.* Tò *solis occasu* habet et apud Liu. 9, 32. et passim.

prouectus. Alii *profectus*, minus bene.

Tum rursus, aestus commutationem secutus, remis contendit, vt eam partem insulae caperet, qua optimum esse egressum superiore aestate cognouerat. Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis grauibusque nauigiis, non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adaequarunt. Accessum est ad Britanniam omnibus nauibus meridiano fere tempore: neque in eo loco hostis est visus, sed, vt postea Caesar ex captiuis comperit, quum magnae manus eo conuenissent, multitudine nauium perterritae, (quae cum annotinis priuatisque, quas sui quisque commodi fecerat, amplius DCCC vno erant visae tempore,) a litore discesserant ac se in superiora loca abdiderant.

9. Caesar, exposito exercitu et loco castris idoneo capto, vbi ex captiuis cognouit, quo in loco hostium copiae consedissent, cohortibus X ad mare relictis et equitibus CCC, qui praesidio nauibus essent, de tertia vigilia ad hostes contendit, eo minus veritus nauibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoram relinquebat; et praesidio nauibus Q. Atrium praefecit. Ipse, noctu progressus milia passuum circiter XII, hostium copias conspicatus est. Illi, equitatu atque essedis ad flumen progressi, ex loco superiore nostros prohibere et proelium committere coeperunt. Repulsi ab equitatu, se in siluas abdiderunt, locum nacti, egregie et natura et opere munitum, quem domestici belli, vt videbatur, caussa iam ante praeparauerant: nam crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi. Ipsi ex siluis rari propugnabant, nostrosque intra munitiones in-

annotinis. Male quidam *annonarias* reddidere.

sui — commodi sc. caussa. vid. Ind. in *caussa*. *M.*

tempore. Bene sic codd. et edd. vet. Alii *timore a lit. disc.*

veritus nauibus. Sic Cic. Acad. Q. 4, 45. *Vos mihi veremini*.

molli, nullis scopulis periculoso; *aperto*, nullis rupibus aut prominentiis inpedito. *M.*

prosequi vetuit. Vulgo *persequi*.

milites. i. e. pedites. Prima

gredi prohibebant. At milites legionis VII, testudine facta et aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt eosque ex siluis expulerunt, paucis vulneribus acceptis. Sed eos fugientes longius Caesar prosequi vetuit, et quod loci naturam ignorabat, et quod, magna parte diei consumta, munitioni castrorum tempus relinqui volebat.

10. Postridie eius diei mane tripartito milites equitesque in expeditionem misit, vt eos, qui fugerant, persequerentur. His aliquantum itineris progressis, quum iam extremi essent in prospectu, equites a Q. Atrio ad Caesarem venerunt, qui nunciarent, superiore nocte, maxima coorta tempestate, prope omnes naues adflictas atque in litore eiectas esse; quod neque ancorae funesque subsisterent, neque nautae gubernatoresque vim pati tempestatis possent: itaque ex eo concursu nauium magnum esse incommodum acceptum.

11. His rebus cognitis, Caesar legiones equitatumque reuocari atque itinere desistere iubet; ipse ad naues reuertitur: eadem fere, quae ex nunciis literisque cognouerat, coram perspicit, sic vt, amissis circiter XL nauibus, reliquae tamen refici posse magno negotio viderentur. Itaque ex legionibus fabros delegit et ex continenti alios arcessiri iubet; Labieno scribit, vt, quam plurimas posset, iis legionibus, quae sint apud eum, naues instituat. Ipse, etsi res erat multae operae ac laboris, tamen commodissimum esse statuit, omnes naues subduci et cum castris vna munitione coniungi. In his rebus circiter dies decem consumit, ne nocturnis quidem temporibus ad

inter homines proelia fuere pedestria. Sic et *exercitus* pro peditatu. v. 7, 61.

in prospectu. Sic cod. Oxon. et edd. variae. Vulgo *conspectu.*

in litore eiectas. Sic Virg. Aen. 4, 373. *eiectum litore.*

delegit — iubet. Respice ad c. 1.

munitione. Naues et tentoria vno eodemque vallo ac fossa cingebantur. cf. c. 22. *M.*

ad laborem mil. Sic et c. 40.

laborem militum intermissis. Subductis nauibus castrisque egregie munitis, easdem copias, quas ante, praesidio nauibus reliquit: ipse eodem, vnde redierat, proficiscitur. Eo quum venisset, maiores iam vndique in eum locum copiae Britannorum conuenerant, summa imperii bellique administrandi communi consilio permissa Cassiuellauno, cuius fines a maritumis ciuitatibus flumen diuidit, quod adpellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum LXXX. Huic superiore tempore cum reliquis ciuitatibus continentia bella intercesserant: sed nostro aduentu permoti Britanni hunc toti bello imperioque praefecerant.

12. *Britanniae pars interior ab iis incolitur, quos natos in insula ipsa memoria proditum dicunt: maritima pars ab iis, qui praedae ac belli inferendi caussa ex Belgis transierant; qui omnes fere iis nominibus ciuitatum adpellantur, quibus orti ex ciuitatibus eo peruenerunt et bello inlato ibi remanserunt atque agros colere coeperunt. Hominum est infinita multitudo creberrimaque aedificia, fere Gallicis consimilia; pecorum magnus numerus. Vtuntur aut aere, aut annulis ferreis, ad certum*

vnde (paulo ante ad litus et classem) *redierat. M.*

natos in insula, αὐτόχθονας, aborigines, terrigenas. cf. 6, 18. Sic et Diod. Sic. 5, 21, vbi quaedam de Britannia, similia narrationi Caesaris, occurrunt. *M.*

memoria proditum. Ita Val. Max. 2, 6, 10. Cf. Drakenb. ad Liu. 3, 64. 9, 27. Non ergo mutatione opus. Contra 6, 25. est *memoriae prodenda.*

ex Belgis. Sic rectius quam vulgo *ex Belgio.* Est enim sermo de pluribus ciuitatibus. Cf. dicta ad c. 24. et Wesseling ad Anton. itin. p. 478.

Vtuntur — nummo. Huius loci lectio plane incerta est. Ergo varietatem omnem notaui. Alii, *vtuntur aut* (vel, *autem*) *aere, aut nummo aereo, aut aliis ferreis.* Alii, *vtuntur aut aereo, aut* —. Alii *aureo* pro *aereo.* Alii, *aut annullis* (pro *aliis*) *ferreis.* Alii, *aut lanceis ferreis.* Alii, *aut taleis ferreis.* Faernus *laminis* legi voluit. A duobus codd. absunt verba, *pro nummo.* Ergo fuerit temerarium, aliquid definire velle. Quid alibi sit *talea*, vid. in Ind. et constat e lexicis. Si ergo h. l. idem verbum legatur, quid tandem erit *talea ferrea*,

pondus examinatis, pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritumis ferrum; sed eius exigua est copia: aere vtuntur inportato. Materia cuiusque generis, vt in Gallia, est, praeter fagum atque abietem. Leporem et gallinam et anserem gustare, fas non putant; haec tamen alunt animi voluptatisque caussa. Loca sunt temperatiora, quam in Gallia, remissioribus frigoribus.

13. *Insula natura triquetra, cuius vnum latus est contra Galliam. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere omnes ex Gallia naves adpelluntur, ad orientem solem; inferior ad meridiem spectat. Hoc latus tenet circiter milia passuum D. Alterum vergit ad Hispaniam atque occidentem solem, qua ex parte est Hibernia, dimidio minor, vt aestimatur, quam Britannia; sed pari spatio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam. In hoc medio cursu est insula, quae adpellatur Mona; complures praeterea minores obiectae insulae existimantur: de quibus insulis nonnulli scripserunt, dies continuos XXX sub bruma esse noctem. Nos nihil de eo percontationibus re-*

qua quis pro nummo vtatur? Non sufficit dicere, esse particulam ferri praesectam: nam non quidquid praesectum est, sed surculus praesectus, aut quod formam surculi praesecti, vel bacilli s. stimuli refert, id demum dici potest talea. Multo minus *taleae* esse possunt laminae, vt cuidam placuit: hae enim nihil simile habent cum taleis. Perplacet Vossii coniectura, *talis*, quae videtur cuiuis in mentem venire debere: et facile potuissent tali ferrei pro nummis esse. Sed, vt dixi, lectio plane incerta est. *M.* In re tam dubia sequor Graecum, qui habet *δακτυλίοις*. Morus dederat *taleis*.

plumbum album, stannum. V. Plin. 4, 16 (30).

Materia, arbores, frutices. *M.*

Hibernia. Addunt nonnulli *insula*.

aestimatur. Sic Oud. e codd. al. *existimatur*.

obiectae. Alii *subiectae*. Sed Gr. *ἀντικεῖσθαι*.

percontationibus. Ita edd. vet. et varii codd. quod Stewechius ad Veget. 3, 8. restituisse se narrat, vsus scil. editione corrupta.

periebamus, nisi certis ex aqua mensuris breuiores esse, quam in continente, noctes videbamus. Huius est longitudo lateris, vt fert illorum opinio, DCC milium. Tertium est contra septemtriones, cui parti nulla est obiecta terra; sed eius angulus lateris maxime ad Germaniam spectat: huic milia passuum DCCC in longitudinem esse, existimatur. Ita omnis insula est in circuitu vicies centum milium passuum.

14. *Ex his omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne viuunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horridiore sunt in pugna adspectu: capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa, praeter caput et labrum superius. Vxores habent deni duodenique inter se commu-*

certis ex aqua mensuris, clepsydris. *M.*

videbamus. Recte puto abesse hoc verbum a cod. Oxon. Si quis seruet, paulo ante *nisi* erit pro *sed tantummodo*, vt Dauis. et Oudendorp. monuerunt. Vulgata lectio, *nisi quod certis — videbamus*, est ab his, qui explicare locum voluerunt. *M. Nisi* pro *sed.* Cic. fam. 13, 73. et pro Rob. Post. *nescio, nisi hoc video.*

DCC milium. Addunt alii *passuum.*

huic mil. pass. alii *hoc, haec* in aliis deest.

a Gall. diff. cons. Sic solet noster. V. 6, 21. 25 etc.

vitro. Breuiter excerpam, quae ab aliis prolixe disputata sunt. Primo idem tradit Mela (3, 6): *vitro corpora infecti Britanni.* Secundo Plinius (H. N. 22, 1) eos *glasto* oblinere corpora perhibet. Sunt ergo vitrum et glastum diuersa nomina vnius eiusdemque plantae, cuius succis expressis Britanni ad inficienda corpora vsi sunt. Tertio glastum a Graecis *isatida* dici, et Vitruuius (de archit. 7, 14) dixit; si lectionem quorumdam codicum sequamur; et inter artis botanicae peritos constat. Quarto Marcellus Empiricus (c. 23), *Herba*, inquit, *quam nos vitrum, Graeci isatida vocant.* Conf. Plin. H. N. 20, 24. Ergo vitrum, glastum, isatis, est vna eademque planta. Conferri meretur Dodonaeus in Stirpium historia (p. 79. Antwerp. 1616. fol.) Io. Bauhini historia plantarum T. 2. p. 909. 1691. fol. Ex his indicari potest de lectionis varietate in hoc Caesaris loco,

nes et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis; sed, si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quo primum virgo quaeque deducta est.

15. Equites hostium essedariique acriter proelio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt, tamen vt nostri omnibus partibus superiores fuerint atque eos in siluas collesque compulerint: sed compluribus interfectis, cupidius insecuti, nonnullos ex suis amiserunt. At illi, intermisso spatio, inprudentibus nostris atque occupatis in munitione castrorum, subito se ex siluis eiecerunt inpetuque in eos facto, qui erant in statione pro castris conlocati, acriter pugnauerunt: duabusque missis subsidio cohortibus a Caesare, atque his primis legionum duarum, quum hae, perexiguo intermisso loci spatio inter se, constitissent, nouo genere pugnae perterritis nostris, per medios audacissime perruperunt, seque inde incolumes receperunt. Eo die Q. Laberius Durus, Tribunus mili-

vitro, glasto, nitro, vltro. Verum est *vitro;* ex interpretatione est *glasto; nitro* et *vltro* sunt lectiones vitiosae. Ceterum nostri isatidem dicunt *Waid. M.* Salmas. ad Solin. c. 23. p. 180. legi vult apud Plin. *guasdum,* alias *quesdum* vel pastellum. Mihi sic videtur. Britannis *glas* significabat viride, item caeruleum, vt Celtis, Armoricis, Hibernis, teste Le Pelletier in Dict. de la langue Bretonne et La Tour D'Auvergne in op. cit. ad 1, 6. Inde Latini fecere *glastum,* quumque audissent glas Germanis esse vitrum, vim vtramque vocis confudere et pro colore accepere. P. Faber sem. 1, 20. volebat *nitro* et prouocabat ad Vitruvium 7, 11. P. Victorius V. L. 19, 3. τὸ *vltro,* quod in codd. legitur, vertendum putabat in *luteo* et pro *glasto* legendum *glauco.*

caeruleum, subflauum et pallidum. *M.*

horridiore. Al. *horridiores, horribiliore, horribiliores.*

quo, quorsum, ad quos, in quorum domum. Monuit Oud. qui lectionem huius loci e codd. eruit. Vulgata lectio est: *liberi, a quibus pr. virgines quductae sunt. M.* al. *a quo.* item *adducta est.*

tamen vt. Sic codd. omisso *ita,* quod alii praemittunt. Ita et 3, 14. 7, 28.

inter se, constit. Vulgo male interpungunt ante *inter se.*

perruperunt. Alii *prorupe-runt.*

Q. Laberius. Sic Graecus. Contra Celsus, Orosius, Freculfus *Labienus.* Variant codd. et edd. vet.

tum, interficitur. Illi, pluribus inmissis cohortibus, repelluntur.

16. Toto hoc in genere pugnae, quum sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur, intellectum est, nostros propter grauitatem armaturae, quod neque insequi cedentes possent, neque ab signis discedere auderent, minus aptos esse ad huius generis hostem; equites autem magno cum periculo proelio dimicare, propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent et, quum paullum ab legionibus nostros removissent, ex essedis desilirent et pedibus dispari proelio contenderent. Equestris autem proelii ratio et cedentibus et insequentibus par atque idem periculum inferebat. Accedebat huc, vt, numquam conferti, sed rari magnisque interuallis proeliarentur stationesque dispositas haberent atque alios alii deinceps exciperent integrique et recentes defatigatis succederent.

17. Postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt rarique se ostendere et lenius, quam pridie, nostros equites proelio lacessere coeperunt. Sed meridie, quum Caesar pabulandi caussa tres legiones atque omnem equitatum cum C. Trebonio Legato misisset, repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerunt, sic, vti ab signis legionibusque non absisterent. Nostri, acriter in eos inpetu facto, repulerunt, neque finem sequendi fecerunt, quoad sub-

inmissis coh. Alii *submissis.*

ac pro castris. Oud. *hac* scil. pugna, quod minus placet. In aliis ea particula deest.

armaturae. Sic boni codd. et edit. Rob. Steph. Graecus etiam ὁπλίσεως. Vulgo *armorum.*

proelio dimicare. Restituit Oud. ex codd. et edd. vet. Sic et 6, 17. 31.

Equestris proelii, quo equites cum equitibus certabant. Opponitur *proelio dispari*, cum pedes confligit cum equite. *M.*

lenius, minore studio. Al. *lentius*, quod interpretamentum est. *M.* Sic *leniter ire* Afr. c. 6.

quoad, i. e. donec. Codd. et edd. vet. *quo.* nullo sensu.

summis (an legendum *omnibus?*) *copiis.* Quod si quis nolit, *summae copiae* erunt maximae, numerosissimae, vt c. 18. *magnae copiae.* Metaphr. Graec.

ſidio conſiſi equites, quum poſt ſe legiones viderent, praecipites hoſtes egerunt: magnoque eorum numero interfecto, neque ſui conligendi, neque conſiſtendi, aut ex eſſedis deſiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus, quae vndique conuenerant, auxilia disceſſerunt: neque poſt id tempus vmquam ſummis nobiscum copiis hoſtes contenderunt.

18. Caeſar, cognito conſilio eorum, ad flumen Tameſin in fines Caſſiuellauni exercitum duxit; quod flumen vno omnino loco pedibus, atque hoc aegre, transiri poteſt. Eo quum veniſſet, animum aduertit, ad alteram fluminis ripam magnas eſſe copias hoſtium inſtructas: ripa autem erat acutis ſudibus praefixis munita; eiusdemque generis ſub aqua defixae ſudes flumine tegebantur. His rebus cognitis a captiuis perſugisque, Caeſar, praemiſſo equitatu, confeſtim legiones ſubſequi iuſſit. Sed ea celeritate atque eo inpetu milites ierunt, quum capite ſolo ex aqua exſtarent, vt hoſtes inpetum legionum atque equitum ſustinere non poſſent ripasque dimitterent ac ſe fugae mandarent.

19. Caſſiuellaunus, vt ſupra demonſtrauimus, omni depoſita ſpe contentionis, dimiſſis amplioribus copiis, milibus circiter quatuor eſſedariorum relictis, itinera noſtra ſeruabat, paullulumque ex via excedebat, locisque inpeditis ac ſilueſtribus ſeſe occultabat atque iis regionibus, quibus nos iter facturos cogno-

οὐκέτι πολλῇ δυνάμει τοῖς Ῥωμαίοις συνέμιξαν. M.

animum aduertit. Vulgo *advertit*

flumine tegeb, Lipſius pol. 5, 3. coniicit *plumbo* et pronocat ad Bedam hiſt. Angl. 1, 2. Sed cui bono ſudes plumbo tegi? tum quaeritur, de hac occaſione an alia loquatur Beda.

eo inpetu. Sic codd. et amat ita plene loqui Caeſar.

vt ſupra demonſtrauimus. Nihil tale ſupra dixerat Caeſar de Caſſiuellauno. Ergo Clarkius locum ſic intelligit, quaſi Caeſar ſcripſiſſet: *omni, vt ſupra demonſtrauimus, ſpe depoſita:* nam c. 17 extr. dixerat Caeſar, Britannos ſpem depoſuiſſe. *M.*

relictis. Alii minus bene *retentis.*

ſeruabat. Sic Terent. Andr. 1, 3, 7, pro *obſeruabat.*

verat, pecora atque homines ex agris in ſiluas compellebat: et, quum equitatus noſter liberius praedandi vaſtandique cauſſa ſe in agros effunderet, omnibus viis notis ſemitisque eſſedarios ex ſiluis emittebat et magno cum periculo noſtrorum equitum cum iis confligebat, atque hoc metu latius vagari prohibebat. Relinquebatur, vt neque longius ab agmine legionum discedi Caeſar pateretur et tantum in agris vaſtandis incendiisque faciendis hoſtibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant.

20. Interim Trinobantes, prope firmiſſima earum regionum ciuitas, ex qua Mandubratius adoleſcens, Caeſaris fidem ſecutus, ad eum in continentem Galliam venerat, (cuius pater Imanuentius in ea ciuitate regnum obtinuerat interfectusque erat a Caſſiuellauno; ipſe fuga mortem vitauerat) legatos ad Caeſarem mittunt pollicenturque, ſeſe ei dedituros atque imperata facturos: petunt, vt Mandubratium ab iniuria Caſſiuellauni defendat atque in ciuitatem mittat, qui praeſit imperiumque obtineat. His Caeſar imperat obſides XL, frumentumque exercitui Mandubratiumque ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt, obſides ad numerum frumentaque miſerunt.

21. Trinobantibus defenſis atque ab omni militum

effunderet. Leg. *eiiceret* ſeu *eiecerat*, e codd. plerisque: nam *efundere* eſt interpretamentum. *M.* Potius *eiiceret* videtur e gloſſa ortum.

notis ſemitisque. *Tò notis* deeſt in multis codd. et edd. nec tamen eſt ſuperflua.

Mandubratius. Oroſius 6, 8. id de Androgorio refert, quem Cambdenus Androgeum vocat in Britannia p. 298. eundemque cum Mandubratio putat. Dubium id Voſſio videtur.

in continentem Galliam. Hinc explicandum, quid in hac narratione ſit alibi (cap. 22. 23) *continens.* Etiam ſupra c. 8. 11. et 4, 38. Galliam ſimpliciter dixit *continentem.* Et forraſſe h. l. *Galliam* explicandi cauſa intruſum eſt, vt plures interpretes monuerunt. *M.* Sed amat Caeſar plene loqui.

Imanuentius. Nomen hoc e codd. exulat, ſed Graecus habet.

Cenimagni — — Opiniones quorumdam de nominibus et ſedibus horum populorum collegit, poſt Cambdenum in Britannia, Cellarius in opere geograph. p. 328. Sed ſunt merae con-

iniuria prohibitis, Cenimagni, Segontiaci, Ancalites, Bibroci, Cassi, legationibus missis sese Caesari dedunt. Ab his cognoscit, non longe ex eo loco oppidum Cassiuellauni abesse, siluis paludibusque munitum, quo satis magnus hominum pecorisque numerus conuenerit. (Oppidum autem Britanni vocant, quum siluas inpeditas vallo atque fossa munierunt, quo incursionis hostium vitandae caussa conuenire consuerunt.) Eo proficiscitur cum legionibus: locum reperit egregie natura atque opere munitum; tamen hunc duabus ex partibus obpugnare contendit. Hostes, paullisper morati, militum nostrorum impetum non tulerunt seseque alia ex parte oppidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecoris repertus, multique in fuga sunt comprehensi atque interfecti.

22. Dum haec in his locis geruntur, Cassiuellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstrauimus, quibus regionibus quatuor reges praeerant, Cingetorix, Caruilius, Taximagulus, Segonax, nuncios mittit atque his imperat, vti, coactis omnibus copiis, castra naualia de inprouiso adoriantur atque obpugnent. Ii cum ad castra venissent, nostri, eruptione facta, multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Lugotorige, suos incolumes reduxerunt. Cassiuellaunus, hoc proelio nunciato, tot detrimen-

iecturae. *M.* Quum Graecus habeat *Καινιμανοὶ*, Vossius non male legendum putat *Cenomani*, e Gallia scil. in Britanniam translati. Lipsius ad Tacit. 12, 32. legit *Iceni*, *Cangi*. Cambdenus *Iceni*, *Regni*.

dedunt. Alii *dediderunt*.

Oppidum Cassiuellauni. Beda id *Cassibellaum* vocat.

Oppidum vocant —— Strabo 4. p. 200. *Πόλεις Βρεττανῶν εἰσὶν οἱ δρυμοί· περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, καὶ αὐτοὶ ἐνταῦθα καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον.* Locum iam Hotomannus indicarat. *M.*

locum reperit. Cod. Doruillii *lucum*.

supra. vid. c. 13. *M.*

imperat. Nam summa rerum Cassiuellauno tradita erat. vid. cap. 11. Ibidem de castris naualibus dicitur. *M.*

Lugotoriga. Alii, *Cingetorige. M.* Sic et Graecus. Sed Celsus *Legotorix*. Videtur saltem Caesar ducem a rege distinguere.

L. Aurunculeium Cottam, Legatos, praeesse iussit. Ad hunc modum distributis legionibus, facillime inopiae frumentariae sese mederi posse existimauit: atque harum tamen omnium legionum hiberna (praeter eam, quam L. Roscio in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat) milibus passuum centum continebantur. Ipse interea, quoad legiones conlocasset munitaque hiberna cognouisset, in Gallia morari constituit.

25. Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua ciuitate regnum obtinuerant. Huic Caesar, pro eius virtute atque in se beniuolentia, quod in omnibus bellis singulari eius opera fuerat vsus, maiorum locum restituerat. Tertium iam hunc annum regnantem inimici, palam multis etiam ex ciuitate auctoribus, eum interfecerunt. Defertur ea res ad Caesarem. Ille veritus, quod ad plures pertinebat, ne ciuitas eorum impulsu deficeret, L. Plancum cum legione ex Belgio celeriter in Carnutes proficisci iubet ibique hiemare; quorumque opera cognouerit Tasgetium interfectum, hos comprehensos ad se mittere. Interim ab omnibus Legatis Quaestoribusque, quibus legiones transdiderat, certior factus est, in hiberna peruentum locumque hibernis esse munitum.

26. Diebus circiter XV, quibus in hiberna ven-

milibus pass. centum. Peccatur hic defectu. intersunt CLXXX milia passuum. Graecus interpres peccat excessu, habet enim ἐν ὀγδοήκοντα σταδίων μυριάσι.

conlocasset. alii *conlocatas.*

in Gallia morari. alii *in Galliam*, quod foret intra Galliam. Cf. Oud. ad Afr. c. 47.

Tertium — interfecerunt. Adeo magna est in his verbis lectionis varietas, vt nullo modo constare possit de lectione vera. Missis ceteris, *iam* ante *multis* offendit lectorem. Ergo cum aliis poni malim *etiam*. Deinde cum plerique libri exhibeant, *ex ciuitate ex his* vel *ex his auctoribus*, credibile est, pro *ex his* legi posse cum Dauisio *caedis*, aut cum Oudendorpio *necis*. *M.* Ita edd. vet. *palam multis etiam*. bene. recepi. *Hunc* refer ad *annum*; sic *eum* non abundat, vt quibusdam visum. Pro isto *hunc* alii *nunc*. Dein Graecus πολλῶν τῆς πόλεως ἀρχόντων, quod ἀρχόντων a Dauisio intrusum perhibet Oud.

tum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et Catiuolco: qui quum ad fines regni sui Sabino Cottaeque praesto fuissent, frumentumque in hiberna comportauissent, Indutiomari Treuiri nunciis inpulsi, suos concitauerunt, subitoque obpressis lignatoribus, magna manu castra obpugnatum venerunt. Quum celeriter nostri arma cepissent vallumque adscendissent atque, vna ex parte Hispanis equitibus emissis, equestri proelio superiores fuissent, desperata re, hostes suos ab obpugnatione reduxerunt. Tum suo more conclamauerunt, vti aliqui ex nostris ad conloquium prodirent; habere sese, quae de re communi dicere vellent, quibus rebus controuersias minui posse sperarent.

27. Mittitur ad eos conloquendi caussa C. Arpineius, eques Romanus, familiaris Q. Titurii, et Q. Iunius ex Hispania quidam, qui iam ante missu Caesaris ad Ambiorigem ventitare consueuerat; apud quos Ambiorix ad hunc modum locutus est: *Sese pro Caesaris in se beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod eius opera stipendio liberatus esset, quod Aduatucis finitumis suis pendere consuesset: quodque ei et filius et fratris filius ab Caesare remissi essent, quos Aduatuci, obsidum numero missos, apud se in seruitute et catenis tenuissent: neque id, quod fecerit de obpugnatione castrorum,*

perperam; nam Iungermannus iam habet.

Quaestoribus. Vnus quidem fuit Quaestor, M. Crassus, vt e cap. 24 adparet, sed Caesar in vniuersum et infinite de ducibus loquitur, *Legati et Quaestores*, in quo non summa diligentia, ad numerum exacta, quaerenda est. *M.* Gr. habet χιλιάρχους.

Sabino Cottaeque. vid. c. 24. Hunc tumultum Galliae Plutarchus (Caes. c. 24) paucis, Dio Cassius (40, 4–11) paulo pluribus descripsit: sed in exitu Cottae et Titurii describendo discedit ab his, quae Caesar cap. 36 et 37 tradidit. *M.*

obpugnatum. Alii *pugnatum*, *obpugnanda.*

quibus rebus. Male ab aliis τὸ *rebus* omittitur.

C. Arpineius. Al. *Arpinius*, *Arpinus.* Sed Gr. Καρπηνίιος.

missu Caesaris. Al. *iussu.* imo edd. vet. peius *iniussu.* Graecus cum vulgato facit. Cf. et 6, 7.

fecerit. Sic boni codd. Vulgo *fecerat.*

aut iudicio aut voluntate ſua feciſſe, ſed coactu ciuitatis; ſuaque eſſe eiusmodi imperia, vt non minus haberet iuris in ſe multitudo, quam ipſe in multitudinem. Ciuitati porro hanc fuiſſe belli cauſſam, quod repentinae Gallorum coniurationi reſiſtere non potuerit: id ſe facile ex humilitate ſua probare poſſe, quod non adeo ſit inperitus rerum, vt ſuis copiis Populum Romanum ſe ſuperare poſſe confidat: ſed eſſe Galliae commune conſilium; omnibus hibernis Caeſaris obpugnandis hunc eſſe dictum diem, ne qua legio alterae legioni ſubſidio venire poſſet: non facile Gallos Gallis negare potuiſſe, praeſertim quum de recuperanda communi libertate conſilium initum videretur. Quibus quoniam pro pietate ſatisfecerit, habere ſe nunc rationem officii pro beneficiis Caeſaris; monere, orare Titurium pro hoſpitio, vt ſuae ac militum ſaluti conſulat: magnam manum Germanorum conductam Rhenum tranſiſſe; hanc adfore biduo. Ipſorum eſſe conſilium, velintne prius, quam finitumi ſentiant, eductos ex hibernis milites aut ad Ciceronem aut ad Labienum deducere, quorum alter milia paſſuum circiter L, alter paullo amplius ab his abſit. Illud ſe polliceri et iureiurando confirmare, tutum iter per fines ſuos daturum; quod quum faciat, et ciuitati ſeſe conſulere, quod hibernis leuetur, et Caeſari pro eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita, discedit Ambiorix.

haberet. Alii *haberent*, vt 5, 17. *conuenerant.*

alterae. Hanc obſoletam datini formam e codd. reuocauit Oud. et exemplis defendit. *M.* ex Nep. Eum. 1. vbi vid. van Staveren. Cf. et Priſcianus l. 6. p. 678. et l. 13. p. 959.

pro benef. Caeſaris. Reſtituit hoc Oud. e codd. et edd. vet. Scaliger mala interpretatione deceptus dederat *Caeſarem*, quod alii ſecuti. Bene rem exprimunt Graecus et Celſus.

ab his abſit. Codd. quidam ſimpliciter *abſit*.

iter per fines ſuos d. Codd. quidam praemittunt *ſe*.

Arpineius. al. C. *Arpinius.*

Eburonum. Hi erant ſub Ambiorigis imperio (c. 24), et in hos culpam contulerat Ambiorix. *M.*

28. Arpineius et Iunius, quae audierint, ad Legatos deferunt. Illi, repentina re perturbati, etsi ab hoste ea dicebantur, non tamen neglegenda existimabant: maximeque hac re permouebantur, quod, ciuitatem ignobilem atque humilem Eburonum sua sponte Populo Romano bellum facere ausam, vix erat credendum. Itaque ad consilium rem deferunt magnaque inter eos exsistit controuersia. L. Aurunculeius compluresque Tribuni militum et primorum ordinum Centuriones *nihil temere agendum, neque ex hibernis iniussu Caesaris discedendum*, existimabant: *quantasuis magnas etiam copias Germanorum sustineri posse munitis hibernis*, docebant: *rem esse testimonio, quod primum hostium inpetum, multis vltro vulneribus inlatis, fortissime sustinuerint: re frumentaria non premi: interea et ex proximis hibernis et a Caesare conuentura subsidia:* postremo, *quid esse leuius aut turpius, quam, auctore hoste, de summis rebus capere consilium?*

29. Contra ea Titurius, *sero facturos*, clamitabat, *quum maiores hostium manus, adiunctis Germanis, conuenissent: aut quum aliquid calamitatis in proximis hibernis esset acceptum, breuem consulendi esse occasionem: Caesarem arbitrari profectum in Italiam: neque aliter Carnutes interficiundi Tasgetii consilium fuisse capturos, neque Eburones, si ille adesset, tanta cum contemtione nostri ad castra venturos esse: non hostem auctorem, sed rem spe-*

bellum facere. Sic iam 3. 29. Item Cicero pro Mil. c. 28.

ad consilium rem. def. bene sic Oud. Vulgo *concilium.* Gr. interpres *βουλῇ.*

exsistit. al. *extitit.* perinde est.

magnas etiam. Haec verba deleuerim. Voluit aliquis explicare *quantasuis copias*, et explicauit sic, *magnas etiam copias. M.* Exempla huius pleonasmi protulit Oud. post Dauisium. Rationem exponit Perizonius ad Sanctii Mineruam 3, 14. p. 493.

interficiundi. sic codd. vt 2, 7. *potiundi* etc.

Tasgetii. Cf. c. 25. *M.*

spectare. al. *exspectare.*

aut iudicio aut voluntate sua fecisse, sed coactu ciuitatis; suaque esse eiusmodi imperia, vt non minus haberet iuris in se multitudo, quam ipse in multitudinem. Ciuitati porro hanc fuisse belli caussam, quod repentinae Gallorum coniurationi resistere non potuerit: id se facile ex humilitate sua probare posse, quod non adeo sit inperitus rerum, vt suis copiis Populum Romanum se superare posse confidat: sed esse Galliae commune consilium; omnibus hibernis Caesaris obpugnandis hunc esse dictum diem, ne qua legio alterae legioni subsidio venire posset: non facile Gallos Gallis negare potuisse, praesertim quum de recuperanda communi libertate consilium initum videretur. Quibus quoniam pro pietate satisfecerit, habere se nunc rationem officii pro beneficiis Caesaris; monere, orare Titurium pro hospitio, vt suae ac militum saluti consulat: magnam manum Germanorum conductam Rhenum transisse; hanc adfore biduo. Ipsorum esse consilium, velintne prius, quam finitumi sentiant, eductos ex hibernis milites aut ad Ciceronem aut ad Labienum deducere, quorum alter milia passuum circiter L, alter paullo amplius ab his absit. Illud se polliceri et iureiurando confirmare, tutum iter per fines suos daturum; quod quum faciat, et ciuitati sese consulere, quod hibernis leuetur, et Caesari pro eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita, discedit Ambiorix.

haberet. Alii *haberent*, vt 3, 17. *conuenerant*.

alterae. Hanc obsoletam datini formam e codd. reuocauit Oud. et exemplis defendit. *M.* ex Nep. Eum. 1. vbi vid. van Staveren. Cf. et Priscianus l. 6. p. 678. et l. 13. p. 959.

pro benef. Caesaris. Restituit hoc Oud. e codd. et edd. vet. Scaliger mala interpretatione deceptus dederat *Caesarem*, quod alii secuti. Bene rem exprimunt Graecus et Celsus.

ab his absit. Codd. quidam simpliciter *absit*.

iter per fines suos d. Codd. quidam praemittunt *se*.

Arpineius. al. *C. Arpinius.*

Eburonum. Hi erant sub Ambiorigis imperio (c. 24), et in hos culpam contulerat Ambiorix. *M.*

neant, nec reiecti et relegati longe ab ceteris aut ferro aut fame intereant.

31. Confurgitur ex confilio; comprehendunt vtrumque et orant, *ne fua disfenfione et pertinacia rem in fummum periculum deducant: facilem effe rem, feu maneant, feu proficifcantur, fi modo vnum omnes fentiant ac probent; contra in disfenfione nullam fe falutem perfpicere.* Res disputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat Cotta permotus manus; fuperat fententia Sabini. Pronunciatur, prima luce ituros: confumitur vigiliis reliqua pars noctis, quum fua quisque miles circumfpiceret, quid fecum portare poffet, quid ex inftrumento hibernorum relinquere cogeretur. Omnia excogitantur, quare nec fine periculo maneatur et languore militum et vigiliis periculum augeatur. Prima luce fic ex caftris proficifcuntur, vt quibus effet perfuafum, non ab hofte, fed ab homine amiciffimo Ambiorige confilium datum, longiffimo agmine maximisque inpedimentis.

32. At hoftes, pofteaquam ex nocturno fremitu vigiliisque de profectione eorum fenferunt, conlocatis infidiis bipartito in filuis obportuno atque occul-

ei primum pilum, de quo ad c. 25 dictum eft. *M.*

belli cafum. Tò *belli* profcriptum ab Hotomanno deleuit Scaliger, reuocauit Oud. Habet et Graecus.

nec reiecti. al. *non.*

comprehendunt vtrumque. Nummum Tituriae gentis, quo Tarpeia virgo a Sabinis obruta fcutis exhibetur (v. Vaillant. NN. fam. ea gente), Voffius perperam ad locum noftrum fpectare putat, reprehenfus iure ab Oud.

Omnia excogitantur, quilibet militum, vt fit in disfenfu et perturbatione, excogitat et comminifcitur fpeciofas caufas, cur hoc aut alio modo agat, agendumque putet. Alius ergo putat feftinandum effe iter, et totam noctem adparandum; nam, fi cunctentur et maneant, non fine periculo maneri: alius contra negat feftinandum iter; nam adparatu eius vigiliisque in languorem coniici poffe milites et hoc languore periculum augeri. *M.* Male hunc locum reddidit Graecus.

maximis (permultis) *inpedimentis. M.*

obportuno atque occulto loco. codd. quidam *obp. confilio a. o. loco.* Sic et edd. Rom. Med. Ven. egregie; fed Gr. cum vulgato confenit.

ctare; subesse Rhenum; magno esse Germanis dolori Ariouisti mortem et superiores nostras victorias: ardere Galliam, tot contumeliis acceptis sub Populi Romani imperium redactam, superiore gloria rei militaris exstincta. Postremo, *quis hoc sibi persuaderet, sine certa re Ambiorigem ad eiusmodi consilium descendisse? Suam sententiam in vtramque partem esse tutam: si nil sit durius, nullo periculo ad proximam legionem peruenturos; si Gallia omnis cum Germanis consentiat, vnam esse in celeritate positam salutem. Cottae quidem atque eorum, qui dissentirent, consilium quem haberet exitum? In quo si non praesens periculum, at certe longinqua obsidione fames esset pertimescenda.*

30. Hac in vtramque partem disputatione habita, quum a Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur, *Vincite*, inquit, *si ita vultis*, Sabinus, et id clariore voce, vt magna pars militum exaudiret: *neque is sum*, inquit, *qui grauissime ex vobis mortis periculo terrear: hi sapient, et si grauius quid acciderit, abs te rationem reposcent: qui, si per te liceat, perendino die cum proximis hibernis coniuncti, communem cum reliquis belli casum susti-*

subesse, propinquum esse. *M.* Gr. πλησίον.

Ariou. mortem. Cluuerius (German. 1, 55) mauult *sortem* legi, quia victus Ariouistus effugerit. vid. supra 1, 53. At potuit e vulnere, in Gallia accepto, aut moerore mori. Libri consentiunt omnes in lectione *mortem*, etiam Iul. Celsus p. 65, et Graeca metaphrasis. *Cellar.* Ante Cellarium iam Hotomannus monuerat. *M.*

sine certa re — descendisse, consilium dedisse s. suasisse Romanis id, quod paulo ante suasit (c. 27 extr.), nisi rem certo cognitam habuisset. *M.* Al. *sine certa spe.* Sic et Gr. int. sed vulgatum praestat.

vnam esse in cel. p. s. Sic et Virg. Aen. 2, 354. Male Hotom. vult *vna*.

longinqua. al. *longa.* Sed v. not. ad 1, 47.

primis ordinibus, i. e. Centurionibus primorum ordinum. Sic 6, 7. *Tribuni militum et primi ordines*, h. e. Centuriones pr. ord. vbi vid. Dauisius. In vtroque loco metaphr. Gr. *primos ordines* vertit, πρώτους ταξιάρχους. Cf. Int. ad Vellei. Pat. 2, 92. et Gronou. ad Liu. 30, 4. Et fortasse hoc exemplo defendat aliquis, Centurionem primi pili potuisse simpliciter di-

neant, nec reiecti et relegati longe ab ceteris aut ferro aut fame intereant.

31. Consurgitur ex consilio; comprehendunt vtrumque et orant, *ne sua dissensione et pertinacia rem in summum periculum deducant: facilem esse rem, seu maneant, seu proficiscantur, si modo vnum omnes sentiant ac probent; contra in dissensione nullam se salutem perspicere.* Res disputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat Cotta permotus manus; superat sententia Sabini. Pronunciatur, prima luce ituros: consumitur vigiliis reliqua pars noctis, quum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset, quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur et languore militum et vigiliis periculum augeatur. Prima luce sic ex castris proficiscuntur, vt quibus esset persuasum, non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum, longissimo agmine maximisque inpedimentis.

52. At hostes, posteaquam ex nocturno fremitu vigiliisque de profectione eorum senserunt, conlocatis insidiis bipartito in siluis obportuno atque occul-

ei primum pilum, de quo ad a. 25 dictum est. *M.*

belli casum. Τὸ *belli* proscriptum ab Hotomanno deleuit Scaliger, reuocauit Oud. Habet et Graecus.

nec reiecti. al. *non.*

comprehendunt vtrumque. Nummum Tituriae gentis, quo Tarpeia virgo a Sabinis obruta scutis exhibetur (v. Vaillant. NN. fam. ea gente), Vossius perperam ad locum nostrum spectare putat, reprehensus iure ab Oud.

Omnia excogitantur, quilibet militum, vt fit in dissensu et perturbatione, excogitat et comminiscitur speciosas caussas, cur hoc aut alio modo agat, agendumque putet. Alius ergo putat festinandum esse iter, et totam noctem adparandum; nam, si cunctentur et maneant, non sine periculo maneri: alius contra negat festinandum iter; nam adparatu eius vigiliisque in languorem coniici posse milites et hoc languore periculum augeri. *M.* Male hunc locum reddidit Graecus.

maximis (permultis) *inpedimentis. M.*

obportuno atque occulto loco. codd. quidam *obp. consilio a. o. loco.* Sic et edd. Rom. Med. Ven. egregie; sed Gr. cum vulgato consensit.

to loco, a milibus passuum circiter duobus, Romanorum aduentum exspectabant; et; quum se maior pars agminis in magnam conuallem demisisset, ex vtraque parte eius vallis subito se ostenderunt, novissimosque premere et primos prohibere adscensu atque iniquissimo nostris loco proelium committere coeperunt.

33. Tum demum Titurius, vt qui nihil ante providisset, trepidare, concursare, cohortesque disponere; haec tamen ipsa timide atque vt eum omnia deficere viderentur: quod plerumque iis accidere consueuit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. At Cotta, qui cogitasset, haec posse in itinere accidere, atque ob eam caussam profectionis auctor non fuisset, nulla in re communi saluti deerat, et in adpellandis cohortandisque militibus imperatoris et in pugna militis officia praestabat. Quumque propter longitudinem agminis minus facile per se omnia obire et, quid quoque loco faciendum esset, prouidere possent, iusserunt pronunciare, vt inpedimenta relinquerent atque in orbem consisterent. Quod consilium etsi in eiusmodi casu reprehendendum non est, tamen incommode accidit: nam et nostris militibus spem minuit et hostes ad pugnam alacriores effecit, quod non sine summo timore et desperatione id factum videbatur. Praeterea accidit, quod fieri necesse erat, vt vulgo milites ab signis

prouidisset. Alii *praevidisset.*

vt eum omnia def. v. Alii *ei.* Respice ad 3, 5.

quid quoque loco fac. esset. Alii *quoquo.*

pronunciare. Sic antiquissimi codd. subaudito accusatiuo. al. *pronunciari.*

in orbem consisterent. Cf. 4, 37.

ad pugnam. Alii *ad pugnandum.*

quae quisque. Vulgo *quaeque quisque*, sed edd. vet. et codd. boni *quae quisque.*

abripere. al. *arripere.*

clamore ac fletu. alii *et clamore* etc.

Erant — ponebant. Locum sic intelligo: Erant quidem nostri, etsi a fortuna et duce destituti, nihilo minus aliis *duabus de caussis*; et virtute et numero, pares pugnando, h. e. satis validi ad pugnandum (nam

discederent, quae quisque eorum cariſſima haberet, ab inpedimentis petere atque abripere properaret, clamore ac fletu omnia complerentur.

34. At barbaris conſilium non defuit: nam duces eorum tota acie pronunciare iuſſerunt, *ne quis ab loco discederet: illorum eſſe praedam, atque illis reſeruari, quaecumque Romani reliquiſſent: proinde omnia in victoria poſita exiſtimarent.* Erant et virtute et numero pugnando pares, noſtri tamen etſi ab duce et a fortuna deſerebantur, tamen omnem ſpem ſalutis in virtute ponebant et, quoties quaeque cohors procurreret, ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat. Qua re animaduerſa, Ambiorix pronunciari iubet, vt procul tela coniiciant, neu propius accedant et, quam in partem Romani inpetum fecerint, cedant: leuitate armorum et quotidiana exercitatione nihil iis noceri poſſe: rurſus ſe ad ſigna recipientes inſequantur.

35. Quo praecepto ab iis diligentiſſime obſeruato, quum quaepiam cohors ex orbe exceſſerat atque inpetum fecerat, hoſtes velociſſime refugiebant. Interim eam partem nudari neceſſe erat et ab latere aperto tela recipi. Rurſus, quum in eum locum, vnde erant progreſſi, reuerti coeperant, et ab iis, qui ceſſerant, et ab iis, qui proximi ſteterant, circumueniebantur; ſin autem locum tenere vellent, nec virtuti locus relinquebatur, neque ab tanta multitudine con-

hoc eſt, pugnando par): tamen ſpem ſalutis in virtute, *in vna tantum re*, non ſimul in numero, ponebant. Sic locum intellexi, vt primum legi: ſic vidi cepiſſe metaphraſten Graecum. Aliorum interpretum emendationes, explicationes mutatasque diſtinctiones vide apud Oudend. *Tamen etſi* pro *etſi*. vid. Ind. *M.* Sin malis τὸ *noſtri* referre ad membrum ſequens, planus quoque ſenſus erit et magis cum praecedentibus cohaerebit. Erant hoſtes *numero*, non dicitur aequales, ſed *pares pugnando*, eo ipſo ſcil. quod eſſent numero ſuperiores; *noſtri tamen* etc. In loco ſic diſtinguendo conſentiunt boni codd. quos ſequor.

procurreret. al. *procucurrerat.*

eam partem. ſic codd. et edd. vet. alii *ea parte.*

progreſſi. al. *egreſſi.*

iecta tela conferti vitare poterant. Tamen tot incommodis conflictati, multis vulneribus acceptis, resistebant et, magna parte diei consumta, quum a prima luce ad horam octauam pugnaretur, nihil, quod ipsis esset indignum, committebant. Tum T. Baluentio, qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti et magnae auctoritatis, vtrumque femur tragula transiicitur; Q. Lucanius, eiusdem ordinis, fortissime pugnans, dum circumuento filio subuenit, interficitur: L. Cotta, Legatus, omnes cohortes ordinesque adhortans, in aduersum os funda vulneratur.

36. His rebus permotus Q. Titurius, quum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset, interpretem suum, Cn. Pompeium, ad eum mittit, rogatum, vt sibi militibusque parcat. Ille adpellatus respondit: *si velit secum conloqui, licere; sperare, a multitudine inpetrari posse, quod ad militum salutem pertineat; ipsi vero nihil nocitum iri, inque eam rem se suam fidem interponere.* Ille cum Cotta saucio communicat, si videatur, pugna vt excedant et cum Ambiorige vna conloquantur: sperare, ab eo de sua ac militum salute inpetrare posse. Cotta se ad armatum hostem iturum negat atque in eo constitit.

37. Sabinus, quos in praesentia Tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum Centuriones, se sequi iubet et, quum propius Ambiorigem accessisset, iussus arma abiicere, imperatum facit, suisque, vt idem faciant, imperat. Interim, dum de

horam octauam. Est circiter secunda pomeridiana. Cf. 1, 26. *M.*

in adu. os. Sic et C. 3, 99. Sed Oudend. malit τὸ *in* expunctum.

Cn. Pompeium. Vrsini codd. *C. Arpinium.* vel *Carpinium.*

cum Cotta saucio comm. Male in his narrandis versatur Dio 40, 6.

sperare, ab eo. Vulgo additur *se*, inuitis codd. bonis et edd. primis. Id iam paullo ante bene omissum est, vt saepe alias. cf. et c. 41. Dein *inpetrare.* alii *inpetrari.*

constitit, perstitit in sententia. Vulgo contra codices, *perseuerat*, quae est explicatio. *M.* Vid. Ind.

vlulatum tollunt. More suo. Cf. Liu. 5, 37 et 39.

conditionibus inter se agunt longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo, paullatim circumuentus interficitur. Tum vero suo more victoriam conclamant atque vlulatum tollunt, impetuque in nostros facto, ordines perturbant. Ibi L. Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum, reliqui se in castra recipiunt, vnde erant egressi: ex quibus L. Petrosidius aquilifer, quum magna multitudine hostium premeretur, aliquam intra vallum proiecit, ipse pro castris fortissime pugnans occiditur. Illi aegre ad noctem obpugnationem sustinent: noctu ad vnum omnes, desperata salute, se ipsi interficiunt. Pauci ex proelio elapsi, incertis itineribus per siluas ad T. Labienum Legatum in hiberna perueniunt atque eum de rebus gestis certiorem faciunt.

aquilam

38. Hac victoria sublatus Ambiorix, statim cum equitatu in Aduatucos, qui erant eius regno finitimi, proficiscitur; neque noctem neque diem intermittit peditatumque se subsequi iubet. Re demonstrata, Aduatucisque concitatis, postero die in Neruios peruenit hortaturque, *ne sui in perpetuum liberandi atque vlciscendi Romanos, pro iis, quas acceperint, iniuriis, occasionem dimittant: interfectos esse Legatos duo magnamque partem exercitus interisse* demonstrat; *nihil esse negotii, subito oppressam legionem, quae cum Cicerone hiemet, interfici; se ad eam rem profitetur adiutorem.* Facile hac oratione Neruiis persuadet.

39. Itaque, confestim dimissis nunciis ad Ceutro-

Cotta interficitur. Suet. Iul. c. 4. in finibus Germanorum accidisse cladem scribit. Scil. supra 2, 3 et 4. Belgae, in quibus Eburones, adcensentur Germanis.

Illi (qui in castra se receperant) *aegre — sustinent.* In edd. quibusdam *alii* pro *illi* legitur, quod est idem. De dolore Caesaris ex hac clade v. Sueton. Iul. c. 67. *M.* Eo significatu vix τὰ *alii* est Latinum. Bene ergo Clarkius restituit *illi.*

Re demonstrata, postquam suam victoriam narrauerat et, quid in animo haberet, exposuerat. *M.*

duo. V. not. ad 7, 33.

Ceutrones — — Hi omnes sunt ignoti populi. *M.* Oud. ex codd. dedit *Ceutrones* et *Pleumoxios*; ast D'Anville p.

nes, Grudios, Leuacos, Pleumoxios, Geidunos, qui omnes ſub eorum imperio ſunt, quam maximas manus poſſunt, cogunt et de improuiſo ad Ciceronis hiberna aduolant, nondum ad eum fama de Titurii morte perlata. Huic quoque accidit, quod fuit neceſſe, vt nonnulli milites, qui lignationis munitionisque cauſſa in ſiluas diſceſſiſſent, repentino equitum adventu interciperentur. His circumuentis, magna manu Eburones, Neruii, Aduatuci atque horum omnium ſocii et clientes, legionem obpugnare incipiunt: noſtri celeriter ad arma concurrunt, vallum conſcendunt. Aegre is dies ſuſtentatur, quod omnem ſpem hoſtes in celeritate ponebant atque, hanc adepti victoriam, in perpetuum ſe fore victores confidebant.

40. Mittuntur ad Caeſarem confeſtim ab Cicerone litterae, magnis propoſitis praemiis, ſi pertuliſſent. Obſeſſis omnibus viis, miſſi intercipiuntur. Noctu ex ea materia, quam munitionis cauſſa comportauerant, turres admodum CXX excitantur incredibili celeritate: quae deeſſe operi videbantur, perficiuntur.

357. ſeruat *Centrones*, ipſe tamen ignarus loci, quem occuparint. *Geidunos* (ſiue *Gordunos*, vt inuitis codd. vulgo legitur) in ora maritima locat, quod nomen indicare videtur. *Grudios* inuenit idem in 't *land van Groede*, vbi *Cat-ſand*. *Leuacorum* ſedem prodit fl. *Lieva*, qui Gandaui ſuas vndas cum Scaldi miſcet.

Huic quoque accidit ſc. id. quod nuper (c. 26) Sabino et Cottae. *M.* Alii minus recte *huc*. vnde Dauiſ. *hic*, vt Gr. *ἐνταῦθα*.

munitionis cauſſa, vt conligerent materiam muniendi, h. e. vallos ſ. palos. Cf. cap. 40. *M.*

turres CXX. Et metaphraſis habet *ἑκατὸν καὶ εἴκοσι*, ne de numero dubites. *Cellar.* Dubitauerat autem Hotomannus, quia ipſi incredibile viſum erat. *M.* Vocem *admodum* deleuere recentiores. Ita tamen etiam Curt. 4, 9. 12, 6. Iuſtinus 11, 14. Florus 2, 6.

murale pilum, quod de muro deiicitur, vt adſcendentes hoſtes deturbentur. Cf. 7, 82. *tranſiecti muralibus pilis.* Quomodo differant a pilis, in acie vſitatis, (v. Ind. in *pilum*) neſcio. *M.* Forſan craſſitie, pondere. Cf. Raderus ad Curt. 8, 10.

turres contabulantur, ſtruuntur tabulata (*Boden von Brettern*) in ſumma turri, ex quibus tabulatis milites pugnant. Cf. Ind. *M.*

pinnae (*die Zinnen*) ſunt quadrata lapidea aut lignea, eaque derecta, i. e. poſita ad perpen-

Hostes postero die, multo maioribus copiis coactis, castra obpugnant, fossam complent. Ab nostris eadem ratione, qua pridie, resistitur: hoc idem deinceps reliquis fit diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: non aegris, non vulneratis, facultas quietis datur: quaecumque ad proximi diei obpugnationem opus sunt, noctu comparantur: multae praeustae sudes, magnus muralium pilorum numerus instituitur; turres contabulantur, pinnae loricaeque ex cratibus adtexuntur. Ipse Cicero, quum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat, vt vltro militum concursu ac vocibus sibi parcere cogeretur.

41. Tunc duces principesque Neruiorum, qui aliquem sermonis aditum caussamque amicitiae cum Cicerone habebant, conloqui sese velle dicunt. Facta potestate, eadem, quae Ambiorix cum Titurio egerat, commemorant, *omnem esse in armis Galliam, Germanos Rhenum transisse, Caesaris reliquorumque hiberna obpugnari.* Addunt etiam *de Sabini morte. Ambiorigem* ostentant *fidei faciundae caussa: erra-*

diculum, in summo ambitu murorum aut turrium ita disposita, vt inter pinnas singulas relicta sint interualla singula (*Schiess-scharten*). Post pinnam stat miles, tectus pinnae altitudine, et ita tutus mittit lapides aut alia tela per illa interualla relicta. Exempla sunt castella prisca Gothicae structurae, passim obuia, aut corona muralis, qualem Cybele gestat. *M.*

loricae ex cratibus, crates (siue opus plexile e viminibus,) quibus summus turrium ambitus praesepitur circumcirca, *ein geflochtenes Gelender um den Thurm.* Adiecti tironum causa locum Curtii (9, 4, 30), qui rem ob oculos ponere videtur: *Alexander muro admoueri iubet scalas, euaditque in murum. Angusta muri corona erat* (i. e. summus ambitus muri non erat latus), *non pinnae, sicut alibi, fastigium eius distinxerant* (i. e. non erant in illius muri summo ambitu per interualla dispositae pinnae, vt alibi fit); *sed perpetua* (vna serie procurrens circumcirca) *lorica obducta transitum sepserat* (impediebat, quo minus posset transire, vti aliquis vulgo inter pinnas transire poterat et in vrbem desilire). *M.*

sermonis aditum, veniam et consuetudinem adeundi, et cum eo conloquendi. *M.*

Amb. cum Tit. Cf. c. 27. *M.*

Amb. ostentant, eum adesse iactabundi dicunt (venerat enim, vt est cap. 38), vt Ciceronem eo magis perterrefaciant. *M.*

re eos dicunt, *si quidquam ab his praesidii sperent, qui suis rebus diffidant; sese tamen hoc esse in Ciceronem Populumque Romanum animo, vt nihil nisi hiberna recusent atque hanc inueterascere consuetudinem nolint: licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere, et, quascumque in partes velint, sine metu proficisci.* Cicero ad haec vnum modo respondit: *Non esse consuetudinem Populi Romani, vllam accipere ab hoste armato conditionem: si ab armis discedere velint, se adiutore vtantur legatosque ad Caesarem mittant: sperare, pro eius iustitia, quae petierint, impetraturos.*

42. Ab hac spe repulsi Neruii, vallo pedum XI

vllam accipere. Vox *vllam* in aliis deest.

sperare. Cf. c. 36.

et super. ann. consuet. Sic boni codd. Alii et codd. vet. *ex.* Scaliger omisit.

nulla — copia. Est casus sextus, absolute positus, pro, *propter nullam copiam, quia nullam copiam habebant.* Hoc non animaduerso, contra codd. fere omnes procusa est haec edd. vulgg. lectio: *sed nulla his ferr. copia* (scil. erat), *quae esset ad —. M.*

manibus sagulisque. Si haec lectio vera est, sensus erit, eos terram, manibus comprehensam, seu manipulos terrae, in sagulis s. vestimentis deposuisse, et sic deportasse, destitutos corbibus aut aliis vasis. Ita quidem cepit hoc Orosius, cuius verba (6, 10) haec sunt: *gladiis concidendo terram et sagulis exportando.* Repetiit haec Glandorpius. Sed modus loquendi habet aliquid duri: vnde, quamquam et metaphr. Gr. χιτῶνας habet, voluerunt tamen alii pro *sagulis* legi *surculis*, alii *sarculis*: quod vel inde refellitur, quia hi Galli nulla ferramenta habuerunt. Marklandus editioni Supplicum Mulierum Euripidis adiecit (p. 244) explicationes veterum aliquot Graecorum et Latinorum, in quibus (p. 262) et hunc locum tractat et legi vult: *manibus tragulisque* (siue iaculi quodam genere, v. Ind.) *exhaurire*, i. e. effodere, confertque ex Horat. Epod. 5, 30. *terram ligonibus exhaurire*, et Lucan. 4, 294, *gladiis fodere solum.* Coniectura est valde speciosa. *M.* Scil. inter varia telorum et iaculorum genera Gellius 10, 25. recenset et *tragulas*, et noster passim, v. Ind. Vix mihi tempero, quin nostro hoc loco reponam *tragulisque.*

milium decem sc. passuum: quod verbum vulgo additur. Sed omnino non est certa huius loci lectio in definienda mensura: adeo dissentiunt codices, Orosius, et metaphrastes Graecus: quia vero nihil constitui potest, nolui istas varietates enumerare. *M.* Scilicet, vulgo est *milium pedum XV.* Planius et forsan verius interpres Graecus: *in circuitu LXXX stadia, altitudine vero XV pedes.* Orosius ita: *vix tribus horis vallum pedum X, fossam pedum XV*

et fossa pedum XV hiberna cingunt. Haec et superiorum annorum consuetudine a nostris cognouerant et, quosdam de exercitu nacti captiuos, ab his docebantur: sed, nulla ferramentorum copia, quae sunt ad hunc vsum idonea, gladiis cespitem circumcidere, manibus sagulisque terram exhaurire cogebantur. Qua quidem ex re hominum multitudo cognosci potuit: nam minus horis tribus milium decem in circuitu munitionem perfecerunt: reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces testudinesque, quas iidem captiui docuerant, parare ac facere coeperunt.

43. Septimo obpugnationis die, maximo coorto vento, feruentes fusili ex argilla glandes fundis et

per milia passuum XV in circuitu perfecerunt.

ad altitud. congruas altitudini, aequantes altitudinem. De falcibus v. Ind. *M.*

ferv. fusili et arg. glandes. Quia nihil reperire potui, quo adquiescerem, et quod cum linguae consuetudini, tum naturae rei congrueret, quamquam multos artis peritos interrogaui: adscripsi, quidquid collegi, vt lectoribus ipsis esset optio. Orosius ergo (6, 10) dicit: *Nervios fundis intorsisse testas feruentes*, adeoque locum sic intellexit, vt glans ex argilla fusili esset testa. In quo primo fauentem sibi habet vsum loquendi; nam quidquid funda mittitur, id glans adpellatur, etsi non est globulus aut lapis: deinde natura rei fert; nam vas argillaceum potest candefieri, vti solent vasa chemicorum concipere tantam ignearum particularum copiam, vt candeant ferri more: tertio argilla, in vasis formam ficta, necessario est fusilis. In hac tamen explicatione Orosiana illud mihi quidem semper offensioni fuit, Caesarem, vnico perspicuum scriptorem, hoc loco rei perspicuae descriptione satis obscura vsum esse. Lipsius (Poliorc. 5, 2), probante ad h. l. Bramsio, intelligit vasa argillacea, feruenti materia repleta, eaque abusione quadam glandes dici censet. Ex hac ergo ratione videntur Neruii vas argillaceum, plenum materia feruenti, imposuisse fundae et ope fundae iecisse materiam feruentem (glandem feruentem) ex argillaceo vase (ex argilla fusili, fusa in vasis formam). Atque haec sententia tollit aliquam difficultatem; nam si ipsa vasa candentia imposuissent ipsi fundae coriaceae, corium necessario ignis vi combustum fuisset: quod secus est, si materia feruens, in vase aliquo abscondita, fundae demum imposita est. Vossius ad h. l. dicit, id quod propemodum cuiuis lectori primum offertur, intelligendum sibi videri argillae genus, vnde hodienum statuae funduntur. Putat ergo, globulos argillaceos, ex argilla fusos, candentes fundis missos esse consentitque cum metaphraste Graeco, qui σφαίρας διαπύρους, ἐξ ἀργίλλης τετηγμένης κατεσκευασμένας, fuisse dicit: vix enim potest argilla τετηγμένη aliter intelligi, quam quae quadam arte ita tractabilis

feruefacta iacula in casas, quae more Gallico stramentis erant tectae, iacere coeperunt. Hae celeriter ignem comprehenderunt et venti magnitudine in omnem castrorum locum distulerunt. Hostes, maximo clamore insecuti, quasi parta iam atque explorata victoria, turres testudinesque agere et scalis vallum adscendere coeperunt. At tanta militum virtus atque ea praesentia animi fuit, vt, quum vndique flamma torrerentur maximaque telorum multitudine premerentur suaque omnia inpedimenta atque omnes fortunas conflagrare intellegerent, non modo demigrandi caussa de vallo decederet nemo, sed paene ne respiceret quidem quisquam; ac tum omnes acerrime fortissimeque pugnarent. Hic dies nostris longe grauissimus fuit; sed tamen hunc habuit euentum, vt eo die maximus hostium numerus vulneraretur atque interficeretur, vt se sub ipso vallo constipauerant recessumque primis vltimi non dabant. Paullum quidem intermissa flamma, et quodam loco turri adacta et contingente vallum, tertiae cohortis Centuriones

(fusilis) reddita est, vt in omnes formas fingi possit. Ceterum nulla est harum sententiarum, quin etiam alicui eorum, duos interrogaui, sponte in mentem venerit. Illud extra dubitationem positum videtur, *feruens* esse h. l. *candens*. Liceat quoque coniecturas de emendando verbo *fusilis* proponere, ne quid videar praetermisisse. Ergo maluerunt legi vel *fictilis*, vel *fossilis*, vel *fissilis*, vel *missilis*. Hotomannus etiam *aruina* pro *argilla* legi posse suspicatus est. *M.* Quod Morus de funda monet, necessario combusta, si vasa ei candentia inponerentur, parum stringit, poterat quippe laminis ferreis muniri eius fundus. Cf. not. ad 7, 25. Glandes e plumbo sistit Caylus in Recueil d'Antiq. t. 2. pl. 93. In earum vna prominentibus literis legitur FERI. Meminit et Virgil. Aen. 7, 686. Plura dabit Lips. pol. 4, 5.

feruefacta iacula. An sunt ignita tela? In Gr. metaphr. διάπυρα βέλη dicuntur. Tales fuere malleoli, quos ad c. 14. de bello Alex. descripsi. Idem Vossio et Dauisio placuit. *M.*

casas. Sunt tabernacula in hibernis Romanorum. *M.* Casas tales et apud Germanos structas offert columna Antonina.

insecuti. Potius e codd. et edd. vet. legendum erit: *Hostes maximo clamore, sicuti parta iam* — i. e. vt sit, vbi iam parta est victoria. *M.* Vulgatum Graecus habet.

ne respiceret quidem. Contra Cic. Catil. 2, 1. *retorquet oculos ad hanc vrbem.* Cf. Clericus A. crit. 1, 2, 2.

ex eo, quo ſtabant, loco receſſerunt ſuosque omnes remouerunt; nutu vocibusque hoſtes, ſi introire vellent, vocare coeperunt, quorum progredi auſus eſt nemo. Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati turrisque ſuccenſa eſt.

44. Erant in ea legione fortiſſimi viri Centuriones, qui iam primis ordinibus adpropinquarent, T. Pulſio et L. Varenus. Hi perpetuas controuerſias inter ſe habebant, quinam anteferretur, omnibusque annis de loco ſummis ſimultatibus contendebant. Ex iis Pulſio, quum acerrime ad munitiones pugnaretur, *Quid dubitas*, inquit, *Varene? aut quem locum probandae virtutis tuae ſpectas? hic, hic dies de noſtris controuerſiis iudicabit.* Haec quum dixiſſet, procedit extra munitiones, quaque pars hoſtium confertiſſima viſa eſt, in eam inrumpit. Ne Varenus quidem vallo ſeſe continet, ſed omnium veritus exiſtimationem ſubſequitur. Tum, mediocri ſpatio relicto, Pulſio pilum in hoſtes mittit atque vnum ex multitudine procurrentem transiicit, quo percuſſo et

vt ſe. Fruſtra Hotom. vult *ita ſe.*

primis ordinib. Reſpice ad c. 31.

Pulſio. Al. *Pullo*, *Pullus*. M. Gr. vulgatum habet.

quinam. Vulgo, *vter alteri*; quae eſt explicatio. M. Phaedr. 1, 24: *quis maior eſſet?*

de loco, honeſtiore, priore. M. Male alii *locum* cepere de gradu *militari*.

probandae. In codd. et edd. antt. plerisque eſt pro hoc verbo; *pro laude*, nullo fortaſſe ſenſu. *Probandae* e Graec. metaphr. defenditur a Daniſio et Clarkio; vbi eſt, καιρὸς τοῦ ἐπιδείξασθαι ἀρετήν. M.

ſpectas, circumſpicis, quaeris. Vulgo *exſpectas*. M.

hic, hic dies. Vulgo *hic dies*, *hic dies*. Languida nimis repetitio. Cf. Cort. ad Salluſt. Cat. 20. *En illa, illa libertas.*

procedit — inrumpit. Haec particula adeo variatur in libris ſcriptis et editis, vt nullo modo certa manus Caeſaris reperiri poſſit, etſi omnino de ſenſu conſtat. Lectio Oudendorpiana cum metaphraſi Graeca exacte conſpirat. M. Et cum bonis codd. et edd. Non ergo eſt ex ingenio Scaligeri. Vulgo legitur in aliis codd. et edd. primis: *procedit ex caſtris munitionemque — erumpit.* alii *irrumpit* etc. Τὸ *ex caſtris* gloſſam ſapit.

Tum, mediocri etc. Hoc *tum* rectius heic loci locari puto cum Oud. quam paullo ſupra inter *quidem* et *vallo*. Mox pro *mittit*, alii *inmittit*.

exanimato, hunc ſcutis protegunt hoſtes, in illum vniuerſi tela coniiciunt neque dant regrediundi facultatem. Transfigitur ſcutum Pulfioni et verutum in balteo defigitur. Auertit hic caſus vaginam et gladium educere conanti dextram moratur manum; impeditum hoſtes circumſiſtunt. Succurrit inimicus illi Varenus et laboranti ſubuenit. Ad hunc ſe confeſtim a Pulſione omnis multitudo conuertit; illum veruto transfixum arbitrantur. Occurſat ocius gladio comminusque rem gerit Varenus atque, vno interfecto, reliquos paullum propellit, dum cupidius inſtat, in locum deiectus inferiorem concidit. Huic rurſus circumuento fert ſubſidium Pulfio atque ambo incolumes, compluribus interfectis, ſumma cum laude ſeſe intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione et certamine vtrumque verſauit, vt alter alteri inimicus auxilio ſalutique eſſet, neque diiudicari poſſet, vter vtri virtute anteferendus videretur.

45. Quanto erat in dies grauior atque aſperior obpugnatio, et maxime quod, magna parte militum confecta vulneribus, res ad paucitatem defenſorum peruenerat, tanto crebriores litterae nunciique ad Caeſarem mittebantur: quorum pars deprehenſa in conſpectu noſtrorum militum cum cruciatu necabatur. Erat vnus intus Neruius, nomine Vertico, loco natus honeſto, qui a prima obſidione ad Ciceronem perfugerat ſuamque ei fidem praeſtiterat. Hic ſeruo

in illum — tela etc. Male alii: *in hoſtem vniuerſi tela coni.* Alii *et in illum.*

regrediundi. Alii *progrediendi.*

conanti. alii *conantis, conati.*

illum veruto — — Varenus. Et in hac particula certus quidem eſt ſenſus, ſed incerta manus Caeſaris, praeſertim in verbis *illic vero occurſat ocius.* Gruterus e veſtigiis librorum lei voluit: *illum veruto arbitrantur transfixum: gladio comminus rem gerit Var.* Oudendorpius vero: *illum veruto rentur transf. Ocius gladio Varenus comm. r. g. M.*

certamine. Bene ſic edd. vet. et codd. Male Scaliger *certamen.*

verſauit, modo hac, modo illa ſorte per vices vti voluit. *M.*

necabatur. alii *necabantur.* Paullo ante *τὸ militum* contra

ſpe libertatis magnisque perſuadet praemiis, vt litteras ad Caeſarem deferat. Has ille in iaculo inligatas effert et, Gallus inter Gallos ſine vlla ſuſpicione verſatus, ad Caeſarem peruenit. Ab eo de periculis Ciceronis legionisque cognoſcitur.

46. Caeſar, acceptis litteris hora circiter vndecima diei, ſtatim nuncium in Bellouacos ad M. Craſſum Quaeſtorem mittit, cuius hiberna aberant ab eo milia paſſuum XXV. Iubet media nocte legionem proficiſci celeriterque ad ſe venire. Exiit cum nuncio Craſſus. Alterum ad C. Fabium Legatum mittit, vt in Atrebatium fines legionem adducat, qua ſibi iter faciundum ſciebat. Scribit Labieno, ſi reipublicae commodo facere poſſet, cum legione ad fines Neruiorum veniat: reliquam partem exercitus, quod paullo aberat longius, non putat exſpectandam; equites circiter quadringentos ex proximis hibernis cogit.

47. Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſſi aduentu certior factus, eo die milia paſſuum viginti progreditur. Craſſum Samarobriuae praeficit legionemque ei adtribuit, quod ibi inpedimenta exercitus, obſides ciuitatum, litteras publicas frumentumque omne, quod eo tolerandae hiemis cauſſa deuexerat, relinquebat. Fabius, vt imperatum erat, non ita multum moratus, in itinere cum legione occurrit. Labienus, interitu Sabini et caede cohortium cognita, quum omnes ad eum Treuirorum copiae veniſ-

Caeſaris morem deleri iubet Scaliger. Ci. 2, 33. 4, 34 etc.

Erat vnus. pro *quidam.* Sic et 2, 25. C. 2, 27.

perfugerat. Sic boni codd. vulgo *profugerat,*

Hic ſeruo. alii *huius.* alii male *huic.*

effert. Ita codd. et edd. vet. alii *affert. aufert.*

hora vndec. Eſt circiter quinta pomeridiana. *M.*

ad M. Craſſum. vid. c. 24. Ibidem eſt de Fabio. *M.*

qua ſibi iter fac. ſciebat. alii *qua ſibi ſit iter faciendum.*

exſpectandam. Cod. Cuiac. *exercendam,* vnde ipſe coniicit, *accerſendam* vel potius *arceſſendam.*

Hora tertia. Eſt fere octaua matutina. *M.*

progreditur. alii *procedit.*

fent, veritus, ne, fi ex hibernis fugae fimilem profectionem feciffet, hoftium inpetum fustinere non poffet, praefertim quos recenti victoria efferri fciret, litteras Caefari remittit, quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus effet: rem geftam in Eburonibus perfcribit: docet, omnes peditatus equitatusque copias Treuirorum tria milia paffuum longe ab fuis caftris confediffe.

48. Caefar, confilio eius probato, etfi, opinione trium legionum deiectus, ad duas redierat, tamen vnum communis falutis auxilium in celeritate ponebat. Venit magnis itineribus in Neruiorum fines. Ibi ex captiuis cognofcit, quae apud Ciceronem gerantur, quantoque in periculo res fit. Tum cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis perfuadet, vti ad Ciceronem epiftolam deferat. Hanc Graecis confcriptam litteris mittit, ne, intercepta epiftola, noftra ab hoftibus confilia cognofcantur. Si adire non poffit, monet, vt tragulam cum epiftola, ad amentum deligata, intra munitiones caftrorum abiiciat. In litteris fcribit, fe cum legionibus profectum celeriter a fore: hortatur, vt priftinam virtutem retineat. Gallus, periculum veritus, vt erat praeceptum, tragulam mittit. Haec cafu ad turrim adhaefit, neque ab noftris biduo animaduerfa, tertio die a quodam milite confpicitur; demta ad Ciceronem defertur. Ille perle-

veritus, ne — — non poffet. Ita Oudendorpius, codices fecutus, edidit. Vulgata lectio nec Latina eft, nec digna, quae amplius repetatur: eft autem haec: *veritus, fi — feciffet, ut hoft. imp. fuft. non poffet. M.* Eam defenderat Sanctius in Min. 4, 15. p. 817. reprehenfus iure a Perizonio.

remittit. Sic bene Bofius Anim. ad Caef. p. 20, ex Graeco *ἀντεπίστειλεν.* firmatur codd. ab Oud. Vulgo erat *dimittit.*

rem geft. in Eburon. Eft clades Sabini et Cottae, qui in Eburonibus hiemarant. Cf. cap. 24. *M* et feq.

pedit. equit. copias. Sic plene nofter et 6, 7. 75. 76.

Treuirorum. Hi enim concitarant Eburones. Cf. c. 26. *M.*

Graecis litteris. v. ad 1, 29. Narrauit etiam Polyaenus de ftrategemat. 8, 23, 6. *M.*

abiiciat. Clarke *adiiciat.*

Haec cafu ad t. adh. Die

ctam in conuentu militum recitat, maximaque omnes laetitia adficit. Tum fumi incendiorum procul videbantur, quae res omnem dubitationem aduentus legionum expulit.

49. Galli, re cognita per exploratores, obſidionem relinquunt, ad Caeſarem omnibus copiis contendunt; eae erant armatorum circiter milia LX. Cicero, data facultate, Gallum ab eodem Verticone, quem ſupra demonſtrauimus, repetit, qui litteras ad Caeſarem referat: hunc admonet, iter caute diligenterque faciat: perſcribit in litteris, hoſtes ab ſe discesſiſſe omnemque ad eum multitudinem conuertiſſe. Quibus litteris circiter media nocte Caeſar adlatis ſuos facit certiores, eosque ad dimicandum animo confirmat: poſtero die luce prima mouet caſtra, et circiter milia paſſuum quatuor progresſus, trans vallem magnam et riuum multitudinem hoſtium conſpicatur. Erat magni periculi res, cum tantis copiis iniquo loco dimicare. Tum, quoniam liberatum obſidione Ciceronem ſciebat, eoque omnino remittendum de celeritate exiſtimabat, conſedit et, quam aequisſimo poteſt loco, caſtra communit. Atque haec, etſi erant exigua per ſe, vix hominum milium VII, praeſertim nullis cum inpedimentis, tamen anguſtiis viarum, quam maxime poteſt, contrahit, eo conſilio, vt in ſummam contemtionem hoſtibus veniat. Inte-

40, 9. de induſtria id factum narrat, ſed maior Caeſari fides debetur.

data facultate, quia erat facultas nanciſcendi hominem, quem commode mittere poſſet, quem Galli non agnoſcerent. *M.*

demonſtrauimus. v. c. 45. *M.*

referat. alii *deferat*.

vallem magnam. τὸ *magnam* deeſt in edd. primis et codd. multis.

cum tantis copiis. Alii bene multi codices, *tantulis*: hoc intelligendum erit de exiguo Caeſaris exercitu, et *cum tantulis copiis dimicare* ſignificabit, habentem tantulas copias dimicare cum hoſte. *M.*

Tum. Nexus non eſt perſpicuus, et habent alii *tamen*, pro, *tum*. Debebat eſſe: *Ergo tum quidem*: certe ſic explicandum eſt. *M.*

eoque omnino. Ante Scaligerum legebatur *aequo animo*.

quam aeq. poteſt loco. Sic Oud. e codd. Vulgo *loco poteſt*.

rim, ſpeculatoribus in omnes partes dimiſſis, explorat, quo commodiſſimo itinere vallem transire poſſit.

50. Eo die, paruulis equeſtribus proeliis ad aquam factis, vtrique ſeſe ſuo loco continent; Galli, quod ampliores copias, quae nondum conuenerant, exſpectabant; Caeſar, ſi forte timoris ſimulatione hoſtes in ſuum locum elicere poſſet, vt citra vallem pro caſtris proelio contenderet; ſi id efficere non poſſet, vt, exploratis itineribus, minore cum periculo vallem riuumque tranſiret. Prima luce hoſtium equitatus ad caſtra accedit proeliumque cum noſtris equitibus committit. Caeſar conſulto equites cedere ſeque in caſtra recipere iubet; ſimul ex omnibus partibus caſtra altiore vallo muniri portasque obſtrui atque in his adminiſtrandis rebus quam maxime concurſari et cum ſimulatione timoris agi iubet.

51. Quibus omnibus rebus hoſtes inuitati copias transducunt aciemque iniquo loco conſtituunt; noſtris vero etiam de vallo deductis, propius accedunt et tela intra munitionem ex omnibus partibus coniiciunt; praeconibusque circummiſſis pronunciari iubent, *ſeu quis Gallus, ſeu Romanus velit ante horam tertiam ad ſe transire, ſine periculo licere; poſt id tempus non fore poteſtatem:* ac ſic noſtros contemſerunt, vt, obſtructis in ſpeciem portis ſingulis ordi-

quo commodiſſimo itinere. al. *commodiſſime.* male.

ordinibus ceſpitum. In ſingulis portis caſtrorum poſiti erant ordines (ſtrata plura) ceſpitum alii ſuper aliis. *M*

ea. alii *eas.* Mox *omn. portis er. f.* Aliter Polyaenus 8, 23.

ſcindere. Hoc vel ſine codicibus ponendum erat; ſed codd. plerique teſte Oudendorpio et edd. vet.) habent *ſcindere.* Tamen ineptiſſima lectio, *manu ſcandere*, per editiones eſt propagata — — Exſtat narratio de hac Neruiorum molitione apud Plutarch. in Caeſ. cap. 24. et Dion. Caſſ. 40, 7-11. *M.* Graecus interpres *τὸ ἔρυμα τῇ χειρὶ περιτέμνειν.*

proſequi veritus. Alii *proſequi noluit.* Sic et Graecus.

neque etiam — videbat. Neſcimus in inſigni codd. varietate, quid Caeſar h. l. ſcripſerit; et interpretes magnopere diſſentiunt. Licebitne, *enim* pro *etiam* e tribus codicibus recipere, et hoc totum comma, *neque — — videbat*, parentheſi includere? Ita ſenſus erit: videbat, relinqui

nibus cespitum, quod ea non posse introrumpere videbantur, alii vallum manu scindere, alii fossas complere inciperent. Tum Caesar, omnibus portis eruptione facta equitatuque emisso, celeriter hostes dat in fugam, sic, vti omnino pugnandi caussa resisteret nemo; magnumque ex eis numerum occidit atque omnes armis exuit.

52. Longius prosequi veritus, quod siluae paludesque intercedebant, neque etiam paruulo detrimento illorum locum relinqui videbat, omnibus suis incolumibus copiis, eodem die ad Ciceronem peruenit. Institutas turres, testudines munitionesque hostium admiratur: producta legione cognoscit, non decimum quemque esse relictum militem sine vulnere. Ex his omnibus iudicat rebus, quanto cum periculo et quanta cum virtute res sint administratae: Ciceronem pro eius merito legionemque conlaudat: Centuriones singillatim Tribunosque militum adpellat, quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognouerat. De casu Sabini et Cottae certius ex captiuis cognoscit. Postero die concione habita rem gestam proponit, milites consolatur et confirmat: quod detrimentum culpa et temeritate Legati sit acceptum, hoc aequiore animo ferundum docet, quod, beneficio Deorum inmortalium et virtute eorum ex-

locum (ab hostibus fugientibus) non paruo cum detrimento illorum (hostium), i. e. hostes fugere ex loco, in quo hactenus fuerant, magno cum detrimento suo, vt multi eorum in siluis et paludibus perirent. Admonitus ergo hoc exemplo, noluit eos prosequi, ne idem detrimentum acciperet, quod hostes, ex hoc loco discedentes, accipere videbat. Sed illud deminutiuum *paruulus* ita non satis aptum est. Lambini coniecturam ingeniosam, *neque etiam paruulo detrimento* (suorum) *vllum locum relinqui volebat*, probarunt Vossius et Clarkius: fateor tamen, Caesarem, si hoc voluisset, scripturum fuisse, *ac ne paruulo quidem detr. vl. l. r. vol.* Manet lectio incerta., *M.* Coniiciebat Wasseus *p. d.* (suorum) *illum locum relinqui vid.* scil. ab hoste. Oud. vero sic: *p. d.* (suorum vel suo) *illorum loca a se inrumpi vid.* nimis audacter siue necessitate.

quanta cum virtute. Sic solet noster praepositione repetita vti.

singillatim. al. *singulatim.*

piato incommodo, neque hostibus diutina laetatio, neque ipsis longior dolor relinquatur.

53. Interim ad Labienum per Remos incredibili celeritate de victoria Caesaris fama perfertur, vt, quum ab hibernis Ciceronis abesset milia passuum circiter LX, eoque post horam nonam diei Caesar peruenisset, ante mediam noctem ad portas castrorum clamor oriretur, quo clamore significatio victoriae gratulatioque ab Remis Labieno fieret. Hac fama ad Treuiros perlata, Indutiomarus, qui postero die castra Labieni obpugnare decreuerat, noctu profugit copiasque omnes in Treuiros reducit. Caesar Fabium cum legione in sua remittit hiberna, ipse cum tribus legionibus circum Samarobriuam trinis hibernis hiemare constituit et, quod tanti motus Galliae exstiterant, totam hiemem ipse ad exercitum manere decreuit. Nam illo incommodo de Sabini morte perlato, omnes fere Galliae ciuitates de bello consultabant, nuncios legationesque in omnes partes dimittebant et, quid reliqui consilii caperent atque

laetatio. Recepit Oudendorpius hoc verbum, pro vulg. *laetitia*, e codd. pluribus; negat tamen, se exemplum eius apud alium auctorem bonum reperisse. Sed cum forma verbi analogiae grammaticae respondeat, non repudiem. *M.* Iam alii, in his et Scaliger, eam vocem admiserant.

neque ipsis long. dol. rel. Audita clade Tituriana barbam capillosque submisisse Caesarem nec ante demisisse Suetonius refert cap. 67. quam vindicasset. Sed hoc cito factum.

milia pass. circiter LX. Sic codd. boni et edd. vet. Graecus habet CDLXXX stadia, quod eodem redit. Male Oud. inde efficit M. pass. L.

horam nonam. Est circiter tertia pomeridiana. *M.*

ad Treuiros. Cf. cap. 24 et 47. *M.*

cum leg. in sua rem. hib. al. *cum leg. sua rem. in hib.*

Neque vllum fere. Id *fere* addit Oud. e codd. et edd. pr.

de conciliis. al. *consiliis.* forte rectius, Gr. ἐπιχειρήσειν.

ab L. Roscio Legato. alii *Quaestore*, sed is erat M. Crassus. v. cap. 24. forsan de honore hominis Caesar nihil addiderat.

Armoricae. Ex aliis horum commentariorum locis (7, 75 et 8, 31) constat, has ciuitates maritimas fuisse. Cf. 2, 34 et 3, 7. 9. 17. 29. et 7, 4. vbi ciuitates singulae enumerantur. Etsi vero non pauci, quos in opere geographico secutus est Cellarius, existimarunt, verbum Armoricus

vnde initium belli fieret, explorabant nocturnaque in locis desertis concilia habebant. Neque vllum fere totius hiemis tempus sine sollicitudine Caesaris intercessit, quin aliquem de conciliis ac motu Gallorum nuncium acciperet. In his ab L. Roscio Legato, quem legioni XIII praefecerat, certior est factus, magnas Gallorum copias earum ciuitatum, quae Armoricae adpellantur, obpugnandi sui caussa conuenisse; neque longius milia passuum VIII ab hibernis suis afuisse; sed nuncio adlato de victoria Caesaris, discessisse, adeo, vt fugae similis discessus videretur.

54. At Caesar, principibus cuiusque ciuitatis ad se euocatis, alias territando, quum se scire, quae fierent, denunciaret, alias cohortando, magnam partem Galliae in officio tenuit. Tamen Senones, quae est ciuitas in primis firma et magnae inter Gallos auctoritatis, Cauarinum, quem Caesar apud eos Regem constituerat, (cuius frater Moritasgus, aduentu in Galliam Caesaris, cuiusque maiores Regnum obtinuerant,) interficere publico consilio conati, quum ille

factum esse e Celticis, *ar moer* (*am Meer*), ad mare, vel supra mare, de quo in glossario Wachterus monuit in v. *Meer:* tamen alii, in his Ritterus in hist. Gall. p. 76, maluerunt originem verbi huius repetere e Celtico *Ar*, quod significet solum pingue, pratis et pascuis laetissimum, aut omnino aruum, atque adeo annonam, omnemque terrae prouentum (vid. Wachter. gloss. in v. *Ar*, et *Armorices* interpretari incolas eiusmodi foecundae regionis, ad oram maritimam sitae, vel in vniuersum possessores agrorum ad oram maris. Idem ille Ritterus ostendit, non eodem vbiuis sensu Armoricas ciuitates apud veteres dici; modo enim plures, modo pauciores hoc nomine comprehendi; apud Caesarem autem eas intelligi, quae inter Sequanam et Ligerim in peninsula illa vniuersa ad Oceanum Britannicum sedes habuerint. Nolui ergo colligere omnes locos, vbi hoc verbum occurrit alia significatione, quam apud Caesarem. Qui vult, adeat Cellarii opus geographicum. Tom I. l. 2. cap. 2. sect. 2. *M.* In opere ad 1, 6. citato p. 223. La Tour d'Auvergne tradit ex Celtico *oar. armoric*, quod significet *ad mare paruum*, vocem *Armoricae* esse contractam et de freto Caletano accipiendam, cuius illae gentes sint adcolae.

afuisse. Respice ad 1, 36.

euocatis. alii *vocatis*, *conuocatis.*

Moritasgus. Fuit et Deus aliquis Gallorum hoc nomine. V. Reinesii ep. 67. p. 597.

praesensisset ac profugisset, vsque ad fines insecuti, Regno domoque expulerunt: et, missis ad Caesarem satisfaciundi caussa legatis, quum is omnem ad se senatum venire iussisset, dicto audientes non fuerunt. Tantum apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi, tantamque omnibus voluntatum commutationem adtulit, vt, praeter Aeduos et Remos, quos praecipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga Populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis, nulla fere ciuitas fuerit non suspecta nobis. Idque adeo haud scio mirandumne sit, quum compluribus aliis de caussis, tum maxime, quod, qui virtute belli omnibus gentibus praeferebantur, tantum se eius opinionis deperdidisse, vt a Populo Romano imperia perferrent, grauissime dolebant.

55. Treuiri vero atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent, pecunias pollicerentur, magna parte exercitus nostri interfecta, multo minorem superesse dicerent partem. Neque tamen vlli ciuitati Germanorum persuaderi potuit, vt Rhenum transiret, quum *se bis expertos* dicerent, *Ariouisti bello et Tenchtherorum transitu, non esse amplius fortunam tentandam.* Hac spe lapsus Indutiomarus, nihilo minus copias cogere, exercere, a

Tantum ap. hom. Clarke e cod. regio ponit *tantumque.* Male. nam alii codd. et edd. vet. habent *tantum.* Adde quod mox sequitur *tantamque.*

omnibus voluntatum. Sic Dauisius et Clarkius bene e codd. et edd. vet. pro quo male Scaliger et recentiores *omnium voluntatis.* Oudend. suspicatur legendum *omnium voluntatum.*

quod, qui virt. Alii intrudunt *hi* vel *ei.*

a Populo Romano. Vulgo *Populi Romani;* sed codd. egregie *a P. R.* vt C. 3, 36. *litterae a M. Fauonio.* et Alex. cap. 34. *legiones ab Deiotaro.* et Liu. 2, 3. *litteras ab Tarquiniis.*

tentandam. Sic codd. et edd. vet. vulgo minus recte *tentaturos.*

exercere. Sic metaphr. Gr. ἀσκεῖν et omnes Oud. codices. Vulgo mutata quoque distinctione: *exigere a finitimis, equos parare M.* Hanc lectionem Clar-

finitumis equos parare, exſules damnatosque tota Gallia magnis praemiis ad ſe adlicere coepit. Ac tantam ſibi iam iis rebus in Gallia auctoritatem comparauerat, vt vndique ad eum legationes concurrerent, gratiam atque amicitiam publice priuatimque peterent.

56. Vbi intellexit vltro ad ſe veniri, altera ex parte Senones Carnutesque conſcientia facinoris inſtigari, altera Neruios Aduatucosque bellum Romanis parare, neque ſibi voluntariorum copias defore, ſi ex finibus ſuis progredi coepiſſet: armatum concilium indicit, (hoc more Gallorum eſt initium belli,) quo lege communi omnes puberes armati conuenire conſuerunt; qui ex iis nouiſſimus venit, in conſpectu multitudinis omnibus cruciatibus adfectus necatur. In eo concilio Cingetorigem, alterius principem factionis, generum ſuum, (quem ſupra demonſtrauimus, Caeſaris ſecutum fidem, ab eo non diſceſſiſſe,) hoſtem iudicat bonaque eius publicat. His rebus confectis, in concilio pronunciat, arceſſitum ſe a Senonibus et Carnutibus aliisque compluribus Galliae ciuitatibus, huc iter facturum per fines Remorum, eorumque agros populaturum ac prius, quam id faciat, Labieni caſtra obpugnaturum: quae fieri velit, praecipit.

57. Labienus, quum et loci natura et manu munitiſſimis caſtris ſeſe teneret, de ſuo ac legionis peri-

kius tuetur; alteram manifeſto conruptam iudicat.

tota Gallia. Ita codd. et edd. vet. Graecus etiam ἐν πάσης τῆς *Γαλατίας.* E Plantiniana Lipſii editione illud *tota* excidit, quod Scaliger et alii ſecuti. Alii *e Gallia.* Τὸ *totus* frequenter adhibet noſter. v. Ind.

conſcientia facinoris. Hoc facinus c. 25 et 54 deſcriptum eſt. *M.* Loco τοῦ *inſtigari* Clarke e cod. regio habet *inſtigatos.*

armatum concilium. Cf. Liu. 21, 20. *M.*

hoc more Gall. etc. Gloſſema hoc videtur.

conſuerunt. Vulgo e paucioribus libris, *coguntur.* *M.* Sed Gr. εἰώθασι.

ſupra demonſtr. Conf. cap. 3. *M.*

iudicat. Alii *iudicandum curat*, quae eſt explicatio. *M.*

ac prius. Dauiſ. malit *at.*

quae fieri velit. alii *quaeque.*

manu munitiſſimis. Vrſinus

culo nihil timebat; ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret, cogitabat. Itaque a Cingetorige atque eius propinquis oratione Indutiomari cognita, quam in concilio habuerat, nuncios mittit ad finitumas ciuitates equitesque vndique euocat: iis certum diem conueniendi dicit. Interim prope quotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius vagabatur, alias vt situm castrorum cognosceret, alias conloquendi aut territandi caussa: equites plerumque omnes tela intra vallum coniiciebant. Labienus suos intra munitiones continebat timorisque opinionem, quibuscumque poterat rebus, augebat.

58. Quum maiore in dies contemtione Indutiomarus ad castra accederet, nocte vna, intromissis equitibus omnium finitumarum ciuitatum, quos arcessendos curauerat, tanta diligentia omnes suos custodiis intra castra continuit, vt nulla ratione ea res enunciari aut ad Treuiros perferri posset. Interim ex consuetudine quotidiana Indutiomarus ad castra accedit atque ibi magnam partem diei consumit; equites tela coniiciunt et magna cum contumelia verborum nostros ad pugnam euocant. Nullo ab nostris dato responso, vbi visum est, sub vesperum dispersi ac dissipati discedunt. Subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit; praecipit atque interdicit, proterritis hostibus atque in fugam coniectis,

perperam expungit τὸ *manu*, quasi e glossa; opponitur quippe τῷ *natura munitis*. Cf. Iustin. 24, 6.

euocat. alii *conuocat*.

intromissis, receptis in castra Labieni. *M.*

magna cum contumelia. Sic codd. hic et alibi. V. 7, 55. C. 2, 14. Al. 60.

praecipit atque interdicit. Potest *praecipit* referri eo, quod omnes vnum petere iubet; et *interdicit* eo, quod prohibet, ne quem prius Indutiomaro vulnerent. Fortasse tamen *interdicere* omnino est edicere, pronunciare, interponere suam sententiam iubendi prohibendique causa: saltem *interdictum* in iure nonnumquam est idem, quod edictum simpliciter. *M.*

proterritis. Alii *perterritis*. Sed *proterrere* est terrore incusso in fugam coniicere. Vid. Virg. Aen. 12, 291. Stat. Theb. 2, 645. Apul. Met. 3, 46. et ibi

(quod fore, ficut accidit, videbat,) vnum omnes petant Indutiomarum; neu quis quem prius vulneret, quam illum interfectum viderit, quod mora reliquorum spatium nactum illum effugere nolebat: magna proponit iis, qui occiderint, praemia: fubmittit cohortes equitibus fubfidio. Comprobat hominis confilium fortuna et, quum vnum omnes peterent, in ipfo fluminis vado deprehenfus Indutiomarus interficitur caputque eius refertur in caftra: redeuntes equites, quos posfunt, confectantur atque occidunt. Hac re cognita, omnes Eburonum et Neruiorum, quae conuenerant, copiae difcedunt; paulloque habuit poft id factum Caefar quietiorem Galliam.

Oud. item Lact. de mort. perfec. c. 44.

neu quis quem. alii *neu quis quemquam.* vel *quisquam quemquam.*

in ipfo fluminis vado. Mofae, quae Remos a Treuiris diuidebat. v. Cluuer. 2, 14.

caputque eius. Conf. Florus 3, 10.

C. IVLII CAESARIS
COMMENTARII
DE BELLO GALLICO

LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM

I. Motus in omni fere Gallia, Titurio caeso.

Cap. 1. *Romanorum copiae in Gallia auctae.* 2. 3. *Motus Treuirorum. Neruii obpressi. concilium Lutetiae Parisiorum.* 4. *Senones et Carnutes pacati.* 5. 6. *Menapii subacti.* 7. 8. *Treuiri ab Labieno dolo et ratione.*

II. Expeditio Caesaris in Sueuos.

Cap. 9. *Iter Caesaris in Germaniam. Vbiorum legatio sui purgandi caussa.* 10. *Receptus Sueuorum in vltimos fines suos.* 11 — 20. *Mores Gallorum.* 21 — 24. *Germanorum.* 25. *Hercynia silua.* 26 — 28. *Genera ferarum in Hercynia silua memoranda.*

III. Poena Ambiorigis et Eburonum.

Cap. 29 — 31. *Reditus Caesaris in Galliam. Ambiorix obpressus. Catiuolci regis mors.* 32 — 34. *Partito exercitu Eburorum fines deuastati.* 35 — 42. *Castra Romana a Sigambris obpugnata. periculum Romanorum, qui frumentandi caussa castris egressi. Romanorum terror aduentu Caesaris sublatus.* 43. *Eburones denuo vexati.* 44. *Quaestio de coniuratione Senonum instituta. Acconis subplicium. hiberna Caesaris. iter in Italiam.*

Multis de caussis Caesar, maiorem Galliae motum exspectans, per M. Silanum, C. Antistium Reginum, T. Sextium, Legatos, dilectum habere instituit: simul ab Cn. Pompeio Proconsule petit, quoniam ipse ad

dilectum. Sic codd. vet. alii *delectum.*

Cn. Pompeio. Anno vrbis conditae 699 Pompeio Consuli decreta est in proximum quinquennium Hispania prouincia,

vrbem cum imperio reipublicae caussa remaneret, quos ex Cisalpina Gallia Consulis sacramento rogavisset, ad signa conuenire et ad se proficisci iuberet: magni interesse etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliae existimans, tantas videri Italiae facultates, vt, si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modo id breui tempore sarciri, sed etiam maioribus adaugeri copiis posset. Quod quum Pompeius et reipublicae et amicitiae tribuisset, celeriter confecto per suos dilectu, tribus ante exactam hiemem et constitutis et adductis legionibus, duplicatoque earum cohortium numero, quas cum Q. Titurio amiserat, et celeritate et copiis docuit, quid Populi Romani disciplina atque opes possent.

2. Interfecto Indutiomaro, vt docuimus, ad eius

quam pro Consule administraret, permissumque, vt quos, quot numero, et vndecumque vellet, milites conscriberet (v. Dio Cass. 39, 33). Conscripsit ergo, vt Caesar h. l. tradit, etiam in Cisalpina Gallia legiones. Dum vero abitum in prouinciam parat, resistunt ei quidam tribuni plebis et perficiunt, vt, missis in Hispaniam Petreio et Afranio, Legatis, ipse Pompeius in Italia restaret. Cui morae, ne coactus restare videretur, hanc causam praetexuit, se rei frumentariae causa (hoc est ergo h. l. apud Caesarem: *reipublicae causa remanere*) restare (Dio Cass. 39, 39), cuius cura ei duobus abhinc annis Cicerone auctore cum proconsulari imperio in quinquennium demandata erat. (v. Cic. pro Dom. c. 4 sqq. et Dio Cass. 39, 9. vbi Fabricius plura collegit.) Dum ergo ad vrbem est, Caesar ab eo petiit, vt legionem ad se proficisci in Galliam pateretur. Adnuit Pompeius; sed sub initia belli ciuilis hanc legionem satis callide a Caesare abduxit, quo Caesar non parum offensus est, quasi Pompeius ipsum militibus et opibus exspoliare vellet (vid. infra de bell. Gall. 8, 54. et Appian. de B. C. p. 446. ed. Steph.), fuitque haec res, vt prudentissimus Plutarchus (in Caes. c. 25) monuit, haud leue momentum ad exordia belli ciuilis. *M.*

remaneret. Sic Oud. e codd. vulgo *maneret.*

consulis sacramento, si vera lectio est, significabit sacramentum, quo Consul adigit milites, quo eos obstringit. Sed libenter accedo iis, qui *Consul* legi volunt. Pompeius *Consul* dilectum habuerat et milites rogarat sacramento interposito, an vellent nomina dare militiae. Ceterum cf. Ind. in *sacramentum. M.* Ph. Rubenius volebat *Consul is* diuisim Elect. 1, 15. sed Tacitus etiam habet *adigi sacramento Caesarum, Vitellii, Vespasiani.* vid. Hist. 1, 76. *advocare sacramento.* ib. c. 55.

sarciri. Plerique codd. *resarciri. M.*

adaugeri. alias *augeri.*

vt docuimus. vid. 5, 58. *M.*

propinquos a Treuiris imperium defertur. Illi finitumos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt: quum ab proximis impetrare non possent, vlteriores tentant. Inuentis nonnullis ciuitatibus, iureiurando inter se confirmant obsidibusque de pecunia cauent: Ambiorigem sibi societate et foedere adiungunt. Quibus rebus cognitis, Caesar, quum vndique bellum parari videret, Neruios, Aduatucos, Menapios, adiunctis cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis, Senones ad imperatum non venire et cum Carnutibus finitumisque ciuitatibus concilia communicare, a Treuiris Germanos crebris legationibus sollicitari; maturius sibi de bello cogitandum putauit.

3. Itaque nondum hieme confecta, proximis quatuor coactis legionibus, de improuiso in fines Neruiorum contendit et prius, quam illi aut conuenire aut profugere possent, magno pecoris atque hominum numero capto atque ea praeda militibus concessa vastatisque agris, in deditionem venire atque obsides sibi dare coegit. Eo celeriter confecto negotio, rursus in hiberna legiones reduxit. Concilio Galliae primo vere, vti instituerat, indicto, quum reliqui, praeter Senones, Carnutes Treuirosque, venissent, initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, vt omnia postponere videretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert. Confines erant hi Senonibus ciuitatemque patrum memoria coniunxerant; sed ab hoc consilio afuisse existimabantur. Hac re pro sug-

non desistunt. vid. 5, 55. *M.*
ciuitatibus. Sic Oud. e codd. alii *ciuitates*.

de pecunia cauent. i. e. se pecuniam daturos. Frustra Vrsinus et Ciaccon. *et pecunia*.

omnibus Germanis. Qui sint, v. 2, 4. Male Goduiuus intelligit Tribocoos, Nemetes, Vangiones; hi enim nondum videntur tum Rhenum transisse.

Senones — venire. Cf. 5, 54. *M. ad imperatum*. Sallust. Iug. c. 62. habet *ad imperandum vocare*. quod est ambiguum, vnde perperam et hic placet id gerundium Vrsino et Ciacconio.

vti instituerat, vt quotan-

gestu pronunciata, eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur magnisque itineribus eo peruenit.

4. Cognito eius aduentu, Acco, qui princeps eius consilii fuerat, iubet in oppida multitudinem conuenire; conantibus, prius quam id effici posset, adesse Romanos nunciatur; necessario sententia desistunt legatosque deprecandi caussa ad Caesarem mittunt; adeunt per Aeduos, quorum antiquitus erat in fide ciuitas. Libenter Caesar petentibus Aeduis dat veniam excusationemque accipit; quod aestiuum tempus instantis belli, non quaestionis, esse arbitrabatur. Obsidibus imperatis centum, hos Aeduis custodiendos tradit. Eodem Carnutes legatos obsidesque mittunt, vsi deprecatoribus Remis, quorum erant in clientela: eadem ferunt responsa. Peragit concilium Caesar equitesque imperat ciuitatibus.

5. Hac parte Galliae pacata, totus et mente et animo in bellum Treuirorum et Ambiorigis insistit. Cauarinum cum equitatu Senonum secum proficisci iubet, ne quis aut ex huius iracundia, aut ex eo, quod meruerat, odio ciuitatis, motus exsistat. His rebus constitutis, quod pro explorato habebat, Ambiorigem proelio non esse concertaturum, reliqua eius consilia animo circumspiciebat. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus siluisque muniti, qui vni ex Gallia de pace ad Caesarem legatos numquam miserant. Cum iis esse hospitium Ambiorigi sciebat: item per Treuiros venisse

usis solebat. Conf. cap. 44. *M.*

Lutetiam. alii *in Lutetiam,* non sine exemplo.

quorum. — erat in fide ciuitas. Senones erant clientes et socii Aeduorum. *M.*

Cauarinum. Cf. 5, 54. *M.*

meruerat. al. *metuerat.*

odio ciuitatis. Quia Caesar eum regem constituerat, incurrit Cauarinus odium suorum. *M.*

motus exsistat. Clarke e cod. *oriretur*, quod est e glossa.

concertaturum. Scaliger *certaturum.* Sed receptum ab Oud. habent et codd. probi et edd. vet.

Germanis in amicitiam, cognouerat. Haec prius illi detrahenda auxilia existimabat, quam ipsum bello lacesseret; ne, desperata salute, aut se in Menapios abderet, aut cum transrhenanis congredi cogeretur. Hoc inito consilio, totius exercitus inpedimenta ad Labienum in Treuiros mittit, duasque legiones ad eum proficisci iubet: ipse cum legionibus expeditis quinque in Menapios proficiscitur. Illi, nulla coacta manu, loci praesidio freti, in siluas paludesque confugiunt suaque eodem conferunt.

6. Caesar, partitis copiis cum C. Fabio Legato et M. Crasso Quaestore, celeriterque effectis pontibus, adit tripartito, aedificia vicosque incendit, magno pecoris atque hominum numero potitur. Quibus rebus coacti Menapii, legatos ad eum pacis petendae caussa mittunt. Ille, obsidibus acceptis, hostium se habiturum numero confirmat, si aut Ambiorigem aut eius legatos, finibus suis recepissent. His confirmatis rebus, Commium Atrebatem cum equitatu custodis loco in Menapiis relinquit; ipse in Treuiros proficiscitur.

7. Dum haec a Caesare geruntur, Treuiri, magnis coactis peditatus equitatusque copiis, Labienum cum vna legione, quae in eorum finibus hiemabat, adoriri parabant: iamque ab eo non longius bidui via aberant, quum duas venisse legiones missu Caesaris cognoscunt. Positis castris a milibus passuum XV auxilia Germanorum exspectare constituunt. Labienus, hostium cognito consilio, sperans, temeritate

lacesseret. Scaliger et recentiores *lacessendum*.

in Menapios. alii *in Menapiis.*

cum transrhen. congredi, eorum fines adire, seque cum iis coniungere: erat enim Treviris amicus. Metaphr. Gr. *συμμαχίαν ποιεῖσθαι. M.* Pro *cogeretur* Gudius malebat *conaretur*, sed *cogi* heic eo sensu ponitur, quo 5, 42.

adit tripart. bene sic, al. *adiit.*

hostium numero. alii *in numero*, vt mox cap. 32. et C. 3, 57. Vtrumque dicitur.

confirmatis rebus, constitutis, vt omnia recte haberent. *M.*

Commium Atrebatem. Cf. 4, 21. *M.*

eorum fore aliquam dimicandi facultatem, praesidio cohortium quinque inpedimentis relicto, cum XXV cohortibus magnoque equitatu contra hostem proficiscitur et, M passuum intermisso spatio, castra communit. Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque praeruptis: hoc neque ipse transire in animo habebat, neque hostes transituros existimabat. Augebatur auxiliorum quotidie spes. Loquitur in consilio palam, *quoniam Germani adpropinquare dicantur, sese suas exercitusque fortunas in dubium non deuocaturum et postero die prima luce castra moturum.* Celeriter haec ad hostes deferuntur, vt ex magno Gallorum equitatus numero nonnullos Gallicis rebus fauere natura cogebat. Labienus noctu, Tribunis militum primisque ordinibus coactis, quid sui sit consilii, proponit et, quo facilius hostibus timoris det suspicionem, maiore strepitu et tumultu, quam Populi Romani fert consuetudo, castra moueri iubet. His rebus fugae similem profectionem efficit. Haec quoque per exploratores ante lucem, in tanta propinquitate castrorum, ad hostes deferuntur.

8. Vix agmen nouissimum extra munitiones processerat, quum Galli, cohortati inter se, *ne speratam praedam ex manibus dimitterent; longum esse, perterritis Romanis, Germanorum auxilium exspectare; neque suam pati dignitatem, vt tantis copiis tam exiguam manum, praesertim fugientem atque inpeditam, adoriri non audeant;* flumen transire et

hiemabat. Sic rectius e codd. quam vulgo *hiemauerat.*

a milibus p. Sic et 4, 22.

in consilio. Vulgo *in concilio.* Male.

dicantur. alii *dicuntur.*

non deuocaturum. Sic b. Hisp. 24. Conf. Phaedr. fab. 1, 20.

equitatus, al. *equitum.*

Trib. mil. prim. ordinibus. v. ad 5, 30. *M.*

coactis. Sic e cod. Gron. ad Liu. 30, 4. et Clarke. Vulgo *conuocatis* e glossa.

suspicionem. Cod. Bongars. *suspectionem.* Cf. Oud.

auxilium. al. *auxilia.*

iniquo loco proelium committere non dubitant. Quae fore suspicatus Labienus, vt omnes citra flumen eliceret, eadem vsus simulatione itineris, placide progrediebatur. Tum, praemissis paullum inpedimentis atque in tumulo quodam conlocatis, *Habetis*, inquit, *milites, quam petistis, facultatem: hostem inpedito atque iniquo loco tenetis: praestate eandem nobis ducibus virtutem, quam saepenumero Imperatori praestitistis: adesse eum et haec coram cernere, existimate.* Simul signa ad hostem conuerti aciemque dirigi iubet et, paucis turmis praesidio ad inpedimenta dimissis, reliquos equites ad latera disponit. Celeriter nostri clamore sublato pila in hostes inmittunt. Illi, vbi praeter spem, quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt, inpetum modo ferre non potuerunt ac, primo concursu in fugam coniecti, proximas siluas petiuerunt: quos Labienus equitatu consectatus, magno numero interfecto, compluribus captis, paucis post diebus ciuitatem recepit: nam Germani, qui auxilio veniebant, percepta Treuirorum fuga, sese domum contulerunt. Cum iis propinqui Indutiomari, qui defectionis auctores fuerant, comitati eos, ex ciuitate excessere. Cingetorigi, quem ab initio permansisse in officio demonstrauimus, Principatus atque imperium est traditum.

9. Caesar, postquam ex Menapiis in Treuiros ve-

eadem vsus simul. Memorat hoc strategema Frontinus 2, 5, 20.

ad inpedimenta dimissis. Cod. reg. *relictis*, vt c. 7.

in hostes inmittunt. al. *mittunt. iaciunt.*

recepit. alii *recipit.*

sese d. contulerunt. alii *receperunt.*

propinqui Indut. cf. cap. 2. De Cingetorige v. 5, 3. 56. *M.*

in Treuiros venit. Redit narratio ad c. 6. extr. *M.*

erat altera. al. *vna*, sed codd. multi habent vulgatum.

contra se Treuiris. Hotom. et Voss. inseri iubent *Germani*, vt Gr. habet, sed sufficit intelligi.

Ambiorix. Cf. c. 5. *M.*

supra eum locum. De nupero ponte vid. 4, 17. etsi non constat, quo potissimum loco factus sit. Quoniam autem pons,

nit, duabus de caussis Rhenum transire constituit: quarum erat altera, quod auxilia contra se Treuiri miserant; altera, ne Ambiorix ad eos receptum haberet. His constitutis rebus, paullum supra eum locum, quo ante exercitum transduxerat, facere pontem instituit. Nota atque instituta ratione, magno militum studio, paucis diebus opus efficitur. Firmo in Treuiris praesidio ad pontem relicto, ne quis ab iis subitò motus oriretur, reliquas copias equitatumque transducit. Vbii, qui ante obsides dederant atque in deditionem venerant, purgandi sui caussa ad eum legatos mittunt, qui doceant, *neque ex sua civitate auxilia in Treuiros missa, neque ab se fidem laesam:* petunt atque orant, *vt sibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant: si amplius obsidum velit, dare pollicentur.* Cognita Caesar caussa reperit, ab Sueuis auxilia missa esse, Vbiorum satisfactionem accepit, aditus viasque in Sueuos perquirit.

10. Interim paucis post diebus fit ab Vbiis certior, Sueuos omnes vnum in locum copias cogere atque iis nationibus, quae sub eorum sint imperio, denunciare, vti auxilia peditatus equitatusque mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam prouidet, castris idoneum locum deligit, Vbiis imperat, vt pecora deducant suaque omnia ex agris in oppida conferant, sperans, barbaros atque imperitos homines, inopia

qui nunc sit, in Treuirorum partibus factus est: nam in Treviris praesidium ad pontem relictum esse mox dicitur: videtur colligi posse, nuperum pontem paulo supra Treuirorum agrum structum esse. Cellarius (v. eum ad 4, 19) existimauit, eum in Vbiorum finibus fuisse. *M.*

Vbii. Cf. 4, 16. Ibidem est de Sueuis. *M.*

in deditionem venerant. Sic et c. 5. et Hirt. 8, 31. Contra ed. Rom. *in ditionem*, vt apud Liu. 29, 38. Cf. Burm. ad Suet. Vespas. 4.

ne comm. odio. Dauis. volebat *nec*, sed *ne* pendet a *parcat.*

dare pollic. al. *dari.*

Vbiorum. Ita bene codd. quidam. Vulgo *vbi horum.* Simile quid v. 1, 54.

sub eorum sint imp. alii *sunt.*

cibariorum adflictos, ad iniquam pugnandi conditionem posse deduci: mandat, vt crebros exploratores in Sueuos mittant, quaeque apud eos gerantur, cognoscant. Illi imperata faciunt et paucis diebus intermissis referunt, *Sueuos omnes, posteaquam certiores nuncii de exercitu Romanorum venerint, cum omnibus suis sociorumque copiis, quas coegissent, penitus ad extremos fines sese recepisse: siluam esse ibi infinita magnitudine, quae adpellatur Bacenis, hanc longe introrsus pertinere et, pro natiuo muro obiectam, Cheruscos ab Sueuis, Sueuosque ab Cheruscis, iniuriis incursionibusque prohibere: ad eius initium siluae Sueuos aduentum Romanorum exspectare constituisse.*

11. Quoniam ad hunc locum peruentum est, non alienum esse videtur, de Galliae Germaniaeque moribus, et quo differant eae nationes inter sese, proponere. *In Gallia non solum in omnibus ciuitatibus atque in omnibus pagis partibusque, sed paene etiam in singulis domibus factiones sunt: earumque factionum principes sunt, qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad*

adflictos. Sic Leid. Cod. vt 8, 21. Alii *adductos*, vt 4, 6. 7, 20. C. 3, 38.

ad iniquam. alii *ad aliquam.*

infinita magnitudine. alii *infinitae magnitudinis* vel *infinitam magnitudine.*

Bacenis. Omnes propemodum consentiunt, hanc fuisse partem Hercyniae siluae, de qua infra cap. 25. Cellarius ad h. l. accuratius definiturus sic disputat: qui Bacenis in extremis Cattorum fuerit, (nam Catti sederunt ibi, vbi Caesaris Sueui sunt. cf. 1, 54. 4, 3. Sed de his praeter alios egit Ill. Buenauius in historia imperii Germanici P. I. p. 28 et 32) et ab his seiunxerit Cheruscos, Visurgim inter et Albim habitantes, videri Bacenin non longe afuisse ab illis Hercyniae siluae reliquiis, quae hodie dicuntur *der Hart.* Eodem inclinat Buenauius l. c. p. 24. Eccardus de Germanorum origine §. 96. p. 216. eam quaerit inter Fuldam et Werram, amnes. *M.*

ab Sueuis, ab ea parte, qua Sueui sunt, ad fines Sueuorum. *M.*

quo differant. alii *quo modo.*

in pagis partibusque. Partes est commune nomen, quo regiones alicuius terrae insigniuntur, vt cum partes Italiae, Macedoniae, Achaiae dicuntur: Pagi est nomen proprium, quo re-

arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat. Idque eius rei caussa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret: suos enim quisque obprimi et circumueniri non patitur, neque, aliter si faciant, vllam inter suos habent auctoritatem. Haec eadem ratio est in summa totius Galliae: namque omnes ciuitates in partes diuisae sunt duas.

12. Quum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequani. Hi quum per se minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat in Aeduis, magnaeque eorum erant clientelae, Germanos atque Ariouistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant. Proeliis vero compluribus factis secundis, atque omni nobilitate Aeduorum interfecta, tantum potentia antecesserant, vt magnam partem clientium ab Aeduis ad se transducerent obsidesque ab iis principum filios acciperent et publice iurare cogerent, nihil se contra Sequanos consilii inituros; et partem finitumi agri, per vim occupatam, possiderent Galliaeque totius principatum obtinerent. Qua

giones siue partes Gallicarum ciuitatium insigniuntur. cf. 1. 37. Ergo re ipsa non differunt, vt c. 23 et 43 *regiones* et *pagi* non differunt, nisi quod *regiones* communi nomine, *pagi* proprio dicuntur. *M.* Forsan sub *partibus* intelligendum *pagorum*, vt vult Clarkius. Dauisius abundare credebat. Est et suspecta vox Oudendorpio. Praemissum *omnibus* heic sunt qui omittant; sed amat repetere Caesar.

quorum ad arbitrium — redeat, h. e. vt ad horum arbitrium — — redire iure possit ac debeat. *M.*

Idque. alii *Id. Itaque.*

si faciant — habent. syllepsis, de qua Sanctius in Min. 4, 10. et ibi Perizonius.

in summa totius Galliae, h. e. in summa rerum publicarum, siue in administratione et forma vniuersae ciuitatis Gallicae. *M.*

Aedui — Sequani. Cf. 1, 31. *M.*

iacturis (largitionibus, v. Ind.) *pollicitat.* Idem est, quod 1, 31. *mercede arcessierant Germanos. M.* Lips. Elect. 2, 7. volebat *capturis;* Salmasius ad ius Att. et Rom. *pacturis.* Sed *iactura* plane, vt hic, dicitur apud Cic. pro Coelio 16. *nulli sumtus, nulla iactura, nulla versura.* Alia dabit Ernesti in ind. Cic. item Voss. ad Melam 2, 7, 60, et Gronou. de pec. vet. 4, 4. p. 285. V. et infra C. 3, 112.

necessitate adductus Diuitiacus, auxilii petendi caussa Romam ad Senatum profectus, infecta re redierat. Aduentu Caesaris facta commutatione rerum, obsidibus Aeduis redditis, veteribus clientelis restitutis, nouis per Caesarem comparatis, (quod hi, qui se ad eorum amicitiam adgregauerant, meliore conditione atque aequiore imperio se vti videbant) reliquis rebus eorum, gratia, dignitate amplificata, Sequani principatum dimiserant. In eorum locum Remi successerant; quos quod adaequare apud Caesarem gratia intellegebatur, ii, qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Aeduis coniungi poterant, se Remis in clientelam dicabant. Hos illi diligenter tuebantur. Ita et nouam et repente conlectam auctoritatem tenebant. Eo tum statu res erat, vt, longe principes haberentur Aedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent.

13. *In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo: nam*

infecta re. al: *inperfecta re.*

facta commutatione rerum, per victoriam, ab Ariouisto deportatam, quae libro primo descripta est. Conf. nominatim 1, 35. *M.* Et seq.

adaequare. Intelligebatur, Remos adaequare Aeduos gratia, Remos aeque ac Aeduos in gratia esse. *M.* al. *adaequari.*

in client. dicabant. al. *dederant,* quod Clarkius probat. Vrsino e cod. suo placet *dicarant.*

aliquo sunt num. al. *in aliquo.*

plebes. Sic bene codd. vt Al. 5.

nullo (vulg. *nulli*) *adhib. consil.* Obsoleta forma est, *nullo*, multis exemplis ad h. l. illustrata ab Oudendorpio. — De natura et moribus Galliae conferendus est Diod. Sic. 5, 24 — 33. et Strabo lib. 4. p. 195 seqq. *M.* De archaismo vid. Lips. ant. Lect. 1, 4 Brouckh. ad Propert. 1, 20, 35. Conf. et Priscianus l. 6. et 13.

audet — adhibetur. al. *audent — adhibentur.* συλληπτικῶς.

Druidum. Scriptores veteres ac recentiores, qui Druidum mentionem fecerunt, aut vberius de iis exposuerunt, commemorauit magno numero Elias Schedius de Diis Germanis, addiditque plures Iarkius, Schediani libri editor. Copiosissimum vero catalogum omnium de hac re scriptorum confecit Io. Georg. Frick in peculiari libro de Druidis, qui Vlmae 1744 prodiit. Sed et iure nominandus est Ritterus in historia Gallorum (p. 267), qui de Druidibus breuiter quidem, sed tam accurate et vtiliter exposuit, vt dubitem, an in illa breuitate maior possit diligentia intelligi. — Nomen

plebes paene seruorum habetur loco, quae per se nihil audet et nullo adhibetur consilio. Plerique, quum aut aere alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus: in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in seruos. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum equitum. Illi rebus Diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae caussa concurrit, magnoque ii sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controuersiis publicis priuatisque constituunt; et, si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de haereditate, si de finibus controuersia est, iidem decernunt; praemia poenasque constituunt: si qui aut priuatus aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, ii numero inpiorum ac

Druidum, siue ortum fuerit e verbo *Derwyddon*, *dominus quercus;* siue e verbo *Druthin*, *Drottin*, *dominus;* illud tamen constat et est hodie confectum, nomen hoc neque ex Hebraico *darasch*, quasi Druidae sint scrutatores (vid. Schedium 2, 3. p. 377), neque ex Graeco δρῦς, neque ex vlla peregrina lingua deriuandum esse: est enim domesticum verbum; vt Celtica lingua omnino non ex aliis linguis repetenda est. *M.* Coniecturis addo opinionem amicissimi olim La Tour d'Auvergne in op. aliquoties cit. p. 157. vbi deriuat a Celt. *derwyd-dyn*, quod notat *virum visci quercini*. Scil. *der*, quercus, *wydd*, viscus. *dyn*, *den*, vir.

intersunt rebus Diuinis, non vt ceteri Galli, sed ita, (id enim sequitur) vt et publica et priuata sacrificia ipsi Druidae administrent. Sunt ergo sacerdotes Gallorum. *M.*

religiones interpretantur, de Deo eiusque colendi modo, de caussis et vi rituum, de ominibus, deque omnibus religionis partibus exponunt, suntque adeo Gallorum theologi. *M.*

Nam fere de omn. controu. — interdicunt. Ex his iure conclusit Ritterus (hist. Gall. p. 273), si Druidum tanta potestas fuerit, exiguas opes fuisse summorum Galliae magistratuum, hosque non nisi in bellis auctoritate polluisse. *M.*

si de finibus. hoc *si* vulgo omittitur.

iidem decernunt. alii *discernunt*. minus bene.

si qui. bene sic. al. *si quis.*

publicus. Si haec lectio vera est, (non pauci vero libri, fortasse ex emendatione, habent *populus*) significat, vt omnes vi-

ſceleratorum habentur; iis omnes decedunt; aditum eorum ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur. His autem omnibus Druidibus praeeſt vnus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, ſi qui ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit: at, ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidum deligitur, nonnumquam etiam de principatu armis contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, conſidunt in loco conſecrato. Huc omnes vndique, qui controuerſias habent, conueniunt eorumque decretis iudiciisque parent. Diſciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata eſſe exiſtimatur: et nunc, qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerumque illo diſcendi cauſſa proficiſcuntur.

dent, eum, qui munere publico fungitur; ſed haec eſt rariſſima, et vix alibi obuia ſignificatio, quae h. l. non niſi ex oppoſito verbo cognoſci poteſt. *M.* I. C. H. legit: *ſi qui aut priuatim aut publice.*

iis omnes decedunt. al. *ab iis omnes diſcedunt.*

ſi qui. al. *ſi quis.*

at, ſi. al. *aut ſi.* vbi Oud. putat forte legendum *aut ſuccedit, aut ſi.*

adlegitur. Cum *adlegere* proprie ſit, aliquem per ſuffragia addere collegio ei, in quo nondum fuerat, vt legitimus collegarum numerus fiat integer (v. Erneſti Clau. Cicer.); hoc loco autem is, qui iam intereſt collegio, vnus e Druidibus, in demortui locum ſufficiatur; Oud. putavit, ſcribendum eſſe *eligitur*, vel *deligitur*, vel *delegitur. M.* Vt 1, 3, 7, 83.

regio — media. Hoc non nimis vrgendum eſſe, ſed laxius dici mediam regionem, monuit Cellarius. *M.* Sicut vmbilicus terrae in Delphis, quem Graeci credidere.

loco conſecrato. Voſſ. mallet *luco.* Obſtant vet. codd. et edd. Oud. tamen in edit. poſteriore recepit *luco.*

a parentibus propinquisque. Vulgo *a prop. par. — que.*

vicenos annos. Recepit haec Pompon. Mela 3, 2, vbi alia quaedam de Druidis adduntur. *M.*

Graecis litteris. vide dicta ad 1, 29, quibus addere tum oblitus ſum diſputationem Ritteri ſuper hac re, hiſtoriae Gallorum inſertam (p. 319-330), quamquam non tam illuſtrauit Caeſarem, quam contra recentiores diſputauit. *Rationes* autem publicae priuataeque quaenam ſunt? An tabulae rationum conficiendarum intelliguntur, vt pecuniariae, catalogorum tabulae, quales ſupra (1, 29) di-

14. Druides a bello abesse consuerunt, neque tributa vna cum reliquis pendunt; militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis, et sua sponte multi in disciplinam conueniunt, et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur: itaque annos nonnulli vicenos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant, ea litteris mandare, quum in reliquis fere rebus, publicis priuatisque rationibus, Graecis vtantur litteris. Id mihi duabus de caussis instituisse videntur; quod neque in vulgum disciplinam efferri velint, neque eos, qui discant, litteris confisos, minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit, vt praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios: atque hoc maxime ad vir-

cuntur, et similes aliae? Fortasse quis illa *συμβόλαια* intelligat, de quibus e Strabone ibidem dixi. In Graeca metaphrasi est, *ἐν ἄλλοις ἅπασι δημοσίοις τε καὶ ἰδίοις πράγμασι*, omisso verbo *rationibus*. Et fuit, cum superuacuum hoc verbum putaui; aut cum distinctionem mutandam in hunc modum suspicatus sum, *in rel. fere rebus publicis priuatisque rationibus*: sed sic quoque priuatae rationes egebunt explicatione. Cupio ergo ab aliis edoceri. *M.* Addo Ios. Scaligerum ep. 1, 16. Hotomannum et Vossium *τὸ Graecis* h. l. delendum censuisse; Rob. Titium loc. controu. l. 4. reposuisse *coecis;* Sam. Petitum Obs. 1, 7. *crassis*. omnia haec inuitis membranis.

non interire animas. Idem tradunt Lucan. Pharsal. I, 450. Strabo 4. p. 197. Mela 3, 2. Ammian. Marcell. 15, 9. multique alii. *M.*

transire ad alios. Haec sententia Druidum occasionem praebuit Guil. Irhouio, qui de palingenesia veterum s. metempsychosi Pythagorica scripsit (Amstelod. 1733), de Druidis multa disserendi (lib. 2. c. 6 et 7). Negat Irhouius, Druidis tribui posse *μετεμψύχωσιν* Pythagoricam sensu pinguiore, siue transitum animarum humanarum in bruta: vult potius intelligi transitum ex alio orbe in alium. Sed verba Caesaris nihil continent de *orbe*. Nec necesse est, vt transitus animae humanae in *brutum* intelligatur; sed ab aliis *hominibus* ad alios migrare animas videntur docuisse. Et sic diserte explicat Diod. Sic. 5, 28. Illud incertum est, vtrum Druidae a Pythagora, an hic ab illis acceperit hanc sententiam. Ac ne opus quidem est, vt, si quis quid statuerit, quod et Pythagorae visum est, illico credamus, hunc hominem cum Pythagora

tutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum inmortalium vi ac potestate disputant et iuuentuti transdunt.

15. *Alterum genus est Equitum. Hi, quum est vsus atque aliquod bellum incidit, (quod ante Caesaris aduentum fere quotannis accidere solebat, vti aut ipsi iniurias inferrent, aut inlatas propulsarent,) omnes in bello versantur: atque eorum vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque ha-*

aliquid consuetudinis habuisse, aut ad alterum ab altero fluxisse opinionem. Nonne potuit eadem sententia pluribus in mentem venire? Qui enim, cetera indocti, credunt, animas non interire, hi, quippe sensibus et adspectabili mundo adsueti, quam procliues erant ad comminiscendum aliquod superstitis animae habitaculum, quam corpore seiunctam viuere vix videntur intelligere posse. *M.*

amplissimus. alii *amplissimis.*

ambactos. Hi quinam fuerint, supra (3, 22) dixi: sunt enim ambacti iidem, qui soldurii. Nunc de verbi origine addere liceat, *Ambaht* esse domesticum verbum et significare eum, qui alterum affectatur adsiduusque minister et comes eius est: etsi alii alio modo etymologiam describunt, quasi ex *amt* (munus) et *achten* (curare) verbum sit compositum: de quo equidem vehementer dubito. Si quid addendum est iis, quae alii dixerunt, reperi verbum *Andbahts*, minister, in versione Gothica epistolae Pauli ad Romanos, vbi Rom. 13, 3. 4 bis legitur, *waldufni ist andbahts goths* h. e. potestas est minister Dei. Rursus Rom. 15, 8 διάκονος vertitur *andbaht*. Edidit huius versionis fragmenta e codice rescripto Knittelius, vbi p. 25 et 45 hi loci occurrunt. Cf. p. 325. vbi hoc verbum denuo, sed paucis, attigit, lectoresque ad Schilteri glossarium amandauit. Frustra igitur a lingua latina explicare nonnulli conati sunt, vt Dacerius ad Festum in *ambactus.* vid. Ritteri historia Gallorum p. 221. 222, qui et alios scriptores laudauit. *M.* Plura dabit Glossarium Scherzii. Pellerin in Recueil de Médailles t. 1. tab. 5, 2. exhibet nummum Gallicum, qui parte antica caput bouis, addito *ambactus*, postica auem volantem offert. Incertum, *ambactus* sitne nomen hominis, an dignitatis, an districtus? Hac posteriore significatione vox hodieque gaudet in Flandria.

clientes. Optime ergo Caesar verbum *ambaht*, Romanis barbarum, interpretatus est latino clientis vocabulo. *M.*

gratiam, beneuolentiam, non quam qui aliis ipse gratificando exhibet, sed in qua ipse est apud alios, quam init ab aliis, et per quam conciliat sibi potentiam.

bent. Hanc vnam gratiam potentiamque noverunt.

16. *Natio est omnium Gallorum admodum dedita religionibus; atque ob eam caussam, qui sunt adfecti grauioribus morbis, quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines inmolant, aut se inmolaturos vouent administrisque ad ea sacrificia Druidibus vtuntur; quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse aliter Deorum inmortalium numen placari arbitrantur: publiceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alii inmani magnitudine simulacra habent,*

Sic dicitur gratia a scriptoribus illius aetatis. *M.*

omnis Gallorum. Cum plerique codd. *omnium* habeant, nescio, cur hoc non seruatum sit ab Oudendorpio. *M.* Coniicit, scriptum fuisse *hominum*, quod vix credo. Cellarius reposuit *omnium*, sequor. Parum tamen refert.

religionibus, ritibus sacris, iisque superstitiosis. — Omnino de religione Gallorum scripserunt Martin, monachus Benedictinus, et Pelloutier. Ille edidit (4. Paris 1739) La religion des Gaulois, hic scripsit Histoire des Celtes et particulierement des Gaulois. (4. Par. 4. Vol. 1770) Vtriusque scriptoris studium, omnia Celtica e religione patriarcharum repetendi, et notum est, et erroris conuictum a Rittero in Hist. Gallorum p. 198 seqq. *M.*

homines inmolent. Ex homine inmolato deinde auguria et omina capiebant, si verum tradiderunt Diod. Sic. 5, 31, et Strabo 4. p. 198. Nam, vt est apud Strabonem, gladio percutiebant vel tergum recens inmolati, vel locum super diaphragmate. Cum ergo in neruis et fibris recens mortui reliquum esset aliquid, vitale dicam, an irritabile, atque adeo cadauer palpitaret, hoc iis erat omini. Diodorus autem (quem obscurius de hac re scripsisse puto) tradit, modum, quo percussus humi procubuerit, et palpitationem membrorum, et fluxum sanguinis fuisse Gallis loco diuinationis. Hic ergo non videtur de homine iam inmolato loqui, sed de eo, qui cum maxime inmolatur, et de ipso actu inmolationis, quid inter inmolandum obseruarint. — Scriptores de ritu ἀνθρωποθυσίας, a variis gentibus recepto, collegit Fabricius in bibliogr. antiqu. p. 349. *M.* Similia humana sacrificia citat Vossius e Lactantio in Statii Theb. 10. ex Erycio Olao hist. Suec. 1, 1. et Surio in vita Caesarii.

non posse aliter. Tò *aliter* adiecit Scaliger e codd.

simulacra. Non intellexerim cum Rittero (hist. Gall. p. 218) Deorum simulacra, (ille enim vertit *Götzenbilder*) cum Caesar non addiderit *Deorum*: videntur fuisse portentosae et monstrosae machinae vimineae, vtcumque referentes formam corporis humani, vt ruricolae e

quorum contexta viminibus viuis membra hominibus complent, quibus succensis, circumuenti flamma exanimantur homines. Subplicia eorum, qui in furto, aut in latrocinio, aut aliqua noxa sint comprehensi, gratiora Diis inmortalibus esse arbitrantur: sed, quum eius generis copia deficit, etiam ad innocentium subplicia descendunt.

stramine plectunt simulacra hominum ad feras et aues abigendas (*Strohbilder, Strohmänner*). Strabo, de hac re loquens (4. p. 198), colossum foeni exstructum incensumque dicit. Hic ergo aut illud tradit, quod apud quasdam gentes nationis Gallicae vsitatum fuit, aut, quae fando inaudierat, non ita plane intellexit, vt Caesar, qui ipse oculis haec vsurparat, fecitque e simulacro, viminibus contexto, colossum foeni. Diodorus Sic. (5, 32) rumores acceptos in vniuersum exprimit, Gallosque huius subplicii causa rogos magnos struxisse refert: cuius verba e Caesare et Strabone demum accuratius definiri possunt. *M.*

Subplicia. Maleficos in quintum quemque annum adseruarunt, vt ab omnibus eodem tempore subplicium sumeretur. Tradidit hoc Diod. Sic. 5, 32. *M.* Victimae et inmolationes heic sunt *subplicia*, vt bene Ciacconius. Sic et apud Sallust. Catilin. 9. *in subpliciis Deorum magnifici.*

noxa. alii *noxia* scil. res. de quo Periz. ad Sanctii Min. p. 568.

gratiora Diis inmortalibus. Ergo Galli poenam ciuilem, subplicium, esse voluerunt partem religionis, et locum sacrificii tenere. *M.*

ad innocent. subpl. Ergo vtique necessarium fuit per religionem Gallorum, vt interdum homines Diis inmolarentur. Et dixit Caesar paulo ante, *publice* eos humana sacrificia instituta habuisse. E qua quidem crudelitate tamen aliqua humanitatis scintilla emicat, quoniam capitis reos potissimum inmolarunt, quos sic quoque publicae securitatis causa subpliciis adficere necesse fuisset. *M.*

Deum. Sunt qui *Deûm* legant, quod inprobat Vossius; solemne est in lapidibus legere *Deo Mercurio.* Tacitus tamen etiam c. 9. *Deorum maxime Mercurium colunt.*

Mercurium. Vix admonendi sunt tirones, Caesarem Numinibus Gallicis, propter aliquam cum Graecis Latinisque Diis similitudinem, nomina Graeca et Latina imposuisse, omissis vocabulis Gallicis. Allaborarunt ergo viri docti in eo, vt reperirent ipsa nomina Gallica. In quo studio adiuti sunt partim monumentis priscis, partim locis Lucani, Lactantii, Herodiani, pluriumque veterum scriptorum, qui nomina domestica numinum Gallicorum seruarunt. Quae quidem nomina etsi deinceps indicabo, quia dubitari nequit, illos scriptores vere Gallica nomina cognita habuisse: tamen omnis res mihi hactenus videtur lubrica, quia definiri vbique nequit, nec quod potissimum Numen Gallicum dictum sit *Taranis, Hesus;* nec quae forma

17. *Deum maxime Mercurium colunt: huius sunt plurima simulacra, hunc omnium inuentorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc, Apollinem et Martem et Iouem et Mineruam: de his eamdem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem; Apollinem morbos depellere, Mineruam operum atque*

vocabuli Gallici fuerit, quam scriptores Latini in aliam latiniorem formam mutarunt. Hoc vel exemplo Mercurii disci potest. Alius eum putat dictum esse *Wodan* (vid. Vossius ad h. l.): alius *Theut* et *Teutatem* (v. intt. ad Lucan. Pharsal. 1, 445, et ad Liu. 26, 44, vbi falsa lectio est quarumdam editionum, *quem Mercurium Teutaten adpellant*). Conferri etiam potest Schedius de Diis Germanis p. (107) 155, et Ritteri historia Gallorum p. 261, vbi multo plures scriptores laudati sunt. Sed ex omnibus adparet, nos nescire, neque vtrum peculiare Numen fuerit, an aliqua ἐνέργεια Diuina et modus aut pars prouidentiae Diuinae, mente tantum concepta a Gallis; neque, si Numen fuerit, quo nomine insignitum fuerit a Gallis Numen illud, quod Caesari placuit cum Mercurio comparare. *M.*

Apollinem. Hunc opinantur dictum esse *Belenum*, freti loco Herodiani (8, 3), de Aquileiensibus obsidione pressis haec narrantis: *Θεὸς ἐπιχώριος νίκην ὑπισχνεῖτο· Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες.* Inscriptiones, Apollinis Beleni mentionem facientes, repertas in Gallia, collegit Ritterus in hist. Gall. p. 257. Sed nihilo minus dubium manet, qualis forma et sonus vocabuli Gallici fuerit, quod exteri in *Βέλις*, *Belenus*, *Belinus*, mutarunt: nec tuto colligitur, quia aliquando aliquo in loco istiusmodi monumentum repertum est, nomen, in eo obvium, omnibus temporibus atque in omnibus Galliae ciuitatibus vsitatum fuisse: multo minus ausim adsentiri his, qui, auctore Eccardo in de orig. German. §. 56. p. 122, ex vocabulo *balain*, quod ferrum et chalybem indicat, exsculpunt, Apollinem metallorum praesidem fuisse. Plures de hac re scriptores v. apud Schedium de Diis Germanis p. (112) 163, qui, post alios plures, tandem eo delabitur, vt Belum et Baalem, orientis Numen hic reperire sibi videatur. *M.* Sic et Vossius sentit, ad h. l. Beleni sacerdotes Apollinaribus iungit mysticis Auson. Profess. 4.

Mineruam. Schedius, vbi de hac Dea loquitur (p. (137) 200. 201), ita omnia turbat, vt Minerua, Venus, Vesta ex eius opinione tandem pro vna eademque Dea habendae sint. Equidem ne cum specie quidem veri reperi aliquod nomen Gallicum, quo illa Minerua sit adpellata. Tanto libentius eo inclino, vt existimem, Gallos cogitasse animo et credidisse plures prouidentiae ἐνεργείας (operationes) et beneficia; sed non illa beneficia singula singulis nominibus nuncupasse, aut pro singulis Numinibus habuisse. *M.*

artificiorum initia transdere; Iouem imperium caelestium tenere; Martem bella regere. Huic, quum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque deuouent. Quae superauerint, animalia capta inmolant: reliquas res in vnum locum conferunt. Multis in ciuitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet:

Iouem. Hunc volunt dictum esse *Taranin*, vel *Taramin*, vel *Taranum*. v. Ritteri hist. Gall. pag. 241 et 250. Confugiunt etiam ad Lucan. Pharsal. 1, 446, vbi *Taranis*, nomen Gallici Numinis, occurrit: sed vnde constabit certo, hunc esse Iouem? *M.*

Martem. Hunc esse *Hesum*, siue *Esum*, autumant, quod nomen apud Lucan. l. c. et Lactant. diuin. institut. 1, 21 dicitur esse nomen Numinis Gallici: quamquam aliis placuit, *Hesum* esse Iouem. De *Heso* tribus locis Ritterus in hist. Gall. dixit, p. 226. 241. 252. Idem profert e Gruterii inscriptt. (XL, 9. adde LVI, 11. 12.) cognomen Gallicum Martis, quod est *Camulus*. Aliud monumentum, Parisiis repertum, exhibuit aeri incisum Eccardus de orig. Germ. ad p. 123. in quo vir, vegetae aetatis, inguina linteo cinctus, cetera nudus, praeterquam quod e sinistro humero per pectus ad vmbilicum vsque defluit quaedam quasi fascia laxior et rugosa, (quem esse puto pannum conuolutum, palliolo similem, qui potuerit explicari, et corpori circumuolui, si a tempestatis iniuriis muniendum esset corpus,) vir ergo ille caput ramis redimitus in formam coronae oleaginae, qualem Apollo gestare solet, adstat arbori, sinistra ramum prehendens, dextra securim attollens, quippe ramum succisurus, genu sinistro nixus trunco arboris. Inscriptum est nomen *Esus*. Scimus ergo, *Esum* fuisse εἴδωλον Gallicum; an *Esus* fuerit Mars, qui definiat? Addatur Schedius pag. (111) 161, cuius editor Iarkius de monumento Parisino plures scriptores commemorauit. Omnino de Numinibus, hactenus enumeratis, sic statuendum videtur, Gallos existimasse, corpora humana, opes, negotia, itinera, bella, contineri atque gubernari ab vna natura, aut pluribus fortasse naturis, vltra humanam conditionem vita, vi, dignitate, longe euectis; illos vero homines, in Deorum numerum receptos, rerumque omnium moderatores, quales Iupiter et Apollo Graecorum Latinorumque fuerunt, Gallis plane fuisse ignotos. An singulis mundi rerumque humanarum partibus singulas eiusmodi naturas celsiores praefecerint; an eadem vi, qua Graeci Iouem et Apollinem, praeditas existimarint; an eo modo, quo Graeci, distinxerint, vt adeo Gallicus mercaturae praeses a Gallica opificiorum magistra eodem plane modo, vti Mercurius Romanus a Minerua Romana, differret; de his omnibus magnopere dubitari potest. Romani et Graeci quidquid religionis exterae repererunt, id plane ex sua religione aestimarunt, atque, si quando Gallos pro mercaturae opificiique successu vota facere, ab iisque has res Deo commendari viderunt, illico iis obtruserunt Mercurium et Mineruam, incurii de reliquo, an ille Deus esset

neque saepe accidit, vt, neglecta quispiam religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet; grauissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

18. *Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant, idque ab Druidibus proditum dicunt. Ob eam caussam spatia omnis temporis non numero die-*

homo ἀποθεωθείς, an vnus esset, an plures. *M.*

bella regere. Codd. et edd. vet. male *gerere.* Vulgatum habent meliores.

quae bello ceperint. Vid. Athenaeus 4. pag. 160. cap. 51. edit. Schweigh. Tacit. Ann. 13, 56.

Quae superauerint. Verum vidit Clarkius, cum legendum esse dixit, *Quum superauerunt,* i. e. quum victoriam deportarunt. Ergo ante proelium deuouent Marti praedam futuram; post proelium, parta victoria, immolant partem praedae, animalia; partem reliquam reponunt in perpetuam memoriam. *M.* Intellige, *quae superauerint* ex clade, proelio facto. Itaque emendatione non opus. Habent tamen *superauerunt* edd. Rom. Ven. Med. vt ante *ceperunt.*

harum rerum exstructos tumulos. Hinc ausim interpretari Diodorum Sic. 5, 27, qui de coaceruato in locis sacris a Gallis auro, quod nemo tangere audeat, loquitur. Praedam dicere debebat, non aurum tantummodo: auxit enim rem vltra fidem. Idem mihi videtur de loco Strabonis (4. p. 188), qui e Posidonio sua hausit: sed Posidonius de Gallica praeda, Marti sacrata, vt de thesauris templi Delphici locutus est. *M. Tumulos* codd. constanter. At edd. multae antiquae *cumulos.* Gr. etiam σωρούς. Et ita fere Liu. 5. 39. quod praefert Duker. ad Flor. 2, 4, 5.

ab Dite patre prognatos. Vel exigua cum Graecis Latinisque scriptoribus et veterum opinionibus familiaritas declarat, si quis natio vel e terra, vel ab inferno aut subterraneo Deo (nam terra et subterraneus Deus sunt idem; vid. Cic. N. D. 2, 26. de Plutone) prognata dicatur, intelligendos esse aborigines, hoc est, non constare de huius nationis origine ex alia natione. cf. 5, 12. Et sic diserte loquitur is, quem et Dauisius contulit, Ammianus Marcellinus (15, 9), vbi de Gallorum origine agit: *Aborigines primos in his regionibus* (Gallicis) *visos esse, quidam firmarunt.* Paullo post addit, Druidas tamen falsos esse, *alios quoque* (praeter illos aborigines) *ab insulis extimis confluxisse et tractibus transrhenanis.* Frustra ergo quaerat aliquis nomen Gallicum, quo illud Numen subterraneum, simile Plutonis, insigniuerint: nam Galli videntur nihil aliud Caesari narrasse, quum se *ex terra* esse ortos. Quis ausit definire, quomodo Druidae narratiunculam exornarint: nam et his suas fabulas fuisse opinor; aut quomodo Caesar eam veste mythologica induerit. *M.* Ridet eam Caesaris narrationem Gebauerus in dissert. de Comitiis veter. German.

Ob eam caussam. Vtrum Caesar ex sua opinione dixit, *hanc* fuisse caussam, an a Gallis diserte *hanc* caussam accepit? Hoc

rum, sed noctium finiunt; dies natales et mensium et annorum initia sic obseruant, vt noctem dies subsequatur. In reliquis vitae institutis hoc fere ab reliquis differunt, quod suos liberos, nisi quum adoleuerint, vt munus militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur; filiumque puerili aetate in publico, in conspectu patris, adsistere, turpe ducunt.

19. *Viri, quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis, aestimatione facta, cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur, fructusque seruantur: vter eorum vita superarit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit. Viri in vxores, sicut in liberos, vitae necisque habent potestatem: et, quum pater fami-*

ante omnia constituere debebant ii, qui Caesarem in hac re ineptiisse dicunt, in quibus sunt Danisius ad h. l. et Gebauerus in comment. cit. de com. vet. German. ad Taciti German. c. 11. p. 21. (Gottingae 1754). Si Caesar ex opinione sua dixit, non probo: potuit enim falli; sin a Druidis sic edocti Galli fuerint, (et quis hoc vtique neget?) nullus erit reprehensioni locus. Nam si fuit opinio, e sinu terrae ortam esse nationem: quam verisimile est, eos, qui e tenebris in lucem prodierint, initium temporis numerandi a nocte facere, qua mersi primo latuerant, et ad diem progredi, in cuius lucem emerserant! Non poenitet decerpere quaedam ex Hachenbergii Germania media (diss. 8. sect. 16), etsi ille de Germanis loquitur: Non fallar, inquit, si Bohemorum Plutonem sub tellure comprehendam: quo pertinent cuncti infernales Dii, quos ex ipsa terrarum caligine septemtrionales maxime templis (videtur *loca sacra* dicere voluisse) suis admouerunt: ipsa quoque nox, cuius honori datum est, vt numero noctium spatia omnis temporis Germani, Saxones, Dani, Sueci, Angli definirent, ad tellurem referenda est, quum et Graeci furuam illam ac nigram Deam in terrae matris veneratione complexi fuerint. *M.*

finiunt, definiunt. Ergo non dicunt, vt exemplo vtar, *post octo dies*; sed, *post octo noctes*. Idem fuit priscorum Germanorum mos, Tacito auctore in German. c. 11, qui mos diutissime tenuit, vt permulti viri docti ex monumentis publicis docuerunt, quorum scripta partim Dithmarus ad Taciti locum, partim Gebauerus in commentatione modo dicta (p. 22-24) indicauit, in qua multos de hoc more locos, ab aliis non obseruatos, protulit, vnde eum ad annum vsque 1566 obtinuisse intelligitur. *M.* Exempla ritus istius apud nos Argentorati olim

liae, inlustriore loco natus, decessit, eius propinqui conueniunt et, de morte si res in suspicionem venit, de vxoribus in seruilem modum quaestionem habent et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica et sumtuosa; omniaque, quae viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia: ac paullo supra hanc memoriam serui et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis, vna cremabantur.

20. *Quae ciuitates commodius suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum, si quis quid de re publica a finitumis rumore ac fama acceperit, vti ad magistratum deferat, neue cum quo alio communicet: quod saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus ter-*

seruati debit Glossarium Scherzii voce *Nacht*.

noctem dies subsequitur, initium metiendi spatii viginti quatuor horarum, quem κατ' ἐξοχὴν *diem* dicimus, faciunt a nocte, vt Iudaei ab vna vespera ad alteram vesperam dierum spatia numerarunt, et vt olim νυχθήμερον (nox priore, dies posteriore loco) dictum est. *M.*

potiuntur. al. *patiantur.*

filiumque — ducunt. Haec verba pro glossemate habet I. C. H. et pro otiosa repetitione.

puerili aetate. Vulgo *in puerili aetate*, minus concinne ob praepositionem sequentem.

pater familiae. Sic codd. Cf. 2, 50. *M.*

pro cultu Gallorum. Sic et Aimoinus. alii *pro captu*, vt supra 4, 3. *vt est captus Gallorum.*

iustis funeribus. Aut tollendum est *funeribus*, aut mutandum in *funebribus*, vt monuit Oudend.: nam ea solemnia, quae in funere de more ciuitatis obtinent, κατ' ἐξοχὴν dicuntur *iusta*, (id, quod mortuo debemus) aut *iusta funebria*; vnde vel *facere iusta*, vel *facere iusta funebria*. *M.* Scaliger ex Lipsii et Vrsini sententia recepit *funebribus*. Hotom. τὸ *funeribus* pro glossa habet; contra dandi casu id positum vult Hausius, vt ap. Plin. 10, 2. *iusta funeri reddere.* sed ibi codd. *iusta funera.* quo et vulgatum in nostro loco defendi possit. Contra apud Cic. pro S. Roscio c. 8. *paterno funeri iusta soluere.* Non verisimile videtur I. C. H. Caesarem *funera* dira et barbara dixisse *iusta*, putatque ista verba: *etiam animalia — cremabantur* esse glossatoria et potissimum dictionem *supra hanc memoriam* pingue quiddam et minus tritum spirare.

imperitos. al. *impeditos.* i. e. ob negotia non adtendentes ad rumorem; sed bene habet vulgatum.

reri et ad facinus inpelli et de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus, quae visa sunt, occultant; quaeque esse ex vsu iudicauerint, multitudini produnt. De re publica nisi per concilium loqui non conceditur.

per concilium. vt *per tempus, per hiemem.*

neque Druides habent. Vnice tenendum est, Caesarem Druides finita plane significatione dicere, h. e. homines ordinis certi, auctoritatis certae, vt nobilibus pares, iisque adeo superiores sint, iuris certi, occupationum certarum, disciplinae et professionis certae, nominis certi, (quippe Druidae dicebantur) vno verbo, homines tales, quales paulo ante c. 13 et 14 descripserat. Si ergo Caesar h. l. scripsisset: *Germani Druides habent:* praebuisset occasionem errori; nam quilibet lector cogitasset de Druidibus illis, de quibus antea narratum erat. Atqui Germani profecto non habuerunt Druides, quales Caesar antea descripserat. Necesse igitur est, nisi plane velimus esse iniqui, vt verba Caesaris sic intelligamus: non esse in Germania genus hominum, qui dicti sint Druides, qui simpliciter possint dici Druides, et omni ex parte Druidibus, descriptis supra, comparati. Sed permulti velut ex composito dicunt, Caesarem errasse, quia Tacitus (German. c. 7. 10. 11) sacerdotes Germanorum commemorat. Commemorat sane; an vero sacerdotes, quales Tacitus descripsit, illico suntiidem, qui Druidae, quales Caesar descripserat? Sacerdotes Germanorum, vt vno exemplo vtar, bellis interfuerunt (Tac. German. cap. 7); Druidae Gallorum a bello afuerunt (Caes. supra cap. 14): et hoc abesse a bello differt a militiae vacatione, si quis locum Caesaris inspexerit. Sacerdotes Germanorum in comitiis (*tum*, inquit Tacitus c. 11, loquens de comitiis) coercendi ius habuerunt; Druidae Gallorum iudices priuatarum publicarumque causarum fuerunt (Caesar c. 13), quod apud Germanos Principum ius fuit (Caes. c. 23.). An ergo sacerdotes illi sunt plane similes Druidarum? Libentissime ergo subscribo sententiae Mascovii (in histor. German. lib. 2. §. 36. p. 50), qui Germanis fuisse quidem sacerdotes concedit; sed eos nec habuisse nomen, nec doctrinam, nec instituta Druidarum, agnoscit. Vt e Dithmari notis ad Tacitum (German. c. 7) didici, idem visum est Esaiae Pufendorfio et Schurzfleischio. Scriptores in vtramque partem collegit Frickius de Druidis Part. I. c. 1. §. 7. In Caesare refutando copiosus fuit Irhouius de palingenesia lib. 2. c. 7. Sed in eodem defendendo felicem operam nuper conlocauit Fulda, rerum patriarum sciencitissimus, in dissertatione de Numinibus veterum Germanorum, quae inserta est collectaneis historicis (Geschichtforscher T. I. p. 98), quae cura Meuselii an. 1775 prodire coeperunt. M. Druidas non habebant Germani, sed habebant sacerdotes, item *Velledas, Aurinias.* teste Tacito H. 4, 61. 65. et G. c. 8.

rebus Diuinis praeesse. Sit ergo ita, vti Tacitus (German. c. 10.) dixit, sacerdotes ciuitatis publicis auspiciis praeesse; tamen hi sacerdotes non fuerunt Druidae. Et hoc Caesar voluit. Videntur etiam res Diuinae h.

21. *Germani multum ab hac consuetudine differunt: nam neque Druides habent, qui rebus Divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuuantur, Solem et Vulcanum et Lu-*

l. nominatim esse sacrificia, ob ea, quae sequuntur. *M.*

neque sacrificiis student. His verbis Caesaris non dicitur, Germanos plane nullis sacrificiis vti solere; sed, eos non magnopere sacrificiis vti, non multum ac saepe sacrificare. Cf. dicta ad c. 22, vbi *agriculturae non studere*, per ipsam rei naturam et historiam, simili modo capiendum est, eos non magnopere deditos esse agriculturae. Quae sacrificia et quibus ritibus fecerint prisci Germani, nescio: fortasse eucharistica potius fuerunt, et oblata Deo munera, vt arma, praedae, et huiusmodi donaria, quam victimae, Romano ritu caesae. Quas cum Caesar caedi non vidisset, neque lac, vinum, liba, oleum offerri Diis, (norat autem ipse e patria religione haec praecipua sacrificiorum genera) pronunciauit, religionem Germanorum non versari magnopere in sacrificiis, eamque aestimauit e Romana religione. Illud e Tacito (Germ. c. 9 et 39) scimus, Germanos Mercurio certis diebus homines immolasse, ab iisque caesas esse victimas (ibid. cap. 9). Sed fortasse hoc inualuit post ea tempora, quibus Caesar ibi fuit: fortasse e Gallorum moribus (cf. c. 16) transiit in Germaniam: fortasse non apud omnes Germanos hic mos valuit: fortasse haec caedes hominum non fuit sacrificium, sed, vt visum est Fuldae, (in Meuselii collectaneis historicis T. I, p. 96) genus aliquod consultandi mortuorum animas per occasionem huius caedis: fortasse, id quod veri simillimum est et Antonio placuit, (de quo paullo post dixi) fuit caedes captiuorum post victoriam, in loco sacro solemni ritu administrata, vt esset gratiarum actio, solemnis triumphi professio, et gaudii, vltionis, victoriaeque complementum. Res densis tenebris offusa latet: nolim ergo Caesarem simpliciter mendacii et erroris arguere. *M.*

Deorum numero — Lunam. Haec descriptio satis declarat, priscos Germanos maxime memorabiles mundi partes earumque beneficia adtendisse, admiratos esse et veneratione quadam coluisse; illas vero notiones, quas Graeci Romanique cum his partibus naturae fabulose coniunxerunt, ignorasse. Quod si cum hac descriptione comparemus, eos templa nulla struxisse, et regnatoris omnium, Dei, notitiam habuisse (Tac. German. 39), etiam terram matrem veneratos esse (ibid. c. 40): recte videtur colligi, priscos Germanos ab idololatria, quae proprie dicitur, alienos fuisse et religione multo puriore, quam Graecos et Romanos, vsos esse. Vnde etiam Vulcanus, quem Caesar latino vocabulo dixit, est *ignis*, siue solis ignem intelligas, siue sacrum ignem in conuentibus illorum accensum putes, effigiem solis. Estne igitur mirum et incredibile, quod Caesar negauit Germanos habuisse Druidas sacrificiisque studuisse? Nonne videtur immolatio hominum fuisse caedes, alio consilio facta, quam vt mercaturae itinerumque praeses Deus propitius redderetur? Sed nihil in his tenebris repertarum me esse confido, et ex

nam: reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit: ab paruulis labori ac duritiae studnet. Qui diutissime inpuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali hoc vires neruosque confirmari, putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus; cuius rei nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur et pellibus aut paruis rhenonum tegimentis vtuntur, magna corporis parte nuda.

animi sententia probo modestam disputationem Mich. Ign. Schmidii, in historia Germanorum T. 1. p. 45, qui missis omnibus coniecturis, fatetur, nec posse religionem Germanorum explicari, nec magnopere vtile videri. — De Luna apud Germanos culta si quis collectanea, non bene digesta, legere velit, reperiet apud Schedium de Diis Germ. cap. 9: sed vix reperiet, quo possit niti. *M.*

reliquos ne fama quidem acceperunt. Et tamen Tacitus (German. cap. 9) Mercurium et Isidem a Germanis coli perhibet, addit etiam Herculem et Martem. Non audeo haec repudiare, sed neo sustineo explicare; etsi possunt non sine specie veri explicari. Illud mihi semper obuersatur, quod paulo ante dixi, multa post Caesaris aetatem Germaniae importata videri, multa item non nullis Germaniae gentibus, quas Caesar non adierit, propria fuisse, vt Isidis cultus Sueuorum parti: vnde puto, neo Caesarem e Tacito, nec Tacitu e Caesare vbiuis explicari, nec alterum propter alterum dignum indignumque fide dici haberique posse. Singuli sunt audiendi, agnoscendumque, multa nos latere, omnia vero a Romanis Romana interpretatione tradi. Non poenitebit cum disputatione Fuldae, supra laudata, conferre, quae Antonius, de antiquitate patria meritissimus, mihique amicissimus, super religione Germanorum scripsit. Inserta est eius dissertatio Museo Germanico (mens. Ianuar. 1779 p. 25), et locum de sacrificiis Germanorum bene illustrat. Ceterum et Fulda et Antonius illud inprimis monuerunt, Germanos non modo a Gallis, sed et ab se inuicem origine, aetatibus, gentibus, ritibus denique discernendos esse, nec Caesarem, si quid ab aliis dissenserit, reiiciendum et e recentioribus castigandum esse, quoniam de antiquiore et origini propiore, Germanisque veris et priscis propria religione scripserit. Nec male quis tres Germanorum antiquiorum aetates constituat, vnam ante Caesarem; alteram, quae Caesaris memoria fuit; tertiam Tacito aequalem. *M.*

inpuberes permanserunt, cum mulieribus non consueuerunt, se gesserunt inpuberes, nondum maturos matrimonio: ab hominis enim arbitrio non pendet, vt serius aut ocius pubes fiat. Hinc Pompon. Mela 3, 3. de Germanis: *Longissima apud eos pueritia est*: quod eodem modo est capiendum, diutissime eos a concubitu abstinere. In

22. *Agriculturae non ſtudent; maiorque pars victus eorum in lacte, caſeo, carne conſiſtit: neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios; ſed magiſtratus ac Principes in annos ſingulos gentibus, cognationibusque hominum, qui vna coierint, quantum, et quo loco viſum eſt, agri adtribuunt atque anno poſt alio tranſire cogunt. Eius rei multas adferunt cauſſas; ne, adſidua conſuetudine capti, ſtudium belli gerundi agricultura commutent; ne latos fines parare ſtudeant potentioresque humiliores poſſeſſionibus expellant; ne ad-*

Gr. metaphr. eſt, τοὺς ἐξ αὐτῶν ὅτι πλεῖστον χρόνον ἀγάμους διαμένοντας μάλιστα ἐπαινοῦσι. Haec omnia iam Dauiſius monuerat. Addi his debet locus Taciti (Germ. c. 20): *Sera iuvenum Venus, eoque inexhauſta pubertas* (vigor corporis). *M.*

alii hoc vires. Repetit bene pronomen Oud. e codd.

intra annum viceſimum. Plane hoc ſuis praecipiebat Pythagoras, teſte Iamblicho c. 31.

cuius rei n. eſt occultatio, non occultant ſexum. *M.*

rhenonum tegimentis. Sequor ſententiam Beckmanni, qui de Germaniae veteris animalibus ſcripſit (p. 63. 64. cf. dicta ad cap. 26), et rhenonum tegumenta monuit eſſe pelles rhenonum (*der Rennthiere*), quia priſcum Germaniae vocabulum, *Rhen,* quod in lingua Suecica ſuperſit, eam belluam ſignificet. De re confer Tac. German. c. 17. Reliquos locos, a Cellario collectos, (Varronis L. L. 4, 36. Iſidori orig. 19, 23. Sidonii epiſt. 4, 20. Seruii ad Virgil. Georg. 3, 183) ſi quis contulerit, non multum lucri inde capiet. *M.* Aimoinus *rhenones* adſerit eſſe animalis genus; idem Graecus adiicit. Quodnam ſit intelligendum, iam Voſſius oſtendit. In ipſa Germania olim indigenae fuiſſe videntur *rhenones,* vt non ſit neceſſarium heic ad Tacitum prouocare. Vitioſam lectionem *rhenorum* reuocat Wailly et de veſtibus indefinite interpretatur. Nec *rhenones* animal intelligit D'Anville, forſan quod Germaniis fuiſſe ignotum putaret. fruſtra. Cf. dicta ad c. 26.

Agriculturae non ſtudent. Non omnino quidem negligunt agriculturam; cur enim agros partiri et poſſidere opus fuiſſet? ſed non magnopere ſtudent ei, non vltra, quam neceſſe eſt, non omnes. cf. cap. 29. Supra (4, 1) de Sueuis: *agricultura non intermittitur ab iis, non multum frumento, ſed maximam partem lacte atque pecore viuunt.* Haec attigerat Glandorpius: et quis non ſponte videat, illud *non ſtudere rei* ſic capiendum eſſe, *non magnopere operam dare rei?* Cf. Tac. German. c. 26. *M.*

in lacte. alii ſine praepoſitione.

gentibus. An gentes h. l. ſunt familiae, vt Romani gentem Semproniam, Corneliam, aliasque dicebant? Poterit tamen gens, vt alibi, eſſe pars populi ſeu nationis, vt Sueui gens Germanici populi ſunt. *M.*

quantum, et quo. Vulgo inſerunt *eis.* Reiecit Oud.

belli gerundi. Sic Aimoinus.

ne adcuratius — aedificent.

curatius ad frigora atque aestus vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; vt animi aequitate plebem contineant, quum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat.

23. *Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitumos cedere, neque quemquam prope audere consistere: simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinae incursionis timore sublato. Quum bellum ciuitas aut inlatum defendit, aut infert: magistratus, qui ei bello praesint, vt vitae necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed Principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt; atque ea iuuentutis exercendae ac desidiae minuendae causs-*

De rudibus Germanorum aedificiis v. Tac. German. cap. 16. *M.* Miseras Germanorum mansiunculas siue casas exhibet columna Antonina Romae. *Virgeas habitare casas Britannos*, refert Iornandes de reb. Get. c. 2.

latissimas solitudines habere. Cf. 4, 3. *M* Alii *latissime.*

neque quemquam prope. alii addunt *se*, inuitis codd. et edd. vet.

magistratus — deliguntur. Subplicia vero, a magistratu decreta, sacerdotes manu sua a condemnatis sumserunt (Tacit. German. c. 7), id quod tum nullam contumeliae opinionem habuit. *M.*

qui sequi. Ante *qui* recentiores *vt* inseruerant contra codd. *M.* Sustulit Oud.

caussam (rem) *probant.* Sic dicitur *caussa Caesaris et Pompeii*, sic, *caussam Populi Romani defendere*, sic, *bonam et malam caussam suscipere, defendere.* Sane caussa non significat rem; sed sensus inversione et interpretatione eo redit, vt intelligi possit ipsa res. *M.*

fides derogatur. Bene sic Oud. e codd. plerisque et edd. vet. Vulgo *abrogatur.*

Hospites violare. Maior imo fides erga hospites quam ciues. Sic Mela 3, 3. *hospitibus tantum bonos* dicit. Cf. et Nic. Damascenus de mor. gent. p. 8. apud Stobaeum 1, 42. p. 292. vbi simile quid de Celtis.

vltro bella inf. Vulgo *et vltro* et dein *ac propter.* Asyndeton codd. habent.

trans Rhenum colonias mitterent. Haud dubie Caesar ea tempora in animo habuit, de quibus Liuius (5, 34) in nobili loco de migrationibus Gallorum agit. Narrat autem, Prisco Tarquinio

ſa fieri praedicant. Atque, vbi quis ex Principibus in concilio dixit; ſe ducem fore; qui ſequi velint, profiteantur; conſurgunt ii, qui et cauſſam et hominem probant ſuumque auxilium pollicentur atque ab multitudine conlaudantur: qui ex iis ſecuti non ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur omniumque iis rerum poſtea fides derogatur. Hoſpites violare, fas non putant; qui quaque de cauſſa ad eos venerint, ab iniuria prohibent ſanctosque habent; iis omnium domus patent, victusque communicatur.

24. Ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute ſuperarent, vltro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quae fertiliſſima ſunt, Germaniae loca circum Hercyniam ſiluam, (quam Eratoſtheni et quibusdam Graecis fama notam eſſe video, quam illi Orcyniam adpellant,) Volcae Tectoſages occupauerunt atque ibi conſederunt. Quae

regnante coloniam Gallorum Sigoueſo duce verſus Hercyniam ſiluam migraſſe. Putabat etiam Maſcouius (Hiſtor. German. p. 4), hunc Caeſaris locum de illa colonia intelligi poſſe. Egit autem de migrationibus Gallorum tribus, et de hoc Caeſaris loco, Georg. Gottlieb Plato, alio nomine Wild, in disputatione, Ratisbonae 1777 edita, in qua Boioarios non a Boiis, ſed Langobardis, ortos eſſe docet. *M.* Boioarios a Marcomannis ortos ſtatuit Mannert in Germania p. 451. partis 3. Geogr.

et quibusdam. Cluuer. G. A. 1, 17. quem ſequitur Cellarius, inſerit *aliis*. Sic et Graecus interpres; ſed veteres ſaepe eodem modo: *Iupiter et Dii, Pindarus et lyrici. Oud.*

Orcyniam. Sic Graecus et Ptolem. Veriſimile, nomen ortum ab *Harz*, *Harzwald*. V. omnino Glareanum ad h. l.

Volcae Tectoſages, id eſt, Tectoſages, gens ſ. pars nationis Volcarum. Strabo 4. (pag. 187) dicit: *τῶν Οὐολκῶν οἱ Τεκτοσάγες καλούμενοι.* Tacitus (German. cap. 28), vbi hunc locum Caeſaris commemorat, addit, etiam Heluetios et Boios olim in Germaniam commigraſſe. Hinc ſupra (1, 5) Caeſar ſcripſerat: *Boii, qui trans Rhenum incoluerant*. Fruſtra ergo Schedius (de Diis Germ. p. 13. 14.) negat, vere Caeſarem locutum eſſe, cum Gallos trans Rhenum migraſſe ſcripſerit. Nempe putat, Germanos hoc non paſſuros fuiſſe. Sed hiſtoria non refutatur ratiocinando. *M.* Codd. varios et edd. vet. obſederat vitium. Legebatur quippe vulgo *Tactoſages*; ſed alii recte *Volcae*, quod et Graecus habet, apud

gens ad hoc tempus iis sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem: nunc quoque in eadem inopia, egestate, patientia, qua Germani, permanent, eodem victu et cultu corporis vtuntur; Gallis autem Prouinciae propinquitas, et transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atque vsus largitur. Paullatim adsuefacti superari, multisque victi proeliis, ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.

25. Huius Hercyniae siluae, quae supra demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium:

quem Vossius bene copulam aut delet. Vrsinus locum restituit. De re ipsa dubitat Ciacconius. Sed, quum per Europam Tectosages in Phrygiam vsque excurrerint, teste Strabone l. c. quidni partem eorum in Hercynia haesisse vero simile?

nunc quoque, cod. Petavian. *nunc quidem*, cod. Dukerian. solum verbum *nunc*, cod. Oxon. *nunc quoniam*, cod. Leid. pr. et Scalig. *nunc quod*, codd. reliqui omnes. *nuncque*, edd. vulgg. Quis ergo definiat, quid Caesar scripserit? Videtur scripsisse, *ac nunc quoque*. *M.*

Gallis autem, iis, qui in Gallia remanserunt, non migrarunt. *M.*

Prouinciae, eius partis Galliae, quae est prouincia Romana. Edd. plures omiserunt hoc verbum; sed abesse nequit; codex vnus (Dukerianus) *prouinciae*; reliqui, *prouinciarum*. Sed vnice verum est, per ipsam rem, lectio media, *Prouinciae*. *M.* Conspirat Gr. int. τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχίας.

Paullatim. Clarke mallit *paullatimque*.

Hercyniae siluae latitudo. De hac re post Cluuerium (in German. ant.) abunde egit Cellarius in notit. orb. ant. T. I, 2, 5, 31. De parte huius siluae, quae est *Bacenis*, vid. ad 6, 10. *M.*

finiri, definiri. *M.*

rectaque flum. Id est perpetuo et in longum porrecto tractu. Sic et Curt. 7, 7, 4. vbi vid. Pitiscus.

Anartium. Designante Ptolemaeo (3, 8), cui *Ἀναρτοι* dicuntur, sunt Anartes seu Anarti Dacis a septemtrione continui. *Cellar.*

huius Germaniae, partis huius Germaniae, de qua Caesar proxime locutus erat. *Dauis.*

qui se. Post haec verba codd. et edd. magno numero addunt *aut audisse*. Sed, vt res loquitur et Oudend. monuit, plane redundant haec verba; quia sequitur, *aut acceperit*. Foret ergo mera tautologia, *qui se*

hinc se flectit sinistrorsus, diuersis ab flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem adtingit: neque quisquam est huius Germaniae, qui se aut adisse ad initium eius siluae dicat, quum dierum iter LX processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Multa in ea genera ferarum nasci constat, quae reliquis in locis visa non sint: ex quibus, quae maxime differant ab ceteris et memoriae prodenda videantur, haec sunt.

26. *Est bos cerui figura, cuius a media fronte inter aures vnum cornu exsistit, excelsius magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus. Ab eius summo, sicut palmae, rami quam late diffunduntur. Eadem est feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.*

audisse dicat, et, *qui acceperit*. Ergo deleuit ille vir doctus hop additamentum. *M.*

memoriae prodenda. Respice ad 5, 12. vbi est *memoria proditum*. Sic et h. l. quidam codd.

Est bos cerui figura — — magnitudoque cornuum. Scriptus est singularis libellus a Ioan. Beckmanno, *de historia naturali veterum*, qui Petropoli et Gottingae a. 1766 prodiit. Exstat eiusdem viri doctissimi alia dissertatio *de praecipuis Germaniae antiquae animalibus*, in Bueschingii commentariis Russicis (*Büschings Abhandlungen und Nachrichten von und aus Russland*, Regiomont. 1765). In his libellis Beckmannus hos ipsos Caesaris locos tractauit docuitque, bonem hoc loco descriptum esse haud dubie rhenonem (cf. c. 21), seu tarandum Linnaei, *das Rennthier*, et ad platycerotas Plinii (H. N. 11, 37) referendum videri. Monuit item, has bestias hodie in Germania ideo non reperiri, quoniam, excisis siluis et agris cultis, longe clementius coelum sit, quam illa fuerit aetate. Loci sunt in de pr. Germ. ant. an. p. 60. et de hist. nat. vet. p. 195. Idem multis aliis visum est, Buffono nominatim, diligentissimo naturae interpreti, qui descriptionem hanc tarandi, a Caesare suppeditatam, accuratissimam iudicat. v. Histoire naturelle T. 12. p. 82. Quae cum ita sint, Caesar rhenonem abusione quadam dixit bouem; omninoque veteres solebant maiora animalia quadrupeda, ipsis antea non visa bobusque similia communi nomine boues adpellare et ita ad aliquod genus referre. *M.* Notum id de elephantis, quos *Lucas boues* dixere Romani, teste Varrone de L. L. 6, 3. Plinio 8, 6. Hotomannus pro *bos* dabat *bisons*.

sicut palmae. Intelligitur vulgo de foliis palmae arboris; Beckmannus contra explicat de palma, quae latior remi pars, cuius impulsu nauis protruditur.

27. *Sunt item, quae adpellantur Alces. Harum est confimilis capreis figura et varietas pellium; sed magnitudine paullo antecedunt mutilaeque sunt cornibus et crura sine nodis articulisque habent; neque quietis caussa procumbunt, neque, si quo adflictae casu conciderint, erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus; ad eas se adplicant, atque ita, paullum modo reclinatae, quietem capiunt: quarum ex vestigiis quum est animaduersum a venatoribus, quo se recipere con-*

Alces. Haec bellua Buffono (T. 12. p. 83) et Beckmanno (de Germ. an. p. 39. de hist. nat. vet. pag. 199) videtur ea, quam nostra lingua adpellat *das Elendthier*, siue ceruus alces Linnaei. Nomen alcis repetunt ab antiquo belluae huius nomine Coltico *Elch* siue *Elg*, cui simile, *Elk*, *Aelg* et *Oelg*, etiamnunc in septemtrionalium Europaeorum sermone restat. Atque vt non negant, interdum alci ea tribui a veteribus, quae ceruo alci non conueniant: sic errasse putant Plinium (H. N. 8, 15), quia alcen et achlin diversas belluas esse dixit. vid. Buffon. p. 86. 87. Schloezerus (in commercio epistolari P. 1. sect. 2. p. 79) partim repetit, quae de prisco vocabulo *Elg* alii dixerant, partim e monumentis saeculi decimi et vndecimi suspicatur, in regione Trentana (Drenthe) tum quidem fuisse adhuc illam belluam: nam *elo*, quod nomen est in illis monumentis, putat esse detortum ex *Elg*. Ceterum vt magis cultae sunt regiones, ita alces vlterius concesserunt e cultis et clementioribus locis in frigidissima, quae alcibus natura adsignauit. Cui opera maiora non sunt ad manus, is in Ritteri hist. Gallorum p. 536-548 quaedam reperiet. *M.* Conf. Ioh. Ihre Gloss. Suio-Goth. v. *Elg*. qui deriuat ex Gr. ἀλκή, robur, vnde et apud Pausaniam L. 9, 21. id est huius animalis nomen, quod medium esse scribit inter ceruum et camelum. Saecularibus ludis Gordianus III. dedit alces decem, teste Capitolino c. 33. et in pompa triumphali Aureliani Imp. alces ductos Vopiscus refert c. 33.

capris. Audiendus erat Salmasius, qui, quamquam veram caussam non vidit, recte tamen (in Exercitt. Plin. p. 164) monuit, legendum esse *capreis*: et sic est in cod. Oxon. Caesaris. Caprea est capreolus Linnaei, *das Reh*. Ita censuit Buffonus p. 83, censuit etiam Beckmannus de Germ. anim. p. 40. et de hist. nat. vet. p. 195. Quae autem a viris, harum rerum peritis, re bene examinata dicuntur, ea sunt omnibus codicibus et collectaneis philologicis praeferenda. *M.*

varietas pellium. Pro vario anni tempore varius est color pellium. Haec autem varietas non est pars similitudinis cum capreis; sed est περίστασις per se, a scriptore addita illi alteri, siue similitudini cum capreis. Conf. Beckmann. de German. animal. p. 41. *M.*

fuerint, omnes eo loco aut a radicibus fubruunt, aut accidunt arbores tantum, vt fumma fpecies earum ftantium relinquatur. Huc quum fe confuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere adfligunt atque vna ipfae concidunt.

28. *Tertium eft genus eorum, qui vri adpellantur. Hi funt magnitudine paullo infra elephantos, fpecie et colore et figura tauri. Magna vis eorum et magna velocitas: neque homini, neque ferae, quam confpexerint, parcunt. Hos ftudiofe foueis*

mutilae funt cornibus. Ex his verbis et Buffonus (p. 83) et Beckmannus (de Germ. an. p. 41) concluferunt, Caefarem non nifi alces feminas vidiffe, quoniam hae nullis cornibus praeditae funt; etfi natura alces mares cornibus armauit. Conf. Paufan. in Graec. defcript. 5, 12. Sed dubito, an verba, *mutilae funt cornibus*, fignificare poffint, *nulla cornua habent*. Contemplatus ergo effigies cornuum alcis maris, quas exhibuerunt Buffonus (pag. 122) et Pennantus (Synopfis of quadrupeds p. 40), vidi, ea multum inuicem differre, nec nifi vnum in fumma parte mutilum effe; etfi hoc vitium temporis iniuria illatum videtur (v. Buffon. p. 122). Reftabat ergo, quod facile in oculos incurrit, alcis cornua fimilia effe latiffimis foliis, vnde partes reuulfae fint: *le bois* (haec funt Buffoni verba p. 94.) *de l'élan eft, pour ainfi dire, découpé et chevillé fur la tranche.* Fortaffis ergo Caefar hanc fimilitudinem, quam alius, vt fit, aliter concipere folet, vtcumque expreffit verbo *mutilus*. Sed multo facilius res expediri poteft. Nam alces femina, in opere Buffoniano delineata, habet cornuum initia, e fronte protuberantia, feu truncum aliquem, e quo rami nafci poffint, fed veluti ferra aut cultro praefectus eft ille inchoatus truncus. Veriffime igitur dici poterunt alces feminae mutilae cornibus. *M.*

et crura fine nodis — poffunt. In his neceffe eft Caefarem fecutum effe famam incertam: naturae quidem et veritati haec repugnant. Buffonus p. 83 fic iudicauit: *L'élan a les jambes fort roides, c'eft-à-dire, les articulations très-fermes: et comme les anciens étoient perfuadés qu'il y avoit des animaux, tels que l'éléphant, qui ne pouvoient ni plier les jambes, ni fe coucher; il n'eft pas étonnant qu'ils aient attribué à l'élan cette partie de la fable de l'éléphant.* Conf. p. 111. *M.* Fabulam iftam Plinius l. c. non de alce, fed de achli narrat.

reclinatae. alii *acclinatae*, quod temere praefert cum Brantio Turnebus adv. 3, 19.

quum fe confuetudine. Scaliger *ex confuet.* contra codd.

vri, Auerochfen. Etiam Linnaeus numerauit bouis tauri varietatem alteram hunc vrum. *M.* De vris Plin. l. c. et Seneca in Hippol. 65. *latisque feri cornibus vri.*

captos interficiunt. Hoc se labore durant homines adolescentes atque hoc genere venationis exercent; et, qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed adsuescere ad homines et mansuefieri, ne paruuli quidem excepti, possunt. Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur.

29. Caesar, postquam per Vbios exploratores comperit, Sueuos sese in siluas recepisse, inopiam frumentis veritus, quod, vt supra demonstrauimus, minime omnes Germani agriculturae student, constituit, non progredi longius: sed, ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque vt eorum auxilia tardaret, reducto exercitu, partem vltimam pontis, quae ripas Vbiorum contingebat, in longitudinem pedum CC rescindit; atque in extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit, praesidiumque cohortium XII pontis tuendi caussa ponit magnisque eum locum

durant homines. Tò *homines* in aliis deest.

pro poculis vtuntur. Frequens is vsus apud veteres. Nota sunt cornua ex auro et argento reperta in Dania, de quibus Iacobaeus, Wormius, alii. In fastis Runicis festi dies epulis celebrati notantur cornibus. De aliis v. Athenaeus 11, p. 447, (c. 51 ed. Schweigh.)

comperit. Redit narratio ad ea, quae cap. 10. coepta erant. *M.*

inopiam frumenti veritus. Dio l. 40, 32. Sueuos veritum Caesarem tradit, quod minus probabile.

supra. Cf. c. 22. *M.*

minime omnes. Lipsius reponit *omnium.* Oudend. mallet *homines.* Graecus vocem omittit.

ripas. alii, *ripam.*

bellum Ambiorigis. Cf. cap. 5. *M.*

per Arduennam siluam — — patet. Haec verba fortasse non sunt a Caesare: nam absunt a metaphrasi Graeca, vt multi interpretes monuerunt, et pugnare videntur cum iis, quae supra (5, 3) tradita sunt. Ac de pugna quidem vtriusque loci Cellarius (Notit. orb. ant. T. 1, l. 2, 3, 32) existimat, Arduennam siluam a Rheno Treuirorum ad Scaldim et *Neruios,* inferius vero ad *Rhemos* vsque pertinuisse, aliasque multas gentes complexam esse, et hactenus componi duos locos posse;

munitionibus firmat. Ei loco praefidioque C. Volcatium Tullum adolefcentem praefecit: ipfe, quum maturefcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus, (per *Arduennam filuam, quae eft totius Galliae maxima atque ab ripis Rheni finibusque Treuirorum ad Neruios pertinet, milibusque amplius D in longitudinem patet,*) L. Minucium Bafilum cum omni equitatu praemittit, fi quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere poffit; monet, vt ignes fieri in caftris prohibeat, ne qua eius aduentus procul fignificatio fiat: fefe confeftim fubfequi dicit.

30. Bafilus, vt imperatum eft, facit; celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit; eorum indicio ad ipfum Ambiorigem contendit, quo in loco eum paucis equitibus effe dicebatur. Multum quum in omnibus rebus, tum in re militari poteft fortuna. Nam ficut magno accidit cafu, vt in ipfum incautum atque etiam inparatum incideret, priusque eius aduentus ab hominibus videretur, quam fama ac nuncius

fed idem agnouit, in numero *milibus amplius D* haereri, quoniam nimius fit; fin fuafu Voffii ex Orofio (6, 10 in edd. antt.) *milibus amplius L.* ponatur, (et fic edidit Cellarius,) non effe hanc magnitudinem plane ingentem. Non male igitur aliquis dixerit, haec omnia verba in marginem relata effe ab aliquo ex Orofio, et e margine in textum irrepfiffe. *M.* Inde a fontibus Sabis per tractum Luxemburgicum et Treuirorum et Leodienfium limites vltra centum fexaginta millia paffuum protenditur filua; inde D'Anvillius coniicit legendum h. l. *amplius CL.* vnde facilis erat lapfus librariorum in *D.* Ceterum totum id gloffema cenfere, lubens concedo. Nomen *Arden, Ardenna, Arduenna* olim commune plurium filuarum fuiffe videtur. V. Camdeni Britannia pag. 426. Saltem et in Angliae comitatu Warwicenfi regio Coventrienfis filuas habet vaftas, in quibus Hampton dicitur effe in *Arden.* Cf. D'Anville Not. de la Gaule p. 89.

in omnibus rebus. Tò *rebus* deeft in aliis.

priusque — adferretur. Haec omnia abfunt a metaphr. Gr. In codd. pluribus modis variantur: pro *hominibus* eft *omnibus*, pro *nuncius* eft *nunciis*, et *aduentus* vel ponitur bis, vel poft *nuncius* tantum legitur. Eft ergo in hac etiam particula manus Caefaris incerta. *M.*

aduentus adferretur: sic magnae fuit fortunae, omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto, rhedis equisque comprehensis, ipsum effugere mortem. Sed hoc eo factum est, quod, aedificio circumdato silua, (*vt sunt fere domicilia Gallorum, qui, vitandi aestus caussa, plerumque siluarum ac fluminum petunt propinquitates,*) comites familiaresque eius angusto in loco paullisper equitum nostrorum vim sustinuerunt. His pugnantibus, illum in equum quidam ex suis intulit: fugientem siluae texerunt. Sic et ad subeundum periculum, et ad vitandum, multum fortuna valuit.

31. Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit, quod proelio dimicandum non existimarit, an tempore exclusus et repentino equitum aduentu prohibitus, quum reliquum exercitum subsequi crederet, dubium est: sed certe, dimissis per agros nunciis, sibi quemque consulere iussit: quorum pars in Arduennam siluam, pars in continentes paludes profugit; qui proximi Oceanum fuerunt, hi insulis sese occultauerunt, quas aestus efficere consuerunt: multi, ex suis finibus egressi, se suaque omnia alienissimis crediderunt. Catiuolcus, rex dimidiae partis Eburonum, qui vna cum Ambiorige consilium inierat, aetate iam

effugere mortem. Ciacconius expungit *mortem;* sed codd. constanter seruant; Graecus quoque habet.

et ad subeundum. Hoc *et* adiecit Oud. e codd.

an temp. exclusus. Vulgo addunt *fuerit*, inuitis codd.

dimissis. Praemittitur vulgo *clam.* sed id nec Graecus, nec Celsus, nec codd. complures habent, nec edd. vet. Bene ergo expunxit Oud. nec ea res clam fieri potuit. In edit. tamen posteriore seruauit.

proximi Oceanum. Sic boni codd. Vulgo *Oceano.* Vtrumque valet. Cf. Gronou. ad Liu. 8, 32. Mox *hi insulis.* alii *ii*, alii *hi in insulis.* Oud. e codd. emendauit in edit. poster.

Catiuolcus—exanimauit. Haec periodus pulcerrime structa est. *M.* Gr. *Κατίβουλκος.*

precibus, imprecationibus: nam et hae sunt preces, quibus petitur a Deo, vt aliquem male perdat. *M.* Tales *preces diras* vocat Tacitus Ann. 14, 30. *iratas* Horatius Sat. 2, 6, 30. Graecus vertit *κατάρας.*

taxo. V. Plin. 16, 10 (20).

Segni Condrusique. Condrusorum nomen hodieque in Leodiensi regione obtinet. Est et in vicinia oppidum *Cinay* vel *Chi-*

confectus, quum laborem aut belli aut fugae ferre non posset, omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilii auctor fuisset, taxo, cuius magna in Gallia Germaniaque copia est, se exanimauit.

32. Segni Condrusique, ex gente et numero Germanorum, qui sunt inter Eburones Treuirosque, legatos ad Caesarem miserunt, oratum, ne se in hostium numero duceret, neue omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, vnam esse caussam iudicaret: nihil se de bello cogitauisse, nulla Ambiorigi auxilia misisse. Caesar, explorata re quaestione captiuorum, si qui ad eos Eburones ex fuga conuenissent, ad se vt reducerentur, imperauit: si ita fecissent, fines eorum se violaturum negauit. Tum copiis in tris partes distributis, inpedimenta omnium legionum Aduatucam contulit. Id castelli nomen est. Hoc fere est in mediis Eburonum finibus, vbi Titurius atque Anrunculeius hiemandi caussa consederant. Hunc quum reliquis rebus locum probabat, tum quod superioris anni munitiones integrae manebant, vt militum laborem subleuaret. Praesidio inpedimentis legionem XIIII reliquit, vnam ex iis tribus, quas proxime conscriptas ex Italia transduxerat. Ei legio-

ney, quo Segni veteres dinoscuntur.

Aduatucam. Nomen id castelli diuisim *ad Vatucam* scribitur in codd. et edd. vet. Iunctim id legit Valesius in Not. Gall. p. 566. quod inde alii vulgo secuti. Displicet hoc viro docto I. C. H. qui in Miscell. Lips. nouis vol. 3. p. 658 restitui iubet *ad Vatucam.* Sequitur autem Fallonium in Hist. Leodiensi t. 1. p. 1. cap. 8. p. 17. vbi castellum, de quo agitur, in *Cassella* prope Wittemium, Traiectum inter Mosae et Aquisgranum figit. Conuenit statim nomen *Cassellae*, dein situs in mediis Eburonum finibus, quorum ciuitas proprior Rheno Mosam inter et Rhenum habitabat. Cf. 5, 29. 6, 35. Sic *Aduatuca*, de qua mentio 2, 29. cis Mosam sita fuit, castellum, quod siue *Aduatucam* siue *ad Vatucam* dicas, perinde esse puto, trans Mosam inter hunc et Rhenum. Baxter in Gloss. antiq. Britann. p. 122. nomen explicare satagit *at ütüc av*, ad fauces undae.

Titur. atque Auranc. Cf. 5, 24—38. *M.*

munitiones, hiberna munita. v. ibid. Infra cap. 37 castellum dicitur. *M.*

ni castrisque. Q. Tullium Ciceronem praeficit ducentosque equites attribuit.

33. Partito exercitu, T. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum versus in eas partes, quae Menapios adtingunt, proficisci iubet: C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quae Aduatucis adiacet, depopulandam mittit: ipse cum reliquis tribus ad flumen Scaldem, quod influit in Mosam, extremasque Arduennae partis ire constituit, quo cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. Discedens, post diem septimum sese reuersurum, confirmat: quam ad diem ei legioni, quae in praesidio relinquebatur, frumentum deberi sciebat. Labienum Treboniumque hortatur, si reipublicae commodo facere possint, ad eam diem reuertantur; vt, rursus communicato consilio, exploratisque hostium rationibus, aliud belli initium capere possent.

34. Erat, vt supra demonstrauimus, manus certa nulla, non oppidum, non praesidium, quod se armis defenderet; sed omnis in partis dispersa multitu-

Aduatucis. al. *ad Aduatucos,* item *Aduatucos.*

Scaldem. Interpres Gr. *Σάβιν*, nunc *Sambre:* atque ita expeditae rationes sunt. Qui Scaldim vel Scaldem tuentur, hi vel errasse Caesarem dicunt, vel aliam nunc faciem horum fluminum, mersa forte terrae parte, per quam Scaldis ad Mosam decucurrerit. *Cellarius.* Cf. 2, 16. 18. E contrario Dauisius et Oudend. alios auctores recentiores secuti, et Ritterus in hist. Gall. p. 86, defendunt alteram lectionem, *Scaldem. M.* Ante submersam Scaldiae antiquae partem Scaldim brachium dextrorsum Tolenum versus emisisse probabile videtur D'Anvillio.

post diem septimum. Scil. inchoatum, siue, vt Celsus, *ad d. s.*, quod valet *ante diem sept.* scil. finitum, vt Romani dicebant. vide c. 35. Cf. Clericus de arte crit. 2, 1. c. 10, 5. *Dauis.*

in praesidio. alii *praesidio* sine praepositione.

supra demonstr. v. cap. 31. *M.*

manus certa nulla, quia, vt ibidem est, Ambiorix copias non conduxerat, sed passim latere iusserat. *M.*

non opp. non praesid. vulgo *non praes. non opp.* Dein distinguunt post *defenderet;* emendauit Oud., ex codd. Demum pro *Vbi cuique* alii male *Vbicunque.* hoc enim dispersae multitudini non conuenit.

aut locus — inpedita. Cod. Vrsini et Andinae membranae: *aut locis siluestribus palus inpedita.* Bene. Caesar non videtur in genere masculino *silue-*

do. Vbicunque aut vallis abdita, aut locus filuestris, aut palus inpedita, spem praesidii aut salutis aliquam obferebat, consederat. Haec loca vicinitatibus erant nota, magnamque res diligentiam requirebat, non in summa exercitus tuenda, (nullum enim poterat vniuersis ab perterritis ac dispersis periculum accidere) sed in singulis militibus conseruandis; quae tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat. Nam et praedae cupiditas multos longius euocabat et silvae incertis occultisque itineribus confertos adire prohibebant. Si negotium confici stirpemque hominum sceleratorum interfici vellet, dimittendae plures manus diducendique erant milites: si continere ad signa manipulos vellet, vt instituta ratio et consuetudo exercitus Romani postulabat, locus ipse erat praesidio barbaris, neque ex occulto insidiandi et dispersos circumueniendi singulis deerat audacia. At in eiusmodi difficultatibus, quantum diligentia prouideri poterat, prouidebatur; vt potius in nocendo aliquid omitteretur, etsi omnium animi ad vlciscen-

stris, pro *siluester*, dixisse. *M.* Sed et Liuius 27, 26. dixit *tumulus siluestris.*

Haec loca — nota. Hiulca oratio est, quae nec cum superioribus vinculo aliquo cohaeret, nec cum iis, quae sequuntur, per illud *que* satis apte coniungitur. Ergo primo pro *haec* scripserim *quae*, et verba, *quae loca vicin. erant nota*, posuerim post *palus inpedita*. Deinde *loca vicinitatibus nota* puto esse vel nota propter vicinitates, vel nota vicinis accolis. *M.* Non video, quale remedium ista mutatio huic loco adferat. Sensus erit idem vtroque modo. Quia ea loca vicinitatibus erant nota, in quae se recipere possent, vbi Romani confertim accederent, contra singuli ab hostibus facile occidi poterant, hinc magnam diligentiam res requirebat. Metonymia *vicinitatis* et aliis trita. V. Nepos Alcib. 10. Sallust. b. Catil. 35. Suet. Aug. 24. Cic. Offic. 2, 18.

diligentiam (Caesaris) *requirebat. M.*

summa exercitus, vniuersus exercitus. *M.*

ab perterritis. Praepositionem e cod. Vrsini et metaphraste Graeco suppleuit Dauis.

Nam et praedae -- prohibebant. Haec omnia verba fortasse ponenda sunt post verbum *conseruandis. M.*

et siluae. alii *ac.*

At in eiusm. Alii *Vt. Et.*

in nocendo aliquid omittitur, non nocetur tantum et toties, quantum et quoties noceri potest. *M.*

omitteretur. Alii *praetermitteretur.* perinde est.

dum ardebant, quam cum aliquo militum detrimento noceretur. Caesar ad finitumas ciuitates nuncios dimittit, omnes ad se euocat spe praedae, ad diripiendos Eburones, vt potius in filuis Gallorum vita, quam legionarius miles, periclitetur; simul vt, magna multitudine circumfusa, pro tali facinore, stirps ac nomen ciuitatis tollatur. Magnus vndique numerus celeriter conuenit.

35. Haec in omnibus Eburonum partibus gerebantur, diesque adpetebat septimus, quem ad diem Caesar ad inpedimenta legionemque reuerti constituerat. Hic, quantum in bello fortuna possit et quantos adferat casus, cognosci potuit. Dissipatis ac perterritis hostibus, vt demonstrauimus, manus erat nulla, quae paruam modo caussam timoris adferret. Trans Rhenum ad Germanos peruenit fama, diripi Eburones, atque vltro omnes ad praedam euocari. Cogunt equitum duo milia Sigambri, qui sunt proximi Rheno, a quibus receptos ex fuga Tenchtheros atque Vsipetes supra docuimus: transeunt Rhenum nauibus ratibusque, XXX milibus passuum infra eum locum, vbi pons erat perfectus praesidiumque ab Caesare relictum: primosque Eburonum fines adeunt, multos ex fuga dispersos excipiunt, magno pecoris numero, cuius sunt cupidissimi barbari, potiuntur. Inuitati

ad se euocat. Sic codd. et edd. vet. Male recentiores omisere *ad se.*

legionarius miles. alii *legionariorum.* et pro *periclitetur* vulgo *periclitaretur.*

nomen ciuitatis tollatur. Qui Eburonum superstites fuerunt, hi in Tungrorum nomen concesserunt. *Glandorp.* et *Cellar.* Cf. Ritteri hist. Gall. p. 107. *M.*

reuerti constituerat. Cf. cap. 33. *M.*

supra docuimus. Cf. 4, 16. *M.*

transeunt. al. *transeuntes.*

inperfectus. v. c. 29. Est ergo pons, qui non amplius perfectus erat, qui nunc inperfectus erat, parta aliqua rescissa. *M.* alii *perfectus.* quod pro *factus*, iudice Oud. cui *inperfectum* pro *reciso* durum videtur. Reposui *perfectus*, vt Oud. in ed. posteriore.

fortunatissimis. alii *fortunatissimos.* Sed istud boni codd.

Aduatucam venire potestis. alii *Aduatucam veniri potest.* quod probat Gronou. ad Liu. 8, 34.

praeda, longius procedunt: non hos palus, in bello latrociniisque natos, non siluae morantur: quibus in locis sit Caesar, ex captiuis quaerunt; profectum longius reperiunt omnemque exercitum discessisse cognoscunt. Atque vnus ex captiuis, *Quid vos*, inquit, *hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus licet iam esse fortunatissimis? Tribus horis Aduatucam venire potestis: huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contulit: praesidii tantum est, vt ne murus quidem cingi possit, neque quisquam egredi extra munitiones audeat.* Oblata spe, Germani, quam nacti erant praedam, in occulto relinquunt; ipsi Aduatucam contendunt, vsi eodem duce, cuius haec indicio cognouerant.

36. Cicero, qui per omnes superiores dies praeceptis Caesaris summa diligentia milites in castris continuisset ac ne calonem quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset, septimo die diffidens, de numero dierum Caesarem fidem seruaturum, quod longius eum progressum audiebat, neque vlla de reditu eius fama adferebatur; simul eorum permotus vocibus, qui illius patientiam paene obsessionem adpellabant, si quidem ex castris egredi non liceret; nullum eiusmodi casum exspectans, quo, nouem oppositis legionibus maximoque equitatu, di-

fortunas contulit. vid. cap. 32. *M.*

tantum est. i. e. tam parum Sic et C. 3, 2. *tantum nauium.*

vt ne murus. al. *vt murus.* male.

Oblata spe. alii *Obiecta.*

in occulto rel., in siluis. v. cap. 41. De temeritate et casu huius molitionis Germanorum c. 42 dicit: *eo consilio Rhenum transierant — obtulerant —* De hac cum Germanis concertatione paucis egit Dio Cass. 40, 32. *M.*

per omnes sup. dies. Alii *ad omnes.* in aliis praepositio deest.

summa dilig. alii *cum s. d.*

eum progressum. Pronomen in codd. quibusdam et edd. vet. deest. non male.

qui illius patientiam — adpellabant, dicebant, eum ita patienter intra castra se continere, vt hoc nihil differret ab obsidione. *M.*

nouem legionibus. vid. cap. 33. Nouem legiones variis in locis oppositae erant hostibus. *M.*

ſperſis ac paene deletis hoſtibus, milibus paſſuum III obſendi poſſet; quinque cohortes frumentatum in proximas ſegetes miſit, quas inter et caſtra vnus omnino collis intererat. Complures erant in caſtris ex legionibus aegri relicti; ex quibus qui hoc ſpatio dierum conualuerant, circiter CCC ſub vexillo vna mittuntur: magna praeterea multitudo calonum, magna vis iumentorum, quae in caſtris ſubſederat, facta poteſtate, ſequitur.

37. Hoc ipſo tempore et caſu Germani equites interueniunt, protinusque eodem illo, quo venerant, curſu ab decumana porta in caſtra inrumpere conantur: nec prius ſunt viſi, obiectis ab ea parte ſiluis, quam caſtris adpropinquarent, vsque eo, vt, qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui facultatem non haberent. Inopinantes noſtri re noua perturbantur, ac vix primum inpetum cohors in ſtatione ſuſtinet. Circumfunduntur ex reliquis hoſtes partibus, ſi quem aditum reperire poſſent. Aegre portas noſtri tuentur, reliquos aditus locus ipſe per ſe munitioque defendit. Totis trepidatur caſtris, atque alius ex alio cauſſam tumultus quaerit; neque quo ſigna ferantur, neque quam in partem quisque conueniat, prouident. Alius capta iam caſtra pronunciat; alius, deleto exercitu atque imperatore, victores barbaros veniſſe contendit: plerique nouas ſibi ex loco religiones fingunt, Cottaeque et Titurii calamitatem, qui in eodem occiderint caſtello, ante ocu-

in mil. paſſ. tr. intra tria milia paſſuum. *M.*

miſit. Alii *mittit.*

in caſtris. deeſt hoc in codd. variis et edd. priſcis. Graecus habet *ἐν Βαρούρᾳ* pro *Ἀδουατούκῳ.*

circ. CCC. Graecus *διακόσιοι.*

ſub vexillo. Praefertur vexillum. *M.*

tempore et caſu. Redundat *et*, vt Clark. et Oudendorp. monuerunt. *M.*

religiones fingunt, putant, religioni ſibi eſſe debere, contra religionem ſe egiſſe, quod in loco male ominato conſederint. Dicit *nouas*, quia nunc demum cogitabant hoc, quod antea non cogitarant: nunc erat illa opinio noua. *M.*

los ponunt. Tali timore omnibus perterritis, confirmatur opinio barbaris, vt ex captiuo audierant, nullum esse intus praesidium. Perrumpere nituntur seque ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.

38. Erat aeger in praesidio relictus P. Sextius Baculus, qui primum pilum ad Caesarem duxerat, cuius mentionem superioribus proeliis fecimus, ac diem iam quintum cibo caruerat. Hic, diffisus suae atque omnium saluti, inermis ex tabernaculo prodit: videt imminere hostes atque in summo esse rem discrimine: capit arma a proximis atque in porta consistit. Consequuntur hunc Centuriones eius cohortis, quae in statione erat: paullisper vna proelium sustinent. Relinquit animus Sextium, grauibus acceptis vulneribus: aegre per manus tractus seruatur. Hoc spatio interposito, reliqui sese confirmant tantum, vt in munitionibus consistere audeant speciemque defensorum praebeant.

39. Interim confecta frumentatione, milites nostri clamorem exaudiunt; praecurrunt equites, quanto sit res in periculo, cognoscunt. Hic vero nulla munitio est, quae perterritos recipiat: modo conscripti, atque vsus militaris imperiti, ad Tribunum militum Centurionesque ora conuertunt: quid ab his praecipiatur, exspectant. Nemo est tam fortis, quin rei nouitate perturbetur. Barbari, signa procul conspicati, obpugnatione desistunt: redisse primo legiones

Cottae et Tit. Cf. c. 32. et 5. 28 sqq. *M.*

nullum praesidium, perexiguum: nam hoc e captiuo audierant. Cf. c. 35. *M.*

ad Caesarem, apud Caesarem. Et hoc *apud* habent quidam libri; sed interpretamentum est. *M.*

mentionem fecimus. Cf. 2, 25. 3, 5. *M.*

Relinquit animus Sextium, animi deliquium passus est, vt medici loquuntur. *Deficiens* additum ante *aegre* in vno cod. Oxon. exstat; sed videtur redvndare. *M.* Mortuus non dicitur, vt Danisius putasse videtur. Mox enim seruatus narratur.

obpugnatione. al. *ab obpugnatione.*

credunt, quas longius discessisse ex captiuis cognoverant: postea, despecta paucitate, ex omnibus partibus impetum faciunt.

40. Calones in proximum tumulum procurrunt: hinc celeriter deiecti se in signa manipulosque coniiciunt: eo magis timidos perterrent milites. Alii, cuneo facto vt celeriter perrumpant, censent, quoniam tam propinqua sint castra; et, si pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos seruari posse confidunt; alii, vt in iugo consistant atque eumdem omnes ferant casum. Hoc veteres non probant milites, quos sub vexillo vna profectos docuimus. Itaque inter se cohortati, duce C. Trebonio, Equite Romano, qui eis erat praepositus, per medios hostes perrumpunt incolumesque ad vnum omnes in castra perueniunt. Hos subsecuti calones equitesque eodem inpetu militum virtute seruantur. At ii, qui in iugo constiterant, nullo etiam nunc vsu rei militaris percepto, neque in eo, quod probauerant, consilio permanere, vt se loco superiore defenderent, neque eam, quam profuisse aliis vim celeritatemque viderant, imitari potuerunt; sed, se in castra recipere conati, iniquum in locum demiserant. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum virtutis caussa in superiores erant ordines huius legionis transducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes conciderunt.

at reliquos. i. e. tum saltem.

vsu. percepto. vid. Ind. in *vsus. M.* Cf. C. 3. 84.

Ac tantus fuit. alii *At.* quod Dauis. reponi iubet.

fidem non faceret. Canterus 2, 18. *fidem non haberet.* ex codd. nonnullis, male. Dicendum enim foret, *haberent.* Tò *fidem faceret* hic est *persuaderet.*

adesse Caesarem. Hotomanus huc refert locum e Sueton. Iul. c. 58. *Caesar, obsessione castrorum in Germania nunciata, per stationes hostium Gallico habitu penetrauit ad suos.* Et videntur verba huc referenda. Sed Suetonius errauit, eum *in Germania* dixit: nam a Germanis, qui in Galliam transierant, castra sunt obsessa, non autem in Germania. *M.*

Militum pars, horum virtute submotis hostibus, praeter spem incolumis in castra peruenit; pars a barbaris circumuenta periit.

41. Germani, desperata expugnatione castrorum, quod nostros iam constitisse in munitionibus videbant, cum ea praeda, quam in siluis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt. Ac tantus fuit etiam post discessum hostium terror, vt ea nocte, quum C. Volusenus missus cum equitatu ad castra venisset, fidem non faceret, adesse cum incolumi Caesarem exercitu. Sic omnium animos timor praeoccupauerat, vt, paene alienata mente, deletis omnibus copiis equitatum tantum se ex fuga recepisse, dicerent, neque, incolumi exercitu, Germanos castra obpugnaturos fuisse contenderent. Quem timorem Caesaris aduentus sustulit.

42. Reuersus ille, euentus belli non ignorans, vnum, quod cohortes ex statione et praesidio essent emissae, questus, ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse, multum fortunam in repentino hostium aduentu potuisse indicauit; multo etiam amplius, quod paene ab ipso vallo portisque castrorum barbaros auertisset. Quarum omnium rerum maxime admirandum videbatur, quod Germani, qui eo consilio Rhenum transierant, vt Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerint.

equitatum tantum. hoc *tantum* e suo codice et Vrsini adiecit Scaliger. Posset abesse.

euentus belli non ignorans. norat, quam varii essent et incerti euentus belli, eosque non esse in ducis militumque potestate, non caueri praeuiderique posse, nec semper culpam contrahere alicui, si aduersi fuerint. Noluit ergo milites suos magnopere reprehendere. *M.* Pro *ignorans* alii *ignarus.*

casu, casui. Cf. 1, 16. *M.*

indicauit. hoc praefert Oud. alii *iudicauit.*

auertisset. alii *auertissent.*

Rhenum transierant. vid. c. 35. *M.*

obtulerint. vulgo *obtulerant.*

43. Caesar rursus ad vexandos hostes profectus, magno coacto numero ex finitumis ciuitatibus, in omnes partes dimittit. Omnes vici atque omnia aedificia, quae quisque conspexerat, incendebantur: praeda ex omnibus locis agebatur: frumenta non solum a tanta multitudine iumentorum atque hominum consumebantur, sed etiam anni tempore atque imbribus procubuerant; vt, si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen iis, deducto exercitu, rerum omnium inopia pereundum videretur. Ac saepe in eum locum ventum est, tanto in omnis partis diuiso equitatu, vt modo visum ab se Ambiorigem in fuga captiui, nec plane etiam abisse ex conspectu contenderent, vt, spe consequendi inlata atque infinito labore suscepto, qui se summam ab Caesare gratiam inituros putarent, paene naturam studio vincerent, semperque paullum ad summam felicitatem defuisse videretur, atque ille latebris aut saltibus se eriperet et noctu occultatus alias regiones partesque peteret, non maiore equitum praesidio, quam quatuor, quibus solis vitam suam committere audebat.

44. Tali modo vastatis regionibus, exercitum Caesar duarum cohortium damno Durocortorum Remorum reducit, concilioque in eum locum Galliae indicto, de coniuratione Senonum et Carnutum quaestionem habere instituit; et de Accone, qui princeps eius consilii fuerat, grauiore sententia pronunciata,

sed etiam. In Oxon. deest *etiam*, vt fit et alibi. V. 1, 18 et 43. Conf. Drakenb. ad Liu. 2, 6.

vt modo (paulo ante) *visum* — Vulgo legebatur: *vt non modo* — *captiui, sed nec* —. E codd. Oudendorpius restituit veriorem lectionem, eiectis verbis *non* et *sed*. *M.*

vt (adeo) *spe consequendi inlat. M.*

latebris ac siluis. Posteriora absunt a plerisque codd. In paucioribus *aut siluis* legitur. Sunt ergo verba adsuta. *M.* et glossa sequentium verborum. Deleui.

de Accone. Cf. c. 4. *M.*

more maiorum ſubplicium ſumſit. Nonnulli iudicium veriti profugerunt; quibus quum aqua atque igni interdixiſſet, duas legiones ad fines Treuirorum, in Lingonibus, ſex reliquas in Senonum finibus Agendici in hibernis conlocauit; frumentoque exercitu prouiſo, vt inſtituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus eſt.

Agendici. Alii *Agedinci.* *Agedici.* *ad conuentus.* Cf. 5, 1.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARII DE BELLO GALLICO

LIBER SEPTIMVS

ARGVMENTVM

Bellum Vercingetorigis.

Cap. 1. *Noua consilia Gallorum de bello.* 2. 3. *Bellum a Carnutibus susceptum.* 4. 5. *ab Aruernis, auctore Vercingetorige.* 6. *Periculosum iter Caesaris ad exercitum.* 7. 8. *Aruerni obpressi.* 9. *Gergouia ab Vercingetorige obpugnata.* 10. *Iter Caesaris ad ferendum auxilium.* 11—13. *Vellaunodunum, Genabum, Nouiodunum a Caesare capta. iter ad Auaricum.* 14. 15. *Biturigum oppida praeter Auaricum a Gallis incensa.* 16. 17. *Inopia Romanorum ad Auaricum.* 18—21. *Vercingetorix proditionis insimulatus, absolutus.* 22. *Gallorum in defendendo oppido studium.* 23. *Muri Gallici.* 24. 25. *Ager Romanus incensus. eruptio Gallorum repressa.* 26. *Consilium Gallorum clam profugiendi ex oppido clamore muliebri inpeditum.* 27. 28. *Auaricum expugnatum.* 29—31. *Bellum ab Vercingetorige continuatum.* 32. 33. *Motus in Aeduis a Caesare compositi.* 34. 35. *Exercitus Romanus trans Elauerem expositus. pars copiarum in Senones et Parisios missa.* 36. *Castra Caesaris ad Gergouiam.* 37—40. *Nouae turbae in Aeduis, auctoribus Conuictolitane et Litauico. Litauicus, qui subsidium, ab Aeduis Caesari missum, sollicitauerat, obpressus.* 41. *Romanorum castra interim obpugnata. aegre defensa.* 42. 43. *Aeduorum defectio.* 44—51. *Inpetus Romanorum in Gergouiam. clades.* 52. 53. *Oratio Caesaris ad milites. obsessio Gergouiae soluta.* 54—56. *Bellum ab Aeduis susceptum. exercitus Caesaris per Ligerim transductus.* 57—62. *Labieni res feliciter in Parisiis gestae.* 63. 64. *Vercingetorix totius Galliae imperator.* 65. *Caesaris cura ad omnes casus.* 66. 67. *Vercingetorix equestri proelio superatus.* 68. 69. *Alesiae, in quam Vercingetorix, facto proelio, se contulerat, descriptio.* 70. *Noua*

clades Gallorum equitatui virtute Germanorum inlata. 71. *Equitatus a Vercingetorige dimissus. omnis Gallia ad bellum euocata.* 72—74. *Caesaris munitiones contra oppidanos et hostes exteriores.* 75. 76. *Subsidium Gallorum comparatum.* 77. 78. *Inopia Gallorum Alesiae. Critognati oratio. Mandubii ex oppido expulsi.* 79. 80. *Subsidium q Romanis repulsum.* 81. 82. *Castra Romana vtraque ex parte abpugnata. Galli magno detrimento victi.* 83—88. *Noua consilia Gallorum. inpetus in castra Romana ex colle, qui est ad septemtriones. eruptio ex oppido. Romanorum labor. victoria.* 89. 90. *Deditio oppidi. Aeduorum, Aruernorum. hiberna.*

Quieta Gallia, Caesar, vt constituerat, in Italiam ad conuentus agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de Clodii caede: de senatusque consulto certior factus, vt omnes Italiae iuniores coniurarent, dilectum tota prouincia habere instituit. Eae res in Galliam Transalpinam celeriter perferuntur. Addunt ipsi et adfingunt rumoribus Galli, quod res poscere videbatur, retineri vrbano motu Caesarem, neque in tantis dissensionibus ad exercitum venire posse. Hac inpulsi occasione, qui iam ante se Populi Romani imperio subiectos dolerent, liberius atque audacius de bello consilia inire incipiunt. Indictis inter se principes Galliae conciliis siluestribus ac remotis locis, queruntur de Acconis morte; hunc casum ad ipsos recidere posse demonstrant; miserantur communem Galliae fortunam; omnibus pollicitationibus ac praemiis deposcunt, qui belli initium faciant et sui

de Clodii caede. Cic. pro Milon. cap. 9. 10. Appian. de Bell. Ciu. 2, 14. Dio Cass. 40. 48. *M.* Recentiores adiecere praenomen, quod non est necessarium.

de sen. consulto. Cic. ibid. cap. 26. et Asconius in argumento Milonianae orationis. *M.* Praepositio *de* est omissa in codd. variis et edd. primis, a praecedente voce hausta.

coniurarent. Cum propter periculi vicinitatem non liceret, singulos sacramento rogare: omnes, edicto in vnum locum conuocati, *simul iurabant,* quae dicta est *coniuratio.* v. Seruius ad Virg. Aen. 8, 5. *Cellar.*

rumoribus. Male Ciacconius reponendum suadet *rumores.*

subiectos. alii *subditos.*

de Acconis morte. Conf. 6, 44. *M.*

capitis periculo Galliam in libertatem vindicent. Eius in primis rationem habendam dicunt, priusquam eorum clandestina consilia efferantur, vt Caesar ab exercitu intercludatur. Id esse facile, quod neque legiones, absente imperatore, audeant ex hibernis egredi; neque imperator sine praesidio ad legiones peruenire possit: postremo in acie praestare interfici, quam non veterem belli gloriam libertatemque, quam a maioribus acceperint, recuperare.

2. His rebus agitatis, profitentur Carnutes, *se nullum periculum communis salutis caussa recusare, principesque ex omnibus bellum facturos pollicentur, et, quoniam in praesentia obsidibus inter se cauere non possint, ne res efferatur, vt iureiurando ac fide sanciatur, petunt, conlatis militaribus signis, (quo more eorum grauissimae cerimoniae continentur,) ne, facto initio belli, ab reliquis deserantur.* Tum, conlaudatis Carnutibus, dato iureiurando ab omnibus, qui aderant, tempore eius rei constituto, ab concilio disceditur.

3. Vbi ea dies venit, Carnutes, Cotuato et Conetoduno ducibus, desperatis hominibus, Genabum

Id esse facile. Aliter haec narrat Florus 3, 10, 22. vbi etiam pro *Ceuenna* c. 8. infra ponit *Alpes.*

profitentur Carnutes. Cum hac narratione conferendi sunt Plutarch. in Caes. cap. 25 sqq. Dio Cass. 40, 33 sqq. Orosius 6, 11. Adtigit Strabo 4. p. 191. *M.*

principesque. Addunt *se*, quod in codd. multis et ed. Ven. recte deest.

obsidibus. alii *de obsidibus*, quod Morus etiam admiserat, sed Oud. veram lectionem dedit. *Obsidibus cauere* est dare obsides in pignus fidei. Idem bene restituit *possint.*

quo more, alii male *quod.*

grauiss. cerim. ritus, qui magnam auctoritatem et vim ad obstringendos religioneque implendos animos habent, ritus sacrosancti et inuiolabiles, constant hac re, signorum comportatione, more Gallis vsitato. Ergo, si quid volunt inuiolabili cerimonia, sancire et ratum facere, more maiorum vtuntur hac comportatione signorum, per quae iurant, seque obstringunt. *M.* Perperam haec reddidit Graecus.

Citam. Sic codd. Vulgo, *Cottam.* Non legit hoc cognomen metaphr. Gr. *M.* Sed habet *Γάϊον Φίσιον καλὸν κἀγαθόν*, quasi legisset *catum honestumque.*

flato figno concurrunt ciuesque Romanos, qui negotiandi cauffa ibi conftiterant, in his C. Fufium Citam, honeftum equitem Romanum, qui rei frumentariae iuffu Caefaris praeerat, interficiunt bonaque eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliae ciuitates fama perfertur: *nam, vbi maior atque inluftrior incidit res, clamore per agros regionesque fignificant; hunc alii deinceps excipiunt et proximis tradunt; vt tum accidit:* nam, quae Genabi oriente fole gefta effent, ante primam confectam vigiliam in finibus Aruernorum audita funt; quod fpatium eft milium circiter CLX.

4. Simili ratione ibi Vercingetorix, Celtilli filius, Aruernus, fummae potentiae adolefcens, (cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat, et ob eam cauffam, quod Regnum adpetebat, ab ciuitate erat interfectus,) conuocatis fuis clientibus, facile incendit. Cognito eius confilio, ad arma concurritur: ab Gobanitione, patruo fuo, reliquisque principibus, qui hanc tentandam fortunam non exiftimabant, expellitur ex oppido Gergouia: non deftitit tamen atque in agris habet dilectum egentium ac perditorum,

honeftum equitem R. Solet Cicero *honeftiffimos equites* vocare.

fpatium milium CLX. fcil. paffuum. Quod verbum *paffuum* etfi abeft a codd. quibusdam, more confueto Romanis, tamen, vt folet, vulgo additum eft in codd. et edd. *M.*

Vercingetorix. De hoc nomine vide notata ad 5, 3. Caefar nomen dignitatis pro nomine proprio accipit.

Galliae totius. fcil. Celticae.

incendit. Vulgo praemittitur *eos.* Sed hoc deleuit Oudend. quippe quod a codd. variis deeft: et ita folet nofter. V. 6, 43. et mox c. 29. 60. etc.

concurritur. Lectio quorumdam codd. et edd. eft: *concurrunt. Prohibetur ab Goban.* — *M.* Probat hanc lectionem Dauif. Sed verbum *prohibetur* a multis codicibus exulat.

Gergouia. Rudera oppidi in monte *Gorgoie* inter Clarum montem (*Clermont*) et Elauerem hodieque fuperfunt. Vid. Cellar. Geogr. Ant. 2, 2, 1. D'Anville in Not. de la Gaule p. 349. Alius *Gergouiae* in Boiis meminit nofter c. 9.

deftitit atque habet. alii *defiftit.* Sed id ἀνακόλουθον temporis familiare noftro.

Hac coacta manu, quoscumque adit ex ciuitate, ad suam sententiam perducit: hortatur, vt communis libertatis caussa arma capiant: magnisque coactis copiis, aduersarios suos, a quibus paullo ante erat eiectus, expellit ex ciuitate. Rex ab suis adpellatur; dimittit quoquouersus legationes; obtestatur, vt in fide maneant. Celeriter sibi Senones, Parisios, Pictones, Cadurcos, Turones, Aulercos, Lemouices, Andes reliquosque omnes, qui Oceanum adtingunt, adiungit: omnium consensu ad eum defertur imperium. Qua oblata potestate, omnibus his ciuitatibus obsides imperat, certum numerum militum ad se celeriter adduci iubet, armorum quantum quaeque ciuitas domi, quodque ante tempus efficiat, constituit: in primis equitatui studet. Summae diligentiae summam imperii seueritatem addit; magnitudine subplicii dubitantes cogit: nam, maiore commisso delicto, igni atque omnibus tormentis necat: leuiore de caussa, auribus defectis, aut singulis effossis oculis, domum remittit, vt sint reliquis documento et magnitudine poenae perterreant alios.

5. His subpliciis celeriter coacto exercitu, Lucterium Cadurcum, summae hominem audaciae, cum parte copiarum in Rutenos mittit: ipse in Bituriges proficiscitur. Eius aduentu Bituriges ad Aeduos, quorum erant in fide, legatos mittunt subsidium rogatum, quo facilius hostium copias sustinere possint. Aedui de consilio Legatorum, quos Caesar ad exercitum reliquerat, copias equitatus peditatusque subsi-

ad suam sent. alii *in.*

ex ciuitate i. e. tota regione. Ita et Graeci nonnunquam πόλιν vsurpant.

Turones — Andes. Alii *Turonos — Andos.*

qui Oceanum adtingunt. Sunt illae Aremoricae ciuitates, de quibus supra (2, 34. et 5, 53) dixi. *M.*

certum numerum mil. Strabo L. 4. p. 191. 400,000 milites Aruernos tum coegisse scribit; scil. Aruernis solis tribuit, quod de omnibus Galliae populis valet.

Rutenos. Sic et Ptolemaeus. Vulgo *Ruthenos.*

reuertuntur. Sic codd. Ast Scal. et recentiores *reuertunt.*

dio Biturigibus mittunt. Qui quum ad flumen Ligerim venissent, quod Bituriges ab Aeduis diuidit, paucos dies ibi morati, neque flumen transire ausi, domum reuertuntur legatisque nostris renunciant, se Biturigum perfidiam veritos reuertisse, quibus id consilii fuisse cognouerint, vt, si flumen transissent, vna ex parte ipsi, altera Aruerni se circumsisterent. Id eane de caussa, quam legatis pronunciarunt, an perfidia adducti fecerint, quod nihil nobis constat, non videtur pro certo esse ponendum. Bituriges eorum discessu statim se cum Aruernis coniungunt.

6. His rebus in Italiam Caesari nunciatis, quum iam ille vrbanas res virtute Cn. Pompeii commodiorem in statum peruenisse intellegeret, in Transalpinam Galliam profectus est. Eo quum venisset, magna difficultate adficiebatur, qua ratione ad exercitum peruenire posset. Nam, si legiones in Prouinciam arcesseret, se absente in itinere proelio dimicaturas intellegebat: si ipse ad exercitum contenderet, ne iis quidem, qui eo tempore pacati viderentur, suam salutem recte committi videbat.

7. Interim Lucterius Cadurcus, in Rutenos missus, eam ciuitatem Aruernis conciliat. Progressus in Nitiobriges et Gabalos, ab vtrisque obsides accipit et, magna coacta manu, in Prouinciam Narbonem versus eruptionem facere contendit. Qua re nunciata, Caesar omnibus consiliis anteuertendum existimauit, vt Narbonem proficisceretur. Eo quum venisset, timentes confirmat, praesidia in Rutenis prouinciali-

eane de caussa. Edd. primae et cod. Dorvillii *ea de caussa.*

ponendum. alii *proponendum.* minus bene.

virtute Pompeii. v. scriptores rerum Romanorum, ad cap. 1. commemoratos. *M.*

pacati. Alii codd. *quieti.* Sed hoc est glossema. *M.*

Rutenis prouinc. Ruteni in limite Prouinciae Romanae ad occasum: pars illorum in Prouincia, pars extra illam. *Cellar.* Male ergo vulgo commate interposito seiunguntur istae voces, quod et de sequentibus *Volcis Arecomicis* notandum. V. Plin. 3, 4 (5). et 4, 19 (33). Cf. D' Anville in Not. de la Gaule.

bus, Volcis Arecomicis, Tolosatibus, circumque Narbonem, quae loca erant hostibus finituma, constituit: partem copiarum ex Prouincia supplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Aruernorum contingunt, conuenire iubet.

8. His rebus comparatis, represso iam Lucterio et remoto, quod intrare intra praesidia periculosum putabat, in Heluios proficiscitur: etsi mons Ceuenna, qui Aruernos ab Heluiis discludit, durissimo tempore anni, altissima niue iter inpediebat: tamen discisa niue sex in altitudinem pedum atque ita viis patefactis, summo militum labore ad fines Aruernorum peruenit. Quibus obpressis inopinantibus, quod se Ceuenna, vt muro, munitos existimabant, ac ne singulari quidem vmquam homini eo tempore anni semitae patuerant, equitibus imperat, vt, quam latissime possint, vagentur et quam maximum hostibus terrorem inferant. Celeriter haec fama ac nunciis ad Vercingetorigem perferuntur: quem perterriti omnes Aruerni circumsistunt atque obsecrant, vt suis fortunis consulat, neu se ab hostibus diripi patiatur; praesertim quum videat, omne ad se bellum translatum. Quorum ille precibus permotus, castra ex Biturigibus mouet in Aruernos versus.

9. At Caesar, biduum in iis locis moratus, quod haec de Vercingetorige vsu ventura opinione prae-

Volcis Arecomicis, Volcarum parte ea, qui dicebantur Arecomici. Conf. 6, 24. Volcas Tectosages. *M.*

quod intrare etc. Hoc de Lucterio capiendum.

Ceuenna. Ita constanter vetustissimi libri.

discisa niue. Sic cod. Cuiacii quo notetur, niuem securibus ac dolabris diffractam fuisse. Vulgo *discussa*.

militum labore. Plerique codd. *sudore*, quae est verior lectio. *M.* Poeticum nimis hoc videtur Oud. Ita tamen Velleium, Val. Maximum, Plinium in epp. dixisse, idem ostendit. Forsan Caesarem scripsisse iunctim *sudore ac labore* suspicatur.

possint. alii *possent.*

quam maximis p. itin. Sic codd. et edd. ante Lipsium, quocum recentiores male *qua.*

Gergouiam, Boi. opp. Suspecta multis Gergonia Boiorum; nota et probata Aruernorum (o.

experat, per caussam subplementi equitatusque cogendi ab exercitu discedit; Brutum adolescentem iis copiis praeficit; hunc monet, vt in omnis partes equites quam latissime peruagentur: daturum se operam, ne longius triduo ab castris absit. His constitutis rebus, suis inopinantibus, quam maximis potest itineribus, Viennam peruenit. Ibi nactus recentem equitatum, quem multis ante diebus eo praemiserat, neque diurno neque nocturno itinere intermisso, per fines Aeduorum in Lingones contendit, vbi duae legiones hiemabant, vt, si quid etiam de sua salute ab Aeduis iniretur consilii, celeritate praecurreret. Eo quum peruenisset, ad reliquas legiones mittit, priusque omnes in vnum locum cogit, quam de eius adventu Aruernis nunciari posset. Hac re cognita, Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum reducit atque, inde profectus Gergouiam, Boiorum oppidum, quos ibi Heluetico proelio victos Caesar conlocauerat Aeduisque adtribuerat, obpugnare instituit.

10. Magnam haec res Caesari difficultatem ad consilium capiendum adferebat: si reliquam partem hiemis vno in loco legiones contineret, ne, stipendiariis Aeduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret, quod nullum amicis in eo praesidium videret positum esse: sin maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret. Praestare visum

4 et 34). *Oellar.* Immerito suspectum habent hoc nomen Scaliger aliique, cum Gergouia haec dicta sit Boiorum, altera Arvernorum. *Clarkius.* Idem, quod Clarkio placuit, visum erat Ciacconio; sed cum varietur scriptura huius verbi (*Gergonia*, *Gortona*, *Γεργοβιννα*, *Gorgobia*, *Gorbolia*), ideoque incerta sit, quis tandem definiat, vnam aut duas fuisse eiusdem nominis vrbes, nec potius fateatur, nobis de hoc nomine h. l. non constare? *M.* Conf. D'Anville l. c. ad c. 4.

quos ibi — conlocauerat. Vid. omnino 1, 28. *M.* Alii male *quód.* Contra eleganter alii *victor;* quidam etiam *Helvetio*, sed *Heluetico* omnino praestat.

Aeduis adtribuerat, vt iis stipendia et tributa soluerent. Cf. c. 10. *M.*

videret positum esse. alii *videretur.*

est tamen, omnes difficultates perpeti, quam, tanta contumelia accepta, omnium suorum voluntates alienare. Itaque cohortatus Aeduos de subportando commeatu, praemittit ad Boios, qui de suo aduentu doceant hortenturque, vt in fide maneant atque hostium inpetum magno animo sustineant. Duabus Agendici legionibus atque inpedimentis totius exercitus relictis, ad Boios proficiscitur.

11. Altero die quum ad oppidum Senonum Vellaunodunum venisset, ne quem post se hostem relinqueret, quo expeditiore re frumentaria vteretur, obpugnare instituit idque biduo circumuallauit: tertio die missis ex oppido legatis de deditione, arma proferri, iumenta produci, DC obsides dari iubet. Ea qui conficeret, C. Trebonium Legatum relinquit: ipse, vt quam primum iter conficeret Genabum Carnutum, proficiscitur, qui, tum primum ablato nuncio de obpugnatione Vellaunoduni, quum longius eam rem ductum iri existimarent, praesidium Genabi tuendi caussa, quod eo mitterent, comparabant. Huc biduo peruenit; castris ante oppidum positis, diei

Vellaunodunum. Vulgo putatur esse *Château-Landon en Gatinois;* ast Le Beuf in *recueil de divers écrits servant à l'hist. de France* t. 2. p. 179. ex eo, quod amnis ex monte profluens, cui inpositum erat Vellaunodunum, dicitur hodieque *Vallaon* s. *Vallan* prope Autisiodorum (*Auxerre*), infert heic positum fuisse *Vellaunodunum;* D'Anvillius contra e distantia locorum inter Agedincum et ex nomine *Villa Belna in pago Vastinensi*, quod memoratur in Actis concilii Aurelianensis a. 862, docet potius fuisse *Beaune en Gatinois.* Eadem illa dissertatione Le Beuf oppidum Genabum adsignare studebat loco, cui hodie nomen *Gien le viel.* Verum, re adouratius pensitata et detectis Aureliani veterum murorum ruderibus, palinodiam sibi cecinisse et Aureliano tribuisse Genabum, testis est Schoepflinus, qui hoc exemplo suo operis clar. Le Beuf adscriptum reliquit.

proferri. alii *conferri.*

vt quam pr. iter fac. Genabum, vt primo quoque tempore, sine mora, contendere posset Genabum. *Proficiscitur*, inchoat iter, *er bricht auf*: nam hoc est proficisci. Quid ergo est in his absurdi aut obscuri? *Er bricht auf, um ohne Verzug auf Genabum los zu gehen.* Tamen multa sunt super h. l. disputata. Mutaui vulgarem distinctionem, et *iter facere Genabum* coniunxi. *M.* Sequentia huic expositioni fa-

tempore exclusus, in posterum obpugnationem differt, quaeque ad eam rem vsui sint, militibus imperat; et, quod oppidum Genabum pons fluminis Ligeris continebat, veritus, ne noctu ex oppido profugerent, duas legiones in armis excubare iubet. Genabenses, paullo ante mediam noctem silentio ex oppido egressi, flumen transire coeperunt. Qua re per exploratores nunciata, Caesar legiones, quas expeditas esse iusserat, portis incensis, intromittit atque oppido potitur, perpaucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti viui caperentur, quod pontis atque itinerum angustiae multitudini fugam intercluserant. Oppidum diripit atque incendit, praedam militibus donat, exercitum Ligerim transducit atque in Biturigum fines peruenit.

12. Vercingetorix, vbi de Caesaris aduentu cognouit, obpugnatione destitit atque obuiam Caesari proficiscitur. Ille oppidum (Biturigum, positum in via,) Nouiodunum obpugnare instituerat. Quo ex oppido quum legati ad eum venissent, oratum, vt sibi ignosceret suaeque vitae consuleret; vt celeritate

vent. Ad Genabum enim mox moratur Caesar. Clarkius contra et Oudend. ita rem capiunt: *ipse, vt quam primum iter institutum conficeret*, scil. Gergoviam aduersus Vercingetorigem, *Genabum proficiscitur. Tò conficeret* est e cod. Leid. Vulgo *faceret*.

quod eo mitterent. Haec verba sunt superuacua. Si Carnutes Genabum praesidio tueri voluerunt, sponte intelligitur, praesidium eos mittere eo voluisse et debuisse. *M.*

Huc biduo peruenit. Vulgo inserunt *Caesar*.

continebat. v. Ind. *M.* Negant *continere* eo sensu dici, quo *contingere*, vnde hic Oud. mauult *contingebat.* vt mox c. 23. *inter se contingant trabes*, Videsis tamen, annon apud Plautum Stich. 3, 1., 44. *Vtroque commeatus continet*, ista significatione dicatur.

cuncti viui. Bene sic iunxit Oudend. e codd. diuersis, quorum alii habent *cuncti*, alii *viui*.

multitudini. alii *multitudinis.*

obpugnatione (Gergouiae, vid. c. 9) *destitit. M.* Vide notata ad c. 4.

Bitur. pos. in via. Haec, quia absunt a plerisque codd. et edd. antiquis, Oudendorpius resecari vult. Addit vir ille doctus et hanc causam, non Biturigum fuisse oppidum, sed Aeduorum (cap. 55), in finibus Biturigum, quo occupato demum in fines Biturigum Caesar profectus sit. *M.* Videntur omnino delenda.

reliquas res conficeret, qua pleraque erat consecutus, arma proferri, equos produci, obsides dari iubet. Parte iam obsidum transdita, quum reliqua administrarentur, Centurionibus et paucis militibus intromissis, qui arma iumentaque conquirerent, equitatus hostium procul visus est, qui agmen Vercingetorigis antecesserat. Quem simulatque oppidani conspexerunt atque in spem auxilii venerunt; clamore sublato arma capere, portas claudere, murum complere coeperunt. Centuriones in oppido quum ex significatione Gallorum noui aliquid ab his iniri consilii intellexissent, gladiis destrictis portas occupauerunt, suosque omnes incolumes receperunt.

13. Caesar ex castris equitatum educi iubet proeliumque equestre committit: laborantibus iam suis Germanos equites circiter CD submittit, quos ab initio secum habere instituerat. Eorum inpetum Galli sustinere non potuerunt atque in fugam coniecti, multis amissis, se ad agmen receperunt: quibus profligatis, rursus oppidani perterriti comprehensos eos, quorum opera plebem concitatam existimabant, ad Caesarem perduxerunt seseque ei dediderunt. Quibus rebus confectis, Caesar ad oppidum Auaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum atque agri fertilissima regione, profectus est;

committit. alii *committi.*

perduxerunt. scil. *protractos e latebris.* al. *produxerunt.*

quod equitatu. Scripserat forsan *et quod* iudice Oud.

deleri posse. al. *diripi.* Aliud quid latere suspicatur Oud.

incendi oportere. Post haec verba lacunam adgnoscit I. C. H. quia *hoc spatio* spectet ad locorum ante designatorum distantiam, quorum commemoratio desit; tum *harum rerum copiam* nihil habere, quo referatur; demum Boiam putat esse *Gergobinam* vel *Gergouinam Boiam* i. e. *Gergouiam Boiorum*, de qua c. 9. Vulgo tamen omnia bene cohaerere putant, *hoc spatio* spectare ad *loca incendenda* et *harum rerum copiam* ad pabulationem et commeatum.

a Boia. Aut fatendum erit, esse hoc nomen oppidi, nobis incognitum; et quidni hoc fatea-

quod, eo oppido recepto, ciuitatem Biturigum se in potestatem redacturum confidebat.

14. Vercingetorix, tot continuis incommodis Vellaunoduni, Genabi, Nouioduni acceptis, suos ad concilium conuocat. Docet, *longe alia ratione esse bellum gerendum, atque antea sit gestum: omnibus modis huic rei studendum, vt pabulatione et commeatu Romani prohibeantur: id esse facile, quod equitatu ipsi abundent, et quod anni tempore subleuentur: pabulum secari non posse: necessario dispersos hostes ex aedificiis petere: hos omnes quotidie ab equitibus deleri posse. Praeterea salutis caussa rei familiaris commoda negligenda; vicos atque aedificia incendi oportere hoc spatio, a Boia quoque versus, quo pabulandi caussa adire posse videantur. Harum ipsis rerum copiam subpetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus subleuentur; Romanos aut inopiam non laturos, aut magno cum periculo longius ab castris progressuros: neque interesse, ipsosne interficiant inpedimentisne exuant, quibus amissis bellum geri non possit. Praeterea oppida incendi oportere, quae non munitione et loci natura ab omni sint periculo tuta; neu suis sint ad detractandam militiam receptacula, neu Romanis proposita ad ca-*

mur? aut, Vossii et Cellarii suasu, *a Boiis* legetur: nam haec res gesta est in finibus Boiorum. vid cap. 9. 10. *M.* Vrsinus et Ciacconius gratis reponebant *ab hoste.* Dausius *Boiam* pro regione Boiorum poni autumat, vt 5, 9. *Venetia* Venetorum terra dicitur. Idem tamen ista verba *hoc est spatio a B. q. versus* (vt leguntur in edit. Iungermanni) e margine in textum inrepsisse putat. Alii saltem verba *a Boia* vncis includunt tanquam intrusa; habet tamen et Graecus ἀπὸ τῆς Βοΐας.

progressuros. alii *processuros.*

ipsosne — inpedimentisne. Ergo duplex *ne* est pro *vtrum* et *an. M.*

inpedimentisne. alii *inpeditmentisue*, minus bene; istud boni cod. et edd. vét.

proposita, parata, et veluti ad manum, ad deportandam inde copiam. *M.*

piam commeatus praedamque tollendam. Haec si grauia aut acerba videantur, multo illa grauius aestimare debere, liberos, coniuges in seruitutem abstrahi, ipsos interfici; quae sit necesse accidere victis.

15. Omnium consensu hac sententia probata, vno die amplius XX vrbes Biturigum incenduntur. Hoc idem fit in reliquis ciuitatibus. In omnibus partibus incendia conspiciuntur; quae etsi magno cum dolore omnes ferebant, tamen hoc sibi solatii proponebant, [quod se, prope] explorata victoria, celeriter amissa reciperaturos [confidebant]. Deliberatur de Auarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. Procumbunt omnibus Gallis ad pedes Bituriges, *ne pulcherrimam prope totius Galliae vrbem, quae et praesidio et ornamento sit ciuitati, suis manibus succendere cogerentur; facile se loci natura defensuros* dicunt, *quod, prope ex omnibus partibus flumine et palude circumdata, vnum habeat et perangustum aditum.* Datur petentibus venia, dissuadente primo Vercingetorige, post concedente et precibus ipsorum et misericordia volgi. Defensores oppido idonei deliguntur.

16. Vercingetorix minoribus Caesarem itineribus subsequitur et locum castris deligit, paludibus siluisque munitum, ab Auarico longe milia passuum XVI. Ibi per certos exploratores in singula diei tempora, quae ad Auaricum agerentur, cognoscebat et, quid fieri vellet, imperabat: omnes nostras pabulationes frumentationesque obseruabat, dispersosque, quum longius necessario procederent, adoriebatur, magnoque incommodo adficiebat: etsi, quantum ratione

aestimare. alii *aestimari.* Illud rectius.

quod se, prope, et paulo post *confidebant*, certo delenda sunt; Oudendorpius dubitanter significauit, ea delenda videri. Alii libri non habent, *quod se prope:* ab aliis abest, *se prope:* alii pro *confidebant* ponunt *sperabant.* Haec sunt certa indicia verborum adsutorum. *M.*

pars intermissa ad flum. et a

prouideri poterat, ab nostris occurrebatur, vt incertis temporibus diuersisque itineribus iretur.

17. Castris ad eam partem oppidi positis, Caesar, quae intermissa a flumine et a palude aditum, vt supra diximus, angustum habebat, aggerem adparare, vineas agere, turres duas constituere coepit: nam circumuallare loci natura prohibebat. De re frumentaria Boios atque Aeduos adhortari non destitit: quorum alteri, quod nullo studio agebant, non multum adiuuabant; alteri non magnis facultatibus, quod ciuitas erat exigua et infirma, celeriter, quod habuerunt, consumserunt. Summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu, tenuitate Boiorum, indiligentia Aeduorum, incendiis aedificiorum, vsque eo, vt complures dies milites frumento caruerint et, pecore e longinquioribus vicis adacto, extremam famem sustentarent, nulla tamen vox est ab iis audita, Populi Romani maiestate et superioribus victoriis indigna. Quin etiam Caesar quum in opere singulas legiones adpellaret et, si acerbius inopiam ferrent, se dimissurum obpugnationem diceret; vniuersi ab eo, *ne id faceret*, petebant: *sic se compluris annos illo imperante meruisse, vt nullam ignominiam acciperent, numquam infecta re discederent: hoc se ignominiae laturos loco, si inceptam obpugnationem reliquissent: praestare, omnes perferre acerbitates, quam non ciuibus Romanis, qui Genabi perfidia Gallorum interissent, parentarent.* Haec eadem Centurionibus Tribunisque militum mandabant, vt per eos ad Caesarem deferrentur.

18. Quum iam muro turres adpropinquassent, ex captiuis Caesar cognouit, Vercingetorigem consumto

pal. non obducta flum. et pal. vbi non erat flumen et palus. Cf. c. 15. *M.*

caruerint. Leg. *carerent.*

adacto, i. e. coacto, compulso. Frustra Ciacc. et Vrsinus volebant *ab acto.*

quam non ciu. subaudi *vt.* Sic emendatione non opus.

qui Genabi — interissent. Cf. c. 3. *M.*

pabulo castra mouisse propius Auaricum, atque ipsum cum equitatu expeditisque, qui inter equites proeliari consuessent, insidiarum caussa eo profectum, quo nostros postero die pabulatum venturos arbitraretur. Quibus rebus cognitis, media nocte silentio profectus, ad hostium castra mane peruenit. Illi, celeriter per exploratores aduentu Caesaris cognito, carros inpedimentaque sua in artiores siluas abdiderunt, copias omnis in loco aperto atque edito instruxerunt. Qua re nunciata, Caesar celeriter sarcinas conferri, arma expediri iussit.

19. Collis erat, leniter ab infimo adcliuis: hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis atque inpedita cingebat, non latior pedibus L. Hoc se colle, interruptis pontibus, Galli fiducia loci continebant, generatimque distributi in ciuitates, omnia vada ac saltus eius paludis certis custodiis obtinebant, sic animo parati, vt, si eam paludem Romani perrumpere conarentur, haesitantes premerent ex loco superiore: vt, qui propinquitatem loci videret, paratos prope aequo Marte ad dimicandum existimaret; qui iniquitatem conditionis perspiceret, inani simulatione sese ostentare cognosceret. Indignantes milites Caesar, quod conspectum suum hostes ferre possent, tantulo spatio interiecto, et signum proelii exposcentes, edocet, *quanto detrimento et quot virorum fortium morte necesse sit constare victoriam: quos quum sic animo paratos videat, vt nullum pro sua laude periculum recusent, summae se iniquitatis condemnari debere, nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem.* Sic milites consolatus, eodem die reducit

qui — proel. consuessent. Describuntur supra 1, 48. *M.*

arbitraretur. Sic Oud. e codd. Vulgo *arbitrabatur.*

generatim. v. Ind. Et *in ciuitates* videtur delendum: nam *generatim* est h. l. *per genera* i. *ciuitates. M.*

videret — cognosceret. Sic e codd. Clarkius et Oudendorpius: vulgo, *viderent, existimarent* etc. *M.*

in castra; reliquaque, quae ad obpugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit.

20. Vercingetorix, quum ad suos redisset, proditionis insimulatus, quod castra propius Romanos movisset, quod cum omni equitatu discessisset, quod sine imperio tantas copias reliquisset, quod eius discessu Romani tanta obportunitate et celeritate venissent; non haec omnia fortuito aut sine consilio accidere potuisse; Regnum illum Galliae malle Caesaris concessu, quam ipsorum habere beneficio: tali modo adcusatus ad haec respondit: *Quod castra mouisset, factum inopia pabuli, etiam ipsis hortantibus: quod propius Romanos accessisset, persuasum loci obportunitate, qui se ipsum munitione defenderet: equitum vero operam neque in loco palustri desiderari debuisse, et illic fuisse vtilem, quo sint profecti: summam imperii se consulto nulli discedentem tradidisse, ne is multitudinis studio ad dimicandum inpelleretur; cui rei propter animi mollitiem studere omnes videret, quod diutius laborem ferre non possent. Romani si casu interuenerint, fortunae; si alicuius indicio vocati, huic habendam gratiam, quod et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere, et virtutem despicere, potuerint; qui, dimicare non ausi, turpiter se in castra receperint. Imperium se ab Caesare per proditionem nullum desiderare, quod habere victoria posset, quae iam esset sibi atque omnibus Gallis explorata: quin etiam ipsis remittere, si sibi magis honorem tribuere, quam ab se salutem accipere videantur. Haec vt intellegatis,* inquit, *a me sincere pronunciari, au-*

sit, videat, recusent. Sic e codd. Oudendorpius: vulgo, *esset, videret, recusarent. M*

sua salute, sua vita. *M.*

insimulatus. alii non male *insimulatur.*

fortuito. alii *fortuitu.* Conf. Oud. ad Suet. Tib. 39.

ipsis remittere, se non vrgere et instare, vt hoc vel illud credant, se pati eos vti sua opinione. *M.* Gr. συγγινώσκειν.

Haec vt. alii *Quod vt.*

dita Romanos milites. Producit seruos, quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat et fame vinculisque excruciauerat. Hi, iam ante edocti, quae interrogati pronunciarent, *milites se esse legionarios* dicunt: *fame et inopia adductos clam ex castris exisse, si quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent: simili omnem exercitum inopia premi, nec iam vires sufficere cuiquam, nec ferre operis laborem posse: itaque statuisse Imperatorem, si nihil in obpugnatione oppidi profecisset, triduo exercitum deducere. Haec,* inquit, *a me,* Vercingetorix, *beneficia habetis, quem proditionis insimulatis, cuius opera sine vestro sanguine tantum exercitum victorem fame paene consumtum videtis; quem, turpiter se ex hac fuga recipientem, ne qua ciuitas suis finibus recipiat, a me prouisum est.*

21. Conclamat omnis multitudo et suo more armis concrepat; quod facere in eo consuerunt, cuius orationem adprobant; summum esse Vercingetorigem ducem, nec de eius fide dubitandum; nec maiore ratione bellum administrari posse. Statuunt,

operis laborem, eundi, muniendi, obpugnandi molestiam. Cf. c. 28. *M.*

ex hac fuga. In aliis *hac* deest.

delecta. Vossii codex *dilecti.* vt b. Hisp. 34. *interfecti sunt hominum milia XXII.* Alia exempla dat Oudend.

quod penes eos. Clarke ex codd. *quod paene in eo.* Sic et Graecus.

si id oppidum. Τὸ *id* restituit Oudend. ex codd. et edd. Ita et Graecus.

Singulari — virtuti, quam in obpugnando Auarico demonstrabant: hanc enim vrbem obpugnabant. vid. cap. 17 et 19 fin. *M.* Caeterum ante hoc caput lacunam esse arbitrantur vulgo; Vossius negat et omnia bene cohaerere ostendit.

laqueis falces auertebant, falces murales (v. Ind. in *falx*) laqueis capiunt (Veget. de re mil. 4, 23), et sic auertunt a muro, ne ei infigantur. *M.*

destinauerant, laqueo prehensas figebant, immotas tenebant, ne possent muro inmitti. v. Ind. *M.* Sic bene Turnebus Adu. 14, 11. et Vossius ad h. l. Eo facit Vitruuius 10, 12. *areae — destinandae firmiter.* Lipsius contra volebat *distinuerant,* inuitis membranis audacter, quod placet et Hotomanno pro *auerterant.*

tormentis, an contortis funibus? Cf. omnino de B. Ciu. 3, 9. *praesectis mulierum crinibus tormenta fecerunt.* Florus 2, 15, 10. *mulieres crines suos in tormentorum vincula contulerunt. M.* Adde Petron.

vt decem milia hominum delecta ex omnibus copiis in oppidum fubmittantur, nec folis Biturigibus communem falutem committendam cenfent; quod penes eos, fi id oppidum retinuiffent, fummam victoriae conftare intellegebant.

22. Singulari militum noftrorum virtuti confilia cuiusque modi Gallorum occurrebant, *vt eft fummae genus folertiae atque ad omnia imitanda atque efficienda, quae ab quoque tradantur, aptiffimum.* Nam et laqueis falces auertebant, quas quum deftinauerant, tormentis introrfus reducebant; et aggerem cuniculis fubtrahebant, eo fcientius, quod apud eos magnae funt ferrariae, atque omne genus cuniculorum notum atque vfitatum eft. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerant atque has coriis intexerant. Tum crebris diurnis nocturnisque eruptionibus aut aggeri ignem inferebant, aut milites occupatos in opere adoriebantur; et noftrarum turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expreſſerat, commiffis fuarum turrium malis, adaequabant; et apertos cuniculos praeufta

cap. 102. *fine tormentorum iniuria.* Quintil. declam 19. *tormenta laxaui.* Gratius cyneg. v. 26. *tormento adftringere.* Plaut. Curcul. 2, 1, 12. *tormento non potuit retineri ferreo.*

aggerem cuniculis fubtrahebant, cuniculis ductis efficiebant, vt agger, bafis turrium, fubfideret turribusque impofitis fubtraheretur. *M.*

ferrariae (fodinae). Idem narrauit fupra 3, 21. *M.*

turribus contabulauerant. Quid fit *contabulare turres,* vid. in Ind. Sed *murum contabulare turribus* fortaffe fignificat, aliam pone aliam turrim ponere circa murum, vt ex vnius tabulato transiri poffit in alterius tabulatum, fitque circa murum totum propemodum continuum tabulatum: vno verbo, cingere murum contabulatis turribus. Metaphr. Graec. *πύργοις ἐπύργωσαν πᾶν τὸ τεῖχος. M.*

aggeri. An vallo, quo cingebatur vrbs? Metaphr. Gr. *σταύρωμα. M.*

agger quotidianus, tantum aggeris, quantum quotidie egerebatur f. iaciebatur. *M.*

agger exprimit turres, agger, bafis turrium, furgens (dum altior in dies fit egefta maiore copia terrae) facit, vt et turres furgant (altiores fiant). *M.* Sic *exprimere* eft contrarium *τοῦ deprimere.*

mali turrium committuntur, trabes longiores, quibus conftare folent turres, fuperimponuntur altera alteri et conligantur, vt quam longiffimae fiant. *M.*

apertos cuniculos — morabantur, aperturam feu exitum

et praeacuta materia et pice feruefacta et maximi ponderis saxis morabantur, moenibusque adpropinquare prohibebant.

23. *Muris autem omnibus Gallicis haec fere forma est. Trabes directae, perpetuae in longitudinem, paribus interuallis distantes inter se binos pedes, in solo conlocantur; hae reuinciuntur introrsus et multo aggere vestiuntur. Ea autem, quae diximus, interualla grandibus in fronte saxis effarciuntur. His conlocatis et coagmentatis alius insuper ordo adiicitur, vt idem illud interuallum seruetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissae spatiis, singulae singulis saxis interiectis, arte contineantur. Sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta muri altitudo expleatur. Hoc quum in speciem varietatemque opus deforme non est, alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos ordines seruant; tum ad vtilitatem et defensionem vrbium summam habet obportunitatem; quod et ab incendio lapis et ab ariete materia defendit, quae, perpetuis trabibus pedes*

cuniculi replebant et obstruebant multis rebus, et sic morabantur hostes, ne possent adire. Vt si dicam, *hiatum antri moror*, in hiatu antri pono aliquid, quod ingredi aut egredi volentes moratur et impedit. *M.* Ceterum totum hunc locum mutilum statuit I. C. H. eumque sic refingit: *nostrarum turr. altit. et, quantum inter has quotid. labor aggerem euexerat* (Graecus habet ἀντιποῦν) *cuniculis suarumque turrium malis* (i. e. damnis) *diuexabant et apertis cuniculis, vineasque nostras praeusta* etc.

Trabes directae, *gerade Balken.* v. Ind. Mox dicit, *rectis lineis. M.*

perpetuae in long. continuata serie nexae (h. e. sic, vt extrema extremis coeant, vel extremitas vnius extremitati alterius inligata infixaque sit), et quidem in longitudinem. Sic, monente Oudendorpio, hoc intellexit Lambertus Bos in animadu. ad Caes. p. 21, firmauitque sententiam conferendo Iosephi loco (Bell. Jud. 7, 33), qui in ed. Havercampiana exstat lib. 7, c. 8. §. 5. Locus ipse nostro est ita similis, vt necessario cum eo sit conferendus. *M.*

distantes, quoad altitudinem. *M.*

in solo conlocantur, humi ponuntur, in solo porriguntur: non autem solo infiguntur sic, vt erectae stent. Monuerunt Dauis. et Clark. *M.*

quadragenos plerumque introrsus reuincta, neque perrumpi, neque distrahi potest.

24. Iis tot rebus inpedita obpugnatione, milites, quum toto tempore luto, frigore et adsiduis imbribus tardarentur, tamen continenti labore omnia haec superauerunt et diebus XXV aggerem, latum pedes CCCXXX, altum pedes LXXX, exstruxerunt. Quum is murum hostium paene contingeret, et Caesar ad opus consuetudine excubaret militesque cohortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur: paullo ante tertiam vigiliam est animaduersum, fumare aggerem, quem cuniculo hostes subcenderant: eodemque tempore toto muro clamore sublato, duabus portis ab vtroque latere turrium eruptio fiebat. Alii faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus iaciebant, picem reliquasque res, quibus ignis excitari potest, fundebant; vt, quo primum occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri posset. Tamen, quod instituto Caesaris duae semper legiones pro castris excubabant, pluresque partitis temporibus erant in opere, celeriter

hae reuinciuntur, copulantur per trabes alias, oblique impositas illis directis et humi porrectis. Monuerunt Rhellicanus et Hotomannus. *M.* Codd. quidam *aere vinciuntur*, quod ortum ex *hae*, scripto sine adspiratione.

introrsus, ergo in latitudinem. *M.*

aggere, terra egesta. *M.*

adiicitur. Gr: ἐπιβάλλεται.

intermissae spatiis. Frustra Hotom. *intermissis.* Sic enim et cap. 70. *planities intermissa collibus.*

singulis saxis, singulis saxorum stratis s. ordinibus. *M.*

ac saxis. Male Scaliger et recentiores *aut*, vitio operarum, vt videtur.

materia, quidquid praeter lapides in eo muro est. *M.*

pedes quadragenos. An hoc longitudinem singularum trabium indicat? *M.*

reuincta. An, *reuinctis?* Sed vt omnino quamlibet admonitionem libenter feram, ita in huiusmodi praesertim loco si erroris fuero accusatus, non mirabor me errasse. Tractauit locum Lipsius Poliorcet. 2, 3 et 3, 5. *M.*

picem reliquasque. Intrusit heic Hotom. *alii*, quem Scaliger secutus, perperam.

occurreretur. Sic Scal. bene e codice suo. Vulgo *curreretur.* Respice ad 3, 4.

pluresque. Al. *duaeque.* *M.*

factum est, vt alii eruptionibus resisterent, alii turres reducerent aggeremque interscinderent, omnis vero ex castris multitudo ad restinguendum concurreret.

25. Quum in omnibus locis, consumta iam reliqua parte noctis, pugnaretur, semperque hostibus spes victoriae redintegraretur; eo magis, quod deustos pluteos turrium videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animum aduertebant; semperque ipsi recentes defessis succederent, omnemque Galliae salutem in illo vestigio temporis positam arbitrarentur: accidit, inspectantibus nobis, quod, dignum memoria visum, praetermittendum non existimauimus. Quidam ante portam oppidi Gallus, qui per manus seui ac picis transditas glebas in ignem e regione turris proiiciebat, scorpione ab latere dextro transiectus exanimatusque concidit. Hunc ex proximis vnus iacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur: eadem ratione ictu scorpionis exanimato altero, successit tertius et tertio quartus; nec prius ille est a propugnatoribus vacuus relictus locus, quam, restincto aggere atque omni parte submotis hostibus, finis est pugnandi factus.

26. Omnia experti Galli, quod res nulla successe-

pluteos. v. Ind. *M.*

apertos, non tectos. *M.*

animum aduert. Sic codd. quidam; alii *animaduertebant*. Cf. 1, 24.

vestigio temp. v. Ind.

scorpio, auctore Vegetio (de re mil. 4, 22), ideo nuncupatus est, quod paruis subtilibusque spiculis infert mortem. Idem Vegetius retulit inter machinas bellicas, quibus obsessi se defendere consueuerunt; et sic de B. Afric. c. 29 et 31 legitur: sed in nostro loco et de B. Afr. c. 56 est in machinis, quibus obsidentes vtuntur. Hoc tamen est leue: nam redit eodem, siue obpugnando siue defendendo noceat scorpio. Machinam multis descripsit Ammianus Marcellinus (23, 4), cuius locum Gesnerus in Thes. L. L. interpretatus est. Idem Ammianus (19, 7) dicit: *per scorpionum ferreas fundas rotundi lapides acti sunt.* Videntur ergo veteres ope scorpionis varii generis tela torsisse; ipsa vero machina eiusque tractatio, vt Gesnerus monuit, fortasse diuersis temporibus diuersa fuit. *M.*

exanimato altero. alii *alteri*.

omni parte. alii *omni ea parte*. sic et Graecus.

rat, postero die consilium ceperunt ex oppido profugere, hortante et iubente Vercingetorige. Id, silentio noctis conati, non magna iactura suorum sese effecturos sperabant, propterea quod neque longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant, et palus perpetua, quae intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. Iamque hoc facere noctu adparabant, quum matres familiae repente in publicum procurrerunt flentesque, proiectae ad pedes suorum, omnibus precibus petierunt, ne se et communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam naturae et virium infirmitas inpediret. Vbi eos in sententia perstare viderunt, quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit, conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt. Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum viae praeoccuparentur, consilio destiterunt.

27. Postero die Caesar, promota turri directisque operibus, quae facere instituerat, magno coorto imbri, non inutilem hanc ad capiendum consilium tempestatem arbitratus, quod paullo incautius custodias in muro dispositas videbat, suos quoque languidius in opere versari iussit et, quid fieri vellet, ostendit. Legiones intra vineas in occulto

profugere. hellenismus. Ita et 71. et 8, 44. Afr. 78.

matres familiae. Ita codd. Conf. 1, 50. et Ind. *M.* al. *familias*.

naturae, alii *natura* per ἓν διὰ δυοῖν.

directisque operibus. Oud. sic explicat: *oppidum versus promotis et institutis, siue ita dispositis, vt operibus illis iam factis noceri et adpropinquari possent vrbi.* Lectio non videtur certa: habent enim alii *derectis*, alii *directis*, *derelictis*, *erectis*, item codd. quidam, metaphr. Graec. et edd. pleraeque *perfectis*: tamen si Caesar *perfectis* scripsisset, nemo hoc mutasset. Sequor ergo Oudendorpium et locum intelligo sic, vt si Caesar scripsisset: *promota turri directisque* (ad vrbem aliis) *operibus* (machinis, obpugnando destinatis). Cf. cap. 19 extr. *M.*

in occulto est mera explicatio verborum *intra vineas*, nec expressit metaphr. Graeca et abest a codd. quatuor: nam qui sunt intra vineas, medias inter vineas (v. Ind.), hi sunt vineis s. machinis illis tecti. Quod ergo intra vineas fit, id fit in occulto, vt hostes id cernere nequeant. Lectionis variae aus

expeditas cohortatur, vt aliquando pro tantis laboribus fructum victoriae perciperent: his, qui primi murum adſcendiſſent, praemia propoſuit militibusque ſignum dedit. Illi ſubito ex omnibus partibus euolauerunt murumque celeriter compleuerunt.

28. Hoſtes, re noua perterriti, muro turribusque deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt, hoc animo, vt, ſi qua ex parte obuiam contra veniretur, acie inſtructa depugnarent. Vbi neminem in aequum locum ſeſe demittere, ſed toto vndique muro circumfundi viderunt, veriti, ne omnino ſpes fugae tolleretur, abiectis armis, vltimas oppidi partes continenti inpetu petiuerunt: parsque ibi, quum anguſto portarum exitu ſe ipſi premerent, a militibus; pars, iam egreſſa portis, ab equitibus eſt interfecta: nec fuit quisquam, qui praedae ſtuderet. Sic et Genabenſi caede et labore operis incitati, non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Denique ex omni eo numero, qui fuit circiter XXXX milium, vix DCCC, qui primo clamore audito ſe ex oppido eiecerant, incolu-

ſunt falſae, vt *extra vineas*: aut ſunt interpretamenta, vt *extra caſtra*, vel, *iuxta vineas*: aut ſunt a librariis e pluribus conflatae, vt *extra caſtra vineas*, ſeu *extra caſtra vineasque*: legitur etiam in codd. pluribus, *legionibus expeditis*, recte. Ergo, quo et Oudendorpius inclinat, legendum erit: *Legionibus intra vineas expeditis, cohortatur*, (malim cum aliis, *cohortatus*,) *vt aliquando* — — Hanc conſtructionem imperiti non potuerunt concoquere, etſi recta eſt; ſed putarunt *legiones cohortatur* eſſe coniungendum. *M.*

expeditas, ad pugnam remque gerendam paratas. *M.*

adſcendiſſent. Cod. Andin. *eſcendiſſent.* conf. Gronou. ad Liu. 2, 28.

obuiam deleuerim: eſt interpretamentum verbi: *contra*. Idem Hotomanno viſum eſt. *M.* Vrſinus cum Faerno expungit *contra*. Si vulg. verum, pleonaſmus eſt, qualis C. 3, 61. *vulgo uniuerſi.*

ſpes. Cod. reg. *ſpes omnis.*

Genabenſi caede. Cf. cap. 3. *M.*

labore operis, quia in munitione tantum laboris et moleſtiae exhauriendum fuerat. Conf. c. 20. *M.*

ex omni eo numero. Id eo addunt boni codd. et amat ita ſtruere noſter. Vid. c. 79. *om-*

mes ad Vercingetorigem peruenerunt. Quos ille, multa iam nocte, silentio ex fuga excepit, (veritus, ne qua in castris ex eorum concursu et misericordia vulgi seditio oriretur,) vt, procul in via dispositis familiaribus suis principibusque ciuitatum, disparandos deducendosque ad suos curaret, quae cuique ciuitati pars castrorum ab initio obuenerat.

29. Postero die concilio conuocato consolatus cohortatusque est, *ne se admodum animo demitterent, neue perturbarentur incommodo: non virtute, neque in acie vicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia obpugnationis, cuius rei fuerint ipsi inperiti: errare, si qui in bello omnis secundos rerum prouentus exspectent: sibi numquam placuisse, Auaricum defendi, cuius rei testes ipsos haberet; sed factum inprudentia Biturigum et nimia obsequentia reliquorum, vti hoc incommodum acciperetur: id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum. Nam, quae ab reliquis Gallis ciuitates dissentirent, has sua diligentia adiuncturum atque vnum consilium totius Galliae effecturum, cuius*

nem eam planitiem. Al. 9. *omni illa regione.*

ex fuga excepit. Alii contra omnes fere codices, *sic ex fuga excepit.* Voluere locum explicare: nam *sic* intelligendum est. *M.* Cf. not. ad 3, 14. 5, 15. i. e. intercepit in via.

disparandos, seiungendos, separandos. Vid. Plautus in prologo Rud. v. 6. Duo codd. habent, *dispertiendos.* Sic Oudendorpius h. l. explicat, defendit et illustrat. Addatur Cic. de Inuent. 1, 28. vbi *disparare* explicatur verbo separare. *M.*

ad suos, in eam partem castrorum, vbi sui erant. Ergo cum exercitus Gallicus constaret multarum ciuitatum hominibus, homines singularum ciuitatum tenebant singulas castrorum partes. Qui igitur nunc e fuga excipiuntur, hi deducuntur in eam partem castrorum, in qua populares eorum seorsim erant. Cf. *generatim* in Ind. et cap. 36. *M.*

in acie. Sic noster passim. alii *acie.*

prouentus. Vulgo *euentus;* sed illud Dauis. et Oudendorp. bene defenderunt. Exemplum v. in Ind. *M.* Conf. et Suet. Aug. 94. et Val. Max. 3, 2, 5. extr.

obsequentia. De re v. cap. 15. *M.* De verbo v. Berger de pulcrit. orationis p. 427. Refertur ad misericordiam vulgi cap. praeced.

consensu ne orbis quidem terrarum possit obsistere: idque se prope iam effectum habere. Interea aequum esse, ab iis communis salutis caussa inpetrari, vt castra muuire instituerent, quo facilius repentinos hostium inpetus sustinere possent.

30. Fuit haec oratio non ingrata Gallis, maxime, quod ipse animo non defecerat, tanto accepto incommodo, neque se in occultum abdiderat et conspectum multitudinis fugerat: plusque animo prouidere et praesentire existimabatur, quod, re integra, primo incendendum Auaricum, post deserendum censuerat. Itaque, vt reliquorum imperatorum res adversae auctoritatem minuunt, sic huius ex contrario dignitas, incommodo accepto, in dies augebatur: simul in spem veniebant eius adfirmatione de reliquis adiungendis ciuitatibus, primumque eo tempore Galli castra munire instituerunt, et sic sunt animo consternati, homines insueti laboris, vt omnia, quae imperarentur, sibi patienda et perferenda existimarent.

31. Nec minus, quam est pollicitus, Vercingetorix animo laborabat, vt reliquas ciuitates adiungeret, atque earum principes donis pollicitationibusque adliciebat. Huic rei idoneos homines deligebat, quorum quisque aut oratione subdola aut amicitia facillime capi posset. Qui Auarico expugnato refugerant, armandos vestiendosque curat. Simul vt deminutae copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum ciuitatibus, quem, et quam ante diem in ca-

consensu. Vulgo *consensui.* Cf. 1, 16. *M.*

et consp. multitud. Sic boni codd. et edd. vet. Vulgo recentiores *neque.*

Auar. — censuerat. Conf. c. 14. *M.*

patienda et perferenda. Sic Oud. ex codd. restituit. Ita et Horat. Ep. 1, 15, 17.

donis pollic. Alii inepte *bonis pollicitationibus.*

quorum oratione aut amic. capi quisque posset. Hunc esse ordinem verborum, Clarkius et Oudend. monuerunt: et sic metaphrastes Graecus interpretatus est. *M.* Pro *aut orat. subd.* Scaliger vitio operarum *et or. subd.* quod dein ad alias

stra adduci velit; sagittariosque omnes, quorum erat permagnus in Gallia numerus, conquiri et ad se mitti iubet. His rebus celeriter id, quod Auarici deperierat, expletur. Interim Teutomatus, Ollouiconis filius, rex Nitiobrigum, cuius pater ab Senatu nostro amicus erat adpellatus, cum magno equitum suorum numero, et quos ex Aquitania conduxerat, ad eum peruenit.

32. Caesar, Auarici complures dies commoratus, summamque ibi copiam frumenti et reliqui commeatus nactus, exercitum ex labore atque inopia refecit. Iam prope hieme confecta, quum ipso anni tempore ad gerendum bellum vocaretur et ad hostem proficisci constituisset, siue eum ex paludibus siluisque elicere, siue obsidione premere posset; legati ad eum principes Aeduorum veniunt, oratum, *vt maxime necessario tempore ciuitati subueniat: summo esse in periculo rem; quod, quum singuli magistratus antiquitus creari atque regiam potestatem annum obtinere consuessent, duo magistratum gerant et se vterque eorum legibus creatum esse dicat. Horum esse alterum Conuictolitanem, florentem et inlustrem adolescentem; alterum Cotum, antiquissima familia natum, atque ipsum hominem summae potentiae et magnae cognationis; cuius frater Valetiacus proximo anno eumdem magistratum gesserit: ciuitatem omnem esse in armis, diuisum senatum, diuisum populum; suas cuiusque eorum clientelas. Quod si diutius alatur controuersia, fore,*

editiones fluxit. *Capi* in aliis deest.

rex Nitiobrigum. De his Vercingetorigi conciliatis vid. c. 7. *M.* Nomen viri c. 46. mire variatur in codd. Graecus habet *Τουτομάνος.* Mihi non dubium est, legendum *Teutomarus*; haec terminatio a *mar*, celebris, frequens fuit in nominibus antiquis Celticis. Sic *Virdumarus* et similia.

annum obtinere. Conf. 1, 16. *M.* Alii *annuam.*

Valetiacus. Alii *Vedeliacus.* sed et Graecus *Βαλητιακός.*

populum in suas. Deleuerim *in*, quia a codd. plerisque et edd. vett. abest, et ipse Oud. agnouit, Scaligerum primum il-

vti pars cum parte ciuitatis confligat; id ne accidat positum in eius diligentia atque auctoritate.

33. Caesar, etsi a bello atque hoste discedere detrimentosum esse existimabat, tamen, non ignorans, quanta ex dissensionibus incommoda oriri consuessent, ne tanta et tam coniuncta Populo Romano ciuitas, quam ipse semper aluisset, omnibusque rebus ornasset, ad vim atque ad arma descenderet, atque ea pars, quae minus sibi confideret, auxilia a Vercingetorige arcesseret, huic rei praeuertendum existimauit; et quod legibus Aeduorum iis, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret, ne quid de iure aut de legibus eorum deminuisse videretur, ipse in Aeduos proficisci statuit, senatumque omnem, et quos inter controuersia esset, ad se Decetiam euocauit. Quum prope omnis ciuitas eo conuenisset, docereturque, paucis clam conuocatis, alio loco, alio tempore, atque oportuerit, fratrem a fratre renunciatum, quum leges duo ex vna familia, viuo vtroque, non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent;

lud *in* exhibuisse. Ergo sic procurrit oratio: *diu. senatum, diu. populum; suas cui. e. clientelas* (esse). Frangit vim orationis illud *in*. *M.* Omnino delendum deleui.

detrimentosum. vid. Ind. *M.* Codd. quidem *detrimento suo.*

de legibus. Bene sic repetitur praepositio more Caesaris, auctoritate codd.

Decetiam. Hoc nomen Vrsinus in suo codice, et Oudend. in septem MSS. optimis reperit. Alii habent *etiam*, aut omnino omittunt hoc verbum. Vrsinum Scaliger et Cellarius iam secuti erant. Wesselingius in nota ad Antonini itinerar. p. 367. Vrsinum probavit. *M.* Hodie *Decize.* Cf. D'Anville Not. de la Gaule.

duo. Sic et 5, 38. Cf. Gron. ad Liu. 35, 21. Vulgo *duos.*

imperium. Vulgo *magistratum* contra codd. teste Oudendorpio. *M.* Glossa erat.

intermissis magistratibus. Adsentior Dauisio, *intromissis mag.* legenti, e vestigiis metaphraseos Graecae, quae παρόντων τῶν ἀρχόντων habet. Accedere mihi videtur haec causa, quod Caesar singula singulis opponit, et Cotum *a fratre*, Conuictolitanem *a sacerdotibus*; illum *paucis clam conuocatis*, hunc *intromissis magistratibus* creatum dicit. Clarkius etiam probauit emendationem Dauisii; sin cui vulgata placeat, putat sensum esse posse, *quo tempore vacabat magistratus.* Sed nonne haec esset παρέργασις plane su-

Cotum imperium deponere coegit; Conuictolitanem, qui per ſacerdotes more ciuitatis, intermiſſis magiſtratibus, eſſet creatus, poteſtatem obtinere iuſſit.

34. Hoc decreto interpoſito, cohortatus Aeduos, vt controuerſiarum ac diſſenſionum obliuiſcerentur atque, omnibus omiſſis his rebus, huic bello ſeruirent, eaque, quae meruiſſent, praemia ab ſe, deuicta Gallia, exſpectarent equitatumque omnem et peditum milia X ſibi celeriter mitterent, quae in praeſidiis rei frumentariae cauſſa disponeret, exercitum in duas partes diuiſit; IIII legiones in Senones Pariſiosque Labieno ducendas dedit; VI ipſe in Aruernos, ad oppidum Gergouiam ſecundum flumen Elauer duxit: equitatus partem illi adtribuit, partem ſibi reliquit. Qua re cognita, Vercingetorix, omnibus interruptis eius fluminis pontibus, ab altera Elaveris parte iter facere coepit.

35. Quum vterque vtrique eſſet exercitus in conſpectu fereque e regione caſtra poneret, diſpoſitis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias transducerent, erat in magnis Caeſari difficultatibus

pernacua? Lamberti Boſii coniectura, ex eius animadu. ad Caeſ. p. 22. ab Oudendorpio iam prolata, *intermixtis magiſtratibus*, rem eamdem, quam Dauiſii emendatio, exprimit. *M.* Dubitat Oud. an non *intromittere* valere poſſit admittere.

his rebus, Oud. reſtituit *his* e codd. et edd. vet.

Elaueris. Hoc eſt additamentum recentius. Caeſar ſcripſerat, *ab altera parte:* alius deinde explicauit ſic, *ab altera fluminis parte:* alius, *ab altera Elaveris parte;* nam haec eſt varietas ſcripturae in h. l. Videtur Oudendorpio idem placuiſſe, etſi fluctuat. *M.*

Quum vterque — poneret. Tam multiplex eſt h. l. varietas, diligenter enarrata ab Oudendorpio, vt vulgata lectio non poſſit certo dici a Caeſare profecta, et locum additamentis obrutum eſſe adpareat, quibus reſectis fortaſſe prima lectio reperiri poterit, quam fuiſſe puto hanc: *Quum vtrimque eſſent in conſpectu, fere caſtris caſtra opponebant. Diſpoſitis* — Sic *vtrimque* explicatum eſt adſcriptis verbis, *vterque exercitus;* et *e regione* quale ſit gloſſema, facile intelligitur. *Opponere* eſt a Lipſio; codd. enim verbum ſimplex *ponere* habent. Ceterum *que* poſt *fere* abeſt a quibusdam, et *ponebant* in pluribus legitur. *M.* In multis codd. et edd. vet. legitur, *Quum vterque vtrinque exiſſent.* Morus dederat *e reg. caſtris caſtra p.* Sic et Oud. in ed. priore cum

res, ne maiorem aestatis partem flumine inpediretur; quod non fere ante autumnum Elauer vado transiri solet. Itaque, ne id accideret, siluestri loco castris positis, e regione vnius eorum pontium, quos Vercingetorix rescindendos curauerat, postero die cum duabus legionibus in occulto restitit; reliquas copias cum omnibus inpedimentis, vt consueuerat, misit, captis (quartis) quibusque cohortibus, vti numerus legionum constare videretur. His, quam longissime possent, progredi iussis, quum iam ex diei tempore coniecturam caperet, in castra peruentum, iisdem sublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere coepit. Celeriter effecto opere legionibusque transductis, et loco castris idoneo delecto, reliquas copias reuocauit. Vercingetorix, re cognita, ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit.

36. Caesar ex eo loco quintis castris Gergouiam peruenit, equestrique proelio eo die leui facto, perspecto vrbis situ, quae, posita in altissimo monte, omnis aditus difficiles habebat, de expugnatione de-

Scaligero et aliis, sed in ed. posteriore recte *τὸ castris* omisit.

non fere ante. Cod. Leid. *non fere nisi ante.* Sensu eodem. In caussa niues in montibus liquefactae.

captis — cohortibus. Et haec est incerta lectio. Pro *captis* pauci codd. recentes habent *demtis*: verbum numeri *quartis* abest a plerisque: *quibusque* non nisi in vno cod. videtur exstare, pro quo codd. omnes *quibusdam* habent, praeter vnum, in quo est *quidem*. Sic per codd. verior lectio erit: *captis quibusdam cohortibus*. Etsi autem res certa est, Caesarem efficere voluisse, ne hostes sentirent, duas legiones restitisse in occulto; sed vt putarent, omnes sex legiones (vid. c. 34) esse integras; tamen quaeri potest, quid hoc sibi velit, eum hoc effecisse, *captis quibusdam cohortibus*. Haud dubie ex his *cohortibus quibusdam* confecit aliquam militum manum, quae videretur esse instar duarum legionum relictarum. Vitium est in verbo *captis*. Ceterum rem, hoc capite narratam, repetiit Polyaenus in Strateg. 8, 23, 9. Conf. Dio Cass. 40, 35. *M.* Cellarius probat lectionem *demtis quartis quibusque cohortibus* et admittit expositionem D. Vossii: Caesar sex legiones in Aruernos duxit (cap. 34.) secundum flumen Elauer ad Gergouiam, dein, cum id flumen astu transire non posset, cum duabus legionibus restitit, quas demta quaque quarta cohorte confecit; reliquas co-

ſperauit; de obſeſſione non prius agendum conſtituit, quam rem frumentariam expediſſet. At Vercingetorix, caſtris prope oppidum in monte poſitis, mediocribus circum ſe interuallis ſeparatim ſingularum ciuitatium copias conlocauerat; atque omnibus eius iugi collibus occupatis, qua deſpici poterat, horribilem ſpeciem praebebat: principesque earum ciuitatium, quos ſibi ad conſilium capiendum delegerat, prima luce quotidie ad ſe iubebat conuenire, ſeu quid communicandum, ſeu quid adminiſtrandum videretur: neque vllum fere diem intermittebat, quin equeſtri proelio, interiectis ſagittariis, quid in quoque eſſet animi ac virtutis ſuorum, periclitaretur. Erat e regione oppidi collis ſub ipſis radicibus montis, egregie munitus atque ex omni parte circumciſus: (quem ſi tenerent noſtri, et aquae magna parte et pabulatione libera prohibituri hoſtes videbantur; ſed is locus praeſidio ab iis non nimis firmo tenebatur:) tamen ſilentio noctis Caeſar, ex caſtris egreſſus, prius quam ſubſidio ex oppido veniri poſſet, deiecto praeſidio potitus loco, duas ibi legiones

pias miſit. Sic ex LX cohortibus captae XV ſpeciem duarum legionum et XLV reliquae ſex legionum ſpeciem praebebant.

transductis. Cod. Carrar. *transmiſſis.*

de expugnatione — conſtituit. Senſus eſt perſpicuus: vidit, non poſſe vrbem capi, etſi obſideretur; voluit tamen eam obſidione aliquamdiu premere, ſed commeatu antea prouiſo. Et hic ſenſus in metaphr. Graec. expreſſus eſt. Cum autem codd. aliquot non habeant verba, *deſperauit, de obſeſſione*, quae et Iulius Celſus omiſit: cumque alii rurſus *obpugnatione* pro *expugnatione* exhibeant: non male ſuſpicatur Oudendorpius, Caeſarem ſimpliciter ſcripſiſſe: *de obpugnatione non prius agendum conſtituit. M.* Si proba eſt lectio vulgata, intelligenda eſt *expugnatio ſubita.*

prope oppidum. al. *pro oppido.*

qua deſpici poterat in caſtra Romana. Cf. c. 45. *M.*

periclitaretur. Plane ſic 2, 8. et Al. c. 13. nil ergo correctione opus.

prohibituri. Cod. Reg. *prohiberi.*

non nimis firmo. Canterus Var. Lect. 2, 28. *non minus firmo.* et ſic exhibet cod. Norvic. ſed praeſtat vulg. Verum quod mox ſequitur *tamen* mutandum eſt in *tum*, vt eſt in edit. Rob. Stephani. Hotom ſatis acute dabat: *non nimis firmo tamen tenebatur.* Omiſſum a librario aduerbium loco motum videri poteſt.

conlocauit, fossamque duplicem duodenum pedum a maioribus castris ad minora perduxit, vt tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent.

57. Dum haec ad Gergouiam geruntur, Conuictolitanis Aeduus, cui magistratum adiudicatum a Caesare demonstrauimus, sollicitatus ab Aruernis pecunia, cum quibusdam adolescentibus conloquitur, quorum erat princeps Litauicus atque eius fratres, amplissima familia nati adolescentes. Cum iis praemium communicat hortaturque, *vt se liberos et imperio natos meminerint: vnam esse Aeduorum ciuitatem, quae certissimam Galliae victoriam distineat; eius auctoritate reliquas contineri; qua transducta, locum consistendi Romanis in Gallia non fore: esse nonnullo se Caesaris beneficio adfectum, sic tamen, vt iustissimam apud eum caussam obtinuerit; sed plus communi libertati tribuere: cur enim potius Aedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem, quam Romani ad Aeduos, veniant?* Celeriter adolescentibus et oratione magistratus et praemio deductis, quum se vel principes eius consilii fore profiterentur, ratio perficiendi

adiudicatum. alii *adsignatum.*

demonstrauimus. cap. 33. De his Aeduorum molitionibus cf. Dio Cass. 40, 37. *M.*

Litauicus. Numos eius duo ex auro profert Bouterone des Monnoyes de France p. 48. Exhibet eos et Havercamp. ad Orosium 6, 11. additque tertium ex suo museo. Epigraphe ibi occurrit LITA, vel LITAVI. Quod pone caput conspicitur *c* notat *Cabillonum.* Priores duo numos offert etiam Pellerin Rec. 1. tab. 5, 5. et Rec. 3. tab. 124, 6. In posteriore autem epigraphen LITAV perperam in LITAN conuertendam statuit et de *Litanobriga* explicat, cuius mentio in itin. Antonini.

praemium communicat, pecuniam, qua sollicitatus fuerat. *Hotomannus.* Altera lectio *primum*, quae etiam in metaphr. Graec. occurrit, nihil est. *M.*

distineat. al. *detineat.* i. e. moretur. sed v. Ind.

disceptatorem. Aliae lectiones, *disceptaturi*, *disceptatum*, sunt corruptiones verae lectionis. *M.*

oratione. al. *ratione.*

praemio deductis, a societate Romana ad Gallos, vt antea Aedui *transducti* a Romanis ad Gallos. Ergo non opus est, cum Vossio *praemii spe ductis* lege-

quaerebatur, quod ciuitatem temere ad suscipiendum bellum adduci posse non confidebat. Placuit, vti Litauicus decem illis milibus, quae Caesari ad bellum mitterentur, praeficeretur atque ea ducenda curaret, fratresque eius ad Caesarem praecurrerent. Reliqua, qua ratione agi placeat, constituunt.

38. Litauicus, accepto exercitu, quum milia passuum circiter XXX ab Gergouia abesset, conuocatis subito militibus, lacrimans, *Quo proficiscimur*, inquit, *milites? Omnis noster equitatus, omnis nobilitas interiit: principes ciuitatis, Eporedirix et Virdumarus, insimulati proditionis, ab Romanis indicta caussa interfecti sunt. Haec ab iis cognoscite, qui ex ipsa caede fugerunt: nam ego, fratribus atque omnibus meis propinquis interfectis, dolore prohibeor, quae gesta sunt, pronunciare.* Producuntur ii, quos ille edocuerat, quae dici vellet, atque eadem, quae Litauicus pronunciauerat, multitudini exponunt: *omnes equites Aeduorum interfectos, quod conlocuti cum Aruernis dicerentur; ipsos se inter multitudinem militum occultasse atque ex media caede profugisse.* Conclamant Aedui et Litauicum, vt sibi consulat, obsecrant. *Quasi vere*, aut cum aliis dubitare, an *deduci* possit poni pro *adduci*. Manet verbo sua vis, deduci ab sociis. *M.* Graecus χρημάτων ἐλπίδι.

decem illis milibus. Vid. cap. 34. *M.*

equitatus, nobilitas. Extremo hoc capite, *equites et principes*. *M.*

Epor. et Vird. Ili cum equitatu ad Caesarem praecurrerant. Cf. c. 39. *M.*

Eporedirix, vulgo *Eporedorix*. Verum clar. Millinus in Mon. ant. ined. t. 1. p. 146. e lapide detecto a. 1792 in fundamentis arcis Boruonis (*Bourbon Lancy*) docet, ducis nomen esse quale dedimus, eiusque filium *Magnum* clientem fuisse Caesaris adsumto nomine *C. Iulii*. En monumentum:

C. IVLIVS EPOREDIRIGIS F. MAGNVS
PRO L. IVLIO CALENO FILIO
BORMONIEE DAMONAE
VOT. SOI

vbi l. penult. legendum BORVONI ET et vltima VOTVM SOLVIT.

Virdumarus, vulgo *Viridomarus*. Ast in codd. variis et in fastis Romanis triumphalibus legitur *Virdumarus*, quod nomen Schottus restituit apud Victorem de Viris ill. c. 45. Ita etiam Propertius 4, 10, 41. vbi videndus Broukhusius.

omnes equites. alii *multos*.

ro, inquit ille, *consilii sit res ac non necesse sit nobis Gergouiam contendere et cum Aruernis nosmet coniungere. An dubitamus, quin, nefario facinore admisso, Romani iam ad nos interficiendos concurrant? Proinde, si quid est in nobis animi, persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt atque hos latrones interficiamus.* Ostendit ciues Romanos, qui eius praesidii fiducia vna erant. Continuo magnum numerum frumenti commeatusque diripit, ipsos crudeliter excruciatos interficit: nuncios tota ciuitate Aeduorum dimittit, eodem mendacio de caede equitum et principum permouet: hortatur, vt simili ratione, atque ipse fecerit, suas iniurias persequantur.

39. Eporedirix Aeduus, summo loco natus adolescens et summae domi potentiae et vna Virdumarus, pari aetate et gratia, sed genere dispari, quem Caesar, sibi ab Diuitiaco transditum, ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat, in equitum numero conuenerant, nominatim ab eo euocati. His erat inter se de principatu contentio, et in illa magistratuum controuersia alter pro Conuictolitane, alter pro Coto, summis opibus pugnauerant. Ex iis Eporedirix, cognito Litauici consilio, media fere nocte rem ad Caesarem defert; orat, *ne patiatur, ciuitatem prauis adolescentium consiliis ab amicitia Populi Romani deficere, quod futurum prouideat, si se tot hominum milia cum hostibus coniunxerint, quorum salutem neque propinqui neglegere, neque ciuitas leui momento aestimare posset.*

permouet. alii *permouat.* male.
iniurias. passiue sumitur. Vt Gellius 9, 12.
perduxerat. Mallet Oudend. *produxerat.*
pugnauerant. Bene sic codd. et edd. vet. Alii *pugnauerat.*

quorum salutem — posset. Ergo Aedui non deserent illa tot millia suorum, nec contra eos cum Caesare consentient. *M.*
ad contrahenda castra. Hoc quid sit, ex alio loco (5, 49) disci potest. Conf. mox c. 41.

40. Magna adfectus sollicitudine hoc nuncio Caesar, quod semper Aeduorum ciuitati praecipue indulserat, nulla interposita dubitatione legiones expeditas quatuor equitatumque omnem ex castris educit: nec fuit spatium tali tempore ad contrahenda castra, quod res posita in celeritate videbatur. C. Fabium Legatum cum legionibus II castris praesidio relinquit. Fratres Litauici quum comprehendi iussisset, paullo ante reperit ad hostes profugisse. Adhortatus milites, *ne necessario tempore itineris labore permoueantur*, cupidissimis omnibus, progressus milia passuum XXV, agmen Aeduorum conspicatus, inmisso equitatu, iter eorum moratur atque inpedit interdicitque omnibus, ne quemquam interficiant. Eporedirigem et Virdumarum, quos illi interfectos existimabant, inter equites versari suosque adpellare iubet. Iis cognitis et Litauici fraude perspecta, Aedui manus tendere, deditionem significare et proiectis armis mortem deprecari incipiunt. Litauicus cum suis clientibus, *quibus more Gallorum nefas est, etiam in extrema fortuna deserere patronos*, Gergouiam profugit.

41. Caesar, nunciis ad ciuitatem Aeduorum missis, qui suo beneficio conseruatos docerent, quos iure belli interficere potuisset, tribusque horis noctis exercitui ad quietem datis, castra ad Gergouiam mouit. Medio fere itinere equites, ab Fabio missi, quanto res in periculo fuerit, exponunt; summis copiis castra obpugnata demonstrant; quum crebro integri defessis succederent nostrosque adsiduo labore

vbi haec castra dicuntur fuisse magna, magno ambitu. Add. Iul. Celsus p. 138. *M.*

posita in cel. vid. Vulgo *in celer. pos. esse vid.* Correxit Oud. e codd.

ne quemquam interfic. Cod. Oxon. *ne quis quem interficiat*, vt 5, 58. Probant Wasse et Oudendorp.

in periculo fuerit. Clarke praefert *esset* e cod. Regio, sed non necesse. Intellige *fuerit tum*, quum equites dimissi.

defatigarent, quibus propter magnitudinem castrorum perpetuo esset eisdem in vallo permanendum; multitudine sagittarum atque omni genere telorum multos vulneratos; ad haec sustinenda magno vsui fuisse tormenta: Fabium discessu eorum, duabus relictis portis, obstruere ceteras pluteosque vallo addere et se in posterum diem similem ad casum parare. His rebus cognitis, Caesar summo studio militum ante ortum solis in castra peruenit.

42. Dum haec ad Gergouiam geruntur, Aedui, primis nunciis ab Litauico acceptis, nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt. Inpellit alios auaritia, alios iracundia et temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata, vt leuem auditionem habeant pro re comperta. Bona ciuium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in seruitutem abstrahunt. Adiuuat rem proclinatam Conuictolitanis plebemque ad furorem inpellit, vt, facinore admisso, ad sanitatem pudeat reuerti. M. Aristium Tribunum militum, iter ad legionem facientem, data fide ex oppido Cabillono, educunt: idem facere cogunt eos, qui negotiandi caussa ibi constiterant. Hos continuo in itinere adorti, omnibus inpedimentis exuunt; repugnantes diem noctemque obsident; multis vtrimque interfectis, maiorem multitudinem ad arma concitant.

43. Interim nuncio adlato, omnes eorum milites in potestate Caesaris teneri, concurrunt ad Aristium; nihil publico factum consilio demonstrant; quaestio-

eisdem, militibus. Ergo non legendum *eodem*.

omni genere tel. Sic codd. bene. alii *omnis generis*.

tormenta. Si non necessaria, ingeniola tamen est emendatio Hotomanni, qui *tomenta* legi malit. Confirmat loco valde simili, e libris de B. Ciu. 3, 44. extr. *M.* Nihil hic sani.

pluteos. vid. Ind. *M. Schutzbreter, mantelets.*

nunciis acceptis. Hos miserat Litauicus. v. c. 38 extr. *M.*

habeant. Alii *habent.* Sic *vt* erit aduerbium similitudinis. Vulgo *habeat.*

Cabillono. Male Surita vult *Cabellione.* vid. Wessel. ad Anton. itiner. p. 343.

nem de bonis direptis decernunt; Litauici fratrumque bona publicant; legatos ad Caesarem sui purgandi gratia mittunt. Haec faciunt recuperandorum suorum caussa: sed, contaminati facinore et capti compendio ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertinebat, et timore poenae exterriti, consilia clam de bello inire incipiunt ciuitatesque reliquas legationibus sollicitant. Quae tametsi Caesar intellegebat, tamen, quam mitissime potest, legatos adpellat: *nihil se propter inscientiam leuitatemque vulgi grauius de ciuitate iudicare, neque de sua in Aeduos beneuolentia deminuere.* Ipse, maiorem Galliae motum exspectans, ne ab omnibus ciuitatibus circumsisteretur, consilia inibat, quemadmodum ab Gergouia discederet ac rursus omnem exercitum contraheret; ne profectio, nata ab timore defectionis, similis fugae videretur.

44. Haec cogitanti accidere visa est facultas bene gerendae rei. Nam, quum minora in castra operis perspiciendi caussa venisset, animaduertit collem, qui ab hostibus tenebatur, nudatum hominibus, qui superioribus diebus vix prae multitudine cerni poterat. Admiratus quaerit ex perfugis caussam, quorum magnus ad eum quotidie numerus confluebat. Constabat inter omnes, quod iam ipse Caesar per exploratores cognouerat, dorsum esse eius iugi prope aequum; sed hinc siluestre et angustum, qua esset aditus ad alteram oppidi partem: huic loco vehementer

omnem exercitum (suas et Labieni copias. vid. c. 34) *contraheret.* Vidit sensum Rhellicanus. *M.*

minora in castra. vid. cap. 36 extr. Ibidem est de colle. *Opus* est munitio. *M.*

sed silu. et ang. Omnes fere codd. habent, *sed hunc silu. et ang.* In vno est, *sed hoc silu. et ang.* Inde si quid exsculpi potest, Dauisius audiendus erit, qui voluit legi, *sed hac* (parte) *siluestre et angustum, qua* — An aliquid lucis capiet locus e Polyaeno? Descripsit collem in Strateg. 8, 23, 10, et descriptio fauet sententiae Dauisii. *M.* Oud. coniicit leg. *sed hinc.* quod placet.

illos timere, nec iam aliter sentire, vno colle ab Romanis occupato, si alterum amisissent, quin paene circumuallati atque omni exitu et pabulatione interclusi viderentur: ad hunc muniendum locum omnes a Vercingetorige euocatos.

45. Hac re cognita, Caesar mittit complures equitum turmas eo de media nocte: iis imperat, vt paullo tumultuosius omnibus in locis peruagarentur. Prima luce magnum numerum inpedimentorum ex castris mulorumque produci, eque iis stramenta detrahi mulionesque cum cassidibus, equitum specie ac simulatione, collibus circumuehi iubet. His paucos addit equites, qui latius ostentationis caussa vagarentur. Longo circuitu easdem omnes iubet petere regiones. Haec procul ex oppido videbantur, vt erat a Gergouia despectus in castra; neque tanto spatio, certi quid esset, explorari poterat. Legionem vnam eodem iugo mittit et paullo progressam inferiore constituit loco siluisque occultat. Augetur Gallis suspicio atque omnes illo ad munitionem copiae transducuntur. Vacua castra hostium Caesar conspicatus, tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus, raros milites, ne ex oppido animaduerterentur, ex maioribus castris in minora transducit Legatisque,

vno colle ab R. occ. Cf. c. 36. extr. *M.*

magnum numerum — detrahi. Lectio est valde perturbata. Resectis additamentis, veram scripturam hanc restare puto: *magnum numerum inpedimentorum ex castris produci, mulionesque.* —. Voluit aliquis monere, inpedimenta esse h. l. mulos, inpedimenta gestantes; (de qua significatione vid. Hotomannus ad h. l. Oudendorp. ad Frontin. 2, 1, 11.) ergo addidit *mulorum* in margine, quod et Hotomannus tolli voluit. Ex hoc ortum porro est, *eque iis stramenta detrahi*, quae verba in metaphr. Gr. plane non leguntur, et singula per codices, vbi exstant, dubitationem habent: vt rursus omnia illa, *mulorumque produci eque iis stramenta*, a libris quibusdam penitus absunt. Certe locus est additamentis onustus. vid. Ind. in *stramenta*. *M.* Scaliger dedit *eque iis.* Legebatur prius *neque in.* Ciacconius volebat *atque iis.* Dauisius *deque iis.* Morus verum vidit. *Inpedimenta* h. l. iumenta sunt, vt apud Suet. Calig. 51. vbi vid. Graevius et Oudend. Graecus habet σκευοφόρα. vid. et Polyaenus l. c.

quos singulis legionibus praefecerat, quid fieri vellet, ostendit: in primis monet, vt contineant milites, ne studio pugnandi aut spe praedae longius progrediantur: quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit: hoc vna celeritate posse vitari: occasionis esse rem, non proelii. His rebus expositis, signum dat et ab dextera parte alio adscensu eodem tempore Aeduos mittit.

46. Oppidi murus ab planitie atque initio adscensus, recta regione, si nullus amfractus intercederet, MCC passus aberat: quidquid huic circuitus ad molliendum cliuum accesserat, id spatium itineris augebat. At medio fere colle in longitudinem, vt natura montis ferebat, ex grandibus saxis sex pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, praeduxerant Galli atque, inferiore omni spatio vacuo relicto, superiorem partem collis vsque ad murum oppidi densissimis castris compleuerant. Milites, dato signo, celeriter ad munitionem perueniunt, eamque transgressi, trinis castris potiuntur. Ac tanta fuit in castris capiendis celeritas, vt Teutomatus, rex Nitiobrigum, subito in tabernaculo obpressus, vt meridie conquieuerat, superiore corporis parte nudata, vul-

eodem iugo, versus eundem collem. *M.*

insignibus. vid. Ind. *M.*

adscensus. Cod. Andinus *escensus*, vt c. 27.

recta regione. Hoc est superfluum interpretamentum, quo aliquis explicare voluit verba, *si null. amfr. interc. M.*

quidquid huic sc. adscensui, qui fit recta regione. *M.*

circuitus mollit cliuum, efficit, vt per minus ardua cliui loca adscendatur. Metaphr. Gr. ἡ σκολιότης ῥᾳδίαν ἀπεργάζεται τὴν ὄρους ἀνάβασιν. *M.*

At medio f. c. Alii *A.*

In longitudinem, alii *in longitudine.*

praeduxerant. Sic primus Scaliger et firmant codd. Vulg *produxerant.*

trinis castris. Supra cap. 36 diserte traditum est, singularum ciuitatium copias separatim conlocatas fuisse. Ergo fuerunt singularum singula castra, quae numerantur vt plura et diuersa. etsi vnus exercitus est. Ex his Caesar nunc tria occupat. *M.* Dixerat paullo ante *densissima castra*, quia plura exiguo spatio posita. Non ergo opus hic cum Dauisio legere *tribus densissimis castris.*

Teutomatus. vid. c. 31. *M.*

super corp. part. nudata, thorace deposito. *Hotomann.*

nerato equo, vix se ex manibus praedantium militum eriperet.

47. Consecutus id, quod animo proposuerat, Caesar receptui cani iussit legionisque decimae, qua tum erat comitatus, signa constitere. At reliquarum militès legionum, non exaudito tubae sono, quod satis magna valles intercedebat, tamen ab Tribunis militum Legatisque, vt erat a Caesare praeceptum, retinebantur: sed, elati spe celeris victoriae et hostium fuga superiorumque temporum secundis proeliis, nihil adeo arduum sibi existimabant, quod non virtute consequi possent; neque prius finem sequendi fecerunt, quam muro oppidi portisque adpropinquarent. Tum vero ex omnibus vrbis partibus orto clamore, qui longius aberant, repentino tumultu perterriti, quum hostem intra portas esse existimarent, sese ex oppido eiecerunt. Matres familiae de muro vestem argentumque iactabant et, pectoris fine prominentes, passis manibus obtestabantur Romanos, vt sibi parcerent, neu, sicut Auarici fecissent, ne mulieribus quidem atque infantibus abstinerent. Nonnullae, de muris per manus demissae, sese militibus transdebant. L. Fabius, Centurio legionis VIII, quem inter suos eo die dixisse constabat, excitari se Auaricensibus praemiis, neque commissurum, vt prius quisquam murum adscenderet, tres suos nactus manipulares atque ab iis subleuatus murum adscendit. Eos ipse rursus singulos exceptans, in murum extulit.

quacum erat concionatus. Lectio haec est perabsurda. Sensus eius Gr. metaphrasis sic expressit, *ad quam concionem habuerat.* Sed, vt monuit Vossius et res declarat, tum non fuit tempus concionandi, nec dicitur Latine, *cum populo concionari,* pro, concionem habere ad populum. Igitur probo Vossium, Cellarium, alios, qui, quoniam nihil melius reperiri potuit, Gryphianam editionem secuti sunt, in qua legitur, *qua tum erat comitatus,* vndecumque demum haec lectio fluxerit. Sic legio, Caesarem comitans, distinguitur a ceteris, magno spatio remotis. Et sic diserte Iul. Celsus pag. 142 describit: *substitit legio, quae propinqua erat; altera vero remotior — —. M.* Sanatam lectionem recepi.

48. Interim ii, qui ad alteram partem oppidi, vt fupra demonftrauimus, munitionis cauffa conuenerant, primo exaudito clamore, inde etiam crebris nunciis incitati, oppidum ab Romanis teneri, praemiffis equitibus, magno concurfu eo contenderunt. Eorum vt quisque primus venerat, fub muro confiftebat fuorumque pugnantium numerum augebat. Quorum quum magna multitudo conueniffet, matres familiae, quae paullo ante Romanis de muro manus tendebant, fuos obteftari et more Gallico paffum capillum oftentare liberosque in confpectum proferre coeperunt. Erat Romanis nec loco, nec numero, aequa contentio: fimul, et curfu et fpatio pugnae defatigati, non facile recentes atque integros fustinebant.

49. Caefar, quum iniquo loco pugnari hoftiumque augeri copias videret, praemetuens fuis, ad T. Sextium Legatum, quem minoribus caftris praefidio reliquerat, mittit, vt cohortes ex caftris celeriter educeret et fub infimo colle ab dextro latere hoftium conftitueret: vt, fi noftros loco depulfos vidiffet, quo minus libere hoftes infequerentur, terreret. Ipfe paullum ex eo loco cum legione progreffus, vbi conftiterat, euentum pugnae exfpectabat.

50. Quum acerrime comminus pugnaretur, hoftes loco et numero, noftri virtute confiderent, fubito funt Aedui vifi, ab latere noftris aperto, quos Caefar ab dextra parte alio adfcenfu, manus distinendae

At reliq. Alii *Ac.*

valles. Alii *vallis.* vtrumque dicitur.

adpropinquarent. alii *adpropinquarunt.*

Matres familiae. Sic codd. Alii *familias.*

pectoris fine, pectore tenus. Recepit hoc e duobus MSS. et exemplis illuftrauit Oud. Vulgo, *pectore nudo. M.* Afr. c. 85. *vmbilici fine.* Sall. H. fragm. I. 3. *fine inguinum.*

ne mul. quidem. alii *ne a mul. q.*

L. Fabius. Celfus heic et c. 50. *L. Sabinus.*

in confpectum. alii *in confpectu.* vt faepe alias.

praemethens. Sic Phaedrus 1, 16.

mittit: vt. alii *mifit, vt.*

ab latere noftris aperto, vbi

caussa, miserat. Hi similitudine armorum vehementer nostros perterruerunt: ac, tametsi dextris humeris exsertis animaduertebantur, quod insigne pacatis esse consuerat, tamen id ipsum sui fallendi caussa milites ab hostibus factum existimabant. Eodem tempore L. Fabius Centurio, quique vna murum adscenderant, circumuenti atque interfecti de muro praecipitantur. M. Petreius, eiusdem legionis Centurio, quum portas excidere conatus esset, a multitudine obpressus ac sibi desperans, multis iam vulneribus acceptis, manipularibus suis, qui illum secuti erant, *Quoniam*, inquit, *me vna vobiscum seruare non possum, vestrae quidem certe vitae prospiciam, quos cupiditate gloriae adductus in periculum deduxi. Vos, data facultate, vobis consulite.* Simul in medios hostis inrupit, duobusque interfectis, reliquos a porta paullum submouit. Conantibus auxiliari suis, *Frustra*, inquit, *meae vitae subuenire conamini, quem iam sanguis viresque deficiunt: proinde hinc abite, dum est facultas, vosque ad legionem recipite.* Ita pugnans post paullulum concidit ac suis saluti fuit.

51. Nostri, quum vndique premerentur, XLVI Centurionibus amissis, deiecti sunt loco: sed intolerantius Gallos insequentes legio X tardauit, quae pro subsidio paullo aequiore loco constiterat. Hanc rursus XIII legionis cohortes exceperunt, quae, ex castris minoribus eductae, cum T. Sextio Legato ce-

ad nostros adiri poterat. De Aeduis vid. c. 45. extr. *M.*

simil. armorum. Arma Gallicis armis similia habebant, ideoque hostes esse videbantur. *M.*

humeri exserti, vestibus nudati. *Dausius.* Vt C. 2, 35. *humerum apertum.* Gr. *ἄνοπλοι τοὺς ὤμους.* Statius Theb. 4, 235. *Exerti ingentes humeros.* Ouid. Met. 2, 270. *brachia exserere.* Virg. Aen. 1, 492. *exserta mamma.*

pacatis. Libri scripti multi, *insigne pacatum*, h. e. insigne pacis et amicitiae: quam lectionem in poeta praeferrem. *M.*

de muro praec. alii *muro.*

M. Petreius. alii et Celsus *Petronius.*

perant locum superiorem. Legiones, vbi primum planitiem adtigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt. Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit. Eo die milites sunt paullo minus DCC desiderati.

52. Postero die, Caesar, concione aduocata, *temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi iudicauissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur, neque signo recipiendi dato constitissent, neque a Tribunis militum Legatisque retineri potuissent: exposito, quid iniquitas loci posset, quid ipse ad Auaricum sensisset, quum, sine duce et sine equitatu deprehensis hostibus, exploratam victoriam dimisisset, ne paruum modo detrimentum in contentione propter iniquitatem loci accideret. Quanto opere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuisset; tanto opere licentiam adrogantiamque reprehendere, quod plus se, quam imperatorem, de victoria atque exitu rerum sentire existimarent: nec minus se in milite modestiam et continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare.*

53. Hac habita concione et ad extremum oratione confirmatis militibus, *ne ob hanc caussam animo permouerentur, neu, quod iniquitas loci adtulisset, id virtuti hostium tribuerent;* eadem de profectione

sibi desperans. alii *sui.* Prius pro *excidere.* alii *exscindere.*

vestrae vitae. alii *saluti.*

intolerantius. alii *cupidius.*

ab radicibus — intra munitiones. vid. c. 46. *M.*

milites sunt — desiderati. Hanc cladem memorat Sueton. in Iul. c. 25. *Dauisius.*

exposito, i. e. exposito simul illo. Sic quidam codd. iique meliores. Vulgo, *exposuit. M.* Etiam cod. Andinus *exposito.* Cf. Gron. ad Liu. 1, 41.

ad Auaricum. Conf. cap. 18. 29. *M.*

accideret. Sic Oud. e codd. et edd. vet. Vulgo *acciperet.*

tanto opere. alii *tantopere.*

nec minus. alii *non minus.*

cogitans, quae ante ſenſerat, legiones ex caſtris eduxit aciemque idoneo loco conſtituit. Quum Vercingetorix nihilo magis in aequum locum deſcenderet, leui facto equeſtri proelio atque eo ſecundo, in caſtra exercitum reduxit. Quum hoc idem poſtero die feciſſet, ſatis ad Gallicam oſtentationem minuendam militumque animos confirmandos factum exiſtimans, in Aeduos caſtra mouit. Ne tum quidem inſecutis hoſtibus, tertio die ad flumen Elauer pontem refecit atque exercitum transduxit.

54. Ibi a Virdumaro atque Eporedirige Aeduis adpellatus, diſcit, cum omni equitatu Litauicum ad ſollicitandos Aeduos profectum eſſe: opus eſſe, et ipſos antecedere ad confirmandam ciuitatem. Etſi multis iam rebus perfidiam Aeduorum perſpectam habebat, atque horum diſceſſu admaturari defectionem ciuitatis exiſtimabat: tamen eos retinendos non cenſuit, ne aut inferre iniuriam videretur, aut dare timoris aliquam ſuſpicionem. Diſcedentibus his breviter ſua in Aeduos merita exponit: *quos et quam humiles accepiſſet, compulſos in oppida, multatos agris, omnibus ereptis copiis, impoſito ſtipendio; obſidibus ſumma cum contumelia extortis; et quam in fortunam, quamque in amplitudinem deduxiſſet, vt non ſolum in priſtinum ſtatum rediſſent, ſed omnium temporum dignitatem et gratiam anteceſſiſſe viderentur.* His datis mandatis, eos ab ſe dimiſit.

quae ante ſenſerat. Cf. cap. 43 extr. Nolebat ita diſcedere, vt fugere videretur. *M.*

nihilo magis, non magis tunc deſcendebat, quam antea deſcenderat: haerebant enim Galli in montis ſuperiore parte: vid. c. 46: et quamquam Romanos inſecuti deſcenderant, cap. 51, tamen in munitiones fuerant redacti, ibid. Altera lectio, *nihilo minus*, etſi eſt plerorumque codicum, tamen per ipſam rem falſa eſt: nam palam eſt, Gallos detrectaſſe pugnam acie inſtructa. Verum ſenſum metaphr. Gr. expreſſit. *M.* Quantum video, vitioſum id *minus* omnes codices obſidet.

reduxit ſcil. Caeſar. *M.*

Eporedirige, Reſpice ad c. 38.

antecedere. al. *praecedere.*

quam humiles accepiſſet. Cf. 6, 12. *M.*

et quam in fort. Coniunctio-

55. Nouiodunum erat oppidum Aeduorum, ad ripas Ligeris obportuno loco pofitum. Huc Caefar omnes obfides Galliae, frumentum, pecuniam publicam, fuorum atque exercitus inpedimentorum magnam partem contulerat: huc magnum numerum equorum, huius belli cauffa in Italia atque Hifpania coemtum, miferat. Eo quum Eporedirix Virdumarusque venifsent et de ftatu ciuitatis cognouiffent, Litauicum Bibracte ab Aeduis receptum, quod eft oppidum apud eos maximae auctoritatis, Conuictolitanem magiftratum magnamque partem fenatus ad eum conueniffe, legatos ad Vercingetorigem de pace et amicitia concilianda publice miffos: non praetermittendum tantum commodum exiftimauerunt. Itaque, interfectis Nouioduni cuftodibus, quique eo negotiandi aut itineris cauffa conuenerant, pecuniam atque equos inter fe partiti funt; obfides ciuitatum Bibracte ad magiftratum deducendos curauerunt; oppidum, quod ab fe teneri non poffe iudicabant, ne cui effet vfui Romanis, incenderunt; frumenti quod fubito potuerunt nauibus auexerunt, reliquum flumine atque incendio corruperunt; ipfi ex finitumis regionibus copias cogere, praefidia cuftodiasque ad ripas Ligeris disponere equitatumque omnibus locis, iniiciendi timoris cauffa, oftentare coeperunt, fi ab re frumentaria Romanos excludere [aut adductos inopia ex Prouincia excludere] poffent. Quam ad fpem

nem praemifit Oud. e codd. et edd. vet.

Bibracte ab Aeduis. alii *Bibracti* vel *a Bibracte.*

aut itineris. Haec verba a multis codd. et edd. abfunt, nec Graecus habet.

fi ab re fr. — Prou. excl. poffent. Et hic locus laborat additamentis. Veram fcripturam, reliquis omiffis, effe puto hanc: *fi re frumentaria Romanos excludere poffent*, h. e. fi litoribus obequitando poffent inpedire, quo minus Romani frumentatum irent. Ergo non modo commeatum, Nouioduni paratum, vaftarunt; fed nunc quoque occafionem frumentandi iis eripiunt. Iam videamus de varietate lectionis, et veftigiis additamentorum. Primo in Iul. Celfo p. 147 nihil eft de hoc, Gallos e Prouincia excludere Caefarem conatos effe. Secundo, non poteft intelligi, quomodo volue-

multum eos adiuuabat, quod Liger ex niuibus creverat, vt omnino vado non posse transiri videretur.

56. Quibus rebus cognitis, Caesar maturandum sibi censuit, si esset in perficiendis pontibus periclitandum, vt prius, quam essent maiores eo coactae copiae, dimicaret. Nam, vt commutato consilio iter in Prouinciam conuerteret, id nemo tunc quidem necessario faciundum existimabat, quum quod infamia atque indignitas rei et oppositus mons Ceuenna viarumque difficultas impediebat, tum maxime, quod abiuncto Labieno atque iis legionibus, quas vna miserat, vehementer timebat. Itaque, admodum magnis diurnis atque nocturnis itineribus confectis, contra omnium opinionem ad Ligerim peruenit; vadoque per equites inuento, pro rei necessitate opportuno, vt brachia modo atque humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent, disposito equitatu, qui vim fluminis refringeret, atque hostibus primo adspectu perturbatis, incolumen exercitum transduxit: frumentumque in agris et pecoris copiam

rint Caesarem excludere Prouincia, h. e. ea parte Galliae, quae dicitur Prouincia, (nam haec semper est in his libris Prouincia) cum Caesar tunc non fuerit prope Prouinciam, nec eo contenderit: Aeduos enim tunc aggressus est. Tertio, *excludere* bis positum h. l. ferri non potest: quod ii senserunt, qui pro *excludere* posteriore loco scripserunt *expellere*, vt in codd. quibusdam legitur. Quarto, inopia frumenti Caesarem non exclusissent Prouincia; sed eo se recipere coegissent. cf. cap. 59. Igitur cum aliquis lector, non satis attentus, explicare vellet verba Caesaris, *re frumentaria*: adscripsit margini, *inopia coactos*, quasi sensus esset, per rem frumentariam, per eius inopiam. Cum deinde vellet ostendere, vnde excludere voluerint, addidit, *e Prouincia*. His immissis in contextum verborum, duplicatum est *excludere*, additumque est *aut*. Ceterum vt plerique codd. *ab re frum.* habent, sic alii omittunt *ab*, vnus *aut* pro eo posuit, quae omnia sunt adsuta. Sed vtatur per me quisque suo sensu. *M.* »Plane mihi videtur rem acu tetigisse Morus; itaque verba intrusa vncis inclusi. Dauisius contra volebat: *si ab re frumentaria Romanos excludere et adductos inopia in Prouinciam repellere possent.*

id nemo tunc. In codd. legitur vel, *vt nemo tunc quidem*; vel, *et ne metu quidem*; vel, *id ne metu quidem*. Leuissima mutatione legerim, *id nemo tunc qu. fac. exist.* *M.* Sic sensus sanus procedit. Oud.

nactus, repleto iis rebus exercitu, iter in Senonas facere instituit.

57. Dum haec apud Caesarem geruntur, Labienus eo subplemento, quod nuper ex Italia venerat, relicto Agendici, vt esset inpedimentis praesidio, cum quatuor legionibus Lutetiam proficiscitur. Id est oppidum Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanae. Cuius aduentu ab hostibus cognito, magnae ex finitumis ciuitatibus copiae conuenerunt. Summa imperii transditur Camulogeno Aulerco, qui, prope confectus aetate, tamen propter singularem scientiam rei militaris ad eum est honorem euocatus. Is quum animum aduertisset, perpetuam esse paludem, quae influeret in Sequanam atque illum omnem locum magnopere inpediret, hic consedit nostrosque transitu prohibere instituit.

58. Labienus primo vineas agere, cratibus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur. Postquam id difficilius confieri animaduertit, silentio e castris tertia vigilia egressus, eodem, quo venerat,

e coniectura Ciacconii dederat, *vt nemo non tam quidem.*

quum infamia. Legendum vel inuitis MSS. cum R. Stephano: *quum quod infamia —*. *M.*

abiuncto, Oud. *Agendico.* Secutus scilicet coniecturam non necessariam Ciacconii, quae vno codice nititur, in quo *Agedincum Labieno* exstat. Sed vid. ad cap. 57. Legendum est, vt et Dauisius vidit, e codd. plerisque et edd. ant.: *quod abiuncto* (ἀποχωρισθέντι, ab se remoto) *Labieno — timebat.* Et sic metaphr. Gr. *ἀπόντι Λαβιηνῷ δεδιώς.* Si qui codd. habent *adiuncto*, id quis non videt detortum esse ex *abiuncto?* Reliquae varietates, *adiecto L.* aut *a Labieno*, aut *ad Labienum* ne annotari quidem merentur. Vulgo *adiungi* in edd. receptum est. *M.* Morus lectionem Oud. in textu seruarat; reiicienda erat, reieci. Vide notata ad cap. seq.

atque iis legionibus. Cf. c. 34. vbi quatuor legiones in Senones Parisiosque ducendae Labieno datae dicuntur. *M.*

timebat. Sic omnes codd. Ergo vulgatum, *cupiebat*, est ex emendatione recentiorum, vt paulo ante *adiungi*. *M.*

subplemento relicto Agendici. Ergo Caesar, ad Ligerim versans, nesciebat, Labienum, ab eo remotum, reliquisse Agendici copiarum partem; neque adeo potuit Agendico timere, vt Ciacconius c. 56 legi voluit. *M.*

animum aduertisset. alii *aduertisset.*

itinere Melodunum peruenit. Id eſt oppidum Senonum, in inſula Sequanae poſitum, vt paullo ante Lutetiam diximus. Deprehenſis nauibus circiter L celeriterque coniunctis, atque eo militibus inpoſitis, et rei nouitate perterritis oppidanis, quorum magna pars erat ad bellum euocata, ſine contentione oppido potitur. Refecto ponte, quem ſuperioribus diebus hoſtes reſciderant, exercitum transducit et ſecundo flumine ad Lutetiam iter facere coepit. Hoſtes, re cognita ab iis, qui a Meloduno profugerant, Lutetiam incendunt pontesque eius oppidi reſcindi iubent: ipſi profecti a palude, in ripis Sequanae, e regione Lutetiae, contra Labieni caſtra conſidunt.

59. Iam Caeſar a Gergouia diſceſſiſſe audiebatur; iam de Aeduorum defectione et ſecundo Galliae motu rumores adferebantur, Gallique in conloquiis, interclusum itinere et Ligeri Caeſarem, inopia frumenti coactum, in Prouinciam contendiſſe confirmabant. Bellouaci autem, defectione Aeduorum cognita, qui ante erant per ſe infideles, manus cogere atque aperte bellum parare coeperunt. Tum Labienus, tanta rerum commutatione, longe aliud ſibi capiendum conſilium, atque antea ſenſerat, intellegebat: neque iam, vt aliquid adquireret, proelioque hoſtes laceſſeret; ſed vt incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogitabat. Namque altera ex parte Bellouaci, quae ciuitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis, inſtabant; alteram Camulogenus parato atque inſtructo exercitu tenebat; tum legiones, a praeſidio

Melodunum. Sic codd. omnes. Scaligerum, qui *Metioſedum* legi voluit, inprobauit Cellarius ad h. l. et in opere geographico T. 1. l. 2, 2. *M.* Scil. *Melodunum* erat ſupra Lutetiam in Senonibus; *Metioſedum* infra in Pariſiis. Vide not. ad c. 61.

inpoſitis. alii *iniectis.*

incendunt. alii *incendi.*

profecti a palude. Ciacconius ingenioſe dabat *protecti.*

motu ſecundo, qui praeſpere ſucceſſerat. Monuit Hotomannus. *M.*

itinere et Ligeri, tranſitu Ligeris. *M.*

qui ante erant. alii *quia an-*

atque impedimentis interclusas, maximum flumen distinebat. Tantis subito difficultatibus obiectis, ab animi virtute auxilium petendum videbat.

60. Itaque sub vesperum consilio conuocato, cohortatus, vt ea, quae imperasset, diligenter industrieque administrarent, naues, quas a Meloduno deduxerat, singulas equitibus Romanis adtribuit et, prima confecta vigilia, quatuor milia passuum secundo flumine progredi silentio ibique se exspectari iubet. Quinque cohortes, quas minime firmas ad dimicandum esse existimabat, castris praesidio relinquit: quinque eiusdem legionis reliquas de media nocte cum omnibus impedimentis aduerso flumine magno tumultu proficisci imperat. Conquirit etiam lintres: has, magno sonitu remorum incitatas, in eamdem partem mittit. Ipse post paullo, silentio egressus, cum tribus legionibus eum locum petit, quo naues adpelli iusserat.

61. Eo quum esset ventum, exploratores hostium, vt omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes, quod magna subito erat coorta tempestas, ab nostris obprimuntur: exercitus equitatusque, equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio praefecerat, celeriter transmittitur. Vno fere tempore sub lucem hostibus nunciatur, in castris Romanorum praeter consuetudinem tumultuari et magnum ire agmen adverso flumine, sonitumque remorum in eadem parte exaudiri et paullo infra milites nauibus transportari. Quibus rebus auditis, quod existimabant tribus locis

te, vnde Heinsius coniicit *qui iam ante.*

consilio. male alii *concilio.*

se exspectari. Clarke vult *exspectare.* Non opus.

exercitus (pedites) *equitatusque. M.* Sic *exercitus* pro *peditatu* etiam C. 3, 58. Sic fere et Silius 13, 308. Simili modo *milites* obponuntur equitibus 5, 10. C. 2, 41. itemque *homines* C. 2, 39.

tumultuari. passiue, vt alia deponentia. V. Perizon. ad Sanct. 3, 12. p. 518.

in eadem parte. alii *in eandem partem.*

transire legiones, atque omnes, perturbatos defectione Aeduorum, fugam parare, ſuas quoque copias in tris partes distribuerunt. Nam, et praeſidio e regione caſtrorum relicto, et parua manu Metioſedum verſus miſſa, quae tantum progrederetur, quantum naues proceſſiſſent, reliquas copias contra Labienum duxerunt.

62. Prima luce et noſtri omnes erant transportati et hoſtium acies cernebatur. Labienus, milites cohortatus, *vt ſuae priſtinae virtutis et tot ſecundiſſimorum proeliorum memoriam retinerent, atque ipſum Caeſarem, cuius ductu ſaepenumero hoſtes ſuperaſſent, praeſentem adeſſe exiſtimarent,* dat ſignum proelii. Primo concurſu ab dextro cornu, vbi ſeptima legio conſtiterat, hoſtes pelluntur atque in fugam coniiciuntur: ab ſiniſtro, quem locum duodecima legio tenebat, quum primi ordines hoſtium transfixi pilis concidiſſent, tamen acerrime reliqui reſiſtebant, nec dabat ſuſpicionem fugae quisquam. Ipſe dux hoſtium Camulogenus ſuis aderat atque eos cohortabatur. At, incerto etiam nunc exitu victoriae, quum ſeptimae legionis tribunis eſſet nunciatum, quae in ſiniſtro cornu gererentur, poſt tergum hoſtium legionem oſtenderunt ſignaque intulerunt. Ne eo quidem tempore quisquam loco ceſſit, ſed circumuenti omnes interfectique ſunt. Eamdem fortunam tulit Camulogenus. At ii, qui praeſidio contra caſtra Labieni erant relicti, quum proelium com-

Metioſedum. Videtur eſſe *Meudon* infra Lutetiam. Male alii pro oppido *Corbeil* habent. Discedit hic a Valeſio et ſequacibus D'Anville in Not. de la Gaule p. 456. vbi *Metioſedum* non a *Meloduno* diuerſum arbitratur, nec de loco infra Lutetiam ſito hic agi. Cardo rei vertitur in quaeſtione, de iisne nauibus hic ſit ſermo, quae ſecundo, an quae aduerſo flumine erant progreſſae; prius mihi videtur potius, quia parua manus iis obponitur. Cf. Cellarius G. A. 2, 2. §. 74. Le Beuf (in opere citat. ad cap. 11.) T. I. p. 159. quaerit *Metioſedum* in loco dicto *Ioſay* paullo ſupra Lutetiam, qui nomen ceperit ex *Ioſedum* per diminutionem nominis antiqui. Id ipſum iam

missum audissent, subsidio suis ierunt collemque ceperunt, neque nostrorum militum victorum inpetum sustinere potuerunt. Sic, cum suis fugientibus permixti, quos non siluae montesque texerunt, ab equitatu sunt interfecti. Hoc negotio confecto, Labienus reuertitur Agendicum, vbi inpedimenta totius exercitus relicta erant: inde cum omnibus copiis ad Caesarem peruenit.

63. Defectione Aeduorum cognita, bellum augetur. Legationes in omnes partes circummittuntur: quantum gratia, auctoritate, pecunia valent, ad sollicitandas ciuitates nituntur. Nacti obsides, quos Caesar apud eos deposuerat, horum subplicio dubitantes territant. Petunt a Vercingetorige Aedui, ad se veniat rationesque belli gerendi communicet. Re inpetrata contendunt, vt ipsis summa imperii transdatur; et, re in controuersiam deducta, totius Galliae concilium Bibracte indicitur. Eodem conueniunt vndique frequentes. Multitudinis suffragiis res permittitur: ad vnum omnes Vercingetorigem probant Imperatorem. Ab hoc concilio Remi, Lingones, Treviri afuerunt: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur; Treuiri, quod aberant longius et ab Germanis premebantur: quae fuit caussa, quare toto abessent bello et neutris auxilia mitterent. Magno dolore Aedui ferunt, se deiectos principatu; queruntur fortunae commutationem et Caesaris in se indulgentiam requirunt; neque tamen, suscepto bello,

Glareano placuerat in notis ad h. l.

cernebatur. alii *cernebantur.*

retinerent. alii *tenerent.*

praesentem. In aliis hoc deest.

contra castra Lab. e regione castrorum. vid. cap. 61 extr. *M.* Sic C. 1, 56. *contra Massiliam.* H. 27. *contra Pompeium*, vt heic alii *contra Labienum.*

nostrorum militum victorum. Cod. Voss. *nostrorum vultum victorumque inpetum.*

Nacti obsides. v. c. 55. *M.*

ad se veniat. alii *vt ad se.*

afuerunt. Respice ad 1, 36.

requirunt, desiderant, amissam sentiunt. *Clarkius.* Sic et Cic. pro Mil. 1.

fuum consilium ab reliquis feparare audent. Inuiti, fummae fpei adolefcentes, Eporedirix et Virdumarus, Vercingetorigi parent.

64. Ille imperat reliquis ciuitatibus obfides: denique ei rei conftituit diem: huc omnes equites, XV milia numero, celeriter conuenire iubet: peditatu, quem ante habuerit, fe fore contentum dicit, neque fortunam tentaturum, aut in acie dimicaturum; fed, quoniam abundet equitatu, perfacile effe factu, frumentationibus pabulationibusque Romanos prohibere: aequo modo animo fua ipfi frumenta corrumpant aedificiaque incendant, qua rei familiaris iactura perpetuum imperium libertatemque fe confequi videant. His conftitutis rebus, Aeduis Segufianisque, qui funt finitumi Prouinciae, X milia peditum imperat: huc addit equites DCCC. His praeficit fratrem Eporedirigis bellumque inferre Allobrogibus iubet. Altera ex parte Gabalos proximosque pagos Aruernorum in Heluios, item Rutenos Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit. Nihilo minus clandeftinis nunciis legationibusque Allobrogas follicitat, quorum mentes nondum ab fuperiore bello refediffe fperabat. Horum Principibus pecunias, ciuitati autem imperium totius prouinciae pollicetur.

65. Ad hos omnes cafus prouifa erant praefidia cohortium duarum et viginti, quae ex ipfa coacta prouincia ab L. Caefare Legato ad omnes partes opponebantur. Heluii, fua fponte cum finitumis proe-

denique. v. Ind. *M.*

XV mil. Epexegefis. al. *milium.* Sed v. 1, 49. vbi fimilis conftructio.

aut in acie. alii *neque acie.* contra codd. et edd. vet.

fe confequi. In aliis *fe* abeft.

finit. Prouinc. Romanae. Male ergo intruditur heic *ei* vel *eius.*

Volcarum Arecom. vid. ad 6, 24. *M.* In ed Amft. male legitur *ac Rhemorum.*

Nihilo minus. Praemittitur vulgo *Hic.* perperam.

Allobrogas. alii *Allobroges.*

ab fuperiore bello. Cf. 1, 6. *Hotomannus.*

refediffe. al. *refidiffe.* Sic et ed. Mediol. 1478. Metaphora ab exftincta flamma.

fuos tuentur. In edd. quibusdam reperi, *fuos fines t.* Sic

lio congressi, pelluntur et, C. Valerio Donotauro, Caburi filio, Principe ciuitatis compluribusque aliis interfectis, intra oppida murosque compelluntur. Allobroges, crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis, magna cum cura et diligentia suos tuentur. Caesar, quod hostes equitatu superiores esse intellegebat et, interclusis omnibus itineribus, nulla re ex Prouincia atque Italia subleuari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ciuitates, quas superioribus annis pacauerat, equitesque ab his arcessit et leuis armaturae pedites, qui inter eos proeliari consueuerant. Eorum aduentu, quod minus idoneis equis vtebantur, a Tribunis militum reliquisque, sed et Equitibus Romanis atque euocatis, equos sumit Germanisque distribuit.

66. Interea, dum haec geruntur, hostium copiae ex Aruernis equitesque, qui toti Galliae erant imperati, conueniunt. Magno horum coacto numero, quum Caesar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quo facilius subsidium Prouinciae ferri posset, circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: conuocatisque ad concilium praefectis equitum, *venisse tempus victoriae demonstrat: fugere in Prouinciam Romanos Galliaque excedere: id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici: maioribus enim coactis copiis reuersuros, neque finem belli facturos. Proinde in agmine inpeditos adoriantur. Si pe-*

et metaphr. Graec. τὴν σφῶν χώραν διαφυλάττουσι. *M.*

pedites, qui — consueuerant. Cf. 1, 48. *M.*

a Trib. mil. — Romanis. Equites h. l. non sunt ii milites, qui peditibus opponi solent; sed ciues ordinis equestris, quales c. 60 init. intelliguntur. Verba *sed et* dubia sunt: nam vel *sed* deest; vel *sederet* pro *sed et* legitur; vel *sed et equ. Rom.* penitus deest. Si absint verba, *sed et*, nemo desideret. De euocatis v. Ind. *M.*

toti Galliae. alii *tota Gallia*, i. e. per totam Galliam.

ad concilium. Recte sic, non *consilium.*

in agmine. Sic Andin. et Oxon. Vulgo *agmine.*

si pedites suis. alii *rebus suis.* *inpedimentis suis.*

dites suis auxilium ferant atque in eo morentur, iter confici non posse; si, id quod magis futurum confidat, relictis inpedimentis, suae saluti consulant, et vsu rerum necessariarum et dignitate spoliatum iri. Nam de equitibus hostium, quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ne ipsos quidem debere dubitare. Id quo maiore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturum et terrori hostibus futurum. Conclamant equites, *sanctissimo iureiurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad vxorem aditum habeat, qui non bis per agmen hostium perequitarit.*

67. Probata re atque omnibus ad iusiurandum adactis, postero die in tris partes distributo equitatu, duae se acies ab duobus lateribus ostendunt: vna a primo agmine iter inpedire coepit. Qua re nunciata, Caesar suum quoque equitatum, tripartito diuisum, contra hostem ire iubet. Pugnatur vna tunc omnibus in partibus: consistit agmen: inpedimenta inter legiones recipiuntur. Si qua in parte nostri laborare aut grauius premi videbantur, eo signa inferri Caesar aciemque conuerti iubebat: quae res et hostes ad insequendum tardabat et nostros spe auxilii confirmabat. Tandem Germani ab dextro la-

iter confici. alii *facere*,

bis per agmen. Τὸ *bis* in quibusdam deest. Graecus habet.

ad iusiurandum adactis. In aliis praepositio deest, vt C. 1, 76. et 2, 18.

aciemque conuerti. alii *constitui*.

Cotus. Cf. c. 33. *M.*

Eporedirix. Eius, de quo sermo c. 54. pater vel auus.

vt pro castris. i. e. eo ordine, quo.

Alesiam. Si codd. vet. bene. Dicta quippe ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν (τοῦ Ἡρακλέους) ἄλης, teste Diod. Sic. 4, 19. Polyaenus 8, 23, 11. Ἀλησίαν vocat. Vulgo *Alexia* dicta. Restituit verum nomen Casaubonus in Strabone L. 4. p. 291. et Vossius in Velleio 2, 47. Ceterum medio aeuo librariis literas *s* et *x* permutare solemne fuit.

circiter tribus milibus. Celsus *decem milibus.*

quod equitatu etc. alii *quod equitatus, qua maxima parte — erat pulsus* vel *quod equitatu, quo maxima parte ex. confidebant, erant pulsi.*

tere, summum iugum nacti, hostes loco depellunt; fugientes vsque ad flumen, vbi Vercingetorix cum pedestribus copiis consederat, persequuntur complu- resque interficiunt. Qua re animaduersa, reliqui, ne circumuenirentur, veriti, se fugae mandant. Omnibus locis fit caedes: tres nobilissimi Aedui capti ad Caesarem perducuntur: Cotus, praefectus equitum, qui controuersiam cum Conuictolitane proximis comitiis habuerat; et Cauarillus, qui post defectionem Litauici pedestribus copiis praefuerat; et Eporedirix, quo duce ante aduentum Caesaris Aedui cum Sequanis bello contenderant.

68. Fugato omni equitatu, Vercingetorix copias suas, vt pro castris conlocauerat, reduxit; protinusque Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter facere coepit; celeriterque inpedimenta ex castris educi et se subsequi iussit. Caesar, inpedimentis in proximum collem deductis, duabusque legionibus praesidio relictis, secutus, quantum diei tempus est passum, circiter tribus milibus hostium ex nouissimo agmine interfectis, altero die ad Alesiam castra fecit. Perspecto vrbis situ, perterritisque hostibus, quod equitatu, qua maxime parte exercitus confidebant, erant pulsi, adhortatus ad laborem milites, Alesiam circumuallare instituit.

Alesiam circumu. instit. De hoc loco, quem equidem propter rei militaris ignorationem non satis intelligo, neque explicare audeo, exstant duae disputationes doctissimi militis, Guischardi, seu Quinti Icilii (Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains. T. 1. p. 282, vbi suis verbis suoque modo hanc omnem Caesaris narrationem repetiit. Item Mémoires sur plusieurs points d'antiquités militaires. T. 4. p. 131. vbi plura subtilius et vberius explicat). In altero libro etiam tabula est, obsidionis adumbrationem exhibens: vnde vel periti, vel diligentius rem cognoscere et cum Folardi disquisitionibus comparare volentes, plura haurire poterunt. Etiam Lipsius (Poliorc. 2, 2) locum hunc persecutus est. Rem omnem Plutarchus (in Caes. c. 27) breuiter narrauit. Orosium (6, 11) conferre, vix operae pretium est: nec prodest multum Iulius Celsus (p. 153). Nec locus Dionis Cassii (40, 39. 40) ad rem intelligendam sufficit, nisi Caesaris narratio fuerit ad manus. *M.*

69. *Ipsum erat oppidum in colle summo, admodum edito loco, vt, nisi obsidione, expugnari posse non videretur. Cuius collis radices duo duabus ex partibus flumina subluebant. Ante id oppidum planities circiter milia passuum III in longitudinem patebat: reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interiecto spatio, pari altitudinis fastigio, oppidum cingebant.* Sub muro, quae pars collis ad orientem solem spectabat, hunc omnem locum copiae Gallorum compleuerant fossamque et maceriam sex in altitudinem pedum praeduxerant. Eius munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus XI milium passuum tenebat. Castra obportunis locis erant posita ibique castella XXIII facta; quibus in castellis interdiu stationes disponebantur, ne qua subito eruptio fieret: haec eadem noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur.

70. Opere instituto, fit equestre proelium in ea planitie, quam intermissam collibus III milia passuum in longitudinem patere, supra demonstrauimus. Summa vi ab vtrisque contenditur. Laborantibus nostris Caesar Germanos submittit legionesque pro castris constituit, ne qua subito inruptio ab hostium peditatu fiat. Praesidio legionum addito, nostris animus augetur: hostes, in fugam coniecti, se ipsi multitudine inpediunt atque angustioribus portis relictis coartantur. Tum Germani acrius vsque ad munitiones

duo flumina, Lutosa et Osera. *M.*

ad orientem solem. Ex codd. et edd. Dauisius restituit *solem*, quod vulgo omissum.

castella XXIII. César établit vingt et trois redoutes placées de distance en distance autour de la montagne que les troupes de Vercingetorix avoient occupée. Guischardus (T. 4. p. 137. et Défense des Mém. milit. p. 495). Conf. de B. Ciu. 3, 43. *M.*

nequa sub. eruptio f. Vulgo *inruptio.* Restituit locum Dauisius e codd. et edd. vet.

intermissam collibus, mediam inter colles, vacuam colle, non tectam colle aliquo. Cf. c. 17. *M.*

III milia pass. alii *milium*, scil. spatium.

in longitudinem. Desunt haec in codd. nonnullis.

angust. portis relictis, quia

ſequuntur. Fit magna caedes: nonnulli, relictis equis, foſſam transire et maceriam transſcendere conantur. Paullum legiones Caeſar, quas pro vallo conſtituerat, promoueri iubet. Non minus, qui intra munitiones erant, Galli perturbantur; veniri ad ſe confeſtim exiſtimantes, ad arma conclamant; nonnulli perterriti in oppidum inrumpunt. Vercingetorix portas iubet claudi, ne caſtra nudentur. Multis interfectis, compluribus equis captis, Germani ſeſe recipiunt.

71. Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, conſilium capit, omnem ab ſe equitatum noctu dimittere. Discedentibus mandat, *vt ſuam quisque eorum ciuitatem adeat, omnesque, qui per aetatem arma ferre poſſint, ad bellum cogant; ſua in illos merita proponit, obteſtaturque, vt ſuae ſalutis rationem habeant, neu ſe, de communi libertate optime meritum, hoſtibus in cruciatum dedant: quod ſi indiligentiores fuerint, milia hominum delecta LXXX vna ſecum interitura demonſtrat; ratione inita, frumentum ſe exigue dierum XXX habere, ſed paullo etiam longius tolerare poſſe parcendo.* His datis mandatis, qua erat noſtrum opus intermiſſum, ſecunda vigilia ſilentio equitatum dimittit; frumentum omne ad ſe referri iubet; capitis poenam iis, qui non paruerint, conſtituit: pecus, cuius magna erat ab Mandubiis com-

non niſi portae anguſtae *reliquae* erant, per quas intrarent. Sic expoſuit Oudendorpius. Qui *relictum* putarunt eſſe *deſertum*, hi tollere voluerunt *relictis*, etſi codd. omnes habent. *M.* Maiores portae *foſſa* et maceria obſtructae fuiſſe videntur.

coartantur. Al. *coaceruantur*, quae eſt interpretatio. *M.*

veniri ad ſe. Sic Phaedrus 1, 21.

conſilium — dimittere. Sic Nepos Hannib. 15. *tempus facere finem.* Vide et infra 8, 44.

quod ſi indiligentiores. Vulgo *qui ſi.* Vet. edd. *intelligentiores.* peſſime.

ratione inita, frumentum. Malit Oud. *frumenti ratione inita.* Parum intereſt.

qua erat n. op. intermiſſum, vbi nondum erat aliqua munitio noſtra: nondum enim eam perfecerant Romani. *M.*

referri. alii *ferri.*

pulsa copia, viritim distribuit; frumentum parce et paullatim metiri instituit; copias omnes, quas pro oppido conlocauerat, in oppidum recipit. His rationibus auxilia Galliae exspectare et bellum administrare parat.

72. Quibus rebus ex perfugis et captiuis cognitis, Caesar haec genera munitionis instituit. *Fossam pedum XX directis lateribus duxit, vt eius fossae solum tantumdem pateret, quantum summa labra distabant. Reliquas omnes munitiones ab ea fossa passus CD reduxit: id hoc consilio, (quoniam tantum esset necessario spatium complexus; nec facile totum corpus corona militum cingeretur,) ne de inprouiso aut noctu ad munitiones hostium multitudo aduolaret; aut interdiu tela in nostros, operi destinatos, coniicere possent. Hoc intermisso spatio, duas fossas, XV pedes latas, eadem altitudine perduxit: quarum interiorem, campestribus ac de-*

Fossam pedum XX. Vide notata ad 2, 5.

vt eius fossae solum. Sic codd. Vulgo *fossae* deest.

summa labra. alii *summa fossae labra.* Victorius Var. L. 24, 17. vtroque loco repeti iubet *fossae*, idque ex more Caesaris.

reduxit, romotas esse, distare voluit, ita instituit, vt distarent. De difficultate numeri, *pedes CD*, disputat Guischardus p. 143 seqq. vultque legi, *passus CD. M.* Recte omnino, nam et Graecus ponit *tria stadia*, quae conficiunt passus 375. et quae sequuntur, huic lectioni fauent. Nullus ergo dubito reponere *passus*. Opera haec Caesaris inpense laudat Velleius 2, 47.

hoc consilio. Rem optime illustrauit Guischardus T. 4. p. 144. *Ce fossé perdu ne pouvoit avoir pour objet que de vormer autour du poste de l'ennemi une enceinte moins grande et moins difficile à garder que celle de la ligne* (munitio XI milium passuum), *et de procurer aux soldats la liberté de travailler derrière cette enceinte, sans avoir à tout moment à craindre les traits et les sorties des Gaulois. M.*

quoniam — corona cingeretur, quoniam necesse fuisset, tanti ambitus munitionem instituere, scilicet XI milium passuum (v. c. 69), nec posset tamen hoc totum opus, haec tota munitio, militum praesidiis vbique, circumcirca, obtineri. *M.* Pro *corona cingere* dicitur alias *coronare*. Vide Statium Theb. 2, 526.

corpus. Munitio nullo modo dici potest *corpus*, etsi codd. quidam hoc verbum habent. Ergo ex aliis codd. recte receperunt alii editores *opus. M.* Sed inuitis codd. et edd. vet. Itaque Oud. restituit *corpus*, quod

missis locis, aqua ex flumine deriuata compleuit. Post eas aggerem ac vallum XII pedum exstruxit; huic loricam pinnasque adiecit, grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris, qui adscensum hostium tardarent; et turres toto opere circumdedit, quae pedes LXXX inter se distarent.

73. Erat eodem tempore et materiari et frumentari et tantas munitiones fieri necesse, deminutis nostris copiis, quae longius ab castris progrediebantur: ac nonnumquam opera nostra Galli tentare atque eruptionem ex oppido pluribus portis summa vi facere conabantur. Quare ad haec rursus opera addendum Caesar putauit, quo minore numero militum munitiones defendi possent. *Itaque truncis arborum aut admodum firmis ramis abscisis, atque horum delibratis ac praeacutis cacuminibus, perpetuae fossae, quinos pedes altae, ducebantur. Huc*

saepe denotat omne id, quod ex plurimis membris in vnum coaluit; sic de re publica, de exercitu, de libris dicitur. Cf. Victorius l. c.

duas fossas. Ces deux fossés bordoient les remparts de l'une et de l'autre ligne. Guischardus (T. 4. p. 153). Sed fortasse nondum satis confectum est, vbi potissimum et quales fuerint hae duae fossae. *M.* Ea de re maxime certarunt Guischard et Lo-Looz. huius vltimum scriptum prodiit 8. Bouillon 1776.

lorica et *plutei* h. l. eamdem rem exprimunt, vt Vossius ad h. l. et Guischardus p. 160. monuerunt. Cf. Ind. in *pluteus.* *M.*

pinnas. vid. ad 5, 40. *M.*

cerui, stipites s. trunci furcati, quos Gesnerus in Thes. L. L. non male confert cum eo inpedimento, quod hostium inpetum retardat, et a nostris dicitur *spanische Reuter.* vid. ad Liu. 44, 11. Scriptores laudauit Broukhus. ad Tibull. 4, 1, 84. quem et ipsum Gesnerus iam contulit. Explicatio Guischardi (T. 4. pag. 160) haec est: *Une fraise de palissades avec leurs branches taillées en pointes semblables aux bois de cerf.* *M.*

eodem tempore. alii *vno.*

erat — fieri necesse. Τὸ *necesse* deest in quibusdam codd. sic et alibi. Vid. Gronouii Obseru. 4, 8.

deminutis n. cop. vt adeo deminuerentur copiae. *M.*

aut adm. firmis. Editiones quaedam *haud:* sic et Graecus ἀσθενεστέρους κλάδους.

abscisis. Sic codd. vet. non *abscissis.* Cf. Voss. analog. 3, 26. p. 97.

dolabratis. Codd. optimi habent *delibratis*, i. e. cortice nudatis: et sic in Gr. metaphr. ἀποξέσας. Veteres non tam dixerunt *dolabrare*, quam *dola-*

illi stipites demissi et ab infimo reuincti, ne reuelli possent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines, coniuncti inter se atque implicati; quo qui intrauerant, se ipsi acutissimis vallis induebant. Hos cippos adpellabant. Ante hos, obliquis ordinibus in quincuncem dispositos, scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim angustiore ad infimum fastigio. Huc teretes stipites, feminis crassitudine, ab summo praeacuti et praeusti, demittebantur ita, vt non amplius digitis quatuor ex terra eminerent: simul, confirmandi et stabiliendi caussa, singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur: reliqua pars scrobis ad occultandas insidias viminibus ac virgultis integebatur. Huius generis octoni ordines ducti, ternos inter se pedes distabant. Id ex similitudine floris lilium adpellabant. Ante haec taleae, pedem longae, ferreis hamis infixis, totae in terram insodiebantur, me-

re, cum voluerunt exprimere, aliquid dolabra aptare. Sic Oudendorp. de h. l. iudicauit. *M.* Et in editione posteriore edidit. bene. sequor.

ab ramis eminebant, ea parte tenus, qua rami enati erant, tegebantur, ab ea inde parte eminebant. *M.*

se ipsi — induebant. Sic et cap. 82. Graecismus. Graec. etiam ἑαυτοὺς — ἐνέδυον.

vallis. Hi valli sunt ipsi illi trunci et rami praeacuti. De cippo et quincunce vid. Ind. *M.*

paullatim — fastigio, extremitas scrobis infima erat angustior, quam summitas s. summus margo. Ergo fastigium est extremitas infima. Oudendorpius iam contulit Virg. Georg. 2, 288, *forsitan et scrobibus quae sint fastigia, quaeras.* et monuit, lectionem alteram, *ad summum* pro *ad infimum*, esse a correctione eorum, qui fastigium putarint non nisi de extremitate summa dici. *M.*

feminis crass. Sic bene. Alii *femoris. femis. semissis.*

singuli — exculcabantur, in singulis scrobibus singuli pedes, s. spatium vnius pedis, terra calcata replebatur. Ergo vna pars scrobis terra plena erat; reliqua, vt sequitur, virgultis integebatur. Sic intellexerunt Glareanus ad h. l. qui breuiter et perspicue exposuit, item Lipsius (Poliorc. 2, 2), et Oudendorpius. Quodsi non totus scrobs terra plenus fuit, falsa est codd. quorundam lectio, *singuli* (sc. stipites) *ab infimo solo pedes tres* (altitudine trium pedum) *terra exculcabantur:* nam totus scrobs fuit tres pedes altus; sed non totus fuit plenus terra. Ceterum sunt et aliae varietates, quae locum interpolatum esse arguant. An *exculcare* alibi sit calcando replere, dubito. Locus est incertae lectionis. *M.*

diocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur, quos stimulos nominabant.

74. His rebus perfectis, regiones secutus quam potuit aequissimas pro loci natura, XIIII milia passuum complexus, pares eiusdem generis munitiones, diuersas ab his, contra exteriorem hostem perfecit, vt ne magna quidem multitudine, si ita accidat eius discessu, munitionum praesidia circumfundi possent: neu cum periculo ex castris egredi cogantur, dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes conuectum iubet.

75. Dum haec ad Alesiam geruntur, Galli, concilio principum indicto, non omnes, qui arma ferre possent, vt censuit Vercingetorix, conuocandos statuunt, sed certum numerum cuique ciuitati imperandum; ne, tanta multitudine confusa, nec moderari, nec discernere suos, nec frumentandi rationem habere possent. Imperant Aeduis atque eorum clienti-

stimulos. Cf. B. Afr. 31, *stili coeci.*

XIIII — complexus, in circuitu XIIII milium passuum. *M.*

pares munitiones perfecit. Guischardus T. 4. p. 162 intelligit aliam circumuallationem quatuordecim milium passuum, quae (relate ad eam, quam Caesar c. 69 descripsit, et vndecim milium passuum circuitu fuisse dixit, est exterior. Quae idem ille, accommodate ad rem militarem contra aduersarium suum disputat, ea non sunt harum notarum. Illud vnum quaeso, vt aliquis ad haec verba attendat: *munitiones pares*, et *eiusdem generis*, (sed fortasse hic est pleonasmus,) et *diuersae*, (quatenus?), et *diuersae ab his* (a quibus?). Hoc quid sit, quia non satis possum adsequi, nec probare nec inprobare audeo. Adieci versionem Guischardi: *Ce travail fini, il fit faire des ouvrages de la même espece du côté opposé contre l'ennemi du dehors.* Etiam Graec. metaphr. sic expressit: ὁμοίας τοῦ αὐτοῦ εἴδους ὀχυρώσεις, κατ' ἐναντία (ergo loco diuersae) ταῖς προτέραις (ergo ab his, quas ante descripserat, κατὰ τοῦ ἔξωθεν πολεμίου ἐποιήσατο. *M.*

exteriorem hostem. Intelligit eum equitatum, quem Vercingetorix castello dimiserat (c. 71), et copias, ab illo equitatu collectas, qui omnes ne mox aduentarent, verendum erat. *M.*

eius discessu, quia ille (hostis, s. equitatus) discesserat (e castello). Sic cepit Guischardus T. 4. p. 167, et in Mémoires militaires T. 1. p. 209. *M.*

egredi cogantur. Male vulgo *cogerentur.*

vt censuit Verting. vid. cap. 71. *M.*

nec frumentandi rationem. Sic bene Vrsinus e codd. Erat antea *frumenti rationem*, item *frumentationem.*

bus, Segusianis, Ambiuaretis, Aulercis Brannouicibus, [Brannouiis,] milia XXXV; parem numerum Aruernis, adiunctis Eleutheris Cadurcis, Gabalis, Velaunis, qui sub imperio Aruernorum esse consuerunt; Senonibus, Sequanis, Biturigibus, Santonis, Rutenis, Carnutibus duodena milia; Bellouacis X; totidem Lemouicibus; octona Pictonibus et Turonis et Parisiis et Heluiis; Suessionibus, Ambianis, Mediomatricis, Petrocoriis, Neruiis, Morinis, Nitiobrigibus quina milia; Aulercis Cenomanis totidem; Atrebatibus IV; Bellocassis, Lexouiis, Aulercis Eburonibus terna; Rauracis et Boiis XXX; vniuersis ciuitatibus, quae Oceanum adtingunt, quaeque eorum consuetudine Armoricae adpellantur, (quo sunt in numero Curiosolites, Rhedones, Ambibari, Caletes, Osismii, Lemouices, Veneti, Vnelli) sex. Ex his

Ambiuaretis. Diuersi sunt ab Ambiuaritis, supra 4, 9 commemoratis: variant etiam libri h. l. vt nec de lectione certissimus. *Cellarius.*

Aul. Brann. Brann. Haec omnia sunt incerta; nec constat, qui sint, nec vbi sint, nec, vtrum tres, an duo populi sint. *M.* D'Anville Not. de la Gaule p. 129. suspicatur esse populum situm in hod. *Briennois* ad Ligerim. Forsan τὸ *Brannouiis* e varietate lectionis irrepsit. Vncis inclusi.

Eleutheris Cadurcis. Cadurcos populum Galliae fuisse, certum est. vid. Strabo 4. p. 191. Si ergo horum pars fuerunt Eleutheri, iure quaerit Ritterus in hist. Gall. p. 30, vnde cognomen Graecum ἐλεύθεροι habuerint, et in quo eorum libertas fuerit. Existimat ergo, aut Eleutheros esse populum peculiarem, nobis ignotum, vitiata fortasse verbi scriptura (et variant codices): aut Eleutheros mutari posse in *Eleutheros*, h. e. peregrinos, qui aliunde venerint in ista loca; nititurque eo, quod in Celtica lingua *el* sit peregrinus, *elland* (*fremd Land*), extera terra, *ellenther*, extraneus. *M.* *Ἀίγρο*ι

Velaunis. Nec huius verbi scriptura satis certa est. Cf. Ritter l. l. p. 27. De Gabalis dixit p. 28 (cf. supra c. 7). De Rutenis p. 33. *M.* Strabo dicit *Οὐελλαύους*. Ptolem. *Οὐελαυνίους*. In symbolica manu apud Montefalconium in Antiq. explic. t. 3. pl. 197. legitur *ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΠΡΟΣ ΟΥΕΛΛΑΥΝΙΟΥΣ.*

duodena. Sic MSS. plerique, non *duodecim.* *Oudendorp.*

Heluiis. MSS. omnes corrupte *Heluetiis, Eluetiis.* Rursus profertur lectio *Heluiciis*, *Heleutheris*, *Eleutheris.* Vossius reposuit *Heluiis*, idque Oudend. in schedis Pulmanni reperit. *M.*

Suessionibus. Al. *Senonibus*, aperto vitio. Alii *Eleutheris Suessionibus*, inuita historia. Alii

Bellouaci suum numerum non contulerunt, quod se suo nomine atque arbitrio cum Romanis bellum gesturos dicerent, neque cuiusquam imperio obtemperaturos: rogati tamen ab Commio, pro eius hospitio bina milia miserunt.

76. Huius opera Commii, ita vt antea demonstrauimus, fideli atque vtili superioribus annis erat vsus in Britannia Caesar: quibus ille pro meritis ciuitatem eius inmunem esse iusserat, iura legesque reddiderat atque ipsi Morinos adtribuerat. Tanta tamen vniversae Galliae consensio fuit libertatis vindicandae, et pristinae belli laudis recuperandae, vt neque beneficiis, neque amicitiae memoria, mouerentur; omnesque et animo et opibus in id bellum incumberent, coactis equitum VIII milibus et peditum circiter CCXL. Haec in Aeduorum finibus recensebantur

Senonas hos seu Suessionas referunt ad superiorem periodum. *M*

Petrocorii incoluerunt eas terras, quae hodie dicuntur *Perigord*. Monuit Cellarius. Cetera vid. apud Ritterum in hist. Gall. p. 34. *M.*

Aulercis Genomanis. vid. ad 3, 17. *M.*

Bellocassis. Plerique hoc putant depravatum e *Velocassis*, qui 2, 4 et 8, 7 commemorantur. *M.*

Aul. Eburon. Cf. 3, 17. *M.*

Boiis XXX. Glareanus ad h. l. pro XXX legendum putat *bina*, vt summa, c. 76 indicata, constet. *M.*

Armoricae. v. ad 5, 53. *M.*

Caletos. Sic cod. Ortelii. Vossii *Caletos*, vt non sit dubium nomen. nec tamen D'Anville p. 192. audet reiicere nomen *Cadetum*, quod est in aliis, etsi, qui, quales fuerint, ignorare se profitetur.

Lemouices eum iam ante sint nominati, delent quidam hoc nomen: Valesius in notit. Galliae p. 269 putat, duos fuisse populos s. partes gentis Lemovicum. Haec Cellarius ad h. l. scripsit. Verbum *Veneti* a plerisque codd. abest h. l. *M.* Valesius in Not. Galliae dat *Leonenses*. D'Anville malit *Leonices* vel *Leonnices* (de S. Paul de Leon.) p. 409.

sex. Sic legendum esse, non autem *sena*, scilicet vt summa constet, vidit Glareanus, repetiitque Clarkius. *M.*

contulerunt. alii *compleuerunt*, vt C. 1, 25. sed heic non est eadem ratio, nondum enim numerus quis aderat.

id vt antea dem. Tò *ita* in aliis deest.

demonstrauimus. Conf. 4, 21. *M.*

quibus ille pro meritis. Vulgo *pro quibus meritis*.

coactis — CCXL. Hoc numero Glareanus nitebatur, cum

tur numerusque inibatur: praefecti constituebantur: Commio Atrebati, Virdumaro et Eporedirigi, Aeduis, Vergasillauno Aruerno, consobrino Vercingetorigis, summa imperii transditur. His delecti ex ciuitatibus adtribuuntur, quorum consilio bellum administraretur. Omnes alacres et fiduciae pleni ad Alesiam proficiscuntur: neque erat omnium quisquam, qui adspectum modo tantae multitudinis sustineri posse arbitraretur; praesertim ancipiti proelio, quum ex oppido eruptione pugnaretur, foris tantae copiae equitatus peditatusque cernerentur.

77. At ii, qui Alesiae obsidebantur, praeterita die, qua suorum auxilia exspectauerant, consumto omni frumento, inscii, quid in Aeduis gereretur, concilio coacto, de exitu fortunarum suarum consultabant. Apud quos variis dictis sententiis, quarum pars deditionem, pars, dum vires subpeterent, eruptionem censebant, non praetereunda videtur oratio Critognati, propter eius singularem ac nefariam crudelitatem. Hic, summo in Aruernis ortus loco et magnae habitus auctoritatis, *Nihil*, inquit, *de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam seruitutem deditionis nomine adpellant; neque hos*

locum capitis superioris diligentissime tractaret, et dissensum in illis numeris sic moderaretur, vt tandem singuli numeri summam h. l. traditam efficerent. Certe, vt vidi, omnes reliqui Glareanum secuti sunt. *M.* Summa a Glareano effecta facit CCXLIX milia. Codd. variant.

numerus inibatur. His verbis explicatur τὸ recensere. *M.*

praefecti. c. 83. duces. *M.*

constituebantur: Commio. Bene sic distinguitur. Male alii *constituebantur Commius Atrebas* etc.

Vergasillauno. O - Brien citatur ad I, 16. nomen dignitatis fuisse ostendit e lingua Celtica: *fear-go-saighlean*, vir ad vexillum, vexillarius, *banneret:*

ancipiti proelio, vndique, a fronte et a tergo. Sic et Curt. 3, 9, 7. Cf. et C. 3, 72.

Apud quos variis dictis. Sic boni codd. Vulgo *Ac variis dictis sententiis.*

ortus loco. Alii *natus.*

ad concilium. Gr. ἐκκλησίαν. Male alii *consilium.*

mollities. alii *mollitia.*

habendos ciuium loco, neque ad concilium adhibendos, censeo. Cum iis mihi res sit, qui eruptionem probant: quorum in consilio, omnium vestrum consensu, pristinae residere virtutis memoria videtur. Animi est ista mollities, non virtus, inopiam paullisper ferre non posse. Qui se vltro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. Atque ego hanc sententiam probarem, (nam apud me tantum dignitas potest,) si nullam, praeterquam vitae nostrae, iacturam fieri viderem; sed in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concitauimus. Quid, hominum milibus LXXX vno loco interfectis, propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis, si paene in ipsis cadaueribus proelio decertare cogentur? Nolite hos vestro auxilio exspoliare, qui vestrae salutis caussa suum periculum neglexerint; nec stultitia ac temeritate vestra, aut inbecillitate animi, omnem Galliam prosternere et perpetuae seruituti addicere. An, quod ad diem non venerunt, de eorum fide constantiaque dubitatis? Quid ergo? Romanos in illis vlterioribus munitionibus animine caussa quotidie exerceri

tantum dign. pot. E codd. receptum est *tantum*, pro vulg. *multum*. *M.*

concitauimus. Cod. Petau. *concitauimus.*

milibus LXXX. Tot millia secum habuit Vercingetorix. Cf. c. 71. *M.*

exspoliare. Sic Oud. e codd. Vulgo *spoliare*.

nec stultitia. Duplex negatio mere Graecorum, ni subaudias, *velitis.*

Quid ergo? — putatis? Cum cogito varias lectiones, puto sic legendum: *Quid* (pro, cur) *ergo Romanos in il. vlt. mun. quotidie exerceri putatis?* vt omnis sine distinctione cohaereant, et istud *animine caussa*, vt interpretamentum, tollatur. Nam in aliis codd. est: *Romanorum animos*, omisso deinde verbo *caussa*. In aliis est *animi caussa*, omisso *ne*. In aliis est lectio vulgata. Ergo est mera explicatio in his additamentis. *M.* Mihi vulgatum praeplacet, quod et exprimit Graecus interpres.

vlterioribus munitionibus. v cap. 74. *M.*

putatis? Si illorum nunciis confirmari non poteſtis, omni aditu praeſepto; iis vtimini teſtibus, adpropinquare eorum aduentum; cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere verſantur. Quid ergo mei conſilii eſt? Facere, quod noſtri maiores, nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque, fecerunt; qui in oppida compulſi, ac ſimili inopia ſubacti, eorum corporibus, qui aetate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerauerunt neque ſe hoſtibus transdiderunt. Cuius rei ſi exemplum non haberemus, tamen libertatis cauſſa inſtitui et poſteris prodi pulcherrimum iudicarem. Nam quid illi ſimile bello fuit? Depopulata Gallia, Cimbri, magnaque inlata calamitate, finibus quidem noſtris aliquando exceſſerunt atque alias terras petierunt; iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt: Romani vero quid petunt aliud, aut quid volunt, niſi inuidia adducti, quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt, horum in agris ciuitatibusque conſidere, atque his aeternam iniungere ſeruitutem? Neque enim vmquam alia conditione bella geſſerunt. Quod ſi ea, quae in longinquis nationibus geruntur, ignoratis: reſpicite finitumam Galliam, quae in prouinciam redacta, iure et legibus commutatis, ſecuribus ſubiecta, perpetua premitur ſeruitute.

78. Sententiis dictis, conſtituunt, vt, qui valetu-

iis vtimini. Leg. *his*, nam ad Romanos refertur. *M.*

cuius rei. Alii *qui huius rei.*

Facere, quod. Male olim diſtinguebant poſt *facere.*

corporibus vitam tolerauerunt, mactarunt infantes, et invtiles ad bellum, et ſic famem depulerunt. *M.*

Nam quid illi bello (a Cimbris inlato) *ſimile fuit* (cum his rebus, quibus nunc vtimur, cum his miſeriis, quibus nunc vexamur)? Hunc verborum ſenſum, paulo obſcuriorem, qui non animaduerterant, pro *illi bello,* quod in omnibus codd. legitur, poſuerunt *huic bello*, faciliore ſenſu: inter quos eſt metaphraſtes Graecus. *M.*

finibus quidem. Notat *quidem* profecto. Reſtituit particulam omiſſam vulgo Oud.

dine aut aetate inutiles sint bello, oppido excedant atque omnia prius experiantur, quam ad Critognati sententiam descendant: illo tamen potius vtendum consilio, si res cogat atque auxilia morentur, quam aut deditionis aut pacis subeundam conditionem. Mandubii, qui eos oppido receperant, cum liberis atque vxoribus exire coguntur. Hi, quum ad munitiones Romanorum accessissent, flentes omnibus precibus orabant, vt se, in seruitutem receptos, cibo iuuarent. At Caesar, dispositis in vallo custodiis, recipi prohibebat.

79. Interea Commius et reliqui duces, quibus summa imperii permissa erat, cum omnibus copiis ad Alesiam perueniunt et, colle exteriore occupato, non longius M passibus ab nostris munitionibus considunt. Postero die equitatu ex castris educto, omnem eam planitiem, quam in longitudinem III milia passuum patere demonstrauimus, complent pedestresque copias paullum ab eo loco abditas in locis superioribus constituunt. Erat ex oppido Alesia despectus in campum. Concurritur, his auxiliis visis: fit gratulatio inter eos atque omnium animi ad laetitiam excitantur. Itaque productis copiis ante oppidum considunt et proximam fossam cratibus integunt atque aggere explent seque ad eruptionem atque omnes casus comparant.

80. Caesar, omni exercitu ad vtramque partem

experiantur. Quidam codd. *expediantur.*

ad Crit. sent. desc. Etsi codd. omnes, praeter Oxon. et metaphr. Graecam, legunt, *a Crit. sententia discedant:* tamen falsa est haec lectio. Perturbata semel sententia, perturbata sunt porro verba, quae sequuntur: nam in multis codd. est: *illo tamen tempore vt.* — *M.*

Mandubii. Alesia Mandubiorum oppidum est. Conf. cap. 68. *M.*

dispositis custodiis. Abstractum pro concreto. Sic et 2, 29.

non longius M passibus. Sic plurimi codd. et edd. vet. quod probat Guischard. Vulgo legitur *D passibus.*

planitiem. Cf. c. 69. *M.*

abditas i. e. seiunctas, abstractas. nil ergo mutatione opus.

munitionum dispofito, vt, fi vfus veniat, fuum quisque locum teneat et nouerit, equitatum ex caftris educi et proelium committi iubet. Erat ex omnibus caftris, quae fummum vndique iugum tenebant, defpectus; atque omnium militum intenti animi pugnae prouentum exfpectabant. Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant, qui fuis cedentibus auxilio fuccurrerent et noftrorum equitum inpetus fustinerent. Ab his complures de improuifo vulnerati proelio excedebant. Quum fuos pugnae fuperiores effe Galli confiderent et noftros multitudine premi viderent, ex omnibus partibus et ii, qui munitionibus continebantur, et ii, qui ad auxilium conuenerant, clamore et vlulatu fuorum animos confirmabant. Quod in confpectu omnium res gerebatur, neque recte ac turpiter factum celari poterat: vtrosque et laudis cupiditas et timor ignominiae ad virtutem excitabant. Quum a meridie prope ad folis occafum dubia victoria pugnaretur, Germani vna in parte confertis turmis in hoftes inpetum fecerunt, eosque propulerunt: quibus in fugam coniectis, fagittarii circumuenti interfectique funt. Item ex reliquis partibus noftri, cedentes vsque ad caftra infecuti, fui conligendi facultatem non dederunt. At ii, qui ab Alefia proceflerant, moefti, prope victoria defperata, fe in oppidum receperunt.

81. Vno die intermiffo, Galli, atque hoc fpatio

omnium militum intenti animi. alii *omnes milites intenti pugnae.*

prouentum. Ita codd. Vid. Ind. *M.* Vulgo *euentum.* Cf. notata ad c. 29.

pugnae fuperiores. Sic boni codd. vt *acer animi, difciplinae clarus, animi victus.* Cf. Oud. Vulgo *pugna.*

campeftres munitiones funt eae, quas c. 74. defcripfit. In aequiore loco factae erant. *M.*

vallo deturbare. Scioppius fufp. lect. 2, 14. cum aliis mauult *perturbare*, *proturbare.*

adminiftrare. Codd. quidam et edd. vet. addunt *parant*, vt Caefar folet. Sed heic fermo eft de praefenti, non de futuro. Et alibi fic nofter, vt 1, 16. C. 2, 20. 3, 12 etc.

definitus. Sic cod. Andinus

magno cratium fcalarum harpagonum numero effecto, media nocte filentio ex caftris egreffi, ad campeftres munitiones accedunt. Subito clamore fublato, qua fignificatione, qui in oppido obfidebantur, de fuo aduentu cognofcere poffent, crates proiicere, fundis, fagittis, lapidibus noftros de vallo deturbare, reliquaque, quae ad obpugnationem pertinent, adminiftrare. Eodem tempore, clamore exaudito, dat tuba fignum fuis Vercingetorix atque ex oppido educit. Noftri, vt fuperioribus diebus fuus cuique locus erat definitus, ad munitiones accedunt: fundis, librilibus fudibusque, quas in opere difpofuerant, ac glandibus Gallos perterrent. Profpectu tenebris ademto, multa vtrimque vulnera accipiuntur; complura tormentis tela coniiciuntur. At M. Antonius et C. Trebonius, Legati, quibus eae partes ad defendendum obuenerant, qua ex parte noftros premi intellexerant, iis auxilio ex vlterioribus caftellis deductos fubmittebant.

82. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: pofteaquam propius fucceflerunt, aut fe ipfi ftimulis inopinantes induebant, aut in fcrobes delapfi transfodiebantur, aut ex vallo ac turribus transiecti pilis muralibus interibant. Multis vndique vulneribus acceptis, nulla munitione perrupta, quum lux adpeteret, veriti, ne ab latere aperto ex fuperioribus caftris eruptione cir-

et Oxon. Vulgo *adtributus*, e gloffa. Conf. Gronou. ad Liu. 35, 7.

librilibus. Librilia adpellantur inftrumenta bellica, faxa fcilicet ad brachii craffitudinem, in modum flagellorum loris reuincta. *Feftus.* Graec. metaphr. λίθους μεγάλους vertit. *M.* Et feiungit σφενδόνας. Edd. quaedam *libralibus*, inuitis codd. et edd. vet. Habet tamen *libralia faxa* Vegetius 2, 23. Cellarius refert ad *fundas*, quibus *lapides libriles* iaciebantur.

perterrent, alii *proterrent*. quod huc non facit, non enim fugati hoftes, vt 5. 58.

delapfi. Alii codd. *delati*, non male. *M.* Sed et Graec. καταπεσόντες.

adpeteret. Quidam codd. *adpareret*, ex interpretatione. *M.*

conuenirentur, se ad suos receperunt. At interiores, dum ea, quae a Vercingetorige ad eruptionem praeparata erant, proferunt, priores fossas explent; diutius in iis rebus administrandis morati, prius suos discessisse cognouerunt, quam munitionibus adpropinquarent. Ita, re infecta, in oppidum reuerterunt.

85. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant, consulunt: locorum peritos adhibent: ab his superiorum castrorum situs munitionesque cognoscunt. Erat a septemtrionibus collis, quem propter magnitudinem circuitus opere circumplecti non potuerant nostri, necessarioque paene iniquo loco et leniter decliui castra fecerant. Haec C. Antistius Reginus et C. Caninius Rebilus, Legati, cum duabus legionibus, obtinebant. Cognitis per exploratores regionibus, Duces hostium LX milia ex omni numero delegunt earum ciuitatum, quae maximam virtutis opinionem habebant; quid quoque pacto agi placeat, occulte inter se constituunt; adeundi tempus defini-

interiores, oppido inclusi. *M.*

praeparata erant. Codd. multi et edd. vet. *praeparauerant.* tum *a Vercingetorige* significaret *a parte Vercingetorigis*, vt 5, 54. *a P. R. imperia*, et apud Lucan. 1, 58. *obstent a Caesare nubes.*

priores fossas expl. Leg. *et pr. f. repl.* Clarkius. Sed et ἀσύνδετον bene habet.

ab his. Sic et 5, 45. Alii *ex his.*

superiorum castrorum, quae in superiore s. edito loco erant, vt mox ipse Caesar describit. Extremo capite his opponuntur munitiones campestres, de quibus c. 74 dixit. *M.*

quem propter — fecerant. Inconsultis codd. editores vulgo posuerunt: *quem quia propter — necessario paene — fecerunt.* Veram ergo lectionem Oudendorpius restituit. *M.*

C. Caninius Rebilus. De hoc nomine v. Vrsinum in fam. Rom.

quoque pacto, quisquis modus administrandae rei necessarius fuerit, quicumque casus se obtulerit, *auf jeden Fall.* *M.*

meridies. alii *meridie*, quod placet Oud. pro *meridiei* scil. tempus. mihi non item.

a castris. Fuerunt castra Vercingetorigis, vt cap. 70. extr. diserte dicuntur. Haec castra ibidem munitiones adpellantur, etiam dicuntur maceria et fossa. Atqui de hac maceria et fossa, sub muro Alesiae ducta, dictum est c. 69. Sunt igitur Vercingetorigis castra ipsa illa maceria et fossa. Hoc ergo est, *a castris profert.* Nec video, cur non potuerint longurii et muscu-

unt, quum meridies esse videatur. Iis copiis Vergasillaunum Aruernum, vnum ex quatuor Ducibus, propinquum Vercingetorigis, praeficiunt. Ille ex castris prima vigilia egressus, prope confecto sub lucem itinere, post montem se occultauit militesque ex nocturno labore sese reficere iussit. Quum iam meridies adpropinquare videretur, ad ea castra, quae supra demonstrauimus, contendit: eodemque tempore equitatus ad campestres munitiones accedere et reliquae copiae pro castris sese ostendere coeperunt.

84. Vercingetorix ex arce Alesiae suos conspicatus, ex oppido egreditur; a castris longurios, musculos, falces reliquaque, quae eruptionis caussa parauerat, profert. Pugnatur vno tempore omnibus locis acriter atque omnia tentantur: qua minime visa pars firma est, huc concurritur. Romanorum manus tantis munitionibus distinetur, nec facile pluribus locis occurrit. Multum ad terrendos nostros valuit clamor, qui post tergum pugnantibus exstitit, quod

li et reliqua in illa munitione s. castris esse fabricata et reposita: nec credo, etsi Vercingetorix cum suis in oppidum reuersus est (c. 82 extr.), plane nullum praesidium horum castrorum relictum esse: immo reuera relictum fuit (cap. 70 extr.). Quod si relictum est, potuerunt ibi istae res et confici et adseruari. Vidit hoc Clarkius, tamen non probauit; sed Oudendorpius tenet hanc lectionem. Equidem puto, si quis superiora attente legerit, eum non dubitaturum quidem esse hoc loco: nec tam multa dixissem, nisi tot dubitationes et emendationes prolatas reperissem, omnes illas inde natas, quia, castra Vercingetorigis quae essent, non potuerant adsequi. Alii ergo interpretes corrigendum putant locum: nam Glareanus dicit, *a castris* nihil ad sensum facere, esse ergo *rastros* legendum. Hotomanno placuit, *contos* legere. Lipsius (Poliorc. 1, 9) voluit scribi, *ac crates*, quod et Ciacconio visum est, quia Vercingetorix non castris, sed oppido se continuerit. Ceterum metaphr. Graecus sic expressit; *Βερκιγγέτοριξ — ἐκ τῆς πόλεως ἐξήγαγε τὸ σὺν αὐτῷ στράτευμα*, non diserte vertit illud *a castris*. Siue autem *castris*, siue *a castris*, siue *e castris* legatur, (ita enim variatur lectio,) id nihil differt, nec est in hac varietate caussa mutandi loci. *M.*

musculos. vid. Ind. *M.*

qua minime visa etc. alii *quae*.

firma est. Addunt vulgo *esse*. Sed bene abest.

quod suum par. — consistere, quia non possunt ipsi omni-

fuum periculum in aliena vident virtute conſtare: omnia enim plerumque, quae abſunt, vehementius hominum mentes perturbant.

85. Caeſar idoneum locum nactus, quid quaque in parte geratur, cognoſcit, laborantibus auxilium ſubmittit. Vtrisque ad animum occurrit, vnum illud eſſe tempus, quo maxime contendi conueniat. Galli, niſi perfregerint munitiones, de omni ſalute deſperant: Romani, ſi rem obtinuerint, finem laborum omnium exſpectant. Maxime ad ſuperiores munitiones laboratur, quo Vergaſillaunum miſſum demonſtrauimus. Exiguum loci ad decliuitatem faſtigium magnum habet momentum. Alii tela coniiciunt; alii teſtudine facta ſubeunt; defatigatis in vicem integri ſuccedunt. Agger, ab vniuerſis in munitionem coniectus, et adſcenſum dat Gallis, et ea, quae in terram occultauerant Romani, contegit: nec iam arma noſtris, nec vires ſubpetunt.

86. His rebus cognitis, Caeſar Labienum cum cohortibus ſex ſubſidio laborantibus mittit: imperat, ſi ſustinere non poſſit, deductis cohortibus eruptione pugnet; id, niſi neceſſario, ne faciat. Ipſe adit reliquos; cohortatur, ne labori ſuccumbant; omnium

bus in locis adeſſe, non ipſi ſemet ipſos defendere, intelligunt, ab aliorum virtute pendere, vtrum euaſuri ſint periculum, nec ne. Non pauci pro *virtute* habent *ſalute*, quod eodem redit, ſi res omnino ſpectetur; ſed non opus eſt hac lectione. *M.* Pro *conſtare* alii *conſiſtere*. Tò *virtute* Graecus reddit per *ἀλκῇ τῶν ἄλλων*.

auxilium. Hoc verbum, quod exciderat, e metaphr. Graec. et quibusdam codd. Dauiſ. et Oudend. recte reſtituerunt. *M.* Cf. Drakenb. ad Liu. 6, 6.

tempus. Poſt hoc verbum fruſtra additur vulgo *praedicat.* *M.*

contendi, ſic amat noſter, vt *hiemari*, *pugnari*, *veniri*.

Exiguum — momentum. Haec verba non intelligo, etſi video, deſcribi locum, de quo c. 83 dixerat: *erat collis — caſtra fecerant.* Legerim, *Iniquum loci faſtigium m. hab. mom.* Exſtat enim iniquum in codd. fere omnibus et metaphr. Gr. Sic *faſtigium* eſt collis decliuitas, et haec decliuitas dicitur *iniqua*, vt cap. 83. Quia ergo Romani in decliui ideoque iniquo et difficili loco erant.

superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere. Interiores, desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitionum, loca praerupta ex adsensu tentant: huc ea, quae parauerant, conferunt: multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant: aggere et cratibus fossas explent, aditus expediunt: falcibus vallum ac loricam rescindunt.

87. Caesar mittit primo Brutum adolescentem cum cohortibus sex, post cum aliis septem C. Fabium Legatum: postremo ipse, quum vehementius pugnarent, integros subsidio adducit. Restituto proelio ac repulsis hostibus, eo, quo Labienum miserat, contendit; cohortes quatuor ex proximo castello deducit; equitum se partem sequi, partem circumire exteriores munitiones et ab tergo hostes adoriri iubet. Labienus, postquam neque aggeres, neque fossae vim hostium sustinere poterant, coactis vndequadraginta cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem per nuncios facit certiorem, quid faciundum existimet. Adcelerat Caesar, vt proelio intersit.

88. Eius aduentu ex colore vestitus cognito, [quo

magnum haec res habebat momentum, vt ibi valde laborarent. Verba *ad decliuitatem* puto orta ex interpretatione, cum quis vellet fastigium explicare, et *decliuitas* adscriberet: id deinde mutatum, aptatumque constructioni vtcumque, irrepsit. Sed vtatur quisque suo sensu. *M.* Oudend. praefert *exiguum*. Vtraque lectio bonum sensum obfert. Vtra sit auctoris, dubium.

Agger, terra congesta, accumulata. Sic et cap. 57 et 86. *aggere fossas explent. M.*

quae in terram — sunt lilia et stimuli. vid. cap. 73. *M.*

pugnet. Alii *pugnaret.*

Interiores. vid. c. 82. *M.*

fossas explent. Haec verba, ab aliis omissa, Oud. e plerisque codd. recte restituit. *M.*

loricam. vid. c. 72. *M.*

Brutum. Metaphr. Graecus praemittit praenomen Δέκιον.

deducit. Alii *educit.*

vndequadraginta. Sic bene codd. Alii *vna de quadraginta.* Et in Graec. metaphr. est, τριάκοντα καὶ ἐννέα. *M.*

fors obtulit. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *fors.*

ex colore vestitus. Haud

insigni in proeliis vti consueuerat,] turmisque equitum et cohortibus visis, quas se sequi iusserat, vt de locis superioribus haec decliuia et deuexa cernebantur, hostes proelium committunt. Vtrimque clamore sublato, excipit rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. Nostri, emissis pilis, gladiis rem gerunt. Repente post tergum equitatus cernitur: cohortes aliae adpropinquant: hostes terga vertunt: fugientibus equites occurrunt: fit magna caedes. Sedulius, dux et princeps Lemouicum, occiditur: Vergasillaunus Aruernus viuus in fuga comprehenditur: signa militaria LXXIIII ad Caesarem referuntur: pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex oppido caedem et fugam suorum, desperata salute, copias a munitionibus reducunt. Fit protinus, hac re audita, ex castris Gallorum fuga. Quod nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent. De media nocte missus equitatus nouissimum agmen consequitur: magnus numerus capitur atque interficitur, reliqui ex fuga in ciuitates discedunt.

89. Postero die Vercingetorix, concilio conuocato,

dubie intelligitur paludamentum, quod fuisse rubicundi vt plurimum coloris, neminem fugit. Dio Cass. 42, 40, de Caesare, in summo discrimine versante, et enatando salutem petente, ὁ *Καῖσαρ τὰ ἱμάτια ἁλουργῆ ἀπέῤῥιψε*, scilicet ne ab hostibus agnosceretur; et Florus 4, 2, 59 paludamentum adpellat. Cf. Sueton. Iul. 64. etsi hic in re ipsa dissentit a ceteris. Liu. 7, 34 *Imperator, sagulo gregali,* (quo gregarii milites vtuntur,) *amictus, ne ducem circumire hostes notarent, omnia perlustrauit.* Cum autem non proprium Caesari fuerit, gestare paludamentum, sed omnibus imperatoribus commune: dudum existimaram, verba, quae sequuntur, *quo insigni in proeliis vti consueuerat*, ab aliquo in margine notata esse, et in textum inrepsisse, cum e notis Brantii et Dauisii ad h. l. intellexi, iam Lipsium (in analectis ad libros de milit. Rom. 2, 12. pag. XII) idem censuisse. Nam quod Dauisius suspicatur, Cae-

id se bellum suscepisse non suarum necessitatum, sed communis libertatis caussa, demonstrat; et quoniam sit fortunae cedendum, ad vtramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere, seu viuum transdere velint. Mittuntur de his rebus ad Caesarem legati. Iubet arma transdi, principes produci. Ipse in munitione pro castris consedit: eo duces producuntur. Vercingetorix deditur, arma proiiciuntur. Reseruatis Aeduis atque Aruernis, si per eos ciuitates recuperare posset, ex reliquis captiuis toto exercitu capita singula praedae nomine distribuit.

90. His rebus confectis, in Aeduos proficiscitur; ciuitatem recipit. Eo legati ab Aruernis missi, quae imperaret, se facturos pollicentur. Imperat magnum numerum obsidum. Legiones in hiberna mittit: captiuorum circiter XX milia Aeduis Aruernisque reddit: T. Labienum duabus cum legionibus et equitatu in Sequanos proficisci iubet: huic M. Sempronium Rutilum adtribuit: C. Fabium et L. Minucium Basilum cum duabus legionibus in Remis conlocat, ne quam ab finitumis Bellouacis calamitatem accipiant. C. Antistium Reginum in Ambiuaretos, T.

sarem vestitu singularis coloris vsum esse, id nullo nititur fundamento. *M.*

decliuia. alii *decliua.*

excipit. alii male *excipitur.*

emissis pilis. Codd. et edd. vet. bene sic. Graecus ἀφιέντες. Vulgo *omissis.* Conf. Sallust. Catil. 60.

Lemouicum. Male alii *Germanorum*, *Remorum*, *Sequanorum* et quid non? Interpres Graecus bene habet.

essent defessi. Sic rectius codd. et edd. vet. Alii *fuissent.*

Vercingetorix deditur. Narrat Dio Cassius (40, 41), Vercingetorigem, fretum pristina Caesaris amicitia, improuiso ad Caesarem, in tribunali sedentem, accessisse, supplicemque veniam rogasse; sed hanc ipsam ob caussam, quoniam amicitiae iura violauerit, in vincula coniectum, in triumpho ductum et tandem interfectum esse. Conf. 43, 19. *M.*

Rutilum adtribuit, adiutorem non conlegam, vt Cellum habet pag. 159.

Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit. Q. Tullium Ciceronem et P. Sulpicium Cabilloni et Matiscone in Aeduis ad Ararim, rei frumentariae caussa, conlocat. Ipse Bibracte hiemare constituit. His rebus litteris Caesaris cognitis, Romae dierum XX subplicatio indicitur.

litteris Caesaris, haec verba in aliis desunt.

subplicatio. Quid precatio sive obsecratio, gratulatio sive subplicatio et alii actus tales sacri differant, docet Valer. Max. 1, 1.

INCERTI AVCTORIS

AVLI HIRTII, VT VIDETVR

COMMENTARIORVM CAESARIS

DE BELLO GALLICO

LIBER OCTAVVS

Auctore Suetonio (Iul. 56) constat, hunc librum non esse a Caesare scriptum; sed Hirtio auctori tributum, quamquam cum aliqua dubitatione. Et est Hirtii nomen in quibusdam codicibus praescriptum. Sed qui librarii praescripserunt nomen Auli Hirtii Pansae, (praescripserunt autem plerique, teste Oudendorpio) hi manifeste errarunt, quoniam Hirtius et Pansa duo diuersi viri fuerunt, qui A. V. 711 consulatu functi sunt. Cf. Sueton. Aug. 10. Nonnulli Oppium nominarunt. Igitur cum alius alium auctorem ediderit, est res incerta quidem, verisimillima tamen de Hirtio auctore sententia. Suetonius quidem aliquot verba epistolae, huic libro praemissae, repetit et Hirtii verba esse simpliciter dicit. Haec est summa eorum, quae interpretes de hac re disputarunt. Dodwelli dissertatio de auctore huius libri, quem Hirtio potius quam Oppio adtribuit, exstat etiam in editione Caesaris Oudendorpiana T. 2. p. 1007. Plutarchum in vita Caesaris res libri huius octaui plane praeteriisse, miror. Nec metaphrastes Graecus eum vertit.

Seruatus Lupus, Ferrar. Abbas, vbi epist. 37. Hirtii, Caesaris commentariorum continuatoris, mentionem facit, huius istum temere notarium dicit.

COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO

LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM

I. Praefatio A. Hirtii.

II. Res gestae C. Iulii Caesaris a. VIII. Proconsulatus.

Cap. 1. *Noua coniuratio Gallorum.* 2. 3. *Receptio Biturigum.* 4. 5. *Carnutes debellati.* 6—22. *Bellouaci.* 23. *Commius Atrebas insidiis petitus.* 24. 25. *Exercitus Romanus in plures partes diuisus. fines Ambiorigis iterum vexati. T. Labienus in Treuiros missus.* 26—29. *Lemonum a Dumnaco, Andium duce, obpugnatum. Dumnacus victus.* 30. *C. Caninius Drappetem et Lucterium persequitur.* 31. *Carnutes et finitimae ciuitates in fidem receptae.* 32. 33. *Drappetis et Lucterii fuga in oppidum Vxellodunum, quod obsidetur.* 34. 35. *Drappes et Lucterius, frumentum et commeatum addacturi, ex oppido egressi, a C. Caninio Legato repulsi.* 36. *Drappes captus.* 37. 38. *Vxellodunum operibus inclusum, de Gutruato supplicium sumtum.* 39—43. *Aduentus Caesaris ad Vxellodunum, oppidani ab aqua prohibiti. opera Romanorum incensa, fons oppidi cuniculis intercisus.* 44. *Vxelloduni deditio, poena oppidanorum. Drappetis mors, Lucterius prehensus.* 45. *Treuiri a Labieno victi.* 46. *Aquitania in fidem recepta, hiberna.* 47. 48. *Commius victus.*

III. Annus IX. Proconsulatus.

Cap. 49. *Praefatiuncula auctoris. Caesaris indulgentia in Gallos.* 50. *Eius iter in Italiam, Antonium vt in petitione sacerdotii adiuuet.* 51. *Caesar magnifice exceptus.* 52. 53. *Iter in vlteriorem Galliam. Labienus Galliae togatae praefectus. initia belli ciuilis.* 54. 55. *Legiones a Caesare per caussam belli Parthici deductae, Pompeio traditae.*

Coactus adsiduis tuis vocibus, Balbe, quum quotidiana mea recusatio non difficultatis excusationem, sed inertiae videretur deprecationem habere, difficillimam rem suscepi. Caesaris nostri commentarios rerum gestarum Galliae, non comparandos superioribus atque insequentibus eius scriptis, contexui nouissimumque ac inperfectum ab rebus gestis Alexandriae confeci vsque ad exitum non quidem ciuilis dissensionis, cuius finem nullum videmus, sed vitae Caesaris. Quos vtinam qui legent, scire possint, quam inuitus susceperim scribendos, quo facilius caream stultitiae atque adrogantiae crimine, qui me mediis interposuerim Caesaris scriptis. Constat enim inter omnes, nihil tam operose ab

deprecatio inertiae, quae oritur ab inertia, cum quis rem declinat, quia ipse iners est. *M.*

rerum gestarum Galliae. Haec verba absunt ab vno codice. *Vossius.* Liceat singulas huius corrupti loci varietates enotare, vt cuiuis lectori liberum iudicium sit. *M.* *Galliae.* id est in Gallia. Sic et c. 48. item Sallust. Iug. 53. *Numidiae* pro in Numidia. Florus 1, 18. *Lucaniae.*

comparandos: sic codd. recentissimi. *comparantibus:* sic codices duodecim antiqui et editiones, Beroaldina priores. *comparentibus:* sic codex vnus, isque antiquissimus. *comparandis:* cod. Oxon. qui et ipse bonus est. *M.* Forsan legendum *commentariis* et post *comparandos* subaudiendum *commentarios*, tum *contexui* significaret *adtexui*, addidi. Sic Oud. Hausius mauult *non comparandis* scil. cum meis his; sensu eodem, sed constructione minus commoda.

nouissimumque inperfectum: sic plerique MSS. et edd. vett. *nouissimeque inperfectum:* sic tres codd. satis boni. *nouissimum ac inperfectum:* sic duo codd. recentes. *nouissimeque inperfecta:* haec est lectio vulgaris. *M.* Lego *ac inperfectum* et plane sic Sueton. in Caes. c. 56. de Hirtio.

Caesaris nostri — confeci. Quis ergo facile dixerit, quaenam huius loci vera lectio sit? Si non temerarium videtur, proponam, quomodo locus mea qualicumque sententia legi possit: *Caesaris nostri commentariis comparentibus* (qui comparent, adsunt, non interciderunt), *superioribus* (qui hunc librum octauum antecedunt,) *atque insequentibus* (qui hunc librum octauum sequuntur), *contexui nouissimum* (vltimum adieci librum libris septem de bello Gallico, vltimum item libris tribus de bello ciuili), *atque inperfectum* (eum librum, qui non absolutus erat: is est tertius de bello ciuili, vere abruptus, v. eius caput vlt.), *ab re-*

aliis esse perfectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur: qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset; adeoque probantur omnium iudicio, vt praerepta, non praebita, facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior nostra, quam reliquorum, est admiratio: ceteri enim, quam bene atque emendate; nos etiam, quam facile atque celeriter eos perfecerit, scimus. Erat autem in Caesare quum facultas atque elegantia summa scribendi, tum verissima scientia suorum consiliorum explicandorum. Mihi ne illud quidem accidit, vt Alexandrino atque Africano bello interessem: quae bella quamquam ex parte nobis Caesaris sermone sint nota;

bus gestis Alexandriae confeci (feci, vt esset integer, perfeci,) *vsque ad exitum* — —. Cui placuerit varias lectiones examinare, is nihil a me sine codicibus receptum, quaedam e coniectura esse omissa reperiet. Singula vindicare, vix opus est. Nam id, quod adest, quod in omnium oculis et manibus versatur, dici *comparere*, neminem fugit. Et fortasse Caesar scripserat plura de his bellis, quam quae seruata sunt; fortasse noluit schedas omnes seruari, quia non redegerat in ordinem; vt adeo Hirtius loqueretur de his, quae comparerent adhuc. Quod nouissimum *commentarium* dicit nouissimum librum, et *vnum* librum adpellat *commentarium*, id est e consuetudine huius scriptoris: nam singulos libros adpellat singulos commentarios. v. c. 4. 48. et passim. De significatione verbi *conficere* non dubitabunt, qui, quid sit *conficere negotium*, *numerum*, et alia, cogitauerint; etsi *librum conficere* alibi plerumque simpliciter est *scribere*, *consignare*. Sed, vt dixi, tantum suspicor, sic legi posse. *M.*

sed vitae Caesaris. Hodie tamen non exstant ea omnia, quae hic scriptor addidit. v. libr. de B. Afr. extr. aut adeo de B. Hispan. extr. etsi non constat, an liber de B. Hispan. sit ab eodem auctore, qui lib. 8. de B. G. et libros de B. Alex. et Afr. scripserat. *M.*

Quos qui legent. Quoniam dicit *quos* numero plurali, necesse est, vt superiora verba sic intelligantur, vt duobus diuersis libris agnoscamus ab hoc auctore continuatos esse commentarios Caesaris. *M.*

me mediis interp. alii *medium.* item *medius.*

tantarum rerum. Alii addunt *gestarum.*

deesset. alii *desit.*

praebita, facultas. vid. admonitionem, libris de B. Gall. a me praemissam. *M.*

perfecerit. Edd. vulgares, *confecerit*, contra codd. *M.* Suet. l. c. *perscripserit.*

sint nota. alii *sunt.*

tamen aliter audimus ea, quae rerum nouitate aut admiratione nos capiunt, aliter, quae pro testimonio sumus dicturi. Sed ego nimirum, dum omnes excusationis caussas conligo, ne cum Caesare conferar, hoc ipso crimen adrogantiae subeo, quod me iudicio cuiusquam existimem posse cum Caesare comparari. Vale.

aliter audimus. alii *audinimus.* Male. Sermo est de eo, quod vulgo fit.

pro testimonio, quorum ipsi testes et spectatores fuimus. *M.*

hoc ipso. Sic cod. Oxon. et edd. quaedam. Vulgo *ipsum*, inuenuste.

Omni Gallia deuicta, Caesar quum a superiore aestate nullum bellandi tempus intermisisset, militesque hibernorum quiete reficere a tantis laboribus vellet; complures eodem tempore ciuitates renouare belli consilia nunciabantur coniurationesque facere. Cuius rei verisimilis caussa adferebatur, quod Gallis omnibus cognitum esset, neque vlla multitudine, in vnum locum coacta, resisti posse Romanis; nec, si diuersa bella complures eodem tempore inissent ciuitates, satis auxilii, aut spatii, aut copiarum habiturum exercitum Populi Romani ad omnia persequenda: non esse autem alicui ciuitati sortem incommodi recusandam, si tali mora reliquae possent se vindicare in libertatem.

2. Quae ne opinio Gallorum confirmaretur, Caesar M. Antonium Quaestorem suis praefecit hibernis: ipse cum equitatus praesidio pridie Kal. Ianuarias ab oppido Bibracte proficiscitur ad legionem XIII, quam non longe a finibus Aeduorum conlocauerat in finibus Biturigum, eique adiungit legionem XI, quae proxima fuerat. Binis cohortibus ad inpedimenta

a super. aestate. Aut non nimis vrgendum est hoc: bellum enim renouatum est ipsa hieme (cf. 7, 8-10): aut, idque potius, cum Clarkio e cod. regio istud *a* tollendum. *M.* Non id necesse, si de superiore aestate non eius anni, sed praecedentis capias, imo, si malis, ipsa aestas anni praecedentis intelligi potest.

resisti posse Romanis. Male alii *a Romanis.*

inissent, coepissent. Sic duo codd. optimi. Alii *intulissent.* *M.*

tali mora, exspectando, donec complures exercitus, diuersis locis aduersus Romanos bellantes, eos sensim debilitassent. *M.*

praefecit, alii *praeficit*, quod praefert Clarke, sed saepe variatur tempus in historicis.

legionem XIII. Hunc numerum editores propter ea, quae cap. 11 narrantur, receperunt. Vulgo XII. *M.* Sed haec cum Labieno erat in hibernis. Vid. cap. 24.

ad inpedimenta. Vulgo addunt *tuenda.* Verum hoc glossam sapit. in cod. Andino deest. bene.

in tecta partim Gallorum, partim quae, coniectis celeriter ſtramentis tentoriorum integendorum gratia, erant inaedificata, milites contegit: equites tamen et auxiliarios pedites in omnes partes mittit, quascumque petiſſe dicebantur hoſtes: nec fruſtra: nam plerumque magna praeda potiti noſtri reuertuntur. Obpreſſi Carnutes hiemis difficultate, terrore periculi, quum tectis expulſi nullo loco diutius conſiſtere auderent, nec ſiluarum praeſidio tempeſtatibus duriſſimis tegi poſſent, diſperſi, magna parte amiſſa ſuorum, diſſipantur in finitumas ciuitates.

6. Caeſar tempore anni difficillimo quum ſatis haberet conuenientes manus diſſipare, ne quod initium belli naſceretur; quantumque in ratione eſſet, exploratum haberet, ſub tempus aeſtiuorum nullum ſummum bellum poſſe conſlari: C. Trebonium cum II legionibus, quas ſecum habebat, in hibernis Genabi conlocauit; ipſe, quum crebris legationibus Remorum certior fieret, Bellouacos, qui belli gloria Gallos omnes Belgasque praeſtabant, finitumasque his ciuitates, duce Correo Bellouaco et Commio Atrebate, exercitus comparare atque in vnum locum cogere, vt omni multitudine in fines Sueſſionum, qui Remis erant adtributi, facerent impreſſionem; pertinere autem non tantum ad dignitatem, ſed etiam ad

coniectis ſtram. An *congeſtis?* Omnia vero verba: *partim Gall. — contegit:* ſunt incertae lectionis, nec vnum fere eſt, quin alicubi aliter ſcribatur. *M.*

inaedificata, non ſtramentis; foret enim abſurdum; ſed *inaedificata* eſt *ibi*, *illo loco aedificata*, et ſtramenta ſunt materia, e qua aedificantur. In vno cod. eſt ſimplex, *aedificata. M.*

milites contegit. Omnino leg. *coniecit.* Sic 2, 16. *homines in locum* (tutum) *conicere.* v. Ind. *M.* Voſſ. volebat *conlegit*, quod non probat Clarke. Mihi *coniecit* multum adridet.

mittit. Cod. Leid. *dimittit.*

quantum in ratione (cogitatione, coniectura) *eſſet* (poſitum), quantum poſſet cogitando coniectandoque intelligi. *M.*

ſub tempus aeſtiuorum. Sic et c. 46.

ſummum, grauiſſimum. Sed Gronouius ad Liu. (26, 10), vt Oudend. monuit, intelligit bellum, in quo ſumma rei vertitur. *M.*

finitumasque his. Edd. vet.

salutem suam iudicaret, nullam calamitatem socios optime de republica meritos accipere; legionem ex hibernis euocat rursus XI, litteras autem ad C. Fabium mittit, vt in fines Suessionum legiones II, quas habebat, adduceret, alteramque ex duabus ab T. Labieno arcessit. Ita, quantum hibernorum obportunitas bellique ratio postulabat, perpetuo suo labore, in vicem legionibus expeditionum onus iniungebat.

7. His copiis coactis, ad Bellouacos proficiscitur, castrisque in eorum finibus positis, equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hostium consilia cognosceret. Equites officio functi renunciant, paucos in aedificiis esse inuentos atque hos, non qui agrorum colendorum caussa remansissent, (namque esse vndique diligenter demigratum,) sed qui speculandi gratia essent remissi. A quibus quum quaereret Caesar, quo loco multitudo esset Bellouacorum, quodue esset consilium eorum, inueniebat, *Bellouacos omnes, qui arma ferre possent, in vnum locum conuenisse; itemque Ambianos, Aulercos, Caletos, Velliocasses, Atrebatas locum castris excelsum, in silua, inpedita circumdatum palude, delegisse; omnia inpedimenta in vlteriores siluas contulisse; complures esse Principes belli auctores, sed multitudinem maxime Correo*

iis. Oud. restituit *his* e codd. Vulgo male *in.* Vossius omitti volebat particulam, Clarke delet.

Correo. alii *Corbeo.*

exercitus compatare. alii *exercitum.*

colendorum. Si vel maxime e duobus libris vetustis et optimis praeferatur *incolendorum:* tamen et vulgatae sensus est, non remansisse ideo, vt agros illos s. regionem illam incolerent; quia sequitur: nam omnes fere demigrarant, s. nemo ibi incolebat. Cf. c. 3 et 5. *M.*

Velliocasses. Fortasse *Velocasses*, vt 2, 4. et apud Orosium de hac ipsa re (6, 11). Monuit Ciacconius. *M.*

in silua — palude. Leg. *in silua, inpedita* (quae silua inpedita erat, difficiles aditus habebat) *palude* (propter paludem). Voluerunt explicare illud *inpedita silua*, ideoque adscripserunt *circumdata*, (sic enim codd. fere omnes,) quod deinde edd. mutarunt in *circumdatum.* Sed et plures sunt varietates, neque satis certa scriptura demonstrari potest. Orosius (6, 11) sic expressit: *locum cir-*

obtemperare, quod ei summo esse odio nomen Populi Romani intellexissent, paucis ante diebus ex his castris Atrebatem Commium discessisse ad auxilia Germanorum adducenda, quorum et vicinitas propinqua, et multitudo esset infinita: constituisse autem Bellouacos, omnium Principum consensu, summa plebis cupiditate, si (vt dicebatur) Caesar cum tribus legionibus veniret, obferre se ad dimicandum, ne miseriore ac duriore postea conditione cum toto exercitu decertare cogerentur: si maiores copias adduceret, in eo loco permanere, quem delegissent; pabulatione autem, quae propter anni tempus quum exigua tum disiecta esset, et frumentatione et reliquo commeatu ex insidiis prohibere Romanos.

8. Quae Caesar consentientibus pluribus quum cognouisset, atque ea, quae proponerentur, consilia plena prudentiae longeque a temeritate barbarorum remota esse iudicaret, omnibus rebus inseruiendum

ctum atque impeditum vndique paludibus capiunt. M.

vt dicebatur. Sic Dauis. e codd. Vulgo *diceretur.*

copias adduceret. Duo codd. ant. et boni, *ageret.* Bene: nam *adducere* est interpretamentum, v. Ind. *M.* Sed paullo ante idem adfuit *ad aux. G. adducenda.* Hirtius tamen eo sensu dicit *agere* Afr. 26.

pabulatio disiecta, cum disiecti, dispersi, alii aliis locis, passim pabula colligunt. Cf. c. 10. *Raris disiectisque ex aedificiis pabulum conquiritur. M.*

hostis — prodiret. Sic Oud. e codd. Vulgo *hostes — prodirent.*

vetertimas. Vulgo *veteranas* contra codd. *M.* Et edd. vet.

functa abest a plerisque libris: exstat tamen in bonis. *M.* Eadem locutione vsus Seneca ep. 93. *functum omnibus vitae humanae stipendiis.*

consilio. Dauis. mauult *concilio.*

ante omnia irent. Vulgo *iret.* Emendauit Clarkius post alios.

accidere hostibus, eorum oculis offerri. Notum est, rem dici accidere ad aures, animum, oculos, quae afficit oculos (agit in oculos). Est Graecum προσπίπτειν. *M.*

depoposcissent. Dixerant hostes (v. c. 7), se velle dimicare, si Caesar cum tribus legionibus veniret. Haec igitur promissio certaminis cum hostium numero certo est nunc illud, *deposcere* numerum certum. *M.*

quadrato agmine. Non omnes eodem modo describunt hoc agmen. Adieci ergo verba Salmasii (de re militari Rom. c. 10 p. 103 edit. Lugd. a. 1657), qui, Quadratum agmen, inquit,

ſtatuit, quo celerius hoſtis, contemta ſuorum paucitate, prodiret in aciem: ſingularis enim virtutis veterrimas legiones VII, VIII et VIIII habebat; ſummae ſpei delectaeque iuuentutis XI, quae, octauo iam ſtipendio functa, tamen conlatione reliquarum nondum eamdem vetuſtatis ac virtutis ceperat opinionem. Itaque conſilio aduocato, rebus iis, quae ad ſe eſſent delatae, omnibus expoſitis, animos multitudinis confirmat. Si forte hoſtes trium legionum numero poſſet elicere ad dimicandum, agminis ordinem ita conſtituit, vt legio VII, VIII, VIIII ante omnia irent inpedimenta; deinde omnium inpedimentorum agmen (quod tamen erat mediocre, vt in expeditionibus eſſe conſueuit) cogeret vndecima, ne maioris multitudinis ſpecies accidere hoſtibus poſſet, quam ipſi depopoſciſſent. Hac ratione paene quadrato agmine inſtructo, in conſpectum hoſtium, celerius opinione eorum, exercitum adducit.

9. Quum repente inſtructas velut in acie certo gradu legiones accedere Galli viderent, quorum

non dicitur, cuius latitudo aequalis ſit in omnes adſpectus longitudini; ſed quod frontem habet recta linea exaequatam et ad extremitates angulos rectos. Hanc ſententiam Salmaſii repetiit Guiſchardus (Mémoires crit. et hiſtor. ſur les antiquités militaires T. I. p. 195), et his verbis expreſſit: *La figure reſſembloit à un paralellélogramme quelconque à angles droits.* Probat deinde rem, illuſtratque multis exemplis, quibus efficit, quadratum agmen eſſe idem illud, quod Polybius (6, 38) deſcripſit, a verbis, *Χρῶνται δὲ καὶ ἑτέρῳ γένει πορείας*, vsque ad verba, *Οὕτω δὲ συντάξαντες.* Noſtrum hunc locum Guiſchardus p. 227 tractat, et de illo *paene quadrato agmine* haec addit: *Comme la quatrieme legion marchoit ſeparée des autres et ſur une ſeule colonne, la figure d'un quarré, que la marche parallele des trois colonnes repréſente ordinairement, n'étoit pas parfaite.* Euincit quoque, quadrato agmine et triplici acie venire (vid. Ind. in *acies*) eamdem rem exprimere, et vtilitatem agminis quadrati fuiſſe hanc, vt, ſi exercitus in itinere improviſo ab hoſtibus opprimeretur, agmen conſiſtens illico eſſet acies inſtructa, quae et ipſa dicta eſt quadrata. Ceterum cum his omnibus non confundendum eſt *in orbem pugnare.* vid. Ind. in *orbis.* De quadrato agmine add. Schwebelius ad Veget. de re milit. 3, 20. *M.*

in conſpectum. Codd. quidam et edd. vet. *in conſpectu.* Id probat Dauiſius, recepit Clarke. Et omnino ſic alias, vt apud

erant ad Caesarem plena fiduciae consilia perlata, siue certaminis periculo, siue subito aduentu, seu exspectatione nostri consilii, copias instruunt pro castris, nec loco superiore decedunt. Caesar, etsi dimicare optauerat, tamen, admiratus tantam multitudinem hostium, valle intermissa, magis in altitudinem depressa, quam late petente, castra castris hostium confert. Haec imperat vallo pedum XII muniri coronisque loriculam pro ratione eius altitudinis inaedificari; fossam duplicem pedum quinum denum lateribus directis deprimi; turris crebras excitari in altitudinem III tabulatorum, pontibus transiectis constratisque coniungi, quorum frontes viminea loricula munirentur, vt hostis a duplici fossa duplici propugnatorum ordine defenderetur: quorum alter ex pontibus,

Phaedrum 5, 1. Sed plurimi codd. vulgatum tenent.

certaminis periculo, vel, vt periclitarentur aleam certaminis; vel, quia periculum subeundi certaminis instabat. Malim posterius. *M.*

in altit. depressa; vno verbo, profunda. Sic *in altitudinem erectus* foret simpliciter altus. *M.*

castra castris confert, sua castra castris hostium propinqua, et e regione ponit. v. Ind. *M.* in *conferre.*

coronisque — inaedificari. Haud cunctanter fateor, me haec non intelligere, praesertim cum ne lectio quidem certa sit. Nempe vel deest *loriculam;* vel deest *coronis;* vel desunt verba, *pro ratione eius altitudinis;* vel, vbi leguntur, variant rursus pluribus modis. Quid sit *lorica valli*, potest ex 7, 72 intelligi; et rogo lectores, vt illum locum conferant: sed quid sit, *loriculam valli coronis inaedificare*, id quaero. Oudendorpius sic explicat; *in summo rotundi valli fastigio aedificare loriculam.* Sed cur dixit *coronis*, plurali numero, si est fastigium seu margo summus? Rursus Gesnerus in Thes. L. L. non agnoscit verbum *loriculam*, et coronis inaedificare explicat sic, *lorica intermissa pinnis inaedificare castra:* dubitat tamen de lectione. Si quid in lectione incerta dici potest, legerim: *coronisque hoc* (scil. vallum) *pro r. a. inaedificari.* Coronae sunt ipsa illa loricula: quod verbum, vt fortasse notius, cum aliquis interpretandi causa margini adscripsisset, venit in textum, et e casu sexto, *loricula*, factus est quartus. Iam vallum inaedificatur coronis s. loricula, cum circa marginem valli sit corona s. loricula. Quodsi ex architectura addatur, coronas esse proiectiones s. prominentias parietum, quae hodie dicantur *corniche (Kranz)*, de quo Laeti Lexicon Vitruuianum adiri potest: tanto minus mirum fuerit, coronis istiusmodi, circa vallum procurrentibus, dici inaedificatum vallum, et has esse illam loricam, quae alibi dicitur. Dubito, an

quo tutior altitudine esset, hoc audacius longiusque tela permitteret; alter, qui propior hostem in ipso vallo conlocatus esset, ponte ab incidentibus telis tegeretur. Portis fores altioresque turres inposuit.

10. Huius munitionis duplex erat consilium. Namque et operum magnitudinem et timorem suum sperabat fiduciam barbaris adlaturum: et, quum pabulatum frumentatumque longius esset proficiscendum, paruis copiis castra munitione ipsa videbat posse defendi. Interim crebro paucis vtrimque procurrentibus, inter bina castra palude interiecta, contendebatur: quam tamen paludem nonnumquam aut nostra auxilia Gallorum Germanorumque transibant, acriusque hostes insequebantur; aut vicissim hostes, eamdem transgressi, nostros longius submouebant. Acci-

e loco Vegetii (de re mil. 4, 28) exsculpi aliquid possit, vbi loriculam esse dicit fossam, vallo sudibusque et turriculis instructam. Sed nihil definio. *M.* Puto in explicatione Oud. acquiescendum. Locus Vegetii huc non facit. Addit Oud. et aliam coniecturam, quae minus adridet. Forsan *loriculam* huc inrepsit per errorem e sequentibus; abesse enim potest, vt Morus ostendit. Forsan et legendum *coronisque siue loricula.*

deprimere fossam, fodere, (facere, vt fiat profunda.) *M.*

lat. directis. v. 7, 72. et Ind. *M.*

pontes constrati, tabulae, quae sic sternuntur s. ponuntur, ab vna turri ad aliam porrectae, vt veluti in ponte transiri possit ex alia in aliam. Sic *coniunguntur* turres. *Transiecti constratique*, i. e. transuersim strati s. positi. *M.* Vitruuius 1, 5. vsum horum pontium transiectorum docet hunc, vt, si hostis quam partem muri occupasset, contignata illa, qui repugnabant, possent rescindere. Sic hostis pergere haud poterit. Deprehendit hunc vsum in vetere munitione vrbis nostrae a. 1730 vir eximio dignus elogio, b. m. Andr. Silbermann, remque in tabula aeri incisa exhibuit in Local-Geschichte der Stadt Strasburg. fol. 1775. p. 12.

frontes, pars anterior pontis. *M.*

viminea loricula turris. vid. dicta ad 5, 40. *M.*

defenderetur, arceretur. Lectio vulg. *depelleretur* est interpretamentum. Verba *duplici fossa*, quae vulgo absunt, Dauisius et Oudendorpius e codd. restituerunt. *M.*

permitteret, Notat talem iactum, quo tela pertingant ad hostes. Sic et apud Lucanum 1, 4. 651.

et operum magnitudinem. Dauis. emendabat *ex op. magnitudine.* Non opus.

auxilia Gallorum, quae constabant Gallicis militibus. *M.*

Gall. Germanorumque. Ante haec verba male insertum erat *aut.* quod bene expunxit Scaliger e coniectura Ciacconii; firmauit dein et cod. Oxon.

eamdem. Ita pauci Plerique *eodem*, quidam *eadem.* Res

debat autem quotidianis pabulationibus, id quod accidere erat necesse, quum raris disiectisque ex aedificiis pabulum conquireretur, vt inpeditis locis dispersi pabulatores circumuenirentur: quae res etsi mediocre detrimentum iumentorum ac seruorum nostris adferebat, tamen stultas cogitationes incitabat barbarorum; atque eo magis, quod Commius, quem profectum ad auxilia Germanorum arcessenda docui, cum equitibus venerat: qui tamen etsi numero non amplius erant quingenti, tamen Germanorum aduentu barbari inflabantur.

11. Caesar, quum animum aduerteret, hostem complures dies castris, palude et loci natura munitis, se tenere; neque obpugnari castra eorum sine dimicatione perniciosa, nec locum munitionibus claudi, nisi a maiore exercitu, posse: litteras ad Trebonium mittit, vt, quam celerrime posset, legionem XIII, quae cum T. Sextio Legato in Biturigibus hiemabat, arcesseret, atque ita cum III legionibus quam magnis itineribus ad se veniret: ipse equites in vicem Remorum ac Lingonum reliquarumque ciuitatum, quorum magnum numerum euocauerat, praesidio pabulationibus mittit, qui subitas hostium incursiones sustinerent.

12. Quod quum quotidie fieret, ac iam consuetudine diligentia minueretur, quod plerumque accidit diuturnitate, Bellouaci, delecta manu peditum, co-

ipsa necessarium facit *eamdem*. *M.* Dedit iam Vrsinus e codd.

docui. Cf. c. 7. Vulgo *dixeram*. *M.*

qui — inflabantur. Haec in edd. vet. desiderantur. Pro *inflabantur* alii habent *nitebantur*. Dein *amplius quingenti* per ellipsin τοῦ *quam*, vt 4, 12. C. 3, 99. Afr. 1. et 38. Vulgo legitur *quingentis*. Emendauit Clarke e codd.

quam magnis itin. Sic leg. e Leid. pr. vid. Ind. in *quam*. *M.* Vulgo *magnis*.

pabulationibus. Sic codd. et edd. vet. Scaliger cum Faerno malit *pabulatoribus*. Sed bene positum abstractum pro concreto.

elic. nostros insidiis, i. e. ad insidias, ad locum, vbi insidiae positae erant. Sic explicauit Oud. Locus non intellectus variatus est scribendo, *insi-*

guitis stationibus quotidianis equitum nostrorum, silvestribus locis insidias disponunt; eodemque equites postero die mittunt, qui primum elicerent nostros insidiis, deinde circumuentos adgrederentur. Cuius mali sors incidit Remis, quibus ille dies fungendi muneris obuenerat. Namque ii, quum repente hostium equites animum aduertissent ac numero superiores paucitatem contemsissent, cupidius insecuti, a peditibus vndique sunt circumdati: quo facto perturbati, celerius, quam consuetudo fert equestris proelii, se receperunt, amisso Vertisco, Principe ciuitatis, Praefecto equitum: qui quum vix equo propter aetatem posset vti, tamen, consuetudine Gallorum, neque aetatis excusatione in suscipienda Praefectura vsus erat, neque dimicari sine se voluerat. Inflantur atque incitantur hostium animi secundo proelio, Principe et Praefecto Remorum interfecto, nostrique detrimento admonentur, diligentius exploratis locis stationes disponere ac moderatius cedentem insequi hostem.

13. Non intermittuntur interim quotidiana proelia in conspectu vtrorumque castrorum, quae ad vada transitusque fiebant paludis. Qua contentione Germani, quos propterea Caesar transduxerat Rhenum, vt equitibus interpositi proeliarentur, quum constantius vniuersi paludem transissent, paucisque resistentibus interfectis pertinacius reliquam multitudinem

diae, in insidiis, et vulgo *in insidias*. *M.* Similia sunt C. 2, 19. *deducere praesidio*. Afr. 26. *oppido represserunt*. et apud Lucanum 2, 685. *discussere salo*.

obuenerat. Alii *venerat*.

Vertisco. Sic edd. vet. Celsus *Vertisco*. Alii *Verutio*. Supra 5, 45. 49. occurrit *Vertico*.

Inflantur. Sic duo codd. antt. et boni. Ergo alia lectio, *inflammantur*, ab his est, qui voluerunt emendare. *M.* Ast *inflammantur* est in reliquis codd. habent et edd. vet. Sic et Afr. 19. Dubia lectio. *Inflatus* legitur C. 3, 108.

Non intermittuntur. Al. *intermittit* scil. Caesar.

equitibus interpositi. Cf. 1, 48. 7, 18. et passim. *M.*

resistentibus interfectis. Alii *in resistendo*.

barii eodem loco possent, tale consilium sui recipiendi inierunt. *Fasces, vti consederant, stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat in castris copia, per manus inter se transditos, ante aciem collocauerunt, extremoque tempore diei, signo pronunciato, vno tempore incenderunt.* Ita continens flamma copias omnes repente a conspectu texit Romanorum. Quod vbi accidit, barbari vehementissimo cursu refugerunt.

16. Caesar, etsi discessum hostium animum aduertere non poterat, incendiis obpositis; tamen id consilium quum fugae caussa initum suspicaretur, legiones promouet, turmas mittit ad insequendum: ipse veritus insidias, ne forte in eodem loco subsisteret hostis atque elicere nostros in locum conaretur iniquum, tardius procedit. Equites quum intrare fumum et flammam densissimam timerent; ac, si qui cupidius intrauerant, vix suorum ipsi priores partes aduerterent equorum; insidias veriti, liberam facultatem sui recipiendi Bellouacis dederunt. Ita fuga, timoris simul calliditatisque plena, sine vllo detrimento milia non amplius X progressi hostes, loco munitissimo castra posuerunt. Inde, quum saepe in

inierunt. alii *coeperunt.*

consederant, locum occuparant, in quo commorabantur. Alii *vbi* pro *vti*: non bene: nam *vti consederant* est, quod alibi dicitur *vt erant*, ὡς εἶχον. *M.*

namque in acie sedere Gallos consuesse, superioribus commentariis declaratum est. Hoc, intrusum post *consederant*, nuspiam dictum est in commentariis Caesaris: nam, qui loci in hanc rem laudantur (de B. Gall. 5, 18, quem locum Hotomannus protulit, aut ibid. 5, 17. quo Fabricius ad Dion. Cass. 39, 45 vsus est), hi ergo profecto nihil tale continent, quale continere debent, quoniam in priore nihil nisi *sarmenta et virgulta* legitur; sed quid hoc ad rem? in posteriore vero *hostis consedit* significat, *hostis castra posuit.* Praeterea est absurdum, milites in acie sedere. Quare credo Wassio, ad Salluft. Ingurth. (cap. 24) statuenti, hanc totam parenthesin esse ab inepto homine, qui non intellexerit τὸ *consederant*, et adscripserit aliquid de stulto hoc ritu et commenticio, ideoque omnia haec verba, inclusa parenthesi, esse penitus tollenda. Haec est summa co-

insidiis equites peditesque disponerent, magna detrimenta Romanis in pabulationibus inferebant.

17. Quod quum crebrius accideret, ex captiuo quodam comperit Caesar, Correum, Bellouacorum Ducem, fortissimorum milia VI peditum delegisse, equitesque ex omni numero M, quos in insidiis eo loco conlocarat, quem in locum, propter copiam frumenti ac pabuli, Romanos pabulatum missuros suspicaretur. Quo cognito consilio, Caesar legiones plures, quam solebat, educit; equitatumque, qua consuetudine pabulatoribus mittere praesidia consuerat, praemittit. Huic interponit auxilia leuis armaturae: ipse cum legionibus, quam potest maxime, adpropinquat.

18. Hostes in insidiis dispositi, quum sibi delegissent campum ad rem gerendam, non amplius patentem in omnes partes passibus M, siluis vndique impeditissimis, aut altissimo flumine munitum, velut indagine hunc insidiis circumdederunt. Explorato hostium consilio, nostri, ad proeliandum animo atque armis parati, quum subsequentibus legionibus nullam dimicationem recusarent, turmatim in eum locum deuenerunt. Quorum aduentu quum sibi Cor-

rum, quae interpretes de h. l. dixerunt. *M.* Iure meritoque me expunxisse credo; seruarant Oud. et Morus.

turmas mittit. Vulgo *et turmas m.*

subsisteret hostis. Praefero hanc lectionem; vulgo *subsistere*, quod male refertur ad *conaretur*. Bene hoc e codd. monuit Dauis.

Equites — Haec et breuius et indiligentius narrauit Dio Cass. 40, 42. *M.*

fumum. Codd. quidam *fummum iugum;* inde Oud. coniectat *fumum iugem.*

aduerterent. Vulgo *animaduerterent*, minus recte.

in pabulationibus. In aliis codd. praepositio deest.

conlocarat. Leg. *conlocarit*, *M.*

equitatumque — Leg. *equitatum, quem sua consu. p. m. praesidio cons.* Sic Dauis. et Clarkius. *M.*

auxilia leu. arm. alii *praesidia.*

munitum, velut indagine. alii male *velut ind. munitum.*

nostri. Perperam vulgo refertur ad *circumdederunt.* Id ne fieri possit, locaui post *consilio.*

:us oblatam occasionem rei gerendae existimaret, rimum cum paucis se ostendit atque in proximas urmas inpetum fecit. Nostri constanter incursum istinent insidiatorum; neque plures in vnum locum onueniunt, quod plerumque equestribus proeliis uum propter aliquem timorem accidit, tum multiudine ipsorum detrimentum accipitur.

19. Quum dispositis turmis in vicem rari proeliaentur, neque ab lateribus circumueniri suos pateentur, erumpunt ceteri, Correo proeliante ex silis. Fit magna contentione diuersum proelium. Quod quum diutius pari Marte iniretur, paullatim x siluis instructa multitudo procedit peditum, quae ostros cogit cedere equites: quibus celeriter subueiunt leuis armaturae pedites, quos ante legiones nissos docui, turmisque nostrorum interpositi conanter proeliantur. Pugnatur aliquamdiu pari conentione: deinde, vt ratio postulabat proelii, qui istinuerant primos inpetus insidiarum, hoc ipso unt superiores, quod nullum ab insidiantibus inpruentes acceperant detrimentum. Accedunt propius iterim legiones, crebrique eodem tempore et noris et hostibus nuncii adferuntur, imperatorem inructis copiis adesse. Qua re cognita, praesidio coortium confisi nostri, acerrime proeliantur, ne, si ardius rem gessissent, victoriae gloriam communicasse um legionibus viderentur. Hostes concidunt animis

fecit. al. *facit*.
incursum sustinent. alii *inpetm*. Sed istud codd. et edd. vet.
quod quum accidit propter tiorem, si quando fiat hoc, vt lures in vnum locum conueiant, timore adacti, — —. Sic octe explicauit et defendit loum Oudendorpius. *M.*
Correo proeliante. Male hic r ipungunt vulgo. Nam *ceteri*, il. equites nostri, *erumpunt*, am primae, quae accesserant, turmae inpetum Correi sustinent, *proeliantis ex siluis*.
diuersum proelium, in diuersis campi locis, passim. *M.*
victi tamen. Ciaccon. mallt *tandem*, sed *tamen* eodem sensu dicitur, teste Nonio.
perculsique. alii *percussique*, *proculsique*, *propulsique*.
fors. alii *fors*.
quum interim — coniicere. Sic scripsisse auctorem, non possum mihi persuadere: nam haec

atque itineribus diuerfis fugam quaerunt. Nequidquam: nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere voluerant, iis ipfi tenebantur: victi tamen perculfique, maiore parte amiffa, quo fors tulerat, confternati profugiunt, partim filuis petitis, partim flumine; qui tamen in fuga a noftris acriter infequentibus conficiuntur: quum interim nulla calamitate victus Correus excedere proelio filuasque petere, aut, inuitantibus noftris ad deditionem, potuit adduci, quin, fortiffime proeliando compluresque vulnerando, cogeret elatos iracundia victores in fe tela coniicere.

20. Tali modo re gefta, recentibus proelii veftigiis ingreffus Caefar, quum victos tanta calamitate exiftimaret hoftes, nuncio accepto, locum caftrorum relicturos, quae non longius ab ea caede abeffe plus minus octo milibus dicebantur, tametfi flumine impeditum transitum videbat, tamen exercitu transducto progreditur. At Bellouaci reliquaeque ciuitates, repente ex fuga paucis, atque his vulneratis, receptis, qui filuarum beneficio cafum euitauerant, omnibus aduerfis, cognita calamitate, interfecto Correo, amiffo equitatu et fortiffimis peditibus, quum aduentare Romanos exiftimarent, concilio repente cantu tubarum conuocato, conclamant, legati obfidesque ad Caefarem mittantur.

21. Hoc omnibus probato confilio, Commius

oratio non eft intricata, fed perturbata. Quid fcripferit, nefcio: fufpicor, fic legi poffe: *Quum interim nulla calamitate victus Correus, vt* (hanc particulam abforpfit fuperius verbum) *excederet proelio filuasque peteret, inuitantibus noftris ad deditionem, haud* (fic quidam codd. et edd. vet. pro *aut*) *potuerit* (ita neceffario legendum) *adduci, quin fortiffime — —. M. Nulla calamitate* valet *non vlla cal.* Sic alia negatione non eft opus. *petere adduci* i. e. *ad petendum.*

recentibus — ingreffus, 'ibat per eum campum, vbi recens proelium commiffum erat. *M.*

octo milibus fc. paffuum. Et hoc verbum addunt edd. *M.* Inuitis codd. Pro *plus minus* edd. quaedam dant *quam.* Alii habent *nouem milibus.*

legati. Vulgo praemittunt *vt.* Sed codd. non adgnofcunt.

Atrebas ad eos profugit Germanos, a quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. Ceteri e vestigio mittunt ad Caesarem legatos, petuntque, *vt ea poena sit contentus hostium, quam si sine dimicatione inferre integris posset, pro sua clementia atque humanitate numquam profecto esset inlaturus: adflictas opes equestri proelio Bellouacorum esse; delectorum peditum multa milia interisse; vix refugisse nuncios caedis; tamen magnum, vt in tanta calamitate, Bellouacos eo proelio commodum esse consecutos, quod Correus, auctor belli, concitator multitudinis, esset interfectus; numquam enim senatum tantum in ciuitate, illo viuo, quantum inperitam plebem, potuisse.*

22. Haec orantibus legatis, commemorat Caesar, *eodem tempore superiore anno Bellouacos ceterasque Galliae ciuitates suscepisse bellum; pertinacissime hos ex omnibus in sententia permansisse, neque ad sanitatem reliquorum deditione esse perductos: scire atque intellegere se, caussam peccati facillime mortuis delegari; neminem vero tantum pollere, vt, inuitis Principibus, resistente senatu, omnibus bonis repugnantibus, infirma manu plebis bellum concitare et gerere posset: sed tamen se contentum fore ea poena, quam sibi ipsi contraxissent.*

23. Nocte insequenti legati responsa ad suos referunt, obsides conficiunt. Concurrunt reliquarum ciuitatium legati, quae Bellouacorum speculabantur

integris, non victis et adflictis. *M.*

adflictas. Duo boni codd. *adfectas:* recte. Vulgatum est interpretatio. *M.* Dubium.

concitator multit. Alii *conciliator*. Oud. coniicit scribendum *conciter*. sed v. c. 38.

delegari. vid. Ind. *M.*

omnibus bonis rep. Τὸ *bonis* habent edd. vet. Oud. omisit perperam.

euentum. alii *euentus*.

prohibebat. alii *cohibebat*.

superiore anno. Et tamen Dio Cassius (40, 43) haec ita narrat, vt si nunc accidissent. *M.*

idoneos ei. Haec vulgo absunt; e plerisque restituit Dauisius. Sed puto, *idoneos* esse superfluum, nec exstat in duo-

euentum. Obſides dant, imperata faciunt, excepto Commio, quem timor prohibebat, cuiusquam fidei ſuam committere ſalutem. Nam ſuperiore anno T. Labienus, Caeſare in Gallia citeriore ius dicente, quum Commium comperiſſet ſollicitare ciuitates et coniurationem contra Caeſarem facere, infidelitatem eius ſine vlla perfidia iudicauit comprimi poſſe. Quem quia non arbitrabatur vocatum in caſtra venturum, ne tentando cautiorem faceret, C. Voluſenum Quadratum miſit, qui eum per ſimulationem conloquii curaret interficiendum. Ad eam rem delectos idoneos ei tradit Centuriones. Quum in conloquium ventum eſſet et, vt conuenerat, manum Commii Voluſenus adripuiſſet; Centurio, vel vt inſueta re permotus, vel celeriter a familiaribus prohibitus Commii, conficere hominem non potuit: grauiter tamen primo ictu gladio caput percuſſit. Quum vtrimque gladii deſtricti eſſent; non tam pugnandi, quam diffugiendi fuit vtrorumque conſilium: noſtrorum, quod mortifero vulnere Commium credebant adfectum; Gallorum, quod, inſidiis cognitis, plura, quam videbant, extimeſcebant. Quo facto ſtatuiſſe Commius dicebatur, numquam in conſpectum cuiusquam Romani venire.

24. Bellicoſiſſimis gentibus deuictis, Caeſar, quum videret, nullam iam eſſe ciuitatem, quae bellum pararet, quo ſibi reſiſteret; ſed nonnullos ex oppidis demigrare, ex agris diffugere, ad praeſens imperium

bus libris optimis. *M.* Tum pro *tradit* alii *tradidit*, *transdidit*.

vel vt inſu. r. permotus, ſimulabat, ſe permoueri re inſueta; quaſi Commius arripuiſſet Voluſenum, vim ei inlaturus. *M.* Clarkium ſequor, probatum ab Oud. Hic prius dederat ita: *et Centurio, velut inſu. re perm. vellet Commium interficere;* *cel. a fam. etc.* vbi otioſa repetitio *interficere*, *conficere*.

caput percuſſit. *Caput* deeſt in codd. et edd. vet. Oud. putat potius *gladio* delendum.

deſtricti. Vulgo male *diſtricti.*

quam videbant. alii *viderant.*

in conſpectum. alii *in conſpectu.* Reſpice ad c. 8.

diffugere. vulgo *effugere.*

euitandum: plures in partes exercitum dimittere constituit; M. Antonium Quaestorem cum legione XI sibi coniungit; C. Fabium Legatum cum cohortibus XXV mittit in diuersissimam Galliae partem; quod ibi quasdam ciuitates in armis esse audiebat, neque C. Caninium Rebilum, Legatum, qui in illis regionibus praeerat, satis firmas II legiones habere existimabat. T. Labienum ad se euocat, legionemque XII, quae cum eo fuerat in hibernis, in Togatam Galliam mittit, ad colonias ciuium Romanorum tuendas; ne quod simile incommodum accideret decursione barbarorum, ac superiore aestate Tergestinis accidisset, qui repentino latrocinio atque inpetu eorum erant obpressi. Ipse ad vastandos depopulandosque fines Ambiorigis proficiscitur, quem perterritum ac fugientem quum redigi posse in suam potestatem desperasset, proximum suae dignitatis esse ducebat, adeo fines eius vastare ciuibus, aedificiis, pecore, vt odio suorum Ambiorix, si quos fortuna fecisset reliquos, nullum reditum propter tantas calamitates haberet in ciuitatem.

25. Quum in omnis partes finium Ambiorigis aut legiones aut auxilia dimisisset, atque omnia caedibus, incendiis, rapinis vastasset, magno numero hominum interfecto aut capto: Labienum cum duabus legionibus in Treuiros mittit, quorum ciuitas, propter Germaniae vicinitatem quotidianis exercitata bellis, cultu

legione XI. Vulgo *XII.* sed haec cum Labieno erat, vt mox dicitur.

qui — praeerat, scil. legionibus: *er hatte das Commando daselbst.* De Rebili hibernis conf. 7, 90. *M.* In aliis est *erat.*

Tog. Gall. quae c. 23. citerior dicta est, et propter ciuitatem datam a togae vsu nomen togatae habuit. *Cellarius.* Neque tamen ea huius nominis causa praetereunda est, quae ex hoc ipso loco intelligi potest, colonias ciuium Romanorum ibi fuisse. *M.*

decursione barb. Sic et Al. 42. Alii *de incursione.*

Tergestinis. Nullus veterum, quod sciam, huius cladis meminit. *Vossius.* Tergeste, Carnicorum oppidum, ad Hadriaticum mare. *Cellarius.*

et feritate non multum a Germanis differebat, neque imperata vmquam, nisi exercitu coacta, faciebat.

26. Interim C. Caninius, Legatus, quum magnam multitudinem conuenisse hostium in fines Pictonum litteris nunciisque Duratii cognosceret, qui perpetuo in amicitia Romanorum permanserat, quum pars quaedam ciuitatis eius defecisset; ad oppidum Lemonum contendit. Quo quum aduentaret, atque ex captiuis certius cognosceret, multis hominum milibus a Dumnaco, Duce Andium, Duratium clausum Lemoni obpugnari; neque infirmas legiones hostibus committere auderet; castra munito loco posuit. Dumnacus, quum adpropinquare Caninium cognouisset, copiis omnibus ad legiones conuersis, castra Romanorum obpugnare instituit. Quum complures dies in obpugnatione consumsisset et, magno suorum detrimento, nullam partem munitionum conuellere potuisset, rursus ad obsidendum Lemonum redit.

27. Eodem tempore C. Fabius, Legatus, complures ciuitates in fidem recipit, obsidibus firmat, litterisque C. Caninii Rebili fit certior, quae in Pictonibus gerantur. Quibus rebus cognitis, proficiscitur ad auxilium Duratio ferendum. At Dumnacus, aduentu Fabii cognito, desperata salute, si eodem tempore coactus esset et Romanorum externum sustinere hostem et respicere ac timere oppidanos, repente eo ex loco cum copiis recedit: nec se satis tutum fore

redigi posse. In aliis τὸ *posse* deest. nec ita male.

vastare, vacuefacere. vid. Ind. *M.*

omnis partes finium. Enallage pro *omnes fines partium* et sic codd. quidam exhibent.

exercitata bellis. Alii *exercita.*

defecisset; hic interpungendum, non post verbum *permanserat.*

Lemonum. Alii, Limonum. *M.* Hoc praefert D'Anville.

in obpugnatione. alii *in obpugnationem.*

firmat, vt in fide maneant efficit. *M.*

ad auxilium. alii *ad auxilia.*

externum. Alii *et externum, et exercitum.*

arbitratur, nisi flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem transeundum, copias transduxisset. Fabius, etsi nondum in conspectum venerat hostibus, neque se cum Caninio coniunxerat, tamen doctus ab iis, qui locorum nouerant naturam, potissimum credidit, hostes perterritos eum locum, quem petebant, petituros. Itaque cum copiis ad eumdem pontem contendit, equitatumque tantum procedere ante agmen imperat legionum, quantum quum processisset, sine defatigatione equorum in eadem se reciperet castra. Consequuntur equites nostri, vt erat praeceptum, inuaduntque Dumnaci agmen et, fugientes perterritosque sub sarcinis in itinere adgressi, magna praeda, multis interfectis, potiuntur. Ita, re bene gesta, se recipiunt in castra.

28. Insequenti nocte Fabius equites praemittit, sic paratos, vt confligerent atque omne agmen morarentur, dum consequeretur ipse. Cuius praeceptis vt res gereretur, Q. Atius Varus, Praefectus equitum, singularis et animi et prudentiae vir, suos hortatur, agmenque hostium consecutus, turmas partim idoneis locis disponit, partim equitum proelium committit. Consistit audacius equitatus hostium, succedentibus sibi peditibus, qui, toto agmine subsistentes, equitibus suis contra nostros ferunt auxilium. Fit proelium acri certamine: namque nostri, contemtis pridie superatis hostibus, quum subsequi legiones meminissent, et pudore cedendi, et cupiditate per se conficiendi proelii, fortissime contra pedites proelia-

in conspectum. alii *in conspectu.* vide not. ad c. 8. tum pro *hostibus* alii *hostis*, *hostium.*

Ita. alii *Itaque.*

Q. Atius Varus. Sic Scaliger e coniectura Fuluii Vrsini. Alii *Q. Tatius* etc.

subsistentes. Alii male *subsistentibus.*

per se confic. proelii. Alii *praemittunt celerius* inuitis codd.

in conspectum. quidam *in conspectu.*

turmae equitum; *acies* peditum. *M.*

bantur; hostesque, nihil amplius copiarum accessurum credentes, vt pridie cognouerant, delendi equitatus nostri nacti occasionem videbantur.

29. Quum aliquamdiu summa contentione dimicaretur, Dumnacus instruit aciem, quae suis esset equitibus in vicem praesidio. Tum repente confertae legiones in conspectum hostium veniunt. Quibus visis perculsae barbarorum turmae, perterritae acies hostium, perturbato inpedimentorum agmine, magno clamore discursuque passim fugae se mandant. At nostri equites, qui paullo ante cum resistentibus fortissime conflixerant, laetitia victoriae elati, magno vndique clamore sublato, cedentibus circumfusi, quantum equorum vires ad persequendum dextraeque ad caedendum valent, tantum eo proelio interficiunt. Itaque amplius milibus XII aut armatorum, aut eorum, qui timore arma proiecerant, interfectis, omnis multitudo capitur inpedimentorum.

30. Qua ex fuga, quum constaret, Drappeten Senonem, (qui, vt primum defecerat Gallia, conlectis vndique perditis hominibus, seruis ad libertatem vocatis, exsulibus omnium ciuitatium adscitis, receptis latronibus, inpedimenta et commeatus Romanorum interceperat) non amplius hominum II milibus ex fuga conlectis, Prouinciam petere, vnaque consilium cum eo Lucterium Cadurcum cepisse, quem superiore commentario, prima defectione Galliae, facere in Prouinciam inpetum voluisse, cognitum est:) Caninius Legatus cum legionibus II ad eos perse-

Drappeten. alii *Drapten.*

vt primum def. Gall. Conf. 7, 1. *M.*

exs. omnium ciu. adscitis, receptis latronibus. alii *exs. omnibus omnium ciu. accitis* (hoc in aliis deest) *rec. latrociniis.*

commeatus Rom. alii *comitatus.* vt 1, 34. 5, 23. Al. 25. Af. 8.

II milibus. alii *V.*

super. comment. Conf. 7, 7. *prima defectione*, initio defectionis. *M.* Alii habent *in sup. comm.* alii *e sup. comm.*

quendos contendit, ne de detrimento aut timore Prouinciae magna infamia, perditorum hominum latrociniis, caperetur.

31. C. Fabius cum reliquo exercitu in Carnutes ceterasque proficifcitur ciuitates, quarum eo proelio, quod cum Dumnaço fecerat, copias effe accifas fciebat: non enim dubitabat, quin recenti calamitate fubmiffiores effent futurae; dato vero fpatio ac tempore, eodem inftante Dumnaco, poffent concitari. Qua in re fumma felicitas celeritasque in recipiendis ciuitatibus Fabium confequitur. Nam Carnutes, qui faepe vexati numquam pacis fecerant mentionem, datis obfidibus, veniunt in deditionem; ceteraeque ciuitates, pofitae in vltimis Galliae finibus, Oceano coniunctae, quae Armoricae adpellantur, auctoritate adductae Carnutum, aduentu Fabii legionumque imperata fine mora faciunt. Dumnacus, fuis finibus expulfus, errans latitansque folus extremas Galliae regiones petere eft coactus.

32. At Drappes vnaque Lucterius, quum legiones Caniniumque adeffe cognofcerent, nec fe fine certa pernicie, perfequente exercitu, putarent Prouinciae fines intrare poffe; nec iam liberam vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem haberent, confiftunt in agris Cadurcorum. Ibi, quum Lucterius apud fuos ciues, quondam integris rebus, multum potuiffet, femperque auctor nouorum confiliorum magnam apud barbaros auctoritatem haberet, oppidum Vxellodunum, quod in clientela fuerat eius, na-

de detrimento. Delendum eft *de*, quod nulli fere codd. agnofcunt. *M.* Seruant Andin. et Oxon.

copias effe accifas. Sic e codd. Voffius; alii *accitas*, *auctas*, *occifas*.

inftante. Al. *inftigante.* quod interpretamentum eft. *M.*

Carnutes numquam pacis fec. ment. Sed vid. 6, 4. Monuit Voffius. *M.* Falfum omnino, nifi intelligas, a nouiffima coniuratione.

Armoricae. vid. 5, 53. *M.*

liberam vag. alii *libere.* tum pro *haberent* alii *habere.*

in agris Cad. alii *in finibus.*

tura loci egregie munitum, occupat suis et Drappetis copiis oppidanosque sibi coniungit.

33. Quo quum confestim C. Caninius venisset animaduerteretque, omnes oppidi partes praeruptissimis saxis esse munitas, quo, defendente nullo, tamen armatis adscendere esset difficile; magna autem inpedimenta oppidanorum videret, quae si clandestina fuga subtrahere conarentur, effugere non modo equitatum, sed ne legiones quidem possent, tripartito cohortibus diuisis, trina excelsissimo loco castra fecit, a quibus paullatim, quantum copiae patiebantur, vallum in oppidi circuitum ducere instituit.

34. Quod quum animum aduerterent oppidani, miserrimaque Alesiae memoria solliciti similem casum obsessionis vererentur; maximeque ex omnibus Lucterius, qui fortunae illius periculum fecerat, moneret, frumenti rationem esse habendam: constituunt omnium consensu, parte ibi relicta copiarum, ipsi cum expeditis ad inportandum frumentum proficisci. Eo consilio probato, proxima nocte, duobus milibus armatorum relictis, reliquos ex oppido Drappes et Lucterius educunt: ii, paucos dies morati, ex finibus Cadurcorum, qui partim re frumentaria subleuare eos cupiebant, partim prohibere, quo minus sumerent, non poterant, magnum numerum frumenti comparant: nonnumquam autem expeditionibus nocturnis castella nostrorum adoriuntur. Quam ob caussam C. Caninius toto oppido munitiones circumdare contatur, ne aut opus effectum tueri non possit, aut plurimis locis infirma disponat praesidia.

non modo equitatum. Subauditur *non eq.* vt 2, 17. 3, 4.

in circuitum duc. inst. alii *in circuitu*, scil. omissa lineola, vt in illo *in conspectu* pro *in conspectum*.

ex fin. Cadd. alii *in.* omisso praecedente commate.

contatur, vulgo *moratur.* Cf. cap. 37. *prohibitus est timore, munitione circumdare oppidanos.* Ergo *conatur*, quod codd. habent, recte mutarunt interpretes; sed non tam in *moratur*, quam in *cunctatur*, seu *contatur*, mutari debuit, vt acute vidit Oud. *M.* et in edit.

35. Magna copia frumenti comparata, confidunt Drappes et Lucterius non longius ab oppido X milibus, vnde paullatim frumentum in oppidum subportarent. Ipsi inter se prouincias partiuntur: Drappes castris praesidio cum parte copiarum restitit; Lucterius agmen iumentorum ad oppidum adducit. Dispositis ibi praesidiis, hora noctis circiter X, siluestribus angustisque itineribus frumentum inportare in oppidum instituit. Quorum strepitum vigiles castrorum quum sensissent, exploratoresque missi, quae agerentur, renunciassent, Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis in frumentarios sub ipsam lucem inpetum fecit. Ii, repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua praesidia: quae nostri vt viderunt, acrius contra armatos incitati, neminem ex eo numero viuum capi patiuntur. Effugit inde cum paucis Lucterius, nec se recipit in castra.

36. Re bene gesta, Caninius ex captiuis comperit, partem copiarum cum Drappete esse in castris a milibus non amplius XII. Qua re ex compluribus cognita, quum intellegeret, fugato Duce altero, perterritos reliquos facile obprimi posse: magnae felicitatis esse arbitrabatur, neminem ex caede refugisse in castra, qui de accepta calamitate nuncium Drappeti perferret. Sed in experiundo quum periculum nullum videret, equitatum omnem Germanosque pedites, summae velocitatis homines, ad castra hostium praemittit; ipse legionem vnam in trina castra distri-

posteriore recepit, sequor. Tò *moratur* debetur glossae.

X milibus. Vulgo addunt *passuum*, inuitis codd. et edd. vet.

Effugit inde. alii *Profugit*.

non amplius. quidam *non longe amplius*.

magnae felicitatis. Dauis. male volebat *infelicitatis*.

summae vel. homines. vulgo omnes.

in trina castra. Vulgo *intra castra*. Emendauit Ciaccon. e cod. Vrsini.

propius hostis access. Vulgo *hostem*.

vt barb. fert. Pro *fert* alii *fere est*.

Germani equitesque. Tò *que* omisit Scaliger.

buit, alteram fecum expeditam ducit. Quum propius hoftis acceffiffet, ab exploratoribus, quos praemiferat, cognofcit, caftra eorum, vt barbarorum fert confuetudo, relictis locis fuperioribus, ad ripas fluminis effe demiffa: at Germanos equitesque inprudentibus omnibus de inprouifo aduolaffe et proelium commififfe. Qua re cognita, legionem armatam inftructamque adducit. Ita, repente omnibus ex partibus figno dato, loca fuperiora capiuntur. Quod vbi accidit, Germani equitesque, fignis legionis vifis, vehementiffime proeliantur: confeftim cohortes vndique inpetum faciunt, omnibusque aut interfectis, aut captis, magna praeda potiuntur: capitur ipfe eo proelio Drappes.

37. Caninius, feliciffime re gefta, fine vllo paene militis vulnere, ad obfidendos oppidanos reuertitur; externoque hofte deleto, cuius timore antea augere praefidia et munitione oppidanos circumdare prohibitus erat, opera vndique imperat adminiftrari. Venit eodem cum fuis copiis poftero die C. Fabius partemque oppidi fumit ad obfidendum.

38. Caefar interim M. Antonium Quaeftorem cum cohortibus XV in Bellouacis reliquit, ne qua rurfus nouorum confiliorum ad capiendum bellum facultas daretur: ipfe reliquas ciuitates adit, obfides plures imperat, timentes omnium animos confolatione fanat. Quum in Carnutes veniffet, quorum confilio

conf. cohortes. alii addunt *omnes.*

augere praefidia, multiplicare, multis in locis ponere, fingulis in locis fingula ponere. cf. c. 34 extr. Sic libri boni; fed plures libri, et in his etiam boni, habent *diuidere* (*vertheilen*), quod eodem redit. *M.* Voculam *antea* praemifit Oud. e codd.

capiendorum Belgis. Pro his rurfus duo libri optimi habent, *ad capiendum bellum.* *M.* Recepi cum Oud.

quorum confilio. Deeft *confilio* in codd. non modo antiquis et bonis, fed et plerisque; et turbat fenfum. Ergo Dauif. et Clark. recte fuftulerunt. *M.* Sed vide 7, 2.

in ciuitate ſuperiore commentario Caeſar expoſuit initium belli eſſe ortum, quod praecipue eos propter conſcientiam facti timere animum aduertebat, quo celerius ciuitatem metu liberaret, principem ſceleris illius et concitatorem belli, Gutruatum, ad ſubplicium depoſcit: qui, etſi ne ciuibus quidem ſuis ſe committebat, tamen celeriter, omnium cura quaeſitus, in caſtra perducitur. Cogitur in eius ſubplicium Caeſar contra naturam ſuam, maximo militum concurſu, qui ei omnia pericula et detrimenta belli, a Gutruato accepta, referebant, adeo vt verberibus exanimatum corpus ſecuri feriretur.

59. Ibi crebris litteris Caninii fit certior, quae de Drappete et Lucterio geſta eſſent, quoque in conſilio permanerent oppidani. Quorum etſi paucitatem contemnebat, tamen pertinaciam magna poena eſſe adficiendam iudicabat; ne vniuerſa Gallia, non defuiſſe vires ſibi ad reſiſtendum Romanis, ſed conſtantiam, putaret; neue hoc exemplo ceterae ciuitates, locorum obportunitate fretae, ſe vindicarent in libertatem: quum omnibus Gallis notum ſciret, reliquam eſſe vnam aeſtatem ſuae prouinciae; quam ſi ſuſtinere potuiſſent, nullum vltra periculum vererentur. Itaque Q. Calenum Legatum cum legionibus duabus relinquit, qui iuſtis itineribus ſe ſubſequeretur; ipſe cum omni equitatu, quam poteſt celerrime, ad Caninium contendit.

Gutruatum. Conf. 7, 3, vbi duo auctores belli nominantur, ſed nullus Gutruatus, cuius nomen h. l. tantopere variatur, vt aut neſciamus, quale Hirtius ſcripſerit, aut in *Cotuatus* mutandum ſit. *M.*

perducitur. alii *producitur.*

a Gutruato accepta, ref. Sic codd. Aſt Dauiſ. deleri iubet τὸ *a* et praecedens *ei.* Secutus eſt Clarke.

quae de — geſta eſſent, quae iis accidiſſent. Vſitatius dici, *quid de iis factum eſſet,* monuit Clarkius. *M.*

neque ab obp. — poſſe, intelligebat, vtique obpugnandum eſſe oppidum, vti Caninius coeperat; nam volebat Caeſar, vt eſt cap. 39, frangere pertinaciam hominum. *M.*

quae (leg. cum Voſſio, *quod*) *totum p. m. cing.* M. Sed vallis etiam paene montem totum

40. Quum contra exſpectationem omnium Caeſar Vxellodunum veniſſet oppidumque operibus clauſum animum aduerteret; neque ab obpugnatione recedi videret vlla conditione poſſe; magna autem copia frumenti abundare oppidanos, ex perfugis cognoſſet; aqua prohibere hoſtem tentare coepit. Flumen infimam vallem diuidebat, quae totum paene montem cingebat, in quo poſitum erat praeruptum vndique oppidum Vxellodunum. Hoc flumen auerti loci natura prohibebat; ſic enim in imis radicibus montis ferebatur, vt nullam in partem depreſſis foſſis deriuari poſſet. Erat autem oppidanis difficilis et praeruptus eo deſcenſus, vt, prohibentibus noſtris, ſine vulneribus ac periculo vitae neque adire flumen, neque arduo ſe recipere poſſent adſcenſu. Qua difficultate eorum cognita, Caeſar, ſagittariis funditoribusque diſpoſitis, tormentis etiam quibusdam locis contra facillimos deſcenſus conlocatis, aqua fluminis prohibebat oppidanos, quorum omnis poſtea multitudo aquatum vnum in locum conueniebat.

41. Sub ipſum enim oppidi murum magnus fons aquae prorumpebat, ab ea parte, quae fere pedum CCC interuallo fluminis circuitu vacabat. Hoc fonte prohiberi poſſe oppidanos quum optarent reliqui, Caeſar vnus videret; e regione eius vineas agere adverſus montem, et aggeres inſtruere coepit, magno cum labore et continua dimicatione. Oppidani enim,

potuit cingere, depreſſior, per quam flumen labitur.

Hoc — auerti. Sic boni codd. Vulgo male *auertere.*

aquatum. alii *aquatorum.*

Sub ipſum etc. Hoc ad praecedentia refert Dauiſ. et poſt *murum* ponit *vbi.*

quae fluminis circuitu vacabat, pars vallis vacua, ſ. non tecta, non obducta erat flumine, circueunte totum fere oppidum. *M.* alii *a flum. circ.*

non ſine magno periculo poſt *vnus videret.* Omittunt haec verba libri ſcripti antiquiſſimi et optimi, tum ceteri etiam complures. Recte, vt Voſſius vidit: nam foret propemodum tautologia, ſi hic *non ſine magno periculo,* mox *magno cum lab. et cont. dimic.* diceretur. *M.* Ea verba e ſeq. huc inrepſere. deleui.

aduerſus montem. alii *contra montem.* Vide not. ad 7, 62.

aggeres inſtruere. alii *ſtruere.*

loco superiore decurrentes, eminus sine periculo proeliabantur, multosque pertinaciter succedentes vulnerabant; vt tamen non deterrerentur milites nostri vineas proferre, atque operibus locorum vincere difficultates. Eodem tempore tectos cuniculos ab vineis agunt ad caput fontis, quod genus operis sine vllo periculo et sine suspicione hostium facere licebat. Exstruitur agger in altitudinem pedum VIIII, conlocatur in eo turris X tabulatorum, non quidem quae moenibus adaequaretur, (id enim nullis operibus effici poterat) sed quae superaret fontis fastigium. Ex ea quum tela tormentis iacerentur ad fontis aditus, ne sine periculo possent adaquari oppidani; non tantum pecora atque iumenta, sed etiam magna hominum multitudo siti consumebatur.

42. Quo malo perterriti oppidani *cupas seuo, pice, scindulis complent: eas ardentes in opera prouoluunt. Eodem tempore acerrime proeliantur, vt ab incendio restinguendo dimicatione et periculo deterreant Romanos. Magna repente in ipsis operibus flamma exstitit. Quaecumque enim per lo-*

decurrentes etc. alii *decurrunt — proeliantur — vulnerant — deterrentur.*

succedentes, accedentes Romanos. vid. Ind. *M.*

et labore ante *atque operibus.* non exstat in antt. et bonis codd. *M.* Expunxi; superflua plane.

cuniculos — fontis. Haec lectio est ab ingenio Dauisii, ducta tamen e perspicuis codd. vestigiis, vbi fere *cuniculos agunt ad vineas ad caput fontis* legitur; nam ceterae varietates sunt leuiores. Vulgata vero lectio: *cuniculos, crates ac vineas agunt ad caput fontis:* absona est, interpretes inde a Vossio monuerunt. Cellarius sic ediderat: *cuniculos ad aggeres ac vineas agunt et ad caput fontis:* sed Dauisius verum vidit. *M.*

sine suspicione hostium, vt hostes ne suspicarentur quidem, tale quod fieri: cuniculi enim sub terra agebantur. Ergo Romani non admouerunt crates et vineas, vt in vulgata lectione erat: nam hoc hostes potuissent ipsi suis oculis videre. *M.*

pedum VIIII. in aliis *VI.* Ciacconius ex Orosio 6, 11. dabat LX. quod recepere Scalig. Clarke, Cellarius; sed Orosius LX dat non aggeri soli, seg. aggeri et turri. Ergo recte Oud. IX e codd.

adaequaretur. alii *aequaret, adaequaret.*

fontis fastigium, locum altiorem montis, e quo fons profi-

cum praecipitem missa erant, ea, vineis et aggere subpressa, comprehendebant id ipsum, quod morabatur. Milites contra nostri, quamquam periculoso genere proelii locoque iniquo premebantur, tamen omnia paratissimo sustinebant animo: res enim gerebatur et excelso loco et in conspectu exercitus nostri; magnusque vtrimque clamor oriebatur. Ita quam quisque poterat maxime insignis, quo notior testatiorque virtus eius esset, telis hostium flammaeque se obferebant.

43. Caesar quum complures suos vulnerari videret, ex omnibus oppidi partibus cohortes montem adscendere et, simulatione moenium occupandorum, clamorem vndique iubet tollere. Quo facto perterriti oppidani, quum, quid ageretur in locis reliquis, essent ignari, suspensi reuocant ab inpugnandis operibus armatos murisque disponunt. Ita nostri sine proelii facto celeriter opera flamma comprehensa partim restinguunt, partim interscindunt. Quum pertinaciter resisterent oppidani et, iam magna parte suorum siti amissa, in sententia permanerent, ad postre-

liebat. Fons prorumpebat sub murum oppidi (c. 41. in.): oppidum erat in summo monte: ergo fons ibi, in altiore montis loco prorumpebat: hinc fastigium fontis est locus altior montis, vnde fons scaturit. *M.*

ad fontis aditus. alii *aditum.*

adaquari. Sic C. 1, 66. alii *aquari.*

scindulis complent. vulgo *scandulis.*

dimicatione et periculo, i. e. dimicationis periculo. Et haec explicatio, *dimicationis periculo,* inhaesit in multis libris locum verae lectionis. *M.*

exstitit. alii *exsistit.*

subpressa, inpedita, quo minus procurrerent vlterius. Conf. Ind. *M.*

id ipsum, quod mor. vineas et aggerem. *M.*

Ita quam quisque. alii *Ita vt q.*

ex omn. oppidi partibus. Idem est, vt si dixisset, versus omnes oppidi partes. *M.*

suspensi, dubii, haesitantes. Non est synonymum verbi *ignarus,* quod omiserunt ii, qui tautologiam opinatam effugere voluerunt. Rursus alii omisere verbum *suspensi.* *M.*

sine proelii facto. Hoc ne Latinum quidem est: altera lectio, *sine proelio facto,* facilius ferri potest. *M.* Lego cum Oud. *sine pr. facto.*

resisterent delendum est, quia abest a plerisque codd. *M.*

et, iam magna parte. Leg.

mum cuniculis venae fontis intercisae sunt atque auersae. Quo facto exhaustus repente perennis exaruit fons tantamque adtulit oppidanis salutis desperationem, vt id non hominum consilio, sed Deorum voluntate factum putarent. Itaque, necessitate coacti, se transdiderunt.

44. Caesar, quum suam lenitatem cognitam omnibus sciret, neque vereretur, ne quid crudelitate naturae videretur asperius fecisse, neque exitum consiliorum suorum animum aduerteret, si tali ratione diuersis in locis plures rebellare consilia inissent; exemplo subplicii deterrendos reliquos existimauit. Itaque omnibus, qui arma tulerant, manus praecidit; vitam concessit, quo testatior esset poena inproborum. Drappes, quem captum esse a Caninio docui, siue indignatione et dolore vinculorum, siue timore grauioris subplicii, paucis diebus se cibo abstinuit atque ita interiit. Eodem tempore Lucterius, quem profugisse ex proelio scripsi, quum in potestatem venisset Epasnacti Aruerni, (crebro enim mutandis locis, multorum fidei se committebat, quod nusquam diutius sine periculo commoraturus videbatur, quum sibi conscius esset, quam inimicum deberet Caesarem habere,) hunc Epasnactus Aruernus, amicissimus Populi Romani, sine dubitatione vlla vinctum ad Caesarem deduxit.

45. Labienus interim in Treuiris equestre proelium secundum fecit; compluribusque Treuiris interfectis, et Germanis, qui nulli aduersus Romanos auxilia denegabant, Principes eorum viuos in

magna etiam parte. Sic plerique codd. *M.*
exaruit fons. Tò *exaruit*, quod vulgo deest, e codd. et edd. vet. restituit Oud.
reb. consilia inissent. Vulgo, *reb. coepissent.* *M.* Constructio recepta familiaris est Hirtio. Cf. c. 49. Af. c. 78.
indignatione. al. *indignitate.*
redegit. alii *redigit.*
virtutis. alii *virtutem.*
vt ibi. alii *vbi.*
in Belgio. codd. recentiores *in Belgis.*
in Aeduos misit. alii *deduxit.* alii *in Aeduis constituit.*
in Turonis. alii *in Turenes.*

ſuam redegit poteſtatem; atque in iis Surum Aeduum, qui et virtutis et generis ſummam nobilitatem habebat ſolusque ex Aeduis ad id tempus permanſerat in armis.

46. Ea re cognita, Caeſar, quum in omnibus Galliae partibus bene res geſtas videret iudicaretque, ſuperioribus aeſtiuis Galliam deuictam et ſubactam eſſe; Aquitaniam numquam ipſe adiiſſet, ſed per P. Craſſum quadam ex parte deuiciſſet; cum II legionibus in eam partem eſt profectus, vt ibi extremum tempus conſumeret aeſtiuorum: quam rem, ſicut cetera, celeriter feliciterque confecit: namque omnes Aquitaniae ciuitates legatos ad eum miſerunt obſidesque ei dederunt. Quibus rebus geſtis, ipſe cum equitum praeſidio Narbonem profectus eſt, exercitum per Legatos in hiberna deduxit: quatuor legiones in Belgio conlocauit cum M. Antonio et C. Trebonio et P. Vatinio et Q. Tullio, Legatis: duas in Aeduos miſit, quorum in omni Gallia ſummam eſſe auctoritatem ſciebat: duas in Turonis ad fines Carnutum poſuit, quae omnem regionem coniunctam Oceano continerent: duas reliquas in Lemouicum finis, non longe ab Aruernis, ne qua pars Galliae vacua ab exercitu eſſet. Paucos dies ipſe in Prouincia moratus, quum celeriter omnes conuentus percucurriſſet, publicas controuerſias cognouiſſet, bene meritis praemia tribuiſſet, (cognoſcendi enim maximam facultatem habebat, quali quisque animo in rempublicam fuiſſet totius Galliae defectione, quam ſuſtinuerat fidelitate atque auxiliis Prouinciae illius) his rebus con-

Sic interdum ſtruitur verbum *ponere*.

region. al. praemittunt *illam.*

in Lem. finis. alii *finibus.*

conuentus. vid. Ind. *M.* Vrbes, in quibus agebantur. Sic Cic. Verr. 2, 20. pro Lig. 8. Plin. 3, 1.

quam (defectionem) *ſuſtinuerat* (Caeſar non ſuccubuerat illi, vires ad eam obprimendam habuerat) *fidel. atque aux. Prouinciae* (eius partis Galliae, quae Prouincia Romana erat). In fine *illius* delendum eſſe vidit Clarkius, quia Prouincia κατ᾽ ἐξοχὴν in his libris dicitur. *M.*

his rebus conf. Hinc male

fectis, ad legiones in Belgium se recipit hibernatque Nemetocennae.

47. Ibi cognoscit, Commium Atrebatem proelio cum equitatu suo contendisse. Nam, quum Antonius in hiberna venisset ciuitasque Atrebatum in officio maneret, Commius, qui post illam vulnerationem, quam supra commemoraui, semper ad omnes motus paratus suis ciuibus esse consuesset, ne consilia belli quaerentibus auctor armorum duxque deesset, parente Romanis ciuitate, cum suis equitibus se suosque latrociniis alebat, infestisque itineribus commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebat.

48. Erat adtributus Antonio Praefectus equitum, C. Volusenus Quadratus, qui cum eo hiemaret. Hunc Antonius ad persequendum hostium equitatum mittit. Volusenus autem ad eam virtutem, quae singularis in eo erat, magnum odium Commii adiungebat, quo libentius id faceret, quod imperabatur. Itaque dispositis insidiis, saepius eius equites adgressus, secunda proelia faciebat. Nouissime, quum vehementius contenderetur ac Volusenus, ipsius intercipiendi Commii cupiditate, pertinacius eum cum paucis insecutus esset, ille autem fuga vehementi Volusenum longius produxisset; repente omnium suorum inuocat fidem atque auxilium, ne sua vulnera, perfidia in-

caput nouum inchoant. Respice ad 5, 24.

hibernatque. alii *hibernauitque.*

supra commem. Conf. cap. 23. *M.*

parente Romanis. alii *parente sibi omni.*

ad eam virtutem. alii *ad eam partem virtutis*, *ad eam partis virtutem*, *ad eam partam virtutem.*

magnum odium. Conf. cap. 23. *M.*

quo libentius, vt adeo tanto libentius —. *M.*

produxisset. Vide Ind.

perfidia interp. Ita vt Romani perfidia vterentur, vt essent perfidi. Sic Latine dici posse, non dubito: sed e quibusdam libris bonis praetulerim cum Vossio, *perfidia* (aut *perfide*) *inposita*, i. e. vulnera ei inposita, inlata erant, fraude et per-

terposita, paterentur inulta; conuersoque equo, se a ceteris incautius permittit in Praefectum. Faciunt idem omnes eius equites paucosque nostros conuertunt atque insequuntur. Commius incensum calcaribus equum iungit equo Quadrati, lanceaque infesta medium femur eius magnis viribus transiicit. Praefecto vulnerato, non dubitant nostri resistere et conversi hostem pellere. Quod vbi accidit, complures hostium, magno nostrorum inpetu perculsi, vulnerantur et partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. Quod vbi malum Dux equi velocitate euitauit, grauiter vulneratus Praefectus, vt vitae periculum aditurus videretur, refertur in castra. Commius autem, siue expiato suo dolore, siue magna parte amissa suorum, legatos ad Antonium mittit, seque et ibi futurum, vbi praescripserit, et ea facturum, quae imperauerit, obsidibus datis firmat. Vnum illud orat, vt timori suo concedatur, ne in conspectum veniat cuiusquam Romani. Quam postulationem Antonius quum iudicaret ab iusto nasci timore, veniam petenti dedit, obsides accepit.

Scio, Caesarem singulorum annorum singulos commentarios confecisse: quod ego non existimaui mihi esse faciendum, propterea quod insequens

fidia Volufeni. vid. c. 23. *Vulnus inponere alicui* quia non frequenter dicitur, etsi bene (v. Ernestii Clau. Cic.), videntur mutasse locum librarii. *M.* Alii *per fidem* scil. simulatam.

perculsi. Leg. *pulsi*, si vel in nullo codd. esset. Sed est in optimis. *M.*

intercip. — *euitauit.* Leg. *intercipiuntur: quod malum dux* (i. e. Commius) *equi veloc. euitauit.* Atque hic definit periodus. Haec Dauisius, codicis vnius ductus auctoritate, monuit. Iam sequitur in omnibus fere codicibus: *ac sic* (vel *si:* male) *proelio secundo grauiter ab eo* (Dauisius malit *adeo* bene) *vulneratus* — *M.* Vox *malum* ab aliis omittitur.

orat. Restituit Dauis. Legebatur prius *erat.*

in conspectum. alii *in conspectu.* Respice ad c. 8.

annus, L. Paullo C. Marcello Coss. nullas res Galliae habet magno opere gestas. Ne quis tamen ignoraret, quibus in locis Caesar exercitusque eo tempore fuissent, pauca scribenda coniungendaque huic commentario statui.

---

49. Caesar, in Belgio quum hiemaret, vnum illud propositum habebat, continere in amicitia ciuitates, nulli spem aut caussam dare armorum: nihil enim minus volebat, quam sub decessu suo necessitatem sibi aliquam inponi belli gerendi, ne, quum exercitum deducturus esset, bellum aliquod relinqueretur, quod omnis Gallia libenter sine praesenti periculo susciperet. Itaque, honorifice ciuitates adpellando, Principes maximis praemiis adficiendo, nulla onera noua inponendo, defessam tot aduersis proeliis Galliam, conditione parendi meliore, facile in pace continuit.

50. Ipse, hibernis peractis, contra consuetudinem in Italiam quam maximis itineribus est profectus, vt municipia et colonias adpellaret, quibus M. Antonii, Quaestoris sui, commendaret sacerdotii petitionem. Contendebat enim gratia quum liben-

L. Paullo C. Marc. Coss. Fuit annus 704 P. V. C. *M. L. Paullo.* alii *Lentulo.* sed is in sequentem annum cadit.

magno opere. Vulgo *magnopere.*

nulli spem. Dauis. malebat *speciem* i. e. praetextum.

sub decessu suo. sic Clarke emendauit et consentiunt codd. Vulgo *sub discessu suo* vel *sub discessum suum.*

omnis Gallia. tres Galliae intelligit. alii *Gallias susceperint.*

inponendo, alii *iniungendo.* eleganter. Cf. C. 1, 4.

conditione parendi meliore, cum viderent, se ita fore in imperio Pop. Romani, vt pace vterentur. *M*

sacerdotii, Auguratus, quem etiam Plin. Epp. 4, 8 sacerdotium dixit. *Cellarius.* Mox diserte dicitur creatus Augur. Quod autem Auguratus petitio h. l. suffragiis Populi commendatur, cum olim cooptarentur Augures, id eo factum est, quia lex Domitia sanxerat, vt sacerdotes, in his Augures, comitiis Populi crearentur: quam legem etsi Cornelia lex sustulerat, restituit tamen A. V. 691 Labienus, Tribunus plebis. Cf. Fabric. ad Dion. Cass. 37, 37. et Ernesti Clau. Cic. in *Lex Domitia. M.*

Contendebat gratia, qua va-

ter pro homine ſibi coniunctiſſimo, quem paullo ante praemiſerat ad petitionem, tum acriter contra factionem et potentiam paucorum, qui M. Antonii repulſa Caeſaris decedentis conuellere gratiam cupiebant. Hunc etſi Augurem prius factum, quam Italiam adtingeret, in itinere audierat: tamen non minus iuſtam ſibi cauſſam municipia et colonias adeundi exiſtimauit, vt iis gratias ageret, quod frequentiam atque officium ſuum Antonio praeſtitiſſent; ſimulque ſe et honorem ſuum in ſequentis anni commendaret petitione, propterea quod inſolenter aduerſarii ſui gloriarentur, L. Lentulum et C. Marcellum coss. creatos, qui omnem honorem et dignitatem Caeſaris exſpoliarent; ereptum Sergio Galbae Conſulatum, quum is multo plus gratia ſuffragiisque valuiſſet, quod ſibi coniunctus et familiaritate et neceſſitudine legationis eſſet.

51. Exceptus eſt Caeſaris aduentus ab omnibus municipiis et coloniis incredibili honore atque amore: tum primum enim veniebat ab illo vniverſae Galliae bello. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorum omnium, qua Caeſar iturus erat, excogitari poſſet. Cum li-

lebat apud colonias et municipia. Male Ciaccon. et Scaliger abundare vocem *gratia* putabant.

decedentis de prouincia. *Cellarius.* Quia vero e repulſa Antonii potuit intelligi, Caeſarem parum valere ſua commendatione; imminuta et conuulſa eſt opinio de Caeſaris gratia et potentia apud omnes. *M.*

commendaret. minus recte alii *commendauerat.*

Lent. et Marc. Fuerunt Coſſ. a. 705 P. V. C. *M.*

qui — exſpol. Vulgo, *qui omni honore et dignitate Caeſarem exſp.* ſed inuitis codd. *M.* alii *ſpoliarent.*

Sergio Galbae. Hic Legatus Caeſaris in Gallia fuerat (lib. 3. in.) Cum Conſulatum deinde peteret, repulſam tulit propter Caeſaris amicitiam: ex quo Caeſari infenſus cum Caſſio et Bruto conſpirauit. Sueton. Galb. 3. *Cellarius.* Rubenius in Electis 1, 27. Caeſarem cum Suetonio conciliat; duplicem tuliſſe repulſam ſtatuit Galbam, primam, de qua hic, quum Caeſar adhuc eſſet in Gallia, alteram, cuius meminit Suetonius, Caeſare iam dictatore.

ſibi coniunctus. Sibi pronomen reciprocum, quod male hic pro demonſtratiuo poni autumat Dauiſius.

Cum liberis etc. Similia de

beris omnis multitudo obuiam procedebat: hostiae omnibus locis inmolabantur: tricliniis stratis fora templaque occupabantur, vt vel exspectatissimi triumphi laetitia praecipi posset. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores.

52. Quum omnes regiones Galliae Togatae Caesar percucurrisset, summa cum celeritate ad exercitum Nemetocennam rediit: legionibusque ex omnibus hibernis ad fines Treuirorum euocatis, eo profectus est ibique exercitum lustrauit. T. Labienum Galliae Togatae praefecit, quo maiore commendatione conciliaretur ad Consulatus petitionem. Ipse tantum itinerum faciebat, quantum satis esse ad mutationem locorum, propter salubritatem, existimabat. Ibi quamquam crebro audiebat, Labienum ab inimicis suis sollicitari; certiorque fiebat, id agi

Curione Plutarch. in Pompeio cap. 58. et in Caesare cap. 30. et Appianus Ciu. 2, 27. p. 446.

humiliores. alii *meliores.*

cum celeritate. bene sic. alii praepositionem omittunt.

Nemetocenn. Conf. cap. 46. extr. *M.*

conciliaretur ciuibus Romanis in Gallia, suffragii ius habentibus. Monuit Dauisius. *M.* Conf. Cic. epist. ad Attic. 1, 1.

Labien. sollicitari. Et stetit postea a Pompeii partibus. *Cellarius.*

spoliaretur. Conf. cap. 54. vbi hoc narratur. In paucis iis, de quibus h. l. sermo est, praecipue Marcellus Consul fuit. *M.*

obtineri, subaudi *posse.*

Curio. Ille est, ad quem Ciceronis epistolae (lib. 2) exstant. Conf. Sueton. Caesar. 29. 36. *Cellarius.* Add. Appian. Ciu. 2, 26. pag. 444. edit. Steph. Dio Cass. 40, 62. Vellei. Patercul. 2, 48, qui mores Curionis adumbrat. Attigit etiam Plutarchus in Caesar. cap. 30. *M.*

quum — suscepisset. Magnis Caesaris largitionibus Curio in eius partes traductus est. *M.*

eo facto. al. *eo pacto.*

per se (ipse) *disc. f. coep.* Rogauit Senatum, num placeret, vt et Caesar et Pompeius exercitus dimitterent: multi enim eo rem trahebant, vt solus Caesar ab armis discederet. Appian. Ciu. 2, 27 seq. pag. 446. Ceterum ingeniosa est emenda-

paucorum consiliis, vt, interposita Senatus auctoritate, aliqua parte exercitus spoliaretur; tamen neque de Labieno credidit quidquam, neque, contra Senatus auctoritatem vt aliquid faceret, potuit adduci; iudicabat enim, liberis sententiis patrum conscriptorum caussam suam facile obtineri. Nam C. Curio, Tribunus plebis, quum Caesaris caussam dignitatemque defendendam suscepisset, saepe erat Senatui pollicitus, si quem timor armorum Caesaris laederet, et, quoniam Pompeii dominatio atque arma non minimum terrorem foro inferrent, discederet vterque ab armis exercitusque dimitteret, fore eo facto liberam et sui iuris ciuitatem. Neque hoc tantum pollicitus est; sed etiam per se discessionem facere coepit: (quod ne fieret, Consules amicique Pompeii iusserunt,) atque ita rem moderando discesserunt.

tio Faerni, ab Vrsino indicata: *sed etiam S. C. per discessionem facere coepit. M.* Scaliger ita: *sed etiam per se Senatus discessionem facere coepit.*

quod ne fieret — iusserunt, i. e. hoc prohibuerunt. Sed partim non poterat Tribunus plebis simpliciter prohibendo impediri, partim dubitauit Oudendorpius, an Latinum satis sit, *iubeo, ne quid fiat,* etsi plerorumque codd. haec lectio est. Quod autem in aliis codd. *suaserunt* pro *iusserunt* legitur, id est lenius verbum, quam pro summa contentione, qua tum ea res in Senatu agitata est. Lectio rursus vulg. *intercesserunt* est a manu emendatrice. Ergo scimus quidem, Consules amicosque Pompeii *obstitisse* Curioni, hoc est, efficere voluisse, ne in Curionis sententiam iretur, neue Pompeius quoque exercitum dimittere iuberetur (Appian. Ciu. 2, 27. pag. 444 ἐνισταμένων πολλῶν); quae vero verba Hirtius h. l. scripserit, nescimus. M.

discesserunt plerique in hanc sententiam, vt vtrique imperium abrogaretur, neque adeo Pompeius Caesari praeferretur. vid. Appian. C. 2, 30. p. 446 extr. Fortasse ergo legendum: *atque ita rem eo moderante discesserunt;* nam nec *moderando,* nec *discesserunt* ad Consules referri potest; hi enim non exhibuissent testimonium fauoris erga Caesarem; sed quia c. 53 sequitur, magnum hoc fauoris testimonium fuisse, necesse est, vt in hoc *discesserunt* sit honorifica Senatus de Caesare suffragatio. Conf. Plutarch. in Pompeio c. 58. *M.*

53. Magnum hoc testimonium Senatus erat vniversi conueniensque superiori facto. Nam Marcellus proximo anno, quum inpugnaret Caesaris dignitatem, contra legem Pompeii et Crassi retulerat ante tempus ad Senatum de Caesaris prouinciis, sententiisque dictis, discessionem faciente Marcello, qui sibi omnem dignitatem ex Caesaris inuidia quaerebat, Senatus frequens in alia omnia transiit. Quibus non frangebantur animi inimicorum Caesaris, sed admonebantur, quo maiores pararent necessitudines, quibus cogi posset Senatus id probare, quod ipsi constituissent.

54. Fit deinde S. C. vt ad bellum Parthicum legio vna a Cn. Pompeio, altera a C. Caesare mitterentur: neque obscure hae duae legiones vni Caesari detrahuntur. Nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Caesarem miserat, confectam ex dilectu prouinciae Caesaris, eam tamquam ex suo numero dedit.

Marcellus. vid. Sueton. Iul. c. 28. *Retulit Marcellus ad Senatum, vt Caesari ante tempus succederetur, et ne absentis ratio comitiis haberetur. M.*

contra leg. Pomp. et Crassi, qua Caesari Gallia in alterum quinquennium decreta erat. Appian. B. C. 2, 17. p. 437. Sueton. Iul. cap. 24. Plutarch. in Pompeio c. 51. *M.*

ante tempus. Nondum effluxerat quinquennium. cf. B. C. 1, 9. *M.*

de prouinciis. Acceperat Caesar Galliam Cisalpinam, Illyrico adiecto, mox etiam Comatam. Sueton. Iul. 22. *M.*

necessitudines. Vid. Gellius 13, 3. vbi de discrimine inter *necessitudines* et *necessitates.*

Fit S. C. Appian. pag. 446. C. 2, 29. Dio Cass. 40, 65. 66. *M.*

bellum Parth. Hoc tam Bibulo Imperatore gerebatur. Dio Cass. 40, 29, vbi Fabricius Ciceronis locos collegit. *M.*

mitterentur. alii *mitteretur.*

quam ad Caesarem miserat. vid. dicta ad 6, 1. *M.*

prouinciae Caesaris, eam — Vulgo alia distinctione et lectione, *prouinciae, Caesari eam* — quod contra historiam

Caesar tamen, quum de voluntate aduersariorum suorum se exspoliari nemini dubium esset, Cn. Pompeio legionem remisit, et suo nomine XV, quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. iubet transdi. In eius locum XIII legionem in Italiam mittit, quae praesidia tueatur, ex quibus praesidiis XV deducebatur. Ipse exercitui distribuit hiberna: C. Trebonium cum legionibus quatuor in Belgio conlocat; C. Fabium cum totidem in Aeduos deducit. Sic enim existimabat, tutissimam fore Galliam, si Belgae, quorum maxima virtus, et Aedui, quorum auctoritas summa esset, exercitibus continerentur. Ipse in Italiam profectus est.

55. Quo quum venisset, cognoscit, per C. Marcellum Consulem, legiones duas, ab se remissas, quae ex S. C. deberent ad Parthicum bellum duci, Cn. Pompeio transditas atque in Italia retentas esse. Hoc facto, quamquam nulli erat dubium, quidnam con-

est. *Caesaris* in codd. duobus, et vno quidem bono, reperit Oudendorpius; distinctionem mutarunt iam multi interpretes. *M.* *Tò eam* per pleonasmum additum videtur.

dedit Bibulo ad bellum Parthicum. *M.*

suorum se exspoliari. Haec verba puto esse tollenda: certe, qui varias lectt. consuluerit, intelliget ea dubia esse: atque verbum *suorum* profecto non est ab Hirtio. *M.*

et suo nomine. Vulgo, *et ex suo numero*, quae est mera interpretatio. *M.*

exercitui distrib. hiberna. Alii, *exercitum distrib. per hib.* Sed hi voluerunt vsitatiorem syntaxin substituere rariori. *M.*

si Belgae. i. e. *si Belgium.*

transditas — esse. Dio Cass. 40, 66. *M.*

nulli erat dubium. alii *nullo* ἀρχαϊκῶς.

quidnam pararetur. Sic codd. Oudend. magno numero: vulgata, *quin arma c. C. pararentur*, rursus est explicatio. *M.*

tra Caesarem pararetur, tamen Caesar omnia patienda esse statuit, quoad sibi spes aliqua relinqueretur, iure potius disceptandi, quam belli gerundi. Contendit

Contendit. Hoc verbum in pluribus et quibusdam bonae notae codd. addi, in vno vero etiam *Contendit quadam vtraque die futurum* legi, testatur Oud. et deesse hic nonnulla existimat. Ac profecto videtur Hirtius ad illa vsque tempora progredi voluisse, quibus euenit id, quod ineunte libro primo de ciuili bello narratur. Certe, vt nunc legitur libri illius initium, non cohaeret plane cum huius libri verbis et rebus vltimis. Res, quae desunt, ex Appiano 2, 32. facile possunt addi. Scilicet Caesar, qui iam in Italia erat, *per litteras contendit ab Senatu, vt etiam Pompeius se imperio abdicaret, seque idem facturum promisit; sin minus se neque sibi, neque patriae defuturum.* Iam cohaeret initium libri primi de bello ciuili: *Litteris Caesaris consulibus redditis* —. Haec ergo est rerum series, neque opus erit, cum Vossio et Glandorpio existimare, initium libri primi de bello ciuili deesse. *M.* Bene id supplementum concordat cum initio L. I. de bello ciuili.

CAII IVLII CAESARIS

COMMENTARII

DE BELLO CIVILI

C. IVLII CAESARIS COMMENTARII DE BELLO CIVILI

LIBER PRIMVS

ARGVMENTVM

Cap. 1. *Caussa et origo belli ciuilis. De litteris Caesaris ad Senatum non refertur, obstantibus Lentulo Cos. et Scipione.* 2. *Caesar exercitum iubetur dimittere.* 3. *Senatus Pompeio aperte fauet coactus, refragantibus Tribunis plebis.* 4. *Pompeius se Caesari infensum ostendit.* 5. *S. C. Videant Coss. Praetores, Tribuni plebis, ne quid R. P. detrimenti capiat.* 6. *Prouinciae Pompeianis commissae. Tota Italia delectus habentur.* 7. *Caesar, de militum voluntate certus.* 8 — 10. *Ariminum tendit. Tribunos plebis conuenit, pacem seruare tentat.* 11. *Iniqua conditione Pompeii reiecta occupat Arretium, Pisaurum, Fanum, Anconam.* 12. *Iguuium. toto Piceno dilectus habet.* 13. *Auximo potitur.*

Cap. 14. *Roma trepidat. Pompeius ex vrbe excedit. Lentulus aperto aerario fugit, gladiatores Caesaris Capuae armat.* 15. *Caesar Asculum recipit. ex dilectibus Pompeianis suas cohortes auget.* 16. *Corfinii obsidet Domitium, qui* 17. *frustra a Pompeio auxilium petit.* 18. *Sulmonenses Caesari portas aperiunt.* 19. *Corfinii trepidatur.* 20. *Domitius fugam moliens inpeditur.* 21. 22. *De tradendo oppido agitur.* 23. *Eo tradito Pompeii Duces Caesar dimittit. milites sacramento adigit. in Apuliam transit.* 24. *Pompeius ipse Brundisium fugit, copias contrahit, seruos, pastores armat. Pompeianorum cohortes ad Caesarem transeunt, qui rursus de pace cum Pompeio coram agere cupit.* 25. *Hunc Caesar Brundisii obsidet,* 26. *conloquium recusantem.*

Cap. 27. *Pompeius Dyrrhachium transiicit.* 28. *Brundisini se Caesari reddunt.* 29. *Hic Hispaniam confirmare statuit.* 30.

31. *E Sardinia Cottam Valerius, e Sicilia Catonem Curio eiicit, Tuberoni in Africa resistit Varus.*

Cap. 32. *Caesar Romae in Senatu de pace agit. legatos ad Pompeium mitti suadet.* 33. *Legationem nemo suscipit. Caesar in Galliam vlteriorem abit.* 34. *Domitii suasu Massilia portas Caesari claudit, qui* 35. *frustra eam a bello dehortatur.* 36. *Domitius Massiliam peruenit. hanc Caesar obpugnare parat.* 37. *Pyrenaeos saltus occupat.* 38. *Afranius et Petreius, Pompeii Legati, Hispaniam obtinent.* 39—42. *Cum iis certatur pluribus proeliis.* 43—52. *potissimum ad Ilerdam bellum geritur.* 53. *Res Afranii et Petreii prosperae gestae, Romam nuntiatae, Pompeianorum partes firmant.* 54. 55. *Caesar strenue resistit.* 56. 57. *Pugna ad Massiliam.* 58. *Prospero Bruti proelio,* 59. *nunciato Caesari ad Ilerdam, fortuna mutatur.* 60. *Hispaniae populi, Oscenses, Calagurritani, alii, descifcunt ab Afranio.* 61—63. *Caesar, Sicoris parte auersa, Afranium et Petreium terret.* 64—70. *cum his prospere pugnat.* 71—73. *Afranianis parcit, misericordia motus, sine proelio iis se potiturum sperans.* 74. *Agitur cum Caesare de Afranii et Petreii vita. pax videtur coitura.* 75. 76. *Petreius Caesarianos per inducias receptos perfide trucidari curat.* 77. *Caesar contra Pompeianos saluos dimittit.* 78. *Afraniani, omnis generis inopia pressi, castra relinquunt.* 79—83. *in itinera inpediuntur a Caesare.* 84. *omnibus rebus obsessi conloquium petunt.* 85. *Afranium reprehendit Caesar.* 86. 87. *Dimittitur exercitus. Duces libere abeunt.*

Litteris a C. Caesare Consulibus redditis, aegre ab iis inpetratum est, summa Tribunorum plebis con-

Litteris — redditis. De his litteris ad 8, 55 pauló ante dictum est. Cf. Sueton. Iul. 29. 30. Dio Cass. 41, 1. *M.* Non opus est longo Vossii subplemento, quo nexus constet cum praecedentibus.

a Fabio. Hoc est falsum: nam Dio Cass. d. l. et Appian. Ciu. 2, 32. eas a Curione redditas Consulibus dicunt, nec fuit tum aliquis Fabius, in hac controuersia insignis. Ergo aut *a Curione* legendum, aut, vt mihi videtur, verba *a Fabio* plane tollenda sunt, aut cum Oudendorpio *Litteris, a Caio Caesare* legetur, quia in ant. et bono cod. reperitur, *a Fabio Caesare. M.* Legebatur *Litteris a Fabio C. Caesaris Cons. red.* Mendum adesse manifestum, omnes consentiunt. Quidni tollatur? Oudendorpii emendatio male medetur. *Litterae a C. Caesare* sunt litterae Caesaris, vt infra 3, 36. *litterae a M. Fauonio.* Respice ad not. ad G. 5, 54.

Tribunorum plebis, Cassii et Antonii. Cf. c. 2 extr. Appian. 2, 33. Dio Cass. d. l. *M.*

ex litteris, ea de re, quae in litteris scripta erat. *M.*

tentione, vt in Senatu recitarentur: vt vero ex litteris ad Senatum referretur, impetrari non potuit. Referunt Consules de Republica (in ciuitate). L. Lentulus Consul Senatu Reique publicae se non defuturum pollicetur, si audacter ac fortiter sententias dicere velint: sin Caesarem respiciant atque eius gratiam sequantur, vt superioribus fecerint temporibus, se sibi consilium capturum neque Senatus auctoritati obtemperaturum; habere se quoque ad Caesaris gratiam atque amicitiam receptum. In eamdem sententiam loquitur Scipio: Pompeio esse in animo, Reipublicae non deesse, si Senatus sequatur; sin cunctetur, atque agat lenius, nequidquam eius auxilium, si postea velit, Senatum inploraturum.

2. Haec Scipionis oratio, quod Senatus in vrbe habebatur Pompeiusque aderat, ex ipsius ore Pompeii mitti videbatur. Dixerat aliquis leniorem sententiam, vt primo M. Marcellus, ingressus in eam orationem, non oportere ante de ea re ad Senatum referri, quam dilectus tota Italia habiti et exercitus conscripti essent; quo praesidio tuto et libere Senatus, quae vellet, decernere auderet: vt M. Calidius, qui censebat, vt Pompeius in suas prouincias proficisceretur, ne qua esset armorum caussa; timere Caesarem, abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad

in ciuitate. Multis haec verba suspecta sunt, quasi a librario inserta, quia Caesar potius *in vrbe* dixisset, vt c. 2, quod Senatui extra vrbem habito (cap. 3. et 6) obponitur. *Cellarius.* Ciacconius sine necessitate substitui volebat *indefinite* vel *infinite*, quod placebat Hotomanno. Petrus Faber ad Cic. Acad. 2, 5. *incitate.* Iurinius legi iubet *ad Senatum.*

Lentulus collegam habuit C. Marcellum, an. 705 P. V. C. *M.*

agat lenius. Sic et Liu. 3, 51. Sall. Iug. 60.

Senatum implor. Tò *Senatum* male expunxere editores. Reuocauit Oud.

Pompeius aderat, in suburbio erat. Dio Cass. 41, 2. *Cellarius.* Manutius, Victorius V. L. 3, 1. et alii male *aberat.* In codd. Ciacconii et Mureti (V. L. 10, 20.) legitur *anerat,* quod ortum putant ex *a. u. erat, ad vrbem erat.* Sane sic tò *aderat* est capiendum.

de ea re. Sic codd. Sed vulgo, *de Republica. M.*

abreptis. Gifan. in Obs. L. L. p. 53. minus bene *correptis.*

duabus legionibus. vid. supra 8, 54. *M.*

eius periculum reseruare et retinere eas ad vrbem Pompeius videretur: vt M. Rufus, qui sententiam Calidii paucis fere mutatis rebus sequebatur: hi omnes, conuicio L. Lentuli Consulis correpti, exagitabantur. Lentulus sententiam Calidii pronunciaturum se omnino negauit. Marcellus, perterritus conuiciis, a sua sententia discessit. Sic vocibus Consulis, terrore praesentis exercitus, minis amicorum Pompeii, plerique compulsi, inuiti et coacti Scipionis sententiam sequuntur: *vti ante certam diem Caesar exercitum dimittat; si non faciat, eum aduersus Rempublicam facturum videri.* Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, Tribuni plebis. Refertur confestim de intercessione Tribunorum: dicuntur sententiae graues: vt quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita quam maxime ab inimicis Caesaris conlaudatur.

mutatis rebus. al. *verbis.* e glossa. Ciaccon. expungebat.

pronunciaturum. Pronunciat Consul sententias, cum eas, quae dictae sunt, breuiter repetit et enumerat, vt Senatus in suffragia discedere possit. *M.*

terrore praes. exerc. qui cum Pompeio erat. *M.* *Tò praesentis* in Louan. deest, quod probat Dauis. non ego.

aduers. Remp. fact. Mollior formula, quam, hostem indicari; re autem huic fere consentiens. *Cellarius.*

Intercedit. Sic codd. Alii *intercedunt*, contra codd. Vid. b. Alex. c. 2. Cf. Virg. Georg. 2, 495. Lucan. 1, 422.

a Pompeio euocantur, extra vrbem euocantur Senatores, vt Senatus habeatur. Conf. c. 6. *Cellarius.* *Οἱ ἄρχοντες στρατοπέδων* (ac talis erat Pompeius) *εἰς τὴν πόλιν οὐκ εἰσίασι.* Plutarch. in Pompeio c. 58. Praeterea Marclandus (in Explicationibus vett. aliquot auctorum, ad calcem Suppl. Eurip. p. 264) legi vult: *Omnes sui — a Pomp. euocantur*: vt *sui* sint fautores et amici partium Pompeii: esse enim incredibile, totum Senatum euocatum esse a Pompeio, et Caesarem nullos ibi amicos habuisse. Sed nonne sponte intelligitur, illud *omnes* in tantum, in quantum res patitur, capiendum esse? Talia non puto corrigi debere. Eodem modo argutantur interpretes in sequentibus verbis: *Laudat Pomp. atque in p. confirmat*: in quibus nemo haerere potest. Tamen edd. quaedam habent: *Laudat promtos atque —*, Alius maluit: *Laudat acres atque —*. Rursus Marclandus voluit legi: *Laudat alteros atque —*. Quasi vero non sponte adpareat, si *segniores* sint castigati, eos, qui laudati sint, fuisse a segnioribus diuersos. *M.* Loco *τοῦ omnes* Iurinus velit *primores, qui sunt eius ordinis.* *Tò promptos* vnice verum putat Bentleius et apte citat Ta-

3. Misso ad vesperum Senatu, omnes, qui sunt eius ordinis, a Pompeio euocantur. Laudat Pompeius atque in posterum confirmat; segniores castigat atque incitat. Multi vndique ex veteribus Pompeii exercitibus spe praemiorum atque ordinum euocantur: multi ex duabus legionibus, quae sunt transditae a Caesare, arcessuntur: completur vrbs et eius comitium Tribunis, Centurionibus, euocatis. Omnes amici Consulum, necessarii Pompeii atque eorum, qui veteres inimicitias cum Caesare gerebant, in Senatum coguntur, quorum vocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur, plerisque vero libere decernendi potestas eripitur. Pollicetur L. Piso Censor, sese iturum ad Caesarem; item L. Roscius Praetor, qui de his rebus eum doceant: sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant. Di-

eitum in Agric. c. 21. Ita iam iudicarat Ciaccon.

ordinum euocantur. vid. Ind. in his duobus verbis. *M.*

duabus legionibus. Conf. 8, 68. *M.*

completur vrbs. Vtrum hoc vult, omnes in vrben confugisse metu aduentantis Caesaris? An, militibus Pompeii vrbem completam fuisse? Appian. 2, 33. Etiam, quae sequuntur, incerta et obscura sunt: nam vulgata lectio (*Ad ius comitiorum Tribunos plebis C. Curio euocat*) est ex emendatione interpretum, et potest e c. 9 quodammodo defendi, vbi, vt libera comitia populo permittantur, Caesar postulat. Sed plerique codd. habent *completur vrbs et ius comitium*, et pro *Curio* in plerisque est *Centurio*. Nolo coniecturas interpretum, ab Oud. conlectas, repetere: vnam addam, quam ille vir doctus non potuit indicare, e Christiani Crusii Probabilibus criticis (p. 20), qui legi vult: *completur vrbs et in comitium Tribunos pl. C. Curio euocat*, sc. vt Tribuni in comitio ante deliberarent, quam Senatus haberetur. Sed puto, locum hunc non posse nostris coniecturis plane sanari: nam enarrantur singulae res, quae tum euenerunt, quae non possunt aliae ex aliis intelligi ita, vt coniectura vnam ex altera eruat; et oratio, per incisa procurrens, hoc ipsum declarat, singulas περιστάσεις singulis membris expressas esse. Quis ergo ausit dicere, quaenam potissimum πλήρωσις in verbis corruptis lateat? *M.* E variis lectionibus Oud. confecit lectionem, quam recepi. Similis fere locus est apud Cic. pro Sextio c. 35. *forum, comitium, curiam armatis hominibus inplevissent, occupassent.* Comitium erat locus in foro, comitiis curiatis et aliis agendis destinatus.

libere. Alii *libera.*

L. Piso, Censor cum Appio Claudio, idemque socer Caesa-

cuntur etiam a nonnullis sententiae, vt legati ad Caesarem mittantur, qui voluntatem Senatus ei proponant.

4. Omnibus his resistitur, omnibusque oratio Consulis, Scipionis, Catonis obponitur. Catonem veteres inimicitiae Caesaris incitant et dolor repulsae. Lentulus aeris alieni magnitudine et spe exercitus ac prouinciarum et Regum adpellandorum largitionibus mouetur, seque alterum fore Sullam inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat. Scipionem eadem spes prouinciae atque exercituum inpellit, quos se pro necessitudine partiturum cum Pompeio arbitratur; simul iudiciorum metus, adulatio atque ostentatio sui et potentium, qui in Republica iudiciisque tum plurimum pollebant. Ipse Pompeius, ab inimicis Caesaris incitatus et, quod neminem secum dignitate exaequari volebat, totum se ab eius amicitia auerterat et cum communibus inimicis in gra-

ris. *Cellarius.* Conf. Dio Cass. 40, 63. *M.*

dolor repulsae. Consulatum cum M. Marcello et Ser. Sulpicio, vt inualescenti Caesaris et Pompeii potentiae resisteret, petierat; sed inpeditus ab vtriusque amicis fuit. v. Dio Cass. 40, 58. *Cellarius.* Rectiora dat Plut. in Pomp. c. 54.

quos se — part c. P. Ciaccon. mauult *quae secum pro nec. partiturum Pompeium.* Bentl. *quos se pro nec. participaturum c. P.*

iudiciorum metus: quia Scipio, Pompeii socer, lege Pompeia fuerat a Memmio ambitus accusatus. *Cellarius.* Cf. Plut. in Caes. c. 62. Pro *simul* Iurinius conicit *multos* ac post *sui* delet copulam.

ostentatio sui et potentium, ostentebat se et amicitiam potentium. *Manutius.*

iniunxerat. tanquam onus suscipiendum necessitudinis gratia. Cf. Gron. ad Liu. 8, 32.

infamia duarum legionum, quam sibi contraxerat retentis duabus legionibus. Conf. supra 8, 54. *M.*

iter Asiae, in Asiam, ad bellum Parthicum. vid. ibid. et Plutarch. Anton. c. 5. *M.*

ruptim. Immo, *raptim.* *M.* Hoc probat et Oud. Cellarius recepit. Sequor. Τὸ *ruptim* alibi non occurrit. *Raptim* codd. habent.

Tribunis plebis. Adeo acris contentio fuit inter Consulem, Antonium Cassiumque Tribunos et Curionem, vt ad extremum Consul iis suaderet, e curia discedere, ne fortasse violarentur. Appian. 2, 33. p. 448. Dio Cass. 41, 2. 3. Plutarch. in Caes. c. 31. in Anton. c. 5. Hinc paulo post. *Profugiunt ex vrbe Tribuni. M.*

tiam redierat, quorum ipse maximam partem illo adfinitatis tempore iniunxerat Caesari. Simul infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque conuerterat, rem ad arma deduci studebat.

5. His de caussis aguntur omnia raptim atque turbate; nec docendi Caesaris propinquis eius spatium datur; nec Tribunis plebis sui periculi deprecandi, neque etiam extremi iuris intercessione retinendi, quod L. Sulla reliquerat, facultas tribuitur; sed de sua salute septimo die cogitare coguntur; quod illi turbulentissimi superioribus temporibus Tribuni plebis octauo denique mense suarum actionum respicere ac timere consuerant. Decurritur ad illud extremum atque vltimum S. C. quo, nisi paene in ipso vrbis incendio atque in desperatione omnium salutis, latorum audacia numquam ante discessum est; *dent operam Consules, Praetores, Tribuni plebis, qui-*

intercession. alii *intercessionem.*

Sulla reliquerat. Cl. c. 7. vid. Ernesti Clau. Cic. in Lege Cornelia Tribunitia, vbi et noster locus explicatur. *M.*

septimo die post, quam literas Caesaris (vid. cap. 1) Consulibus reddiderant. *M.*

octauo mense suarum actionum (sui muneris), h. e. mense eo, quo noui Consules creabantur, ex quo tempore Tribuni hos designatos Consules timere coeperunt, quibus rationem actorum deberent reddere. Sic Cellarius ex Hotomanni notis explicauit locum. *M.* Non ex quo magistratum iniere Tribuni, vt Vrsino et Ciacconio visum erat. Vossius malebat XII loco τοῦ IIX. Pro *suarum* alii *variarum.* Oud. coniicit *vanarum.* Recte vulgatum explicat Morus.

Decurritur — S. C. vid. Liu. 3, 4. Sallust. Cat. 29. Cic. Cat. 1, 2. *Cellarius.* Comparari debet et de hoc, et de omnibus, quae hic narrantur, Cic. ad Diuers. 16, 11. *M.*

S. C. Vide Brisson. de form. L. 2. §. 101.

latorum audacia. Vtique legendum, *latronumque audacia,* vt Manutius monuit. Latrones sunt pessimi ciues: et ipse Caesar hoc ipso tempore latro dictus et habitus est ab inimicis. Plutarch. in Pompei. cap. 58. *Μάρκελλος λῃστὴν ἀπεκάλει τὸν Καίσαρα.* Id. in Caes. cap. 30. *Λέντλος ἐβόα, ὅπλων δεῖν πρὸς ἄνδρα λῃστὴν, οὐ ψήφων.* *M.* Oud. explicat *audacia eorum qui tulerunt* et *id*, scil. vt fieret, perpulerunt Senatores. Gronouius diatr. in Stat. c. 3. p. 20. verba haec *latorum audacia* vncis includit tanquam parenthesin et puncto exclamandi insignit. Dauis. expungi volebat; recte, credo.

discessum est. Leg. *descen-*

que Consulares sunt ad vrbem, ne quid Respublica detrimenti capiat. Haec S. C. perscribuntur a. d. VIII. Idus Ianuarias. Itaque quinque primis diebus, quibus haberi Senatus potuit, qua ex die consulatum iniit Lentulus, biduo excepto comitiali, et de imperio Caesaris et de amplissimis viris, Tribunis plebis, grauissime acerbissimeque decernitur. Profugiunt statim ex vrbe Tribuni plebis seseque ad Caesarem conferunt. Is eo tempore erat Ravennae exspectabatque suis lenissimis postulatis responsa, si qua hominum aequitate res ad otium deduci posset.

6. Proximis diebus habetur Senatus extra vrbem. Pompeius eadem illa, quae per Scipionem ostenderat, agit; Senatus virtutem constantiamque conlaudat; copias suas exponit; legiones habere sese para-

sum est, quam viri docti coniecturam etiam probauit Oud. Et videtur cuiuis in mentem venire debere. *M*, Vid. Oud. ad G. 7, 78. Non tamen ausus est inuitis codd. mutare.

Consulares. Probo hos, qui *Proconsules* legere volunt, partim quia sic in Cic. ad Diuers. 16, 11 legitur, partim quia adduntur verba *ad vrbem*, quae indicant, eos non in prouinciis fuisse. Atqui esse in prouinciis, fuit Proconsulum. *M.* Sed codd. et edd. vet. habent *Consules* vel *Consulares* et *Proconsules* sunt *Consulares.* Nil ergo mutandum.

a. d. VIII. Idus Ian. Vulgo VII. sed is comitialis erat, et hoc de sua salute cogitare coeperunt. Errorem detexit Vrsinus, emendauit Oud.

biduo comitiali. Dies comitialis erat, quo comitia populi habebantur, ideoque Senatus haberi non poterat. vid. Ernesti Clau. Cic. in Lege Pupia. *M.* Vide Macrob. Sat. 1, 16. Pro *excepto* Gronov. ad Sen. N. Q. l. 3. praef. vult *exemto.* Sic et Lipsius; sed codd. vulgatum habent.

Profugiunt vestitu seruili in rheda meritoria: quae res Caesaris milites vehementer contra Pompeianos irritauit. Plutarch. in Caes. c. 31. Appian. 2, 33. p. 448. *M.*

lenissimis postulatis. Sunt literae, cap. 1. commemoratae, quas tamen, vt Hotomannus monuit, Cicero ad Diuers. 16, 11 minaces et acerbas adpellat. *M.*

extra vrbem, vt Pompeius interesse deliberationi posset. Cf. c. 2 et 3. *M.*

per Scipionem. v. c. 2. *M.*

cognitum comp. sibi. Consulto fuerant eiusmodi rumores de Caesaris exercitu sparsi, vt Pompeius falleretur. Plutarch. Pomp. c. 57. *M.*

Saltem addidit Oud. e codd. et sic interpretatus est: *quidquid sit, saltem de rel.* Edd.

tas decem; praeterea cognitum compertumque sibi, alieno esse animo in Caesarem milites, neque iis posse persuaderi, vti eum defendant aut sequantur saltem. De reliquis rebus ad Senatum refertur: tota Italia dilectus habeantur; Faustus Sulla Propraetor in Mauritaniam mittatur; pecunia vti ex aerario Pompeio detur. Refertur etiam de Rege Iuba, vt socius sit atque amicus: Marcellus vero passurum se in praesentia negat. De Fausto impedit Philippus, Tribunus plebis. De reliquis rebus S. C. perscribuntur, prouinciae priuatis decernuntur, duae Consulares, reliquae Praetoriae: Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia. Philippus et Marcellus priuato consilio praetereuntur, neque eorum sortes deiiciuntur. In reliquas prouincias Praetores mittuntur, neque exspectant, quod superioribus annis acciderat, vt de eorum imperio ad Popu-

multae habent *statim*. Quid vero, si hoc verbum *saltem* referatur ad superiorem periodum, *aut sequantur saltem*, h. e. saltem ab eius partibus stent, non contra eum arma capiant, etsi defendere nolint eum armis. *M.* Coniectabat Oud. legendum *saltim*. i. e. saltuatim, raptim. De quo Vorst. de Latin. merito suspecta cap. 18. Bene Morus post alios, qui sic iam ediderant, id *saltem* iungendum iudicat cum *sequantur*. Nec dubito hoc ita dare. Probat et Bentl.

Propraetor est emendatio Aldi Manutii: in MSS. omnibus et edd. primis *propere* legitur. *Oud.* Apud Cic. Ep. ad Att. 9, 1. *Proquaestor* dicitur, sed et ibi forsan *Propraetor* legendum hariolatur Vossius, ni Senatus consulto, non, vt videtur, perscripto, *pro Quaestore* sit missus. Vide quae mox sequuntur.

in Mauritaniam propriam, vt videtur, vt Reges Bocchum et Bogudem a Caesaris partibus abstraheret. Vid. Noris. Cenot. Pis. p. 256.

priuatis, non Consularibus, non Praetoriis. vid. c. 85. Monuit Cellarius. *M.*

Philippus, quia Caesaris adfinis, vitricus Octauiani fuit. Sueton. Aug. cap. 8. *Cellar.* Pro *Marcellus* habent plerique codd. et edd. *Cotta*. Ergo in hoc nomine incerta est lectio. *M.* Vossius legi suadet *Marcellinus*. Hic scilicet Lentulus Marcellinus Philippi conlega fuit a. v. 698. Isti autem Consules in prouincias anno sequenti non sunt profecti, quia eas Gabinius et Caesar obtinebant; nunc autem eorum ratio erat habenda, quod non placebat Pompeianis.

priuato consilio. Paucorum voluntate.

Praetores mittuntur. Pighius mauult *Praetorii*.

ad Pop. feratur. Sic in codd. bonis. Vulgo *referatur*, vt in epp. Coelii ad Cic. ad fam. 8, 8. Sed bene monet Manutius, dici *ferre ad pop.*,

lum feratur, paludatique, votis nuncupatis, exeant, quod ante id tempus acciderat numquam. Consules ex vrbe proficiscuntur, lictoresque habent in vrbe et Capitolio priuati, contra omnia vetustatis exempla. Tota Italia dilectus habentur, arma imperantur, pecuniae a municipiis exiguntur, e fanis tolluntur, omnia Diuina humanaque iura permiscentur.

7. Quibus rebus cognitis, Caesar apud milites concionatur. *Omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat, a quibus seductum ac deprauatum Pompeium queritur, inuidia atque obtrectatione laudis suae, cuius ipse honori et dignitati semper fauerit adiutorque fuerit. Nouum in Republica introductum exemplum* queritur, *vt Tribunitia intercessio armis notaretur atque opprimeretur, quae superioribus annis armis esset restituta. Sullam, nudata omnibus rebus Tribunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse: Pompeium, qui amissa restituisse videatur, dona etiam, quae*

referre ad Senatum. Cf. Duker ad Flor. 3, 21, 9.

paludati, votis nunc. Cic. ep. 15, 17. ad Att. 4, 13. Plin. paneg. c. 5.

Consules, quod ante id t. acc. n. ex v. proficiscuntur. Haec, si posita, non videntur a Caesare esse. Dudum existimaram, excidisse verbum, quod indicaret *modum inlegitimum,* quo ex vrbe profecti sint, cum Glandorpium vidi legere voluisse: *Similiter* (i. e. nondum votis nuncupatis) *Consules* —. Ac tale quid paulo post accidisse, Plutarch. in Pompeio c. 61 refert, et in Caes. c. 34. Eodem tendit coniectura Oud. quae haec est: *paludatique, votis non nuncupatis, Consules — — proficiscuntur. M.* Vossius verba, *quod — numquam,* e margine inrepsisse putat. Petauius ea remouet post *lictoresque.* Dauisius locanda ante *Consules* censet. Haec vera loci medicina, quam recipio. Tò *exeant* e cod. Vrsini dedit Glaud. Vulgo erat *exeunt.*

priuati, quibus priuatis decretae erant prouinciae. *M.*

habentur. bene. alii *habetur.*

e fanis toll. Vulgo *et e fanis.* Coniunctionem sustulit Oud. auctoritate codd.

seductum. Sic Oud. ex ingenio. In omnibus codd. est *diductum* vel *deductum,* i. e. a Caesaris amicitia et veteri consuetudine deductum. Conf. 7, 37. Poterat ergo vetus lectio seruari, etsi Oudendorp. eumdem sensum habet. *M.* Oud. e membranis dedit *seductum.* Habent quidam *inductum,* quod placebat Hotomanno.

in Republica. Cod. Petauii

ante habuerit, ademisse. *Quotiescumque sit decretum, darent Magistratus operam, ne quid Respublica detrimenti caperet,* (*qua voce et quo S. C. Populus Romanus ad arma sit vocatus,*) *factum in perniciosis legibus, in vi Tribunitia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis.* Atque *haec superioris aetatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum casibus* docet. *Quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem; nulla lex promulgata, non cum populo agi coeptum, nulla secessio facta.* Hortatur, *cuius Imperatoris ductu nouem annis Rempublicam felicissime gesserint plurimaque proelia secunda fecerint, omnem Galliam Germaniamque pacauerint, vt eius existimationem dignitatemque ab inimicis defendant.* Conclamant legionis XIII, quae aderat, milites, (hanc enim initio tumultus euocauerat; reliquae nondum conuenerant) sese paratos esse, Imperatoris sui Tribunorumque plebis iniurias defendere.

in Rempublicam. quod probat Oud. Conf. Drakenb. ad Liu. 43, 2.

armis notaretur, aduertante exercitu Pompeii, curiam cincturo, ignominia adficiuntur tribuni, quia nihil valet eorum intercessio. Appian. 2, 38. p. 448. *M.* Adposite Cic. ad Att. 7, 9. *Tribunus pl. notatus.*

restituta. Sallust. Cat. 38. Ascon. in Cic. Diuinat. p. 19. *Cellarius.* Atqui eam Pompeius non restituit *armis*, sed lege. Cic. Verr. 1, 15. Ergo verbum *armis* delendum est. *M.* Sed *armis* habent codd. et edd. ante Scaligerum. Et armis quasi subiectam tum habebant Crassus et Pompeius, quare Caesar sic ad inuidiam huic conflandam. *Oud.* Forsan *armis* priori loco est delendum.

Sullam. vid. cap. 5. *M.*

dona. Multi voluerunt legi *bona*. Marclandus in explicationibus vett. auctor. maluit *omnia*. Certe *dona* dici h. l. non possunt. *M.* *Dona* Oud. heic intelligit praerogatiuas Tribunitiae potestati concessas. Pro praecedenti *amissa* scil. *dona* vel *omnia* edd. vet. dant *amissam* scil. *liberam intercessionem*. Recepit Scaliger.

templis — occupatis, vt Gracchus Capitolium occupauit. *Rhellicanus.*

Sat atque Gracch. vid. Florus 3, 14. 15. 16. *Cellarius.* Adde Liuii epit. 58, 59, 69.

Remp. gerunt milites, qui eam defendunt. *M.*

omnem tantummodo ad Galliam referri potest. *M.*

euocauerat hibernis. Sic c. 8. *M.*

8. Cognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur, ibique Tribunos plebis, qui ad eum confugerant, conuenit; reliquas legiones ex hibernis euocat et subsequi iubet. Eo L. Caesar adolescens venit, cuius pater Caesaris erat Legatus. Is, reliquo sermone confecto, cuius rei caussa venerat, habere se a Pompeio ad eum priuati officii mandata, demonstrat: *velle Pompeium se Caesari purgatum, ne ea, quae Reipublicae caussa egerit, in suam contumeliam vertat; semper se Reipublicae commoda priuatis necessitatibus habuisse potiora: Caesarem quoque pro sua dignitate debere et studium et iracundiam suam Reipublicae dimittere, neque adeo grauiter irasci inimicis, ne, quum illis nocere se speret, Reipublicae noceat.* Pauca eiusdem generis addit, cum excusatione Pompeii coniuncta. Eadem fere atque eisdem rebus Praetor Roscius agit cum Caesare sibique Pompeium commemorasse demonstrat.

9. Quae res etsi nihil ad leuandas iniurias pertinere videbantur: tamen, idoneos nactus homines, per quos ea, quae vellet, ad eum perferrentur, petit ab vtroque, *quoniam Pompeii mandata ad se detulerint, ne grauentur sua quoque ad eum postulata deferre; si paruo labore magnas controuersias tollere atque omnem Italiam metu liberare possint: sibi semper Reipublicae primam fuisse dignitatem, vitaque potiorem; doluisse se, quod Populi Roma-*

Ariminum proficiscitur. Multi sunt veteres in hac re narranda. Sueton. Iul. 31. 32. Plutarch. Caes. 32. Nunc ergo armorum ciuilium initium factum est. *M*

Tribunos pl. Cf. c. 5. *M.*

a Pompeio mandata. Perpulit Pompeium ad hoc consilium mite, quod de Caesaris molitionibus multa inaudierat, ipse vero exercitum nondum conlectum habebat, denique, qui ei fauebant, maluerant conditionibus ferendis, quam armis committendis controuersias componi. Dio Cass. 41, 5. *M.*

necessitatibus. Libri antiquiores habent, *necessitudinibus*: vtrumque significat idem; sed poterat antiquior lectio seruari. *M.* Respice ad 8. 58.

eisdem rebus. Leg. *eisdem de reb.* Nec magis hoc reiici potest, quam apud Ciceronem:

ni beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, ereptoque semestri imperio, in vrbem retraheretur, cuius absentis rationem haberi proximis comitiis Populus iussisset; tamen hanc iacturam honoris sui Reipublicae caussa aequo animo tulisse: quum litteras ad Senatum miserit, vt omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem impetrauisse: tota Italia dilectus haberi, retineri legiones duas, quae ab se simulatione Parthici belli sint abductae: ciuitatem esse in armis. Quonam haec omnia, nisi ad suam perniciem, pertinere? Sed tamen ad omnia se descendere paratum atque omnia pati Reipublicae caussa. Proficiscatur Pompeius in suas prouincias; ipsi exercitus dimittant; discedant in Italia omnes ab armis; metus e ciuitate tollatur; libera comitia atque omnis Respublica Senatui Populoque Romano permittatur. Haec quo facilius certisque conditionibus fiant et iureiurando sanciantur; aut ipse propius accedat, aut se patiatur accedere: fore, vti per conloquia omnes controuersiae componantur.

10. Acceptis mandatis, Roscius cum L. Caesare Capuam peruenit ibique Consules Pompeiumque inuenit. Postulata Caesaris renunciat. Illi deliberata re respondent scriptaque ad eum mandata per eos remittunt, quorum haec erat summa: *Caesar in Galliam reuerteretur, Arimino excederet, exercitus*

haec atque talia narrat. Alia lectio, *eisdem diebus*, ex emendatione Rubenii est. *M.* In Electis 1, 8. *Eisdem rebus* dedit Oud. e codd. et *rebus* accipit pro *argumentis*, vt c. 2. Clarke volebat *verbis.* Sic et Iurinius.

Reip. primam f. d. Codd. quidam, *Rempublicam primam fuisse dignitate.*

erepto sem. imp. Vid. ad 8. 68. *M.*

prox. comitiis. Consularibus. Appian. 2, 28. p. 442. *M.*

Parthici bell. Vid. 8, 54. *M.*

ipsi (Caesar et Pompeius) *exercitus dimittant.* Monuit Clarkius post Hotomannum. Vulgo, *dimittantur. M.* Male.

deliberata re. *Re* omissum in codd. et edd. vet. Gruterus factum id monet ob seq. *respondent.*

dimitteret: quae si fecisset, Pompeium in Hispanias iturum. Interea, quod fides esset data, Caesarem facturum, quae polliceretur, non intermissuros Consules Pompeiumque dilectus.

11. Erat iniqua conditio, postulare, vt Caesar Arimino excederet atque in prouinciam reuerteretur; ipsum et prouincias et legiones alienas tenere: exercitum Caesaris velle dimitti; dilectus habere: polliceri, se in prouinciam iturum; neque, ante quem diem iturus sit, definire: vt, si peracto Caesaris Consulatu Pompeius profectus non esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus videretur: tempus vero conloquio non dare, neque accessurum polliceri, magnam pacis desperationem adferebat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus V Arretium mittit: ipse Arimini cum duabus subsistit ibique dilectum habere instituit: Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat.

12. Interea certior factus, Igunium Thermum Praetorem cohortibus quinque tenere, oppidum munire omniumque esse Iguuinorum optimam erga se voluntatem, Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri et Arimini habebat, mittit. Cuius aduentu

legiones alienas, ereptas Caesari. Cf. 8, 54. *M.*

Pompeius prof. non esset. Vocem *Pompeius* intrusam Oud. cum Grutero putat.

ab Arimino. Solet Caesar praepositione sic vti. Conf. c. 15. 18. 25. 78. V. et not. ad G. 6, 3. et Cic. ep. 4, 12.

cum duabus legionibus. Immo, *cohortibus*: vid. c. 12: nam vnam tantum legionem Arimini habuit. vid. cap. 8. Ergo bene monuit Dauisius, *legionibus* delendum, et *cohortibus* e superioribus repetendum esse. *M.* Vide et c. 15. vbi, *legione duodecima consecuta, duas se habuisse* Caesar scribit. Manifestus error, quouis modo tollendus. Deleo cum Clarkio *legionibus*; si cui magis adridet opinio Oudendorpii, substituet *cohortibus*. Legionis XIII tribus cohortibus Caesar Pisaurum, Fanum, Anconam occupauit, quinque Arretium misit, duas secum reliquas habuit.

Praetorem. Freinshemius in ind. ad Florum mauult *Propraetorem*, sed *Praetor* saepe dicitur, qui cum imperio praeest. V. van Staueren ad Corn. Hannib. 4. et Duker. ad Flor. 2, 20, 5. Simile quid c. 5.

diffisus municipii voluntate. Quidam pro *municipii* habens

cognito, diffiſus municipii voluntate Thermus, cohortes ex vrbe educit et profugit: milites in itinere ab eo diſcedunt ac domum reuertuntur. Curio omnium ſumma voluntate Iguuium recipit. Quibus rebus cognitis, confiſus municipiorum {voluntatibus Caeſar, cohortes legionis XIII ex praeſidiis deducit Auximumque proficiſcitur: quod oppidum Attius cohortibus introductis tenebat, dilectumque toto Piceno circummiſſis Senatoribus habebat.

13. Aduentu Caeſaris cognito, Decuriones Auximi ad Attium Varum frequentes conueniunt: docent, *ſui iudicii rem non eſſe; neque ſe, neque reliquos municipes pati poſſe, C. Caeſarem, Imperatorem bene de Republica meritum, tantis rebus geſtis, oppido moenibusque prohiberi: proinde habeat rationem poſteritatis et periculi ſui.* Quorum oratione permotus Attius Varus, praeſidium, quod introduxerat, ex oppido educit ac profugit. Hunc ex primo ordine pauci Caeſaris conſecuti milites conſiſtere cogunt: commiſſo proelio, deſeritur a ſuis Varus; nonnulla pars militum domum diſcedit; reliqui ad Caeſarem perueniunt: atque vna cum iis deprehenſus L. Pupius, primipili Centurio, adducitur, qui

ciuium, gloſſa. alii *voluntati* inuitis bonis codd. Th. Bentleius male ablatiuum reſpuit. Eodem modo *confiſus* ſtruitur. Vid. 3, 24. et Vitruuius 2, 9. *naturali munitione confiſus.*

Decuriones. Vid. Ind. *M.*

poſteritatis, famae apud poſteros. *Voſſius.* Rubenius in Electis 1, 8. emendare volebat *poteſtatis*, perperam. Eo ſenſu, quo hic, vox *poſteritatis* legitur et apud Tacitum Annal. 3, 29. et H. 2, 53. item Cic. Tuſc. 1, 15. Oud. in notis ad Sueton. Caeſ. c. 30. coniicit, locum noſtrum ita emendandum, *pr. h. rat. dum poteſt, ciuitatis vel neceſſitatis et periculi ſui*, quia Celſus ita habet p. 185. *orant, vt famae, vt ſuo ſuorumque discrimini; dum tempus eſt, conſulat.* Iurinius ita velit legi: *proin, dum poteſtas ſit, hab. rat. p. ſ.*

profugit. in Africam. vid. c. 31. *M.*

ex primo ordine. Voſſius maluit, *ex primo agmine*: Marclandus vero in Explic. vet. auct. p. 265 *ex primis ordinibus:* ſcilicet ne nimis exigua manus fuiſſe videatur. Eſt autem *ordo* ex vſitata ratione centuria. *M.*

L. Pupius. Marclandus ibidem e codd. lectione SL. *Pupius* eruit *Spurius Pupius*. *M.*

hunc eumdem ordinem in exercitu Cn. Pompeii antea duxerat. At Caesar milites Attianos conlaudat, Pupium dimittit, Auximatibus agit gratias seque eorum facti memorem fore pollicetur.

14. Quibus rebus Romam nunciatis, tantus repente terror inuasit, vt, quum Lentulus Consul ad aperiendum aerarium venisset, ad pecuniam Pompeio ex S. C. proferendam, protinus, aperto sanctiore aerario, ex vrbe profugeret: Caesar enim aduentare, iam iamque et adesse eius equites falso nunciabantur. Hunc Marcellus conlega et plerique Magistratus consecuti sunt. Cn. Pompeius, pridie eius diei ex vrbe profectus, iter ad legiones habebat, quas a Caesare acceptas in Apulia hibernorum caussa disposuerat. Dilectus intra vrbem intermittuntur: nihil citra Capuam tutum esse omnibus videtur. Capuae primum sese confirmant et conligunt, dilectumque colonorum, qui lege Iulia Capuam deducti erant, habere instituunt; gladiatoresque, quos ibi Caesar in ludo habebat, in forum productos Lentulus libertati confirmat

At Caesar. Hoc *At* deleri vult Iurinius, ortum e repetito fine vocis praecedentis.

ex S. C. Cf. c. 6. *M.*

aperto sanct. aer. Aliter scribere Caesari non permittebat posteritatis verecundia, vt aerarium, quod ab eo effractum omnes auctores testantur (Dio Cass. 41, 17. Appian. 2, 41. p. 453. Plut. Caes. 35. Florus 4, 2, 21), diceret se apertum a Lentulo inuenisse *Vossius.* De terroribus, quibus ipsa Roma tum exagitata est, vid. Dio Cass. 41, 6 — 10. Appian. 2, 36. p. 450. *M.* Rubenius in Electis 2, 24. volebat, *non aperto*, male.

et adesse. Coniunctionem ad iecit Oud. e codd. Iurinius mallit *et iam iamque.*

pridie eius diei. Vrsinus et Ciacc. volunt *pridie eidus*, idque e Cicerone probare tentant. Oud. potius data opera haec non satis aperte tradi arbitratur.

ex vrbe profectus, e suburbio. Cf. c. 2. 3. 6. *M.*

libertati confirmat. Al. *libertatis*; al. *in libertatem.* Malim cum Lipsio (Saturn. 1, 14): *libertate* (donanda) *confirmat* (reddit firmos, liberat dubitatione, ne dubitent accedere ad partes Pompeii). Cf. c. 15. 21. *M.* Sub *libertatis* Vossius intelligi *munere*. Oud. reddit *libertatis firmos* siue certos esse iubet. Seruat tamen *libertati* i. e. in libertatem. Et recte quidem, is enim genitiuus plane hic insolens nec admittendus.

circum fam. conu. Camp.

atque iis equos adtribuit. et se sequi iussit: quos postea, monitus ab suis, quod ea res omnium iudicio reprehendebatur, circum familias conuentus Campani custodiae caussa distribuit.

15. Auximo Caesar progressus, omnem agrum Picenum percurrit. Cunctae earum regionum Praefecturae libentissimis animis eum recipiunt, exercitumque eius omnibus rebus iuuant. Etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exaedificauerat, ad eum legati veniunt, quaeque imperauerit, se cupidissime facturos pollicentur. Milites imperat: mittunt. Interea legio XII Caesarem consequitur. Cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur. Id oppidum Lentulus Spinther decem cohortibus tenebat: qui, Caesaris aduentu cognito, profugit ex oppido, cohortesque secum abducere conatus, a magna parte militum deseritur. Relictus in itinere cum paucis, incidit in Vibullium Rufum, missum a Pompeio in agrum Picenum, confirmandorum hominum caussa: a quo factus Vibullius certior, quae

Rubenius Elect. 1, 8 restituit, *circum familias conu. Campani*, quod et Dion. Vossio placebat, et Gronouio Obs. 3, 23. *Cellarius.* Idem Danisio placuit. Nititur emendatio loco Ciceronis (ad Att. 7, 14), eoque valde perspicuo. Conuentus Campanus, vt constat, sunt ciues Romani, Capuae viuentes: (vid. Ind. in *conuentus*) ideoque familiae conuentus sunt familiae illorum ciuium Romanorum. *M.* Legebatur vulgo *circum familiares conu. Campaniae* et sic dedit Morus. Ego Rubenium sequor cum Cellario. Probat et Bentl.

Auximo. Codices quidam habent *Maximo C. progressu*, quod perperam probat Victor. V. L. 4, 15.

Praefecturae. Vid. Ind. *M.*

Cingulo. alii *ex Cingulo.*

Vibullium. De hoc et Hirro et Domitio cf. mutuas Ciceronis et Pompeii epistolas, in Epp. ad Att. 8, 11. sqq. *Vlcilles* est corruptum nomen. *Domitius* est is, de quo supra cap. 6, qui iussus erat Caesari in Gallia succedere. Epistolae Pompeii, ad Domitium scriptae, exstant in Epp. Cic. ad Att. 8, 12. *M.* *Hirrum* dedit Oud. e codd. Faernus et Manutius pro *Vlcille* malunt *Lucceium*, notum gentis nomen, in qua *Hirri* occurrunt. Vrsinus *C. Hirrium* legendum putat. Sed *Hirrius* est nomen gentis; hic autem cognomini locus est. Mihi adridet sententia Glandorpii, emendantis *Lucilium Hirrum*, ex quo in *Vlcillem* facilis lapsus fuit.

res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum dimittit. Item ex finitumis regionibus, quas potest, contrahit cohortes ex dilectibus Pompeianis: in iis Camerino fugientem Vlcillem Hirrum, cum sex cohortibus, quas ibi in praesidio habuerat, excipit: quibus coactis XIII efficit. Cum iis ad Domitium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus peruenit, Caesaremque adesse cum legionibus duabus nunciat. Domitius per se circiter XX cohortes Alba, ex Marsis et Pelignis et finitumis ab regionibus coegerat.

16. Recepto Asculo, expulsoque Lentulo, Caesar conquiri milites, qui ab eo discesserant, dilectumque institui iubet: ipse, vnum diem ibi rei frumentariae caussa moratus, Corfinium contendit. Eo quum venisset, cohortes quinque, praemissae a Domitio ex oppido, pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido milia passuum circiter III. Ibi cum antecursoribus Caesaris proelio commisso, celeriter Domitiani, a ponte repulsi, se in oppidum receperunt. Caesar, legionibus transductis, ad oppidum constitit iuxtaque murum castra posuit.

17. Re cognita, Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum, magno proposito praemio, cum litteris mittit, qui petant atque orent, vt sibi subueniat: *Caesarem duobus exercitibus et locorum angustiis facile intercludi posse frumentoque prohiberi. Quod nisi fecerit, se cohortesque amplius XXX, magnumque numerum Senatorum atque Equitum Romanorum, in periculum esse venturum.* Interim suos cohortatus, tormenta in muris disponit

Alba, ex Marsis. Alii *ex Alba et Marsis.*

Asculo. Quidam codd. *Firmo;* vnus *oppido.* Ergo Oud. coniecit, vel legi posse, *Recepto Firmo, Asculoque exp. Lent.* vel, *Recepto oppido;* sic enim alium e cap. 15 adscripsisse *Asculo* (ibi Lentulus erat); alium *Firmo* e Cic. ad Att. 8, 12. Posterior ratio iam Vossio placuit, et est sine dubio vera. *M.* Vossius modo notat, in Vrsini codice sic legi. Apud Cicer. l. c. in Pompeii epistola ista *Firmi* fit mentio.

pontem fluminis, Aterni.

certasque cuique partes ad custodiam vrbis attribuit; militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos iugera et pro rata parte Centurionibus euocatisque.

18. Interim Caesari nunciatur, Sulmonenses, quod oppidum a Corfinio VII milium interuallo abest, cupere ea facere, quae vellet; sed a Q. Lucretio, Senatore, et Attio Peligno prohiberi, qui id oppidum VII cohortium praesidio tenebant. Mittit eo M. Antonium cum legionis octauae cohortibus quinque. Sulmonenses, simul atque nostra signa viderunt, portas aperuerunt, vniuersique et oppidani et milites obuiam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius et Attius de muro se deiecerunt. Attius, ad Antonium deductus, petit, vt ad Caesarem mitteretur. Antonius cum cohortibus et Attio eodem die, quo profectus erat, reuertitur. Caesar eas cohortes cum exercitu suo coniunxit, Attiumque incolumem dimisit. Caesar tribus primis diebus castra magnis operibus munire et ex finitumis municipiis frumentum comportare reliquasque copias exspectare instituit. Eo triduo legio VIII ad eum venit, cohortesque ex nouis Galliae dilectibus XXII equitesque ab rege Norico circiter CCC. Quorum aduentu altera castra ad alteram oppidi partem ponit. His castris Curionem praefecit: reliquis diebus oppidum vallo castellisque circumuenire instituit. Cuius operis maxima parte effecta, eodem fere tempore missi ad Pompeium reuertuntur.

19. Litteris perlectis, Domitius dissimulans in con-

certasque. Iurinius malit sine copula.

legionis octauae. Aut hic, aut paulo post, vbi triduo post demum legio VIII venisse dicitur, numerus VIII vitiosus est. *M.* Monuerat Vrsinus.

deductus, petit. Gruterus vult *petiit*, sed frequens nostro temporum variatio modorumque. V. G. 5, 2.

circumuenire. Sic codd. Alii *circummunire.* Similis variatio lectionis infra cap. 81. itemque 2, 16. 36. 3, 97.

dissimulans. Alii *simulans.* Male.

in concilio. Alii *in consilio.*

cilio pronunciat, Pompeium celeriter subsidio venturum; hortaturque eos, ne animo deficiant, quaeque vsui ad defendendum oppidum sint, parent: ipse arcano cum paucis familiaribus suis colloquitur; consiliumque fugae capere constituit. Quum vultus Domitii cum oratione non consentiret atque omnia trepidantius timidiusque ageret, quam superioribus diebus consuesset, multumque cum suis consiliandi caussa secreto praeter consuetudinem colloqueretur, concilia conuentusque hominum fugeret: res diutius tegi dissimularique non potuit. Pompeius enim rescripserat, *sese rem in summum periculum deducturum non esse, neque suo consilio aut voluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse: proinde, si qua facultas fuisset, ad se cum omnibus copiis veniret.* Id ne fieri posset, obsidione atque oppidi circummunitione fiebat.

20. Diuulgato Domitii consilio, milites, qui erant Corfinii, prima vesperi secessionem faciunt: atque ita inter se per Tribunos militum Centurionesque atque honestissimos sui generis colloquuntur: *obsideri se a Caesare; opera munitionesque prope esse perfectas; ducem suum Domitium, cuius spe atque fiducia permanserint, proiectis omnibus, fugae consilium capere: debere se suae salutis rationem habere.* Ab his primo Marsi dissentire incipiunt, eamque oppidi partem, quae munitissima videretur, occupant: tantaque inter eos dissensio exsistit, vt

arcano. Alii *arcana.*

constituit. Alii *instituit.* Sic Clarke e cod. Reg.

consiliandi caussa. sic codd. Ita et c. 73. *haec consiliantibus.* Cf Cellarii curas poster. p. 56. Plinius etiam ep. 4, 17. *consiliator.* Sic et Horat. A. poet. 196. Alii *consultandi.*

Pompeius enim rescr. Exstat epistola in Cic. epp. ad Atticum L. 8 post 12.

facultas fuisset. Sic codd. et edd. vet. Alii mallent *esset.*

prima vesperi hora. Vulgo *vespera* contra codd. *Oud.*

honest. sui generis, eos militum gregariorum, qui aetate rebusque fortiter gestis essent ceteris honestiores s. nobiliores. *M.*

proiectis omnibus, proditis, neglecta omnium salute. *M.*

manum conferere atque armis dimicare conentur: post paullo tamen, internunciis vltro citroque missis, quae ignorabant, de L. Domitii fuga cognoscunt. Itaque omnes vno consilio Domitium, productum in publicum, circumsistunt et custodiunt legatosque ex suo numero ad Caesarem mittunt; *sese paratos esse portas aperire, quaeque imperauerit, facere et L. Domitium viuum in eius potestatem tradere.*

21. Quibus rebus cognitis, Caesar, etsi magni interesse arbitrabatur, quam primum oppido potiri, cohortesque ad se in castra transducere, ne qua aut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falsis nunciis commutatio fieret voluntatis, quod saepe in bello paruis momentis magni casus intercederent; tamen veritus, ne militum introitu et nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, eos, qui venerant, conlaudat atque in oppidum dimittit; portas murosque adseruari iubet. Ipse iis operibus, quae facere instituerat, milites disponit, non certis spatiis intermissis, vt erat superiorum dierum consuetudo; sed perpetuis vigiliis stationibusque, vt contingant inter se atque omnem munitionem expleant: Tribunos militum et Praefectos circummittit atque hortatur, non solum ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus adseruent. Neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieuerit: tanta erat summa rerum exspectatio, vt alius in aliam par-

dissensio exsistit. Alii *exstitit, vt conuertantur.*

quae ignorabant. Iurinius, *qui.* vt ad Marsos referatur.

animi confirmatio vel est oratio, qua moesti eriguntur ad spem, dubitantesque dubitatione liberantur; vel erit contumacia eorum, qui sibi proponunt vtique pugnare aut perire. Malim prius; nam de posteriore potius dixisset *obfirmatio.* M.

intercederent, inmiscerent se, acciderent. *M.*

et nocturni t. lic. Sic codd. et edd. vet. Ciaccon. malit *in;* Dauis. *ex.* Omitti iubet Clarkius.

adseruari. P. Faber e codd. dat *obseruari.* Semestr. 1, 20.

adseruent. Alii *obseruent,* quod Oud. mallet.

Neque vero. Sic Faernus e vet. cod. Vulgo *Neque eo.*

summa rerum. Leg. *summae*

tem mente atque animo traheretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque euentus exciperent.

22. Quarta circiter vigilia Lentulus Spinther de muro cum vigiliis custodibusque nostris conloquitur, *velle, si sibi fiat potestas, Caesarem conuenire.* Facta potestate, ex oppido mittitur, neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quam in conspectum Caesaris deducatur. *Cum eo de salute sua orat atque obsecrat, sibi vt parcat, veteremque amicitiam commemorat Caesarisque in se beneficia exponit, quae erant maxima; quod per eum in collegium Pontificum venerat, quod prouinciam Hispaniam ex Praetura habuerat, quod in petitione Consulatus ab eo erat subleuatus.* Cuius orationem Caesar interpellat: *se non maleficii caussa ex prouincia egressum, sed vti se a contumeliis inimicorum defenderet: vt Tribunos plebis ea re ex ciuitate expulsos in suam dignitatem restitueret; vt se et Populum Romanum, paucorum factione obpressum, in libertatem vindicaret.* Cuius oratione confirmatus Lentulus, vti in oppidum reuerti liceat, petit; quod de sua salute inpetrauerit, fore etiam re-

rerum. Monuit Lipsius, probauit Oud. *Tanta summa* coniungi non possunt. *M.* Posses struere sic: *summa rerum exspectatio erat tanta. Summae* malit et Iurinus.

exciperent. Alii *exciperet.* minus recte.

Cum eo — orat, cum eo per preces agit. Formulam loquendi Dausqius e. Plauti Asin. 3, 3, 72, et Curcul. 3, 62 (vbi vid. Gronou.) defendit. Ergo vulgatum *agit* pro *orat* est ex emendatione. Et fortasse totum illud, *de salute sua agit*, est interpretamentum, et Caesar simpliciter scripsit: *cum eo orat atque obsecrat:* si similis erit hoc exemplis aliis. *M.* Adde Terent. Hec. 4, 4, 64. Bentlei. seruandum putat *agit, orat atq. obs.*

ab eo erat subleuatus. Voculae *ab eo* in aliis desunt.

ea re ex ciu. exp., ea de caussa, scil. quod Caesarem defenderent. Forsan *ea re* delebis rectius, iudice Iurinio. Celsus habet *sui odio.*

in libertatem vindicaret. Codd. quidam *libertati*, vt c. 14. *libertati confirmat.*

ad suam spem solatio. Sic codd. vnde male Scaliger *suamepse.* Ciacconius conicit *ad suam spei et solatio.* non opus.

liquis ad suam spem solatio: adeo esse perterritos nonnullos, vt suae vitae durius consulere cogantur. Facta potestate discedit.

23. Caesar, vbi inluxit, omnes Senatores Senatorumque liberos, Tribunos militum Equitesque Romanos ad se produci iubet. Erant Senatorii ordinis L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sex. Quinctilius Varus, Quaestor, L. Rubrius: praeterea filius Domitii aliique complures adolescentes et magnus numerus Equitum Romanorum et Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat. Hos omnes productos a contumeliis militum conuiciisque prohibet: pauca apud eos loquitur, quod sibi a parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficiis. Dimittit omnes incolumes. Sestertium sexagies, quod aduexerat Domitius atque in publicum deposuerat, adlatum ad se ab duumuiris Corfiniensibus, Domitio reddit, ne continentior in vita hominum, quam in pecunia, fuisse videatur; etsi eam pecuniam publicam esse constabat datamque a Pompeio in stipendium. Milites Domitianos sacramentum apud se dicere iubet atque eo die castra mouet, iustumque iter conficit, septem omnino dies

intellige, *quo ipsi sperent de salute.*

consulere cogantur. Sic et G. 6, 5. *congredi cogeretur.*

Erant Senatorii ord. Omnes codd. Oudend. habent: *erant quinquaginta ordines*, sed Vrsini libri, *erant primi ordinis.* Inde coniicit Oud. *erant quinque primi ordinis.* Dubito, an Caesar sic scripserit; quid scripserit, exputare non possum. — De rebus ad Corfinium gestis v. Dio Cass. 41, 11. App. 2, 38. p. 451. Plutarch. Caes. c. 34. Sed hi omnes e pleniore Caesaris narratione explicandi sunt. *M.* Dauisius bene ostendit, vnde error ortus. Scriptum erat in codice *I ordinis.* Id *I* mutatum ab aliis in *L*, vnde *quinquaginta.*

P. Lentulus Spinther etc. Alii *L. Caecilius Spinther Rufus.*

Dimittit omnes incolumes. Huc pertinet epistola Caesaris in Cic. Epp. ad Att. 9, 6 et 16. *M.*

Sestertium sexagies. Conf. Gronou. de Sestertiis 2, 3.

quod aduexerat. Vulgo interponitur *aurum*, inuitis codd. Glossam sapit. Conf. Gron. de Pec. Vet. 2, 5. Mox alii *in publico.*

ab duumuiris Corfin. Male alii *ab iis viris*, *ab his*, *abis*, quae monstra nata ex signo numerali *a II viris.*

ad Corfinium commoratus, et per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium, in Apuliam peruenit.

24. Pompeius, iis rebus cognitis, quae erant ad Corfinium geftae, Luceria proficifcitur Canufium atque inde Brundifium. Copias vndique omnes ex nouis dilectibus ad fe cogi iubet; feruos, paftores armat atque his equos adtribuit: ex iis circiter CCC equites conficit. L. Manlius Praetor Alba cum cohortibus fex profugit, Rutilius Lupus Praetor Tarracina cum tribus: quae procul equitatum Caefaris confpicatae, cui praeerat Biuius Curius, relicto Praetore, figna ad Curium transferunt atque ad eum transeunt. Item reliquis itineribus nonnullae cohortes in agmen Caefaris, aliae in equites incidunt. Reducitur ad eum deprehenfus ex itinere Cn. Magius, Cremona, Praefectus fabrum Cn. Pompeii, quem Caefar ad eum remittit cum mandatis: *quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit, atque ad fe Brundifium fit venturus, intereffe reipublicae et communis falutis, fe cum Pompeio conloqui; neque*

Frentanorum. bene. Ortelius et alii *Ferentanorum.* Cf. Gronou. ad Liu. 9, 45.

Luceria. Inde literas dedit ad Ciceronem, infertas epp. ad Att. 8, 11. *M.*

inde Brund. Quo die, e Cic. epp. ab Att. 9, 1. difci poteft. *M.*

feruos, paftores. Dauifius fublato commate *feruo paftores* iungit. Displicet Oud. qui confert infra 3, 4. *ex feruis fuis paftorumque fuorum.*

Biuius corruptum praenomen. De re eft aliquid in Cic. Epp. ad Att. 9, 6. *M.* Vbi male quidam *Curtium* habent. In loco noftro videtur legendum *Vibius Curius*, vt apud Quinctil. I. Or. 6, 3, 73.

Cn. Magius. Mentio eius in ep. Caefaris ad Oppium et Cornelium apud Cicer. in epp. ad Atticum 9, 8. Eam repetit Celfus p. 187. vbi male legitur *N. Magni.* Apud Cic. l. cit. 9, 13. dicitur *N. Magius.* Plutarchus in Pompeio c. 63. *Numerium* vocat, praenomine fcilicet.

Cremona. oriundus. *M.* Similia vide 3, 71. Alibi additur praepofitio. Gell. 2, 29. *Aefopus e Phrygia.*

atque ad fe — venturus. Caefar ad Pompeium venturus eft. Sed hoc nullo modo his verbis exprimi poteft: *Caefar nunciari Pompeio iubet, quoniam — — atque ad fe* (Pompeium) *fit venturus.* Ergo pro *atque ad fe* legendum puto; *antequam ipfe Br. fit vent.*

vero idem profici longo itineris spatio, quum per alios conditiones ferantur, ac si coram de omnibus conditionibus disceptetur.

25. His datis mandatis, Brundisium cum legionibus sex peruenit, veteranis tribus, reliquis, quas ex nouo dilectu confecerat atque in itinere compleverat: Domitianas enim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miserat. Reperit, Consules Dyrrhachium profectos cum magna parte exercitus, Pompeium remanere Brundisii cum cohortibus viginti: (neque certum inueniri poterat, obtinendine Brundisii caussa ibi remansisset, quo facilius omne Hadriaticum mare, extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae, in potestatem haberet, atque ex vtraque parte bellum administrare posset; an inopia nauium ibi restitisset:) veritusque, ne Italiam ille dimittendam non existimaret, exitus administrationesque Brundisini portus inpedire instituit: quorum operum haec erat ratio. *Qua fauces erant angustissimae portus, moles atque aggerem ab vtraque parte litoris iaciebat,*

Si quis malit, cum Ciacconio leget, *atque ipse Br. s. v. M.* Marclandus l. c. p. 265. ita legendum suadet: *quon — fuerit, atque* (i. e. statim, v. not. ad C. 2, 42.) *ad de Brund. sit venturus,* (dicit) *interesse reipublicae — se* (Caesarem) *cum P. conloqui* etc. Hariolatur porro, posse scribi, *se venturum.*

perfici. Leg. *profici*, e duobus codd. bonis, probante Oud. *M.* Recte, restituo.

Brund. — peruenit. vid. literas Caesaris, ad Oppium datas illo tempore, in Cic. Epp. ad Attic. 9, 13. 14. *M.*

veteranis tribus. Vulgo *vet. IV.* Male, nam optimi codd *III.* et Vossius docet, eas esse XII. XIII. et VIII.

extremis Ital. Leg. *cum extr. It.* Marclandus in Explic. vet. auct. p. 266. putabat, legi posset *extremis — Graciae opportunum. M.* Alii *ex vltimis.* Credo, verum vidisse Morum.

in potestatem haberet. Sic Sallust. Iug. c. 112. Liu. 2, 14. Cic. Manil. c. 12. Gell. 1, 7. Liu. etiam 22, 25. *in custodiam habitum.* Conf. Berger de nat. pulcrit. orat. p. 407. In omnibus illis Clarkius ad Af. 47. subaudiri aestimat *redactum, traditum, susceptum* vel tale quid, quod mihi prorsus placet. Vide et C. 3, 109.

administratio portus, cum quis vtitur portu, vt vult. *M.*

moles atque aggerem. bene. sic et c. 28. et Caesar apud Cic.

quod his locis erat vadosum mare. Longius progressus; quum agger altiore aqua contineri non posset, rates duplices, quoquouersus pedum triginta, e regione molis conlocabat. Has quaternis ancoris ex quatuor angulis destinabat, ne fluctibus mouerentur. His perfectis conlocatisque alias deinceps pari magnitudine rates iungebat; has terra atque aggere integebat, ne aditus atque incursus ad defendendum inpediretur: a fronte atque ab vtroque latere cratibus ac pluteis protegebat: in quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quo commodius ab inpetu nauium incendiisque defenderet.

26. Contra haec Pompeius naues magnas onerarias, quas in portu Brundisino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat easque multis tormentis et omni genere telorum completas, ad opera Caesaris adpellebat, vt rates perrumperet atque opera disturbaret. Sic quotidie vtrimque eminus fundis, sagittis reliquisque telis pugnabatur. Atque haec ita Caesar administrabat, vt conditiones pacis dimittendas non existimaret. Ac tametsi magnopere admirabatur, Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miserat, ad se non remitti; atque ea res saepe tentata etsi inpetus eius consiliaque tardabat; tamen omnibus rebus in eo perseuerandum putabat. Itaque Caninium Rebilum Legatum, familiarem, necessariumque Scribonii Libonis, mittit ad eum colloquii caussa: mandat, vt Libonem de concilianda pace hortetur; in primis, vt ipse cum Pompeio conloqueretur, postulat: magnopere sese con-

ad Attic. 9. 14. Nec obstat, quod *agger* in singulari iungatur. Ita et G. 3, 12. et Lucan. 2, 660 et 678.

contineri. An, *continuari?* vt hoc fit, vlterius produci. *M.* Nil mutandum. Sensus plenus.

destinabat. vid. Ind. *M.*

integebat. alii *contegebat.* Prius Bentl. malit *colligatisque* citra necessitatem.

omnibus rebus perseuerand. omnino perseuerare. *M.*

auctore atque agente. Sic

fidere demonstrat, si eius rei sit potestas facta, fore, vt aequis conditionibus ab armis discedatur: cuius rei magnam partem laudis atque existimationis ad Libonem peruenturam, si, illo auctore atque agente, ab armis sit discessum. Libo, a conloquio Caninii digressus, ad Pompeium proficiscitur; paullo post renunciat, *quod Consules absint, sine illis de compositione agi non posse.* Ita saepius rem frustra tentatam Caesar aliquando dimittendam sibi iudicat et de bello agendum.

27. Prope dimidia parte operis a Caesare effecta, diebusque in ea re consumtis nouem, naues, a Consulibus Dyrrhachio remissae, quae priorem partem exercitus eo deportauerant, Brundisium reuertuntur. Pompeius, siue operibus Caesaris permotus, siue etiam quod ab initio Italia excedere constituerat, aduentu nauium profectionem parare incipit: et, quo facilius inpetum Caesaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos plateasque inaedificat, fossas transuersas viis praeducit atque ibi sudes stipitesque praeacutas defigit. Haec leuibus cratibus terraque inaequat; aditus autem atque itinera duo, quae extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus atque eis praeacutis, praesepit. His paratis rebus, milites silentio naues conscendere iubet; expeditos autem ex euocatis, sagittariis funditoribusque raros in muro turribusque disponit. Hos certo signo reuocare constituit, quum omnes milites naues conscendissent; atque iis expedito loco actuaria nauigia relinquit.

28. Brundisini, Pompeianorum militum iniuriis

Cornel. Att. 3, 2. *hunc actorem auctoremque habebat.* Cf. et Cicero de Orat. 2, 46.

quod Cons. absint. Quod pro *quia*, vel *eo quod.* Sic sensus bene sibi constat, nec opus est Perizonii obseruatione ad Sanctii Min. 3, 14. nec Apuleii loco citato ab Oud.

inaedificat. vid. Ind. *M.*

ex euocatis. Respice ad cap. 3 et 17.

expedito loco, e quo facile

atque ipsius Pompeii contumeliis permoti, Caesaris rebus fauebant. Itaque, cognita Pompeii profectione, concursantibus illis atque in ea re occupatis, vulgo ex tectis significabant: per quos re cognita, Caesar scalas parari militesque armari iubet, ne quam rei gerendae facultatem dimittat. Pompeius sub noctem naues soluit. Qui erant in muro custodiae caussa collocati, eo signo, quod conuenerat, reuocantur notisque itineribus ad naues decurrunt. Milites, positis scalis, muros adscendunt; sed moniti a Brundisinis, vt vallum caecum fossasque caueant, subsistunt et, longo itinere ab his circumducti, ad portum perueniunt duasque naues cum militibus, quae ad moles Caesaris adhaeserant, scaphis lintribusque deprehendunt, deprehensas excipiunt.

29. Caesar, etsi ad spem conficiendi negotii maxime probabat, coactis nauibus mare transire et Pompeium sequi, prius quam ille sese transmarinis auxiliis confirmaret: tamen eius rei moram temporisque longinquitatem timebat, quod, omnibus coactis nauibus, Pompeius praesentem facultatem insequendi sui ademerat. Relinquebatur, vt ex longinquioribus regionibus Galliae Picenique et a freto naues essent exspectandae. Id propter anni tempus longum atque impeditum videbatur. Interea veterem exercitum, duas Hispanias confirmari, (quarum altera erat maxi-

sine difficultate et periculo discedere possent. *M.*

caecum. v. Ind. Sed *vallum* puto abusiue dici: est enim fossa, pone quam stipites defixi erant. vid. c. 27. Ergo habet similitudinem cum vallo, h. e. fossa et aggere, quo castra aut oppida vulgo cinguntur. *M.* Festus: *Caecum vallum dicitur, in quo praeacuti pali terrae adfixi herbis vel frondibus occuluntur.* Plut. in Pomp. c. 62. nihil de *vallo*, modo de *stipitibus* loquitur. Vossius mallet *vallos caecos.*

a freto. Danisius Gaditanum fretum, Oud. Siculum intelligit. Posterius verisimilius est ideo, quia Caesar (c. 25) copias in Siciliam miserat, vnde reuersuras naues nunc exspectabat. *M.*

Hispanias confirmari, vt tanto certius in Pompeii fide permanerent. *M.*

altera (citerior) *maximis beneficiis* (inde a bello Sertoriano).

mis beneficiis Pompeii deuincta) auxilia, equitatum parari, Galliam Italiamque tentari, se absente, nolebat.

30. Itaque in praesentia Pompeii insequendi rationem omittit; in Hispaniam proficisci constituit; duumviris municipiorum omnium imperat, vt naues conquirant Brundisiumque deducendas curent. Mittit in Sardiniam cum legione vna Valerium Legatum; in Siciliam Curionem Propraetorem cum legionibus quatuor; eumdem, quum Siciliam recepisset, protinus in Africam transducere exercitum iubet. Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato, Africam forte Tubero obtinere debebat. Caralitani, simul ad se Valerium mitti audierunt, nondum profecto ex Italia, sua sponte ex oppido Cottam eiiciunt. Ille perterritus, quod omnem prouinciam consentire intellegeret, ex Sardinia in Africam profugit. Cato in Sicilia naues longas veteres reficiebat, nouas ciuitatibus inperabat. Haec magno studio agebat. In Lucanis Brutiisque per legatos suos ciuium Romanorum dilectus habebat: equitum peditumque certum numerum a ciuitatibus Siciliae exigebat. Quibus rebus paene perfectis, aduentu Curionis cognito, queritur in concione, *sese proiectum ac proditum a Cn. Pompeio, qui, omnibus rebus inparatissimus, non necessarium bellum suscepisset et, ab se reliquisque in Senatu interrogatus, omnia sibi esse ad bellum*

Cellar. De rebus, ad Brundisium gestis, conf. Plutarch. in Pompeio c. 62, 63. Appian. C. 2, 39. p. 452. Fuga Pompeii prudenter reprehensa est a Dione Cass. 41, 13. *M.*

Pomp. ins. rationem, cogitationem de ins. Pompeio, consilium insequendi. *M.*

legionibus quatuor. Vulgo *tribus.* Sed *IV* legendum docent Daussius et Clarke, vt 2, 23, vbi II ex IV transportatae et c. 37. duae reliquae submissae narrantur.

M. Cato. vid. Plutarch. in huius vita c. 53. Sed et hic, et Appian. 2, 40. p. 452. Asinium Pollionem venisse cum Caesariano exercitu dicunt, cum Caesar h. l. et Dio Cass. 41, 41. Curionem nominet. Fortasse Pollio cum paucis praemissus, Curio cum pluribus secutus est. Cf. Appian. 2, 41. p. 453. *M.*

sese proiectum, Cf. Cic. ep. ad Att. 10, 16.

moris cauffa pro fe quisque id munus legationis recufabat. Pompeius enim discedens ab vrbe in Senatu dixerat, eodem fe habiturum loco, qui Romae remanfiffent et qui in caftris Caefaris fuiffent. Sic triduum disputationibus excufationibusque extrahitur. Subiicitur etiam L. Metellus Tribunus plebis ab inimicis Caefaris, qui hanc rem distrahat reliquasque res, quascumque agere inftituerit, inpediat. Cuius cognito confilio, Caefar, fruftra diebus aliquot confumtis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis, quae agere deftinauerat, ab vrbe proficifcitur atque in vlteriorem Galliam peruenit.

34. Quo quum veniffet, cognofcit, miffum in Hifpaniam a Pompeio Vibullium Rufum, quem paucis diebus ante Confinio captum ipfe dimiferat: profectum item Domitium ad occupandum Maffiliam nauibus actuariis feptem, quas Igilii et in Cofano a priuatis coactas feruis, libertis, colonis fuis compleuerat: praemiffos etiam legatos Maffilienfes domum, nobiles adolefcentes, quos ab vrbe discedens Pompeius erat adhortatus, ne noua Caefaris officia veterum fuorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis, Maffilienfes

legationis. hoc e gloffa acceffiffe Danifio videtur.

Metellus. vid. Plutarch. Caef. cap 35 Appian. 2, 41. p. 453. Dio Caff. 41, 17. *M.*

reliquasque res, h. e. Caefari, aerarium fanctius (vid. ad c. 14) fpoliaturo, Metellus reftitit. *M.*

infectis iis. Sed re vera fustulit pecuniam ex aerario. *M.*

dimiferat. vid. cap. 23 *M.* Praecedens *ipfe*, quod adgnofcunt codd. et edd. vet. male Scaliger omifit.

Igilii et in Cofano. Inepte legebatur olim in *Sicilia et Sardinia.* De *Igilio* Rutilius v. 325.

leg. Maffil. Fortaffe Maffilienfes adolefcentes tum Romae erant, cum Pompeius vrbe difceffit, quibus haec mandata ad ciuitatem dedit. *Cellarius.*

domum, nobiles. Sic codd. et edd. vet. Male Scal. ex Ciacconii coniectura *domi nobiles.*

veterum fuorum ben. Scal. male *veterem*, inuitis codd.

Albicos. Cf. c. 57. *M.* V. Strabo L. 4. p. 203.

reficiebant. Sic e codd. et edd. vet. Oud. Contra Scaliger e cod. Carrar. dederat *refecerant*, quod fecutus Morus. Verum in opere tum adhuc occupati fuiffe videntur.

ratio absentis haberetur, ipso Consule Pompeio: qui si inprobasset, cur ferri passus esset? sin probasset, cur se vti populi beneficio prohibuisset? Patientiam proponit suam, quum de exercitibus dimittendis vltro postulauisset; in quo iacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset. Acerbitatem inimicorum docet, qui, quod ab altero postularent, in se recusarent atque omnia permisceri mallent, quam imperium exercitusque dimittere. Iniuriam in eripiendis legionibus praedicat: crudelitatem et insolentiam in circumscribendis Tribunis plebis, conditiones a se latas et expetita conloquia et denegata, commemorat. *Pro quibus rebus orat ac postulat, Rempublicam suscipiant atque vna secum administrent: sin timore defugiant, illis se oneri non futurum et per se Rempublicam administraturum. Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere: neque se reformidare, quod in Senatu paullo ante Pompeius dixisset, ad quos legati mitterentur, iis auctoritatem adtribui, timoremque eorum, qui mitterent, significari: tenuis atque infirmi haec animi videri: se vero, vt operibus anteire studuerit, sic iustitia et aequitate velle superare.*

33. Probat rem Senatus de mittendis legatis; sed, qui mitterentur, non reperiebantur, maximeque ti-

vltro postulauisset in literis, de quibus c. 1. et de B. G. 8, vlt. *M.*

permisceri mallent. Mauult Dauis. *permiscere.* non opus. Cf. 7, 60.

erip. legionibus. Cf. 8, 54. *Praedicare* est narrare, vt B. G. 4, 34 *M.*

circumscr. Tribunis plebis. v. c. 5. *M.*

illis se oneri non futurum. Non negligenda est aliorum codd. lectio: *illi se oneri non defuturum:* etsi, vtra sit a Caesaris manu, nemo certo dixerit. *M.* Respice ad cap. 1. et ad 3, 93.

operibus, rebus gestis, vt Liu. 1, 16 opera inmortalia dixit. Altera lectio, *opibus*, et in paucis codicibus, nata e compendio scribendi, vt Oud. vidit, reperitur et parum commoda est. *M.* Adde Iustinum 2, 6. Vellei. 2, 106. Scaliger male *opibus*.

moris cauſſa pro ſe quisque id munus legationis recuſabat. Pompeius enim diſcedens ab vrbe in Senatu dixerat, eodem ſe habiturum loco, qui Romae remanſiſſent et qui in caſtris Caeſaris fuiſſent. Sic triduum diſputationibus excuſationibusque extrahitur. Subiicitur etiam L. Metellus Tribunus plebis ab inimicis Caeſaris, qui hanc rem diſtrahat reliquasque res, quascumque agere inſtituerit, inpediat. Cuius cognito conſilio, Caeſar, fruſtra diebus aliquot conſumtis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis, quae agere deſtinauerat, ab vrbe proficiſcitur atque in vlteriorem Galliam peruenit.

34. Quo quum veniſſet, cognoſcit, miſſum in Hiſpaniam a Pompeio Vibullium Rufum, quem paucis diebus ante Confinio captum ipſe dimiſerat: profectum item Domitium ad occupandum Maſſiliam nauibus actuariis ſeptem, quas Igilii et in Coſano a priuatis coactas ſeruis, libertis, colonis ſuis compleuerat: praemiſſos etiam legatos Maſſilienſes domum, nobiles adoleſcentes, quos ab vrbe diſcedens Pompeius erat adhortatus, ne noua Caeſaris officia veterum ſuorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis, Maſſilienſes

legationis. hoc e gloſſa acceſſiſſe Dauiſio videtur.

Metellus. vid. Plutarch. Caeſ. cap 35 Appian. 2, 41. p. 453. Dio Caſſ. 41, 17. *M.*

reliquasque res, h. e. Caeſari, aerarium ſanctius (vid. ad c. 14) ſpoliaturo, Metellus reſiſtit. *M.*

infectis iis. Sed tenera ſuſtulit pecuniam ex aerario. *M.*

dimiſerat. vid. cap. 23 *M.* Praecedens *ipſe*, quod adgnoſcunt codd. et edd. vet. male Scaliger omiſit.

Igilii et in Coſano. Inepte legebatur olim *in Sicilia et Sardinia.* De *Igilio* Rutilius v. 325.

leg. Maſſil. Fortaſſe Maſſilienſes adoleſcentes tum Romae erant, cum Pompeius vrbe diſceſſit, quibus haec mandata ad ciuitatem dedit. *Cellarius.*

domum, nobiles. Sic codd. et edd. vet. Male Scal. ex Ciacconii coniectura *domi nobiles.*

veterum ſuorum ben. Scal. male *veterem*, inuitis codd.

Albicos. Cf. c. 57. *M.* V. Strabo L. 4. p. 203.

reficiebant. Sic e codd. et edd. vet. Oud. Contra Scaliger e cod. Carrar. dederat *refecerant*, quod ſecutus Morus. Verum in opere tum adhuc occupati fuiſſe videntur.

portas Caesari clauserant: Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant montesque supra Massiliam incolebant, ad se vocauerant: frumentum ex finitumis regionibus atque ex omnibus castellis in vrbem conuexerant: armorum officinas in vrbe instituerant: muros, classem, portas reficiebant.

35. Euocat ad se Caesar Massiliensium quindecim primos: cum his agit, ne initium inferendi belli ab Massiliensibus oriatur: *debere eos Italiae totius auctoritatem sequi potius, quam vnius hominis voluntati obtemperare.* Reliqua, quae ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur, commemorat. Cuius orationem legati domum referunt; atque ex auctoritate haec Caesari renunciant: *intellegere se, diuisum esse Populum Romanum in partes duas; neque sui iudicii, neque suarum esse virium, decernere, vtra pars iustiorem habeat caussam: principes vero esse earum partium Cn. Pompeium et C. Caesarem, patronos ciuitatis; quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Heluiorum publice iis concesserit: alter bello victas Gallias adtribuerit vectigaliaque auxerit. Quare paribus eorum beneficiis parem se quoque voluntatem tribuere debere et neu-*

quindecim primos. Senatus Massiliensium constabat sexcentis: his praefuere quindecim: his rursus tres. Strabo 4. pag. 179. *Vossius.* Simile quid est in Cic. pro Rosc. Am. 9, vbi *decem primi* occurrunt. *Ciacconius.* Adde Lucian. in Toxari c. 24 et 26.

ex auctoritate. Senatus. De re vid. Dio Cass. 41, 19. *M.*

decernere. Vulgo *discernere.* Emendauit Gronou. Obs. 3, 15. p. 547.

Volc. Arecom. Conf. 6, 24. *M.*

iis concesserit. Marclandus l. c. p. 266. legit *sibi.*

victas Gallias. Non adparet, quomodo Galliae fuerint adtributae Massiliensibus. Quamdiu vero non constat, nec de re, ad quam respicitur, nec de lectione, (est autem in vno cod. *attriuerit* pro *adtribuerit*): vix locum habebit emendatio. Probant tamen Clarkius et Oudendorpius coniecturam Glandorpii, *victos Salyas,* qui vicini Massiliensibus fuerunt. *M.* Forsan *Sallyes* scripserat Caesar. Saltem duplici elemento expressum olim nomen. V. Holsten. ad Steph. de vrb. p. 278. Salmas. Exercit. Plin. p. 66. Hotomannus coniiciebat *victa Gallia* vel *adtriuerit.*

Galliam prouinciam adtingunt. Audierat, Pompeium per Mauritaniam cum legionibus iter in Hispaniam facere confestimque esse venturum: simul a Tribunis militum Centurionibusque mutuas pecunias sumsit: has exercitui distribuit. Quo facto, duas res consecutus est, quod pignore animos Centurionum devinxit et largitione redemit militum voluntates.

40. Fabius finitumarum ciuitatum animos litteris nunciisque tentabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos, inter se distantes milia passuum quatuor. His pontibus pabulatum mittebat; quod ea, quae citra flumen fuerant, superioribus diebus consumserat. Hoc idem fere, atque eadem de caussa, Pompeiani exercitus Duces faciebant, crebroque inter se equestribus proeliis contendebant. Huc quum quotidiana consuetudine congressae pabulatoribus praesidio proprio legiones Fabianae duae flumen transissent, inpedimentaque et omnis equitatus sequeretur: subito vi ventorum et aquae magnitudine pons est interruptus et reliqua multitudo equitum interclusa. Quo cognito a Petreio et Afranio ex aggere atque cratibus, quae flumine ferebantur, celeriter suo ponte Afranius, quem oppido castrisque coniunctum habebat, legiones quatuor equitatumque

optimi gen. hominum. M. Nil tamen in textu mutare est ausus, quia ἀπὸ κοινοῦ subaudiri possit *fortissimo quoque optimi gen. hominum euocato.*

Audierat. Duo codd. recentes: *postquam audierat.* Ita saltem intelligendum est, ne h. l. rursus aliquid desit. *M.* Habent et edd. Florent. et Beroaldi. Gruterus putat olim adfuisse *audito.* Probat hoc Bentleius.

pignore. alii *pignere.* Vtrumque valet.

Huc — congressae, quae huc inerant. Vt *commeare aliquo* est, *adiri aliquem locum:* sic *congredi aliquo* eodem modo dici potuit. *M.* Male Scalig. vocem *congressae* deletam cupit. Lipsius malebat *hac.* non est necesse. Iurinius malit *egressae.*

praesidio proprio, quod semper et certo comitabatur pabulatores. *M.* Scal. perperam τὸ *proprio* vncis incluserat. Vossius legi vult *propere.* quo non est opus. Iurinius volebat *primum*, frustra.

subito vi ventorum. Ita scribendum coniecere viri docti pro *iumentorum*, quod habent codd. et edd. vet. Ipse Caesar c seq. tempestate interruptum dicit.

omnem transiecit duabusque Fabianis occurrit legionibus. Cuius aduentu nunciato, L. Plancus, qui legionibus praeerat, necessaria re coactus, locum capit superiorem, diuersamque aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumueniri posset. Ita, congressus inpari numero, magnos inpetus legionum equitatusque sustinet. Commisso ab equitibus proelio, signa duarum legionum procul ab vtrisque conspiciuntur, quas C. Fabius vlteriore ponte subsidio nostris miserat, suspicatus fore id, quod accidit, vt Duces aduersariorum occasione et beneficio fortunae ad nostros obprimendos vterentur: quarum aduentu proelium dirimitur ac suas vterque legiones reducit in castra.

41. Eo biduo Caesar cum equitibus nongentis, quos sibi praesidio reliquerat, in castra peruenit. Pons, qui fuerat tempestate interruptus, paene erat refectus; hunc noctu perfici iussit. Ipse, cognita locorum natura, ponti castrisque praesidio sex cohortis relinquit atque omnia impedimenta, et postero die omnibus copiis, triplici instructa acie, ad Ilerdam proficiscitur et sub castris Afranii constitit: et, ibi paullisper sub armis moratus, facit aequo loco pugnandi potestatem. Potestate facta, Afranius copias

a Petreio et Afranio. Haec falso suspecta sunt Ciacconio et Scaligero.

ex aggere, materia congesta, qua pons instratus fuerat, vid. Ind. *M.*

suo ponte. Tò *suo* omisit Scal. inuitis codd. et edd. vet.

diuersamque — constituit. Idem est, vt si dixisset: *diuersam aciem in diuersis locis constituit*, seu, *duas acies in duobus locis constituit. M.*

Commisso ab equitibus proelio. Quid hoc? iam legiones quoque pugnabant. Itaque Iurinius vel delendum statuit *ab equitibus*, vel substituendum *ab vtrisque*. Mihi videtur *commisso ab equit. proelio* significare *dum equites proeliantur* seiunctim.

vlteriore (superiore) *ponte. M.*

sibi praesidio. alii *ibi*, minus bene.

paene. Vulg. *neque*, contra codd. *M.*

instructa acie. al. *structa.* V. Oud. ad 3, 37.

constitit. sic codd. Contra edd. vet. *consistit.* Sed sequens est variatio temporis.

sub armis. Mox, *in armis. M.*

educit et in medio colle sub castris constituit. Caesar, vbi cognouit, per Afranium stare, quo minus proelio dimicaretur, ab infimis radicibus montis, intermissis circiter passibus quadringenti, castra facere constituit: et, ne in opere faciundo milites repentino hostium incursu exterrerentur atque opere prohiberentur, vallo muniri vetuit, quod eminere et procul videri necesse erat; sed a fronte contra hostem pedum quindecim fossam fieri iussit. Prima et secunda acies in armis, vt ab initio constituta erat, permanebat: post hos opus in occulto a tertia acie fiebat. Sic omne prius est perfectum, quam intelligeretur ab Afranio, castra muniri.

42. Sub vesperum Caesar intra hanc fossam legiones reducit atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit. Postero die omnem exercitum intra fossam continet et, quod longius erat agger petendus, in praesentia similem rationem operis instituit, singulaque latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda fossasque ad eamdem magnitudinem perfici iubet: reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius Petreiusque, terrendi caussa atque operis inpediendi, copias suas ad infimas montis radices producunt et proelio lacessunt. Neque idcirco Caesar opus intermittit, confisus praesidio legionum trium et munitione fossae. Illi non diu commorati, nec longius ab infimo colle progressi, copias in castra reducunt. Tertio die Caesar vallo castra communit: reliquas cohortes, quas in

constituit. bene sic codd. et edd. vet. Alii *consistit.* item *constitit.*

a tertia acie fiebat. Alii *acies tertia faciebat.*

legiones reducit. Al. *deducit.*

similem r. s. operis, qua vsus erat superiore die. *M.*

in superioribus castris. vid. cap. VII. *M.*

planities. sic codd. boni. in aliis *planicia,* quod recepit Scal. aliique. ita et apud Gruterum in thes. Inscr. p. 151.

acieque — instructa. Plerique codd. *constructa,* duo *structa.* Et saepe dicitur, *struere aciem.*

ſuperioribus caſtris reliquerat, inpedimentaque ad ſe transduci iubet.

43. Erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem, vbi caſtra Petreius atque Afranius habebant, planities circiter paſſuum trecentorum: atque in hoc fere medio ſpatio tumulus erat paullo editior: quem ſi occupaſſet Caeſar et communiſſet, ab oppido et ponte et commeatu omni, quem in oppidum contulerant, ſe interclusurum aduerſarios confidebat. Hoc ſperans, legiones tres ex caſtris educit, acieque in locis idoneis inſtructa, vnius legionis antesignanos procurrere atque occupare eum tumulum iubet. Qua re cognita, celeriter, quae in ſtatione pro caſtris erant Afranii cohortes, breuiore itinere ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur proelio et, quod prius in tumulum Afraniani venerant, noſtri repelluntur, atque, aliis ſubmiſſis ſubſidiis, terga vertere ſeque ad ſigna legionum recipere coguntur.

44. Genus erat pugnae militum illorum, vt magno inpetu primo procurrerent, audacter locum caperent, ordines ſuos non magnopere ſeruarent, rari diſperſique pugnarent: ſi premerentur, pedem referre et loco excedere non turpe exiſtimarent, cum Luſitanis reliquisque barbaris genere quodam pugnae adſuefacti: quod fere fit, quibus quisque in locis miles inueterauit, vti multum earum regionum conſuetudine moueatur. Haec tamen ratio noſtros perturbauit, inſuetos huius generis pugnae: circumiri enim ſeſe ab aperto latere, procurrentibus ſingulis, ar-

M. Sed et *inſinuare.* V. G. 1, 22. et Cic. pro Murena c. 9.

procurrere. Proprium huic rei verbum. Sic et c. 44. et 2, 34. Alii *praecurrere*, minus bene.

ſubmiſſis ſubſidiis. Sic G. 2, 6. Alii *praeſidiis.*

loco excedere. Ed. vet. *locum*, vt Liu. 2, 37. *vrbem.* ſed codd. *loco.*

genere quodam. An, *genere eodem? M.*

moueatur ad imitandum. *M.*

perturbauit. Clarke *perturbabat.*

bitrabantur; ipsi autem suos ordines seruare, neque ab signis discedere, neque sine gravi caussa eum locum, quem ceperant, dimitti censuerant oportere. Itaque, perturbatis antesignanis, legio, quae in eo cornu constiterat, locum non tenuit atque in proximum collem sese recepit.

45. Caesar, paene omni acie perterrita, quod praeter opinionem consuetudinemque acciderat, cohortatus suos, legionem nonam subsidio ducit: hostem, insolenter atque acriter nostros insequentem, subprimit, rursusque terga vertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit. Sed nonae legionis milites, elati studio, dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temere insecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur et sub montem, in quo erat oppidum positum Ilerda, succedunt. Hinc se recipere quum vellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant. Praeruptus locus erat, vtraque ex parte directus; ac tantum in latitudinem patebat, vt tres instructae cohortes eum locum explerent et, neque subsidia a lateribus submitti, neque equites laborantibus vsui esse possent. Ab oppido autem decliuis locus tenui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter CD. Hac nostris erat receptus; quod eo, incitati studio, inconsultius processerant. Hoc pugnabatur loco, et propter angustias iniquo, et quod sub ipsis radicibus montis constiterant, vt nullum frustra telum in eos mitteretur:

subprimit. vid. Ind. *M.*

directus. vid. Ind. *M.*

tenui fastigio. arto, non extenso in latitudinem. sic *tenuis tellus* Ouid. Her. 4, 106. *limes* id. Trist. 1, 9, 16. *trames* Vell. 2, 3. In aliis codd. legitur: *Ab opp. autem decliui fastigio vergebat,* quod praeplacet Iurinio.

Augebatur — copia. Sic boni codd. Alii *augebantur copiae.* vid. Ind. *copia.*

paucisque deiectis. Hansius mallet *interfectis,* sed is sensus est τοῦ *deiectis,* vt G. 2, 27.

deiectis locis, ad radices tumuli. *M.* Boni codd. *atque infer.* Vulgo *aut.*

ex primo hastato. Oud. intelligit *qui primus hastatus*

tamen virtute et patientia nitebantur, atque omnia vulnera sustinebant. Augebatur illis copia, atque ex castris cohortes per oppidum crebro submittebantur, vt integri defessis succederent. Hoc idem Caesar facere cogebatur, vt, submissis in eumdem locum cohortibus, defessos reciperet.

46. Hoc quum esset modo pugnatum continenter horis quinque nostrique grauius a multitudine premerentur, consumtis omnibus telis, gladiis destrictis, inpetum aduersus montem in cohortis faciunt, paucisque deiectis, reliquos sese conuertere cogunt. Submotis sub murum cohortibus ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum compulsis, facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab vtroque latere, etsi deiectis atque inferioribus locis constiterat, tamen summum in iugum virtute connititur atque, inter duas acies perequitans, commodiorem ac tutiorem nostris receptum dat. Ita vario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter LXX ceciderunt, in his Q. Fulginius ex primo hastato legionis XIIII, qui propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat. Vulnerantur amplius DC. Ex Afranianis interficiuntur T. Caecilius, primi pili Centurio, et praeter eum Centuriones quatuor, milites amplius ducenti.

47. Sed haec eius diei praefertur opinio, vt se vtrique superiores discessisse existimarent; Afraniani,

fuerit, vt alibi saepe *ex Praetura* i. e. post Praeturam. Manut. in Quaes. per epist. 2, 3. explicat etiam per *primum hastatum*, in quem locum a decimo peruenerit. Lips. de milit. Rom. 2, 8. scriptum esse autumat 7 *primi hastati*, i. e. *Centurio pr. h.* sed ea nota Centurionis, lapidibus trita, in codd. non occurrit. Interpres Germanicus Viennensis a. 1794. suspicatur subaudiendum esse *ex primo hastato primus princeps*.

in eum locum. In quem, an *primi hastati? primi principis? primi pili?* Nam obscura haec sunt. nec Oud. coniectura sufficit.

praefertur. An sensus, vtrique prae se ferebant hanc opinionem? *M.*

quod, quum esse omnium iudicio inferiores viderentur, comminus tam diu stetissent et nostrorum inpetum sustinuissent et initio locum tumulumque tenuissent, quae caussa pugnandi fuerat, et nostros primo congressu terga vertere coegissent: nostri autem, quod, iniquo loco atque inpari congressi numero, quinque horis proelium sustinuissent, quod montem gladiis destrictis adscendissent, quod ex loco superiore terga vertere aduersarios coegissent atque in oppidum compulissent. Illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus munierunt praesidiumque ibi posuerunt.

48. Accidit etiam repentinum incommodum biduo, quo haec gesta sunt. Tanta enim tempestas cooritur, vt, numquam illis locis maiores aquas fuisse, constaret: tum autem ex omnibus montibus niuis proluit ac summas ripas fluminis superauit, pontisque ambo, quos C. Fabius fecerat, vno die interrupit. Quae res magnas difficultates exercitui Caesaris adtulit. Castra enim, vt supra demonstratum est, quum essent inter flumina duo, Sicorim et Cingam, spatio milium XXX, neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur. Neque ciuitates, quae ad Caesaris amicitiam accesserant, frumentum subportare; neque ii, qui pabulatum longius progressi erant, interclusi fluminibus, reuerti;

tam diu. Sic codd. boni, bono sensu. Vulgo *tamen.*

niues proluit scil. tempestas. Ergo tempestas fecit, vt niues diffluerent. Vulgo, *nix profluit. M.* Alii *nix proluit.* Codd. Voss. *niuis proluit.* bene.

pontisque ambo. Sic cod. Leid. Vulgo *pontesque ambos.*

vt supra demonstratum est. Videtur respicere c. 40 et 41, vbi hoc fere dixit; sed hic ipsis verbis, et hoc plane, non dixit. *M.*

maximi comitatus. Vulgo hodie *Carawanen. M.* V. Ind.

in hibernis, in iis locis, vbi fuerant nuper hiberna, et in quos erant per hiemen comportata frumenta. Vulgo contra codd. *in herbis. M.* Hoc Scal. receperat ex Nic. Hallebodii coniectura, probantibus Manutio et Ciacconio. Sed bene se habet vulgata lectio.

cetrati cit. Hisp. Vulgo *milites cit. Hisp.* Scutati fuerant.

neque maximi comitatus, qui ex Italia Galliaque veniebant, in castra peruenire poterant. Tempus erat anni difficilimum, quo neque frumenta in hibernis erant, neque multum a maturitate aberant: ac ciuitates exinanitae, quod Afranius paene omne frumentum, ante Caesaris aduentum Ilerdam conuexerat; reliqui si quid fuerat, Caesar superioribus diebus comsumserat: pecora, quod secundum poterat esse inopiae subsidium, propter bellum finitumae ciuitates longius remouerant: qui erant pabulandi aut frumentandi caussa progressi, hos leuis armaturae Lusitani peritique earum regionum cetrati citerioris Hispaniae, consectabantur, quibus erat procliue transnare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, vt sine vtribus ad exercitum non eant.

49. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia. Multum erat frumentum, prouisum et conuectum superioribus temporibus: multum ex omni Prouincia comportabatur: magna copia pabuli subpetebat. Harum rerum omnium facultates sine vllo periculo pons Ilerdae praebebat et loca trans flumen integra, quo omnino Caesar adire non poterat.

50. Hae permanserunt aquae dies complures. Conatus est Caesar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositae cohortes aduersariorum perfici patiebantur: quod illis

v. c. 39. Ex h. l. patet, quosdam et *cetratos* fuisse. Nec opus est hic *vlterioris* legi, nec cum Lipsio Anal. ad Mil. 3, 1. alium adspectum subponere.

vtribus, quibus incubantes flumina transnarent. Sueton. Iul. 57. *Dauisius*. Conf. Liu. 21, 27. *M.* De vsu hoc *vtribus transnandi flumina* conferri meretur docta diss. Calueti sur un monument singulier des utriculaires de Cavaillon. 8. Avignon 1766. Exponit ibi vir egregius monumentum ex aere, Cabellione detectum, nummi forma, quod altera parte vtris sistit anaglyphum, parti alteri insculpta sunt verba sequentia; COLLEGium VTRICVLariorum CABellicensium L. VALERius SVCCESSus. Frequens vtriculariorum fit mentio in lapidibus. Conf. Gruter. p. 413. 448. 547. seq. Vide et Casaub. ad Suet. l. c.

loca integra, nondum vacuefacta pabulationibus *M.*

Hae perm. Alii *Eae.*

prohibere erat facile, tum ipsius fluminis natura atque aquae magnitudine, tum quod ex totis ripis in vnum atque angustum locum tela iaciebantur; atque erat difficile, eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela vitare.

51. Nunciatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Caesarem, ad flumen constitisse. Venerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque inpedimentis, vt fert Gallica consuetudo. Erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter sex cum seruis liberisque: sed nullus ordo, nullum imperium certum, quum suo quisque consilio vteretur atque omnes sine timore iter facerent, vsu superiorum temporum atque itinerum licentia. Erant complures honesti adolescentes, Senatorum filii et ordinis Equestris; erant legationes ciuitatum; erant Legati Caesaris. Hos omnes flumina continebant. Ad hos obprimendos cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius de nocte proficiscitur inprudentesque ante missis equitibus adgreditur. Celeriter tamen sese Galli equites expediunt proeliumque committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hostium numerum pauci sustinuere; sed, vbi signa legionum adpropinquare coeperunt, paucis amicis, sese in montes proximos conferunt. Hoc pugnae tempus magnum adtulit nostris ad salutem momentum: nacti enim spatium se

fluminis natura. Erat enim, vt sequitur, rapidissimum. *M.*

seruis liberisque. Sic codd. et edd. vet. Alii *libertisque.*

super. temp. atque it. licentia, i. e. licentia s. securitas, qua iter fecerant superiore tempore, antequam ad hoc flumen inpeditum venerat. Est ἓν διὰ δυοῖν, iter et superius tempus, pro, iter superioris temporis. *M.* Reposui cum Oud. *vsu*, quod optimi codd. habent. Vulgo legitur *vsi.* Leue discrimen est.

His tamen. Intellege, quamvis hoc pugnae tempus magnum adtulerit momentum ad salutem. Ergo non opus legere *His tum.*

non solum inopia praesentis. Legebatur in aliis *inopia non solum praes.* eodem sensu. nec operae pretium erat mutare in *praesenti* aut expungere *inopia.*

in loca superiora receperunt. Desiderati sunt eo die sagittarii circiter CC, equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus.

52. His tamen omnibus annona creuit: quae fere res non solum inopia praesentis, sed etiam futuri temporis timore ingrauescere consueuit. Iamque ad denarios L in singulos modios annona peruenerat et militum vires inopia frumenti deminuerat; atque incommoda in dies augebantur; et tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio ac se fortuna inclinauerat, vt nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur; illi omnibus abundarent rebus superioresque haberentur. Caesar iis ciuitatibus, quae ad eius amicitiam accesserant, quo minor erat frumenti copia, pecus imperabat; calones ad longinquiores ciuitates dimittebat; ipse praesentem inopiam, quibus poterat subsidiis, tutabatur.

53. Haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque vberiora Romam ad suos perscribebant. Multa rumor fingebat, vt paene bellum confectum videretur. Quibus litteris nunciisque Romam perlatis, magni domum concursus ad Afranium, magnae gratulationes fiebant: multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiscebantur: alii, vt principes talem nuncium adtulisse; alii, ne euentum belli exspectasse, aut ex omnibus nouissimi venisse viderentur.

ad denarios L. Cum codd. habeant, *ad XL*, Oudendorpius hoc indicat esse compendium scribendi, vt X sit nota denarii, L nota numeri, probatque adeo hos, qui *ad denarios L* ediderunt. *M.*

Multa rumor fingebat. Credit Oud. legendum *Multa rumor adfingebat*, quia in codd. est *Multorum ora fingebant.*

concursus ad Afran. Domum Afranii Romae adierunt, eiusque propinquis gratulati sunt. *Domum concursus* dicitur, vt *domum reditio*, 1, 5. *Ad Afranium* est, ad domum Afranii. Haec fere monuerat Dauisius. *M.* Sic Terent. Ad. 4, 4, 19. *ad me adducta est domum*, vbi Donatus: i. e. ad domum meam. Sic non opus erat coniecturis et emendationibus criticorum, de quibus Oud.

quod, quum esse omnium iudicio inferiores viderentur, comminus tam diu stetissent et nostrorum inpetum sustinuissent et initio locum tumulumque tenuissent, quae caussa pugnandi fuerat, et nostros primo congressu terga vertere coegissent: nostri autem, quod, iniquo loco atque inpari congressi numero, quinque horis proelium sustinuissent, quod montem gladiis destrictis adscendissent, quod ex loco superiore terga vertere aduersarios coegissent atque in oppidum conpulissent. Illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus munierunt praesidiumque ibi posuerunt.

48. Accidit etiam repentinum incommodum biduo, quo haec gesta sunt. Tanta enim tempestas cooritur, vt, numquam illis locis maiores aquas fuisse, constaret: tum autem ex omnibus montibus niuis proluit ac summas ripas fluminis superauit, pontisque ambo, quos C. Fabius fecerat, vno die interrupit. Quae res magnas difficultates exercitui Caesaris adtulit. Castra enim, vt supra demonstratum est, quum essent inter flumina duo, Sicorim et Cingam, spatio milium XXX, neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur. Neque ciuitates, quae ad Caesaris amicitiam accesserant, frumentum subportare; neque ii, qui pabulatum longius progressi erant, interclusi fluminibus, reuerti;

tam diu. Sic codd. boni, bono sensu. Vulgo *tamen.*

niues proluit scil. tempestas. Ergo tempestas fecit, vt niues diffluerent. Vulgo, *nix profluit. M.* Alii *nix proluit.* Codd. Voss. *niuis proluit.* bene.

pontisque ambo. Sic cod. Leid. Vulgo *pontesque ambos.*

vt supra demonstratum est. Videtur respicere c. 40 et 41, vbi hoc fere dixit; sed hic ipsis verbis, et hoc plane, non dixit. *M.*

maximi comitatus. Vulgo hodie *Carawanen. M.* V. Ind.

in hibernis, in iis locis, vbi fuerant nuper hiberna, et in quos erant per hiemen comportata frumenta. Vulgo contra codd. *in herbis. M.* Hoc Scal. receperat ex Nic. Hallebodii coniectura, probantibus Manutio et Ciacconio. Sed bene se habet vulgata lectio.

cetrati cit. Hisp. Vulgo *milites cit. Hisp.* Scutati fuerant.

neque maximi comitatus, qui ex Italia Galliaque veniebant, in castra peruenire poterant. Tempus erat anni difficilimum, quo neque frumenta in hibernis erant, neque multum a maturitate aberant: ac ciuitates exinanitae, quod Afranius paene omne frumentum ante Caesaris aduentum Ilerdam conuexerat; reliqui si quid fuerat, Caesar superioribus diebus comsumserat: pecora, quod secundum poterat esse inopiae subsidium, propter bellum finitimae ciuitates longius remouerant: qui erant pabulandi aut frumentandi caussa progressi, hos leuis armaturae Lusitani peritique earum regionum cetrati citerioris Hispaniae, consectabantur, quibus erat procliue transnare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, v sine vtribus ad exercitum non eant.

49. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia. Multum erat frumentum, prouisum et conuectum superioribus temporibus: multum ex omni Prouincia comportabatur: magna copia pabuli suppetebat. Harum rerum omnium facultates sine vllo periculo pons Ilerdae praebebat et loca trans flumen integra, quo omnino Caesar adire non poterat.

50. Hae permanserunt aquae dies compluress. Conatus est Caesar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositae cohortes aduersariorum perfici patiebantur: quod illis

v. c. 39. Ex h. l. patet, quosdam et *cetratos* fuisse. Nec opus est hic *vlterioris* legi, nec cum Lipsio Anal. ad Mil. 3, 1. alium adspectum subponere.

vtribus, quibus incubantes flumina transnarent. Sueton. Iul. 57. *Dauisius*. Conf. Liu. 21, 27. *M.* De vsu hoc *vtribus transnandi flumina* conferri meretur docta diss. Calueti sur un monument singulier des utriculaires de Cavaillon. 8. Avignon 1766. Exponit ibi vir egregius monumentum ex aere, Cabellione detectum, nummi forma, quod altera parte vteris sistit anaglyphum, parti alteri insculpta sunt verba sequentia: COLLEGium VTRIcularIORum CABellicensium L. VALERIus SVCCESSus. Frequens vtriculariorum fit mentio in lapidibus. Conf. Gruter. p. 413. 418. 547. seq. Vide et Casaub. ad Suet. l. c.

loca integra, nondum vacuefacta pabulationibus *M.*

Haec perm. Alii *Eae.*

prohibere erat facile, tum ipſius fluminis natura atque aquae magnitudine, tum quod ex totis ripis in vnum atque anguſtum locum tela iaciebantur; atque erat difficile, eodem tempore rapidiſſimo flumine opera perficere et tela vitare.

51. Nunciatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Caeſarem, ad flumen conſtitiſſe. Venerant eo ſagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque inpedimentis, vt fert Gallica conſuetudo. Erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter ſex cum ſeruis liberisque: ſed nullus ordo, nullum imperium certum, quum ſuo quisque conſilio vteretur atque omnes ſine timore iter facerent, vſu ſuperiorum temporum atque itinerum licentia. Erant complures honeſti adoleſcentes, Senatorum filii et ordinis Equeſtris; erant legationes ciuitatum; erant Legati Caeſaris. Hos omnes flumina continebant. Ad hos obprimendos cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius de nocte proficiſcitur inprudentesque ante miſſis equitibus adgreditur. Celeriter tamen ſeſe Galli equites expediunt proeliumque committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hoſtium numerum pauci ſustinuere; ſed, vbi ſigna legionum adpropinquare coeperunt, paucis amicis, ſeſe in montes proximos conferunt. Hoc pugnae tempus magnum adtulit noſtris ad ſalutem momentum: nacti enim ſpatium ſe

fluminis natura. Erat enim, vt ſequitur, rapidiſſimum. *M.*

ſeruis liberisque. Sic codd. et edd. vet. Alii *libertisque.*

ſuper. temp. atque it. licentia, i. e. licentia ſ. ſecuritas, qua iter fecerant ſuperiore tempore, antequam ad hoc flumen inpeditum venerat. Eſt ἓν διὰ δυοῖν, iter et ſuperius tempus, pro, iter ſuperior temporis. *M.* Repoſui cum Oud. *vſu*, quod optimi codd. habent. Vulgo legitur *vſi.* Leue diſcrimen eſt.

His tamen. Intellege, quamvis hoc pugnae tempus magnum adtulerit momentum ad ſalutem. Ergo non opus legere *His tum.*

non ſolum inopia praeſentis. Legebatur in aliis *inopia non ſolum praeſ.* eodem ſenſu. nec operae pretium erat mutare in *praeſenti* aut expungere *inopia.*

in loca superiora receperunt. Desiderati sunt eo die sagittarii circiter CC, equites pauci, calonum atque inpedimentorum non magnus numerus.

52. His tamen omnibus annona creuit: quae fere res non solum inopia praesentis, sed etiam futuri temporis timore ingrauescere consueuit. Iamque ad denarios L in singulos modios annona peruenerat et militum vires inopia frumenti deminuerat; atque incommoda in dies augebantur; et tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio ac se fortuna inclinauerat, vt nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur; illi omnibus abundarent rebus superioresque haberentur. Caesar iis ciuitatibus, quae ad eius amicitiam accesserant, quo minor erat frumenti copia, pecus imperabat; calones ad longinquiores ciuitates dimittebat; ipse praesentem inopiam, quibus poterat subsidiis, tutabatur.

53. Haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque vberiora Romam ad suos perscribebant. Multa rumor fingebat, vt paene bellum confectum videretur. Quibus litteris nunciisque Romam perlatis, magni domum concursus ad Afranium, magnae gratulationes fiebant: multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiscebantur: alii, vt principes talem nuncium adtulisse; alii, ne euentum belli exspectasse, aut ex omnibus nouissimi venisse viderentur.

ad denarios L. Cum codd. habeant, *ad XL*, Oudendorpius hoc iudicat esse compendium scribendi, vt X sit nota denarii, L nota numeri, probatque adeo hos, qui *ad denarios L* ediderunt. *M.*

Multa rumor fingebat. Credit Oud. legendum *Multa rumor adfingebat*, quia in codd. est *Multorum ora fingebant.*

concursus ad Afran. Domum Afranii Romae adierunt, eiusque propinquis gratulati sunt. *Domum concursus* dicitur, vt *domum reditio*, 1, 5. *Ad Afranium* est, ad domum Afranii. Haec fere monuerat Dauisius. *M.* Sic Terent. Ad. 4, 4, 19. *ad me adducta est domum*, vbi Donatus: i. e. ad domum meam. Sic non opus erat coniecturis et emendationibus criticorum, de quibus Oud.

54. Quum in his anguftiis res effet atque omnes viae ab Afranianis militibus equitibusque obfiderentur, nec pontes perfici poffent, imperat militibus Caefar, vt naues faciant, cuius generis eum fuperioribus annis vfus Britanniae docuerat. Carinae primum ac ftatumina ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium, viminibus contextum, coriis integebatur. Has perfectas carris iunctis deuehit noctu milia paffuum a caftris XXII, militesque his nauibus flumen transportat continentemque ripae collem inprouifo occupat. Hunc celeriter, prius quam ab aduerfariis fentiatur, communit. Huc legionem poftea transiicit; atque ex vtraque parte pontem inftitutum biduo perficit. Ita comitatus, et qui frumenti cauffa proceffferant, tuto ad fe recipit et rem frumentariam expedire incipit.

55. Eodem die equitum magnam partem flumen transiecit, qui, inopinantis pabulatores et fine vllo disfipatos timore adgreffi, quam magnum numerum iumentorum atque hominum intercipiunt; cohortibusque cetratis fubfidio miffis, fcienter in duas partes fefe distribuunt; alii, vt praedae praefidio fint; alii, vt venientibus refiftant atque eos propellant: vnamque cohortem, quae temere ante ceteras extra aciem procurrerat, feclufam ab reliquis circumueniunt atque interficiunt, incolumesque cum magna praeda eodem ponte in caftra reuertuntur.

56. Dum haec ad Ilerdam geruntur, Maffilienfes,

vt naues faciant etc. Pofteriore aetas dixit *carabos*. Vid. Ifidori orig. 19, 1.

primum ftatumina etc. Sic boni codd. pro quo alii *primum ftramine et* — — fine fenfu.

transiicit. Sic codd. vel *traiecit*. Vulgo *transducit*.

pontem inftitutum perficit. Tres optimi codd. habent *inftituit*; reliqui feruant *inftitutum*. Forte legendum: *pontem inftituit, inftitutum bid. perf.* Haec funt verba Marclandi in Explicat. vet. auct. p. 266. *M.*

qui — proceſſerant. Cf. c. 48. *M.*

expedire, difficultates illius rei minuere. *M.*

quam magnum vid. Ind. in *quam*. Vulgo, *quam maximum*, *M.* Contra codd.

vſi L. Domitii conſilio, nauis longas expediunt; numero XVII, quarum erant XI tectae. Multa huc minora nauigia addunt, vt ipſa multitudine noſtra claſſis terreatur: magnum numerum ſagittariorum, magnum Albicorum, de quibus ſupra demonſtratum eſt, inponunt atque hos praemiis pollicitationibusque incitant. Certas ſibi depoſcit naues Domitius atque has colonis paſtoribusque, quos ſecum adduxerat, complet. Sic, omnibus rebus inſtructa claſſe, magna fiducia ad noſtras naues procedunt, quibus praeerat D. Brutus. Hae ad inſulam, quae eſt contra Maſſiliam, ſtationes obtinebant.

57. Erat multo inferior nauium numero Brutus; ſed delectos ex omnibus legionibus fortiſſimos viros antesignanos Centuriones Caeſar ei claſſi adtribuerat, qui ſibi id numeris depopoſcerant. Ii manus ferreas atque harpagones parauerant; magnoque numero pilorum, tragularum reliquorumque telorum ſe inſtruxerant. Ita, cognito hoſtium aduentu, ſuas naves ex portu educunt, cum Maſſilienſibus confligunt. Pugnatum vtrimque eſt fortiſſime atque acerrime; neque multum Albici noſtris virtute cedebant, homines aſperi et montani, exercitati in armis; atque ii, modo digreſſi a Maſſilienſibus, recentem eorum pollicitationem animis continebant; paſtoresque indomiti, ſpe libertatis excitati, ſub oculis domini ſuam probare operam ſtudebant.

58. Ipſi Maſſilienſes, et celeritate nauium, et ſcien-

cetratis. Bene ſic Aldus et Scal. Male codd. et edd. vet. *centuriatis.*

praeſidio. Scalig. cum aliis *ſubſidio*, inuitis codd.

Maſſilienſes. Redit narratio ad c. 56. *M.*

vſi L. Dom. conſ. Vocem *vſi* abiicit Gruterus. male. Cf. G. 1, 5.

tectae. vid. Ind. *M.* Conf. Scheffer de re nau. 2, 5.

ſupra demonſtratum eſt. c. 34. *M.*

Certas naues, certum numerum nauium. *M.*

Centuriones, ideo, vt eſſent Centuriones, fungerentur munere Centurionum. *M.*

paſtoresque indomiti. Sermo de iis, quos Domitius ſecum ad-

tia gubernatorum confisi, nostros eludebant inpetusque eorum excipiebant; et, quoad licebat latiore spatio, producta longius acie, circumuenire nostros, aut pluribus nauibus adoriri singulas, aut remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant; quum propius erat necessario ventum, ab scientia gubernatorum atque artificiis ad virtutem montanorum confugiebant. Nostri, quod minus exercitatis remigibus minusque peritis gubernatoribus vtebantur, (qui repente ex onerariis nauibus erant producti, neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis,) tum etiam grauitate et tarditate nauium inpediebantur: factae enim subito ex humida materia non eumdem vsum celeritatis habebant. Itaque, dum locus comminus pugnandi daretur, aequo animo singulas binis nauibus obiiciebant atque iniecta manu ferrea, et retenta vtraque naue, diuersi pugnabant atque in hostium naues transscendebant; et, magno numero Albicorum et pastorum interfecto, partem nauium deprimunt; nonnullas cum hominibus capiunt; reliquas in portum compellunt. Eo die naues Massiliensium cum iis, quae sunt captae, intereunt nouem.

59. Hoc primum Caesari ad Ilerdam nunciatur; simul, perfecto ponte, celeriter fortuna mutatur. Illi, perterriti virtute equitum, minus libere, minus audacter vagabantur; alias, non longo ab ca-

duxerat. Vnde Iurinius legi iubet vel *Domitiani* vel postea pro *domini* poni *Domitii*.

latiore spatio, quippe extra portum. *M.*

producta longius, in longitudinem extensa. *M.*

transcurrentes, transcurrendo. Nauis, per medias hostiles vecta, vi et impetu vecturae remos earum refringit, (hoc enim et *detergere remos*) iisque refractis conuersa ad suos redit. Sexcenties hoc in narrationibus veterum scriptorum occurrit. Graece dicitur *διέκπλους*. *M.* Vid. Liu. 28, 30 et 36, 44. 58, 5. Cf. Scheffer de re nau. 3, 6. Notat distorquere, infringere.

artificiis. Codd. et edd. vet. *artificis*. Inde Scal. bene *artificiis*. Alii perperam *artificii* vel *artificum*.

subito ex humida materia. Cf. omnino c. 36. *M.*

diuersi pugnabant, pars cum hac, pars cum illa naue: nam singulae naues Caesaris cum omnis hostilibus pugnabant. *M.*

ftris progreffi fpatio, vt celerem receptum haberent, anguftius pabulabantur, alias longiore circuitu: cuftodias ftationesque equitum vitabant, aut, aliquo accepto detrimento, aut procul equitatu vifo, ex medio itinere proiectis farcinis fugiebant. Poftremo et plures intermittere dies et, praeter confuetudinem omnium, noctu conftituerant pabulari.

60. Interim Ofcenfes et Calagurritani, qui erant cum Ofcenfibus contributi, mittunt ad eum legatos, fefeque imperata facturos pollicentur. Hos Tarraconenfes et Iacetani et Aufetani et paucis poft diebus Illurgauonenfes, qui flumen Iberum attingunt, infequuntur. Petit ab his omnibus, vt fe frumento iuuent: pollicentur, atque, omnibus vndique conquifitis iumentis, in caftra deportant. Tranfit etiam cohors Illurgauonenfis ad eum, cognito ciuitatis confilio, et figna ex ftatione transfert. Magna celeriter commutatio rerum. Perfecto ponte, magnis quinque ciuitatibus ad amicitiam adiunctis, expedita re frumentaria, exftinctis rumoribus de auxiliis legionum, quae cum Pompeio per Mauritaniam venire dicebantur, multae longinquiores ciuitates ab Afranio defcifcunt et Caefaris amicitiam fequuntur.

61. Quibus rebus perterritis animis aduerfariorum, Caefar, ne femper magno circuitu per pontem equitatus effet mittendus, nactus idoneum locum, foffas

Hoc primum Caef. Aut legetur, *Hoc proelium*, quam lectionem Ciacconius codicum effe dicit; fed codices non nominauit: aut, quia exftat etiam in codd. *Hoc primum cum Caefari — —*, inde erui poterit, *Hoc quum primum Caefari — nunciatur —*. *M.* Vt G. 3, 9. Scalig. dederat *Hoc Caefari ad Il. nunciato.* Ciaccon. coniiciebat egregie; *Hoc fimul C. ad Il. nunciato* et id *fimul* Iurinius in duabus edd. vetuftis reperit.

perterriti virt. equitum. Redit ad c. 55. *M.*

minus libere. Haec verba in vtraque editione fua omifit Oud. fed codd. et edd. omnes habent.

Iacetani. Alii *Lacetani.* *M.*

Illurgauonenfes. Liu. 22, 21. *Ilercaonenfes* dicit.

celeriter (fit) commutatio. Sic edd. vulgg. *M.* Verbum abeft a codd. et edd. vet.

per Mauritaniam. Conf. c. 39. *M.*

pedum triginta in latitudinem complures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris auerteret vadumque in eo flumine efficeret. His paene effectis, magnum in timorem Afranius Petreiusque perueniunt, ne omnino frumento pabuloque intercluderentur; quod multum Caesar equitatu valebat. Itaque constituunt ipsi iis locis excedere et in Celtiberiam bellum transferre. Huic concilio suffragabatur etiam illa res, quod ex duobus contrariis generibus, quae superiore bello cum L. Sertorio steterant ciuitates, victae nomen atque imperium absentis timebant; quae in amicitia manserant, Pompeii magnis adfectae beneficiis eum diligebant: Caesaris autem in barbaris erat nomen obscurius. Hinc magnos equitatus magnaque auxilia exspectabant et suis locis bellum in hiemem ducere cogitabant. Hoc inito consilio, toto flumine Ibero nauis conquirere et Octogesam adduci iubent. Id erat oppidum positum ad Iberum, miliaque passuum a castris aberat viginti. Ad eum locum fluminis, nauibus iunctis, pontem imperant fieri, legionesque duas flumen Sicorim transducunt castraque muniunt vallo pedum duodecim.

62. Qua re per exploratores cognita, summo labore militum Caesar, continuato diem noctemque opere in flumine auertendo, huc iam deduxerat rem, vt equites, etsi difficulter atque aegre fiebat, possent ta-

in latitudinem. Discordant codd. Eorum multi et edd. vet. *latitudinem* habent; vulgo recentiores receperant *altitudinem*, sed nimius is labor futurus fuisse videtur.

partem aliquam Sicoris. Alii *parte aliqua Sicorim.*

ipsi iis locis. al. *ipsis.* Emendauit Oud.

contrariis gen. quorum alii Romanis adhaeserant, alii cum Sertorio steterant.

nomen absentis. Pompeii. Flor. 3, 2. *Dauisius.* Suadebat hic nomen *Pompeii* e linea seq. transferre post *absentis.*

magnos equitatus. Raro in plurali occurrit. V. tamen Sall. Iug. 46. Flor. 3, 11.

nauis conquirere. Subaudi milites. Alibi quoque cum infinitiuo actiuo et passiuo simul struitur *iubere*, vt apud Lucanum 1, 589 et 10, 347.

deduxerat. Vulgo *duxerat*, alii *reduxerat*, Manutius recte

men atque auderent flumen transire; pedites vero tantummodo humeris ac summo pectore exstare, et quum altitudine aquae, tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum inpedirentur. Sed tamen eodem fere tempore pons in Ibero prope effectus nunciabatur et in Sicori vadum reperiebatur.

63. Iam vero eo magis illi maturandum iter existimabant. Itaque, duabus auxiliaribus cohortibus Ilerdae praesidio relictis, omnibus copiis Sicorim transeunt et cum duabus legionibus, quas superioribus diebus transduxerant, castra coniungunt. Relinquebatur Caesari nihil, nisi vti equitatu agmen aduersariorum male haberet et carperet; pons enim ipsius magnum circuitum habebat, vt multo breuiore itinere illi ad Iberum peruenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt et, quum de tertia vigilia Petreius atque Afranius castra mouissent, repente sese ad nouissimum agmen ostendunt et, magna multitudine circumfusa, morari atque iter inpedire incipiunt.

64. Prima luce ex superioribus locis, quae Caesaris castris erant coniuncta, cernebatur, equitatus nostri proelio nouissimos illorum premi vehementer, ac nonnunquam sustinere extremum agmen atque interrumpi: alias inferri signa et vniuersarum cohortium inpetu nostros propelli; deinde rursus conuersos insequi. Totis vero castris milites circulari et do-

emendauit e more nostri. Vid. cap. 70.

exstare. Leg. *exstarent*, e quibusdam codd. Mox *non* tollendum esse, plures monuerunt: et est perspicuum e cap. 63, vbi soli equites transmittuntur. *M.* *Tò exstare* refertur ad *possent*. *Non* ante *inpedirentur* sustuli; nec stare potest cum iis, quae cap. seq. 63 et 64 narrantur. Intruserat librarius quis male sedulus. Consentit Iurinius.

pons effectus. ab Afranio. *M.*

pons — habebat, transire pontem velle postulabat magnum circuitum. Cf. c. 61. *M.*

sustinere. Imo, *subsistere*, vt edd. ant. habent. *M.* *Tò sustinere* melius puto. V. G. 4, 32. C. 3, 94.

circulari. Restituit Scalig. e cod. Vrsini. conspirant et alii. Vulgo legebatur *conturbari.* De voce rariore v. Sen. ep. 40. Cf. P. Victorius V. L. 8, 13.

lere, hostem ex manibus dimitti, bellum non necessario longius duci: Centuriones Tribunosque militum adire atque obsecrare, vt per eos Caesar certior fieret, *ne labori suo neu periculo parceret: paratos esse sese, posse et audere ea transire flumen, qua transductus esset equitatus.* Quorum studio et vocibus excitatus Caesar, etsi timebat tantae magnitudinis flumini exercitum obiicere, conandum tamen atque experiendum iudicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet, quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse: hos cum legione vna praesidio castris relinquit: reliquas legiones expeditas educit magnoque numero iumentorum in flumine supra atque infra constituto, transducit exercitum. Pauci ex his militibus, vi fluminis abrepti, ab equitatu excipiuntur ac subleuantur: interiit tamen nemo. Transducto incolumi exercitu, copias instruit triplicemque aciem ducere incipit. At tantum fuit in militibus studii, vt, milium VI ad iter addito circuitu, magnaque ad vadum fluminis mora interposita, eos, qui de tertia vigilia exissent, ante horam diei nonam consequerentur.

65. Quos vbi Afranius procul viso cum Petreio conspexit, noua re perterritus locis superioribus consistit aciemque instruit. Caesar in campis exercitum

non necessario long. duci. Particulam negatiuam e Palatino cod. addidit Cellarius. Habent et alii. probat Oud. Sequor, recipio. Vbi negatio deest, τὸ *necessario* ablatiuo casu accipitur.

paratos esse. Vel haec verba, vel *posse et audere* delendum sunt. *M.* Distinguit Oud. post *sese;* sic nihil abundat. Sequitur Bentleius.

ea transire. Τὸ *ea* abest a codd. et edd. vet. tum et *quo* legitur pro *qua.*

expeditas, nihil nisi arma gestantes. *M.*

supra atque infra const. Cf. B. G. 7, 56. *M.*

vi fluminis. alii *in flumine.* vitiose.

triplicem aciem. vid. Ind. in *acies. M.*

studii. sic codd. boni. Vulgo *studium.*

ad iter. Haec verba edd. vulgg. omiserant, contra codd. *M.* Male subpressit Scal.

ad vadum. Haec verba Ios. Scaliger huc transtulit, cum in codd. sine sensu legerentur ante *circuitu.*

reficit, ne defeſſum proelio obiiciat. Rurſus conantis progredi inſequitur et moratur. Illi neceſſario maturius, quam conſtituerant, caſtra ponunt: ſuberant enim montes atque a milibus paſſuum quinque itinera difficilia atque anguſta excipiebant. Hos intra montes ſe recipiebant, vt equitatum effugerent Caeſaris, praeſidiisque in anguſtiis conlocatis, exercitum itinere prohiberent, ipſi ſine periculo ac timore Iberum copias transducerent: quod fuit illis conandum atque omni ratione efficiendum. Sed totius diei pugna atque itineris labore defeſſi, rem in poſterum diem distulerunt. Caeſar quoque in proximo colle caſtra ponit.

66. Media circiter nocte iis, qui adaquandi cauſſa longius a caſtris proceſſerant, ab equitibus conreptis, fit ab his certior Caeſar, Duces aduerſariorum ſilentio copias caſtris educere. Quo cognito, ſignum dari iubet et vaſa militari more conclamari. Illi, exaudito clamore, veriti, ne noctu inpediti ſub onere confligere cogerentur, aut ne ab equitatu Caeſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſubprimunt copiasque in caſtris continent. Poſtero die Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiſcitur. Hoc idem fit ex Caeſaris caſtris. Mittitur L. Decidius Saxa cum paucis, qui loci naturam perſpi-

eos, qui — exiſſent. Conf. cap. 56. *M.*

hora nona. Eſt circiter quarta pomeridiana. *M.*

procul viſos. An delendum *viſos*, vt Ciacconius monuit? Clarkius putat eſſe idem, quod adparentes (φανέντας): non putem plane idem eſſe. *M.* Abvndare videtur.

conſiſtit. alii *conſtitit*.

iis — conreptis. Quidam codd. *ii — correpti;* vnde Marclandus in Explicat. vet. auct. p. 266 *ii* putat ortum e nota numeri II, et eſſe legendum *duo*. Sed nihil mutandum videtur. — Locum Frontini (Strateg. 1, 8. 8) iam Voſſius indicauit. *M.* Vbi res adcuratius narratur.

ſub onere. Vſitatius, ſub ſarcinis. *M.*

tenerentur. Freinsh. in indice Curtii v. *obterere* coniicit leg. *tererentur*, vt in Curt. 4, 14. *vngulis equorum obteri*. Id h. l. fruſtra.

ſubprimunt. v. Ind. *M.*

Decidius Saxa. vid. Cic. Philipp. 11, 5. et 13, 13. et paſſim. *M.*

ciat. Vterque idem suis renunciat, quinque milia passuum proxima intercedere itineris campestris; inde excipere loca aspera et montuosa: qui prior has angustias occupauerit, ab hoc hostem prohiberi, nihil esse negotii.

67. Disputatur in consilio a Petreio et Afranio et tempus profectionis quaeritur. Plerique consebant, *vt noctu iter facerent: posse prius ad angustias veniri, quam sentirentur.* Alii, *quod pridie noctu conclamatum esset in castris Caesaris, argumenti sumebant loco, non posse clam exiri; circumfundi noctu equitatum Caesaris atque omnia loca atque itinera obsideri: nocturnaque proelia esse vitanda, quod perterritus miles in ciuili dissensione timori magis, quam religioni, consulere consuerit: at lucem multum per se pudorem omnium oculis, multum etiam Tribunorum militum et Centurionum praesentiam adferre: quibus rebus coerceri milites et in officio contineri soleant. Quare omni ratione esse interdiu perrumpendum: etsi aliquo accepto detrimento; tamen summa exercitus salua, locum, quem petant, capi posse.* Haec euicit in consilio sententia et prima luce postridie constituunt proficisci.

68. Caesar, exploratis regionibus, albente coelo, omnes copias castris educit; magnoque circuitu nullo certo itinere exercitum ducit: nam, quae itinera ad Iberum atque Octogesam pertinebant, castris hostium

in consilio. Sic bene restituit Oud. e codd. et edd. pr.

religioni consulit, qui diligentissime facit, quod iusiurandum et officium postulant. *Timor*, ne ciues et consanguineos caedant. c. 74. *M.*

omnium oculis. An, *in omnium oculis? M.* Marcl. l. c. p. 267. probat coniecturam Ciacconii *luce* (i. e. interdiu) — *oculos* et confert C. 2. 31. Sed vulg. codicibus nixum bonum sensum offert.

aliquo acc. detr. Cod. Leid. *aliquanto.* Sic Afr. 21. *aliquantus numerus.*

summa exerc. salua. Gron. ad Liu. malit *summo exercitu saluo.*

in consilio. Rursus sic Oud.

obpositis tenebantur. Ipsi erant transscendendae valles maximae ac difficillimae; saxa multis locis praerupta iter inpediebant; vt arma per manus necessario transderentur militesque inermi sublenatique alii ab aliis magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recusabat nemo, quod eum omnium laborum finem fore existimabant, si hostem Ibero intercludere et frumento prohibere potuissent.

69. Ac primo Afraniani milites visendi caussa laeti ex castris procurrebant contumeliosisque vocibus prosequebantur, nec non *necessarii victus inopia coactos fugere atque ad Ilerdam reuerti:* erat enim iter a proposito diuersum contrariamque in partem iri videbatur. Duces vero eorum suum consilium laudibus ferebant, quod se castris tenuissent, multumque eorum opinionem adiuuabat, quod sine iumentis inpedimentisque ad iter profectos videbant, vt, non posse diutius inopiam sustinere, confiderent. Sed, vbi paullatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt, iamque primos superare regionem castrorum animum aduerterunt, nemo erat adeo tardus aut fugiens laboris, quin statim castris exeundum atque occurrendum putarent. Conclamatur ad arma atque omnes copiae, paucis praesidio relictis cohortibus, exeunt rectoque ad Iberum itinere contendunt.

70. Erat in celeritate omne positum certamen, vtri prius angustias montesque occuparent: sed exer-

Idem *euicit* e codd. pro vulg. *vicit.*

nam, quae itinera. Sic codd. boni. Vulgo *namque itinera, quae.*

difficillimae; saxa. Alii male *difficillima saxa.*

inermi. alii *inermes.*

nec non e codd. Paucis additum est. Omiserant edd. vulg. Sed cum alii codd. pro illo *nec non* habeant *nos* aut *hort* putem legendum: *prosequebantur nostros, necessarii — —. M.* Hoc admodum mihi probandum videtur. Oud. putat subaudiri *nec non dicebant.*

animum aduerterunt. alii *animaduerterunt.*

nemo — putarent. Haec constructio bona et vsitata. Vid. Oud. ad Suet. Iul. 75. Vul-

citum Caesaris viarum difficultates tardabant; Afranii copias equitatus Caesaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta, vt, si priores montis, quos petebant, adtigissent, ipsi periculum vitarent, inpedimenta totius exercitus cohortesque, in castris relictas, seruare non possent, quibus, interclusis exercitu Caesaris, auxilium ferri nulla ratione poterat. Confecit prior iter Caesar atque, ex magnis rupibus nactus planitiem, in hac contra hostem aciem instruit. Afranius, quum ab equitatu nouissimum agmen premeretur et ante se hostem videret, collem quemdam nactus, ibi constitit. Ex eo loco quatuor cetratorum cohortis in montem, qui erat in conspectu omnium excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos iubet occupare, eo consilio, vti ipse eodem omnibus copiis contenderet et, mutato itinere, iugis Octogesam perueniret. Hunc quum obliquo itinere cetrati peterent, conspicatus equitatus Caesaris, in cohortis inpetum facit: nec minimam partem temporis equitum vim cetrati sustinere potuerunt, omnesque ab eis circumuenti in conspectu vtriusque exercitus interficiuntur.

71. Erat occasio bene gerendae rei. Neque vero id Caesarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detrimento, perterritum exercitum sustinere non posse, praesertim circumdatum vndique equitatu, quum in loco aequo atque aperto confligeretur: idque ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. Concurrebant Legati, Centuriones, Tribunique militum, *ne dubitaret proelium committere*; *omnium esse militum*

go *putaret*, quod Bentleius defendit.

ipsi (quidem) *per. vitarent*, (sed) *inped. seruare non possent. M.*

ex magnis rupibus. i. e. *superatis m. rup.* Gronou. obs. 4, 10. *Cellarius.*

iugis, per iuga. *Hotomann.*

idque — flagitabatur. Desunt haec in edd. vet. quod probat Bentleius.

paratissimos animos: Afranianos contra multis rebus sui timoris signa misisse, quod suis non subuenissent, quod de colle non decederent, quod vix equitum incursus sustinerent, conlatisque in vnum locum signis, conferti, neque ordines, neque signa seruarent. Quod si iniquitatem loci timeret, datum iri tamen aliquo loco pugnandi facultatem, quod certe inde decedendum esset Afranio, nec sine aqua permanere posset.

72. Caesar in eam spem venerat, se sine pugna et sine vulnere suorum rem conficere posse, quod re frumentaria aduersarios interclusisset: *cur etiam secundo proelio aliquos ex suis amitteret? cur vulnerari pateretur optime de se meritos milites? cur denique fortunam periclitaretur? praesertim quum non minus esset Imperatoris, consilio superare, quam gladio. Mouebatur etiam misericordia ciuium, quos interficiendos videbat: quibus saluis atque incolumibus, rem obtinere malebat.* Hoc consilium Caesaris a plerisque non probabatur; milites vero palam inter se loquebantur, *quoniam talis occasio victoriae dimitteretur, etiam quum vellet Caesar, sese non esse pugnaturos.* Ille in sua sententia perseverat et paullulum ex eo loco digreditur, vt timorem aduersariis minuat. Petreius atque Afranius, oblata facultate, in castra sese referunt. Caesar, praesidiis in montibus dispositis, omni ad Iberum intercluso itinere, quam proxime potest hostium castris castra communit.

73. Postero die Duces aduersariorum perturbati, quod omnem rei frumentariae fluminisque Iberi spem

conlatisque signis. Oud. in ed. recent. *conlocatisque*, forsan errore typothetae. Bentlei. bene monet, ista minus cohaerere cum seq. *neque signa seruarent.*

aliquo loco. alii *alio loco.*

consilio sup. Cf. c. 81.

interficiendos. De hoc vsu huius participii v. Perizon. ad Sanctii Min. 1, 15. p. 145.

a plerisque. Alii *plerisque*, dandi casu.

in montibus. Sunt qui praepositionem omittant.

dimiſerant, de reliquis rebus conſultabant. Erat vnum iter, Ilerdam ſi reuerti vellent; alterum, ſi Tarraconem peterent. Haec conſiliantibus eis, nunciatur, aquatores ab equitatu premi noſtro. Qua re cognita, crebras ſtationes diſponunt equitum et cohortium alariarum, legionariasque interiiciunt cohortis, vallumque ex caſtris ad aquam ducere incipiunt, vt intra munitionem, et ſine timore et ſine ſtationibus, aquari poſſent. Id opus inter ſe Petreius atque Afranius partiuntur, ipſique perficiendi operis cauſſa longius progrediuntur.

74. Quorum diſceſſu liberam nacti milites colloquiorum facultatem, vulgo procedunt et, quem quisque in caſtris notum aut municipem habebat, conquirit atque euocat. Primum *agunt gratias omnes omnibus, quod ſibi perterritis pridie pepercisſent: eorum ſe beneficio viuere: deinde Imperatoris fidem quaerunt, rectene ſe illi ſint commiſſuri; et, quod non ab initio fecerint armaque cum hominibus neceſſariis et conſanguineis contulerint,* queruntur. His prouocati ſermonibus, *fidem ab Imperatore de Petreii et Afranii vita petunt, ne quod in ſe ſcelus concepiſſe, neu ſuos prodidiſſe, videantur. Quibus confirmatis rebus, ſe ſtatim ſigna translaturos confirmant legatosque de pace primorum ordinum Centuriones ad Caeſarem mittunt.* Interim alii ſuos in caſtra inuitandi cauſſa adducunt; alii ab

dimiſerant. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *amiſerant.*

nunciatur. Alii *nunciantur.*

alariarum. vid. Ind. in *alarii.* *M.*

quisque in caſtris. Sic. Oud. cum Dauiſio e codd. Vulgo *plerisque.*

deinde Imp. fidem. Scal. e coniectura Ciacconii *dein de Imp. fide q.* inuitis codd. et edd. vet.

rectene, an ſine periculo fallaciae et damni. *M.*

armaque cum hom. Leg. e codd. *armaque quod cum hom.* vt Oud. vidit. *M.*

queruntur. alii *conqueruntur* contra codd.

in ſe ſcelus concipere, ſcelere (proditione ſuorum) effice-

fuis adducuntur, adeo vt vna caſtra iam facta ex binis viderentur: compluresque Tribuni militum et Centuriones ad Caeſarem veniunt ſeque ei commendant. Idem hoc fit a Principibus Hiſpaniae, quos illi euocauerant et ſecum in caſtris habebant obſidum loco. Ii ſuos notos hoſpitesque quaerebant, per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Caeſarem. Afranii etiam filius adoleſcens de ſua ac parentis ſui ſalute cum Caeſare per Sulpicium Legatum agebat. Erant plena laetitia et gratulatione omnia; eorum, qui tanta pericula vitaſſe, et eorum, qui ſine vulnere tantas res confeciſſe videbantur: magnumque fructum ſuae priſtinae lenitatis omnium iudicio Caeſar ferebat conſiliumque eius a cunctis probabatur.

75. Quibus rebus nunciatis Afranio, ab inſtituto opere diſcedit ſeque in caſtra recipit; ſic paratus, vt videbatur, vt, quicumque accidiſſet caſus, hunc quieto et aequo animo ferret. Petreius vero non deſerit ſeſe; armat familiam; cum hac et praetoria cohorte cetratorum barbarisque equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuae cuſtodiae cauſſa habere conſuerat, inprouiſo ad vallum aduolat, conloquia militum interrumpit, noſtros repellit ab caſtris: quos deprehendit, interficit. Reliqui coeunt inter ſe et, repentino periculo exterriti, ſiniſtras ſagis inuoluunt gladiosque deſtringunt atque ita ſe a cetratis equiti-

re, vt in ſe haereat culpa, vt obnoxii ſint culpae. Alibi dicitur maculam ſceleris in ſe concipere. *M.*

inuitandi cauſſa, vt eos coenae adhibeant humaniterque excipiant. Sic Dauiſius cum Graevio (ad Iuſtin. 1, 6) intellexit. *M.*

alii (Caeſariani) *ab ſuis* (Afranianis) *adducuntur* (in caſtra Afranii). *M.*

priſtinae. pridianae, vt initio capitis dictum.

non deſerit ſe, non diſcedit ab indole ſua. *M.*

familia, famuli, liberti, coloni. Sic Voſſius et Glandorpius explicant ex cap. 34. et Lucan. Pharſal. 4, 205. *M.* Quaerit Voſſ. an et gladiatores? vt ſeq. aeuo. Tacit. Ann. 1, 23. *M.*

beneficiariis. vid. Ind. *M.*

busque defendunt, castrorum propinquitate confisi; seque in castra recipiunt et ab iis cohortibus, quae erant in statione ad portas, defenduntur.

76. Quibus rebus confectis, flens Petreius manipulos circuit, militesque adpellat; *neu se, neu Pompeium absentem, Imperatorem suum, aduersariis ad subplicium transdant*, obsecrat. Fit celeriter concursus in Praetorium. Postulat, vt iurent omnes, se exercitum Ducesque non deserturos, neque prodituros, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. Princeps in haec verba iurat ipse; idem iusiurandum adigit Afranium; subsequuntur Tribuni militum Centurionesque; centuriatim producti milites idem iurant. Edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, vt producatur: productos palam in Praetorio interficiunt. Sed plerosque hi, qui receperant, celant noctuque per vallum emittunt. Sic terror oblatus a Ducibus, crudelitas in subplicio, noua religio iurisiurandi, spem praesentis deditionis sustulit, mentesque militum conuertit et rem ad pristinam belli rationem redegit.

77. Caesar, qui milites aduersariorum in castra per tempus conloquii venerant, summa diligentia conquiri et remitti iubet: sed ex numero Tribunorum militum Centurionumque nonnulli sua voluntate

Postulat. Alii male *postulant*. refertur ad solum Petreium.

ipse; idem. Sic bene distinxit Dauis. Sic et edd. vet.

iusiur. adigit. Alii praemittunt praepositionem *ad*. Non necesse.

vt producatur. in aliis *vt* abest, non male.

hi, qui. Scal. male *ii, quos*. Emendarat Vrsinus e vet. cod. huic consentit Noruic.

a Ducibus. Praepositionem alii omittunt. vt et mox, vbi *magno in honore*.

in Tribun. restit. hon. Tribunos militum fecit. *Cellarius*. Pro *Equites Romanos* Vossius e codice vno *et Tribunos* legi vult, quia paullo ante Tribuni militum venisse dicuntur, et non omnes Tribuni militum fuerunt Equites, sed et plebeii. Eadem lectio est in vno codice Oud. *M*.

dierum XXII ab Ilerda etc. Contrarium narrat Dio 41, 20.

ad parandum. Sine dubio hoc rectum est. Nihilominus in

apud eum remanserant, quos ille postea magno in honore habuit: Centuriones in ampliores ordines, Equites Romanos in Tribunitium restituit honorem.

78. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur aegre, frumenti copiam legionarii nonnullam habebant; quod dierum XXII ab Ilerda frumentum iussi erant efferre; cetrati auxiliaresque nullam, quorum erant et facultates ad parandum exiguae, et corpora insueta ad onera portanda: itaque magnus eorum quotidie numerus ad Caesarem perfugiebat. In his erat angustiis res; sed ex propositis consiliis duobus explicitius videbatur, Ilerdam reuerti. quod ibi paullulum frumenti reliquerant: ibi se reliquum consilium explicaturos confidebant. Tarraco aberat longius: quo spatio plures rem posse casus recipere intellegebant. Hoc probato consilio, ex castris proficiscuntur. Caesar, equitatu praemisso, qui nouissimum agmen carperet atque inpediret, ipse cum legionibus subsequitur. Nullum intercedebat tempus, quin extremi cum equitibus proeliarentur.

79. Genus erat hoc pugnae. Expeditae cohortes nouissimum agmen claudebant; pluriesque in locis campestribus subsistebant: si mons erat adscendendus, facile ipsa loci natura periculum repellebat, quod ex locis superioribus, qui antecesserant, desuper suos

omnibus MSS. meis, numero decem, (et edd. vet.) scribitur *ad prandium*. Debuisset saltem *parandum* addi. *M.*

explicaturos. alii *expleturos*.

pluriesque. Sic Ciacconius e coniectura, sensu commodo: in codd. est *pluresque*, sensu nullo: dubitatur tamen, an illius aetatis scriptores *pluries* dixerint; sed Ciacconius amandat lectores ad Gell. N. A. 5. vlt. Equidem probo edd. primarum lectionem: *pluresque — sustinebant*, h. e. pluribus pares erant. *M.* Vrsinus et Hotom. verum iam viderant. Oud. recepit. *Compluries* dixit Cato apud Gell. l. c. et Plaut. in Pers. 4, 3, 65. Quidni ergo et simplex probum sit? Bentl. coniicit leg. *pluresque inpetus sustinebant*.

desuper habent quidem codices; sed est taurologia: *desuper protegere*, et *ex locis superioribus prot.* est idem. Ergo *desuper* est interpretamentum. *M.* Restituit Oudend. vocem e codd. et suadet *suos* eiici.

adſcendentes protegebant. Quum vallis aut locus decliuis ſuberat, neque ii, qui anteceſſerant, morantibus opem ferre poterant, equites vero ex loco ſuperiore in auerſos tela coniiciebant: tum magno erat in periculo res. Relinquebatur, vt, quum eiusmodi locis eſſet adpropinquatum, legionum ſigna conſiſtere iuberent magnoque inpetu equitatum repellerent; eo ſubmoto, repente incitati curſu ſeſe in valles vniverſi demitterent atque, ita transgreſſi, rurſus in locis ſuperioribus conſiſterent. Nam tantum ab equitum ſuorum auxiliis aberant, quorum numerum habebant magnum, vt eos, ſuperioribus perterritos proeliis, in medium reciperent agmen vltroque eos tuerentur: quorum nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu Caeſaris exciperentur.

80. Tali dum pugnatur modo, lente atque paullatim proceditur crebroque, vt ſint auxilio ſuis, ſubſiſtunt: vt tum accidit. Milia enim progreſſi quatuor, vehementiusque peragitati ab equitatu, montem excelſum capiunt ibique vna fronte contra hoſtem caſtra muniunt, neque iumentis onera deponunt. Vbi Caeſaris caſtra poſita tabernaculaque con-

equites (Caeſariani) *vero ex loco ſuperiore* (deſcendentes, inſecuturi hoſtem, qui ante deſcenderat) *in auerſos* (fugientes Afranianos) *tela coniiciebant*. In codd. *aduerſos* falſa lectio eſt, vt fere omnes interpretes monuerunt. *M.*

Relinquebatur. Felix eſt haec coniectura Oudendorpii; exſtat tamen haec lectio iam in ed. Cellariana. Edd. vulg. habent, *tum inquirebant*. Codd. exhibent lectiones ſine ſenſu, praeter vnam, *requirebatur*, quae in duobus exſtat, et ferri quodammodo poteſt. *M.* Eruit Oudend. e corrupto cod. Leid. *Relinquirebantur* ſuum *Relinquebatur*, quod noſtro tritum.

Vid. G. 1, 19. C. 1, 29. 3, 44. 109.

incitati. Sic codd. et edd. vet. ita et 3, 46. 78. 93. Al. 20. Vulgo *incitato*.

demitterent — *conſiſterent*. Scal. male *demittere* — *conſiſtere* contra codd. et edd. vet.

tantum — *aberant*, tantum aberat, vt poſſent equitum auxiliis vti. *M.*

Tali dum (leg. *quum*) — *ſubſiſtunt*. Eſt iudicium narrantis, quo indicat, quid vulgo tali tempore fieri ſoleat. *M.*

vna fronte. Intelligit Caeſar, caſtra non, vt alias, a quatuor partibus munita eſſe, ſed tantum ab vna, quae ad hoſtem vergebat. *Oud.* Ergo in verbis *contra hoſtem*, h. e.

ſtituta, et dimiſſos equites pabulandi cauſſa animum aduerterunt, ſeſe ſubito proripiunt hora circiter ſexta eiusdem diei et, ſpem nacti morae, diſceſſu noſtrorum equitum, iter facere incipiunt. Qua re animaduerſa, Caeſar relictis legionibus ſubſequitur, praeſidio inpedimentis paucas cohortis relinquit: hora decima ſubſequi pabulatores, equitesque reuocari iubet. Celeriter equitatus ad quotidianum itineris officium reuertitur: pugnatur acriter ad nouiſſimum agmen, adeo, vt paene terga conuertant: compluresque milites, etiam nonnulli Centuriones interficiuntur. Inſtabat agmen Caeſaris atque vniuerſum inminebat.

81. Tum vero neque ad explorandum idoneum locum caſtris, neque ad progrediendum data facultate, conſiſtunt neceſſario et procul ab aqua, et natura iniquo loco, caſtra ponunt. Sed iisdem de cauſſis Caeſar, quae ſupra ſunt demonſtratae, proelio amplius non laceſſit et eo die tabernacula ſtatui paſſus non eſt, quo paratiores eſſent ad inſequendum omnes, ſiue noctu, ſiue interdiu erumperent. Illi enim, aduerſo vitio caſtrorum, tota nocte munitiones pro-

e regione hoſtis, explicatio eſt. Sed videtur, vt c. 41, legendum, *ibique a fronte c. h.* — Tum c. 42 de reliquis lateribus caſtrorum munitis ſermo eſt. *M.* E Ciacconii coniectura eſt *ibique a fronte.* Vnde Scal. *ibique vna a fronte*, vbi *τὸ vna* pro aduerbio ſumit. Bentl. *ab vna fronte.*

hora ſexta. Eſt ipſum tempus meridianum. *M.*

relictis legionibus. Immo cum vulg. edd. legendum, *eductis:* quamquam Oud. *relictas legiones* intelligit eas, quae reliquae apud Caeſarem erant. Et fortaſſe vir doctus has oppoſitas putauit equitatui, dimiſſo ad pabulandum. *M.* Oud. intelligit *cum relictis legionibus* et reſpuit *eductis*, quia caſtra non fuerint munita vallo nec habuerint portas. Verum haec ratio nulla eſt. Sed *eductis* non eſt niſi e coniectura Faerni, contra codd. et edd. vet. dant *relictis*, quod conferri poteſt cum c. 41. minus recte vero cum G. 5, 19. vbi obponuntur *dimiſſis* et *relictis*, vt bene notat Bentleius, qui porro obſeruat, durius eſſe in loco noſtro *relictis — relinquit.*

quae ſupra ſ. dem. vid. c. 72. *Cellarius.*

amplius. Hoc addidit Oud. e codd. et edd. vet. omiſſum a Scaligero.

Illi enim, enimuero. vid. Ind. in *enim.* Aduertunt caſtrorum vitium, qui animaduertunt, ſe

ferunt, castraque castris conuertunt. Hoc idem postero die a prima luce faciunt totumque in ea re diem consumunt. Sed, quantum opere processerant et castra protulerant, tanto aberant ab aqua longius et praesenti malo aliis malis remedia dabantur. Prima nocte aquandi caussa nemo egreditur ex castris: proximo die, praesidio in castris relicto, vniuersas ad aquam copias educunt; pabulatum emittitur nemo. His eos subplices malis haberi Caesar et necessariam subire deditionem, quam proelio decertare, malebat:, conatur tamen eos vallo fossaque circummunire, vt quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur; quo necessario descensuros existimabat. Illi, et inopia pabuli adducti, et, quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

82. In his operibus consiliisque biduum consumitur: tertio die magna iam pars operis Caesaris processerat. Illi inpediendae rei, hora circiter octaua

procul ab aqua in iniquo loco castra posuisse. *M.*

castra c. conuertunt, commutant; prioribus relictis, alia rursus alibi faciunt. Sic Vossius explicat, probantque Cellarius et Oud. Sensum puto esse hunc; an *conuertunt* sit vera scriptura, subdibito. *M.* Sic saltem codd. et edd. vet. Alii quidam *conuenerunt*, nullo sensu, vnde Ciaccon. coniectabat *conferunt.* Vossius paullo remotius a Caesare castra noua posuisse autumat, et recte quidem, aquam quippe quaerebant; contra proprius putabat Clarke. Bentl. vult *continuant.*

proximo die. Heic quoque volebat *postero* Dauisius contra codd. et edd. vet.

His eos subpl. — His malis voluit efficere, vt eos subplices sibi haberet. Sic legendum putat Oud. Vulgo legebatur: *His eos subplices male haberi* — et est multiplex diuersitas. Legendum, vt Ciacconius suspicatus est, et plane exstat in codice omnium optimo: *His eos subpliciis* (i. e. miseriis, quae sunt poenae loco) *male haberi.* — Est autem *subplicium* verbum Caesari vsitatum in hac re. vid. c. 84 et Ind. *M.* In lectione in textum recepta ab Oud. cum Dauisio Clarke bene monet *habere* minus conuenire cum seq. *subire.* Vult ergo *haberi.* Atque sic Leid. 1. exhibet. Ita ergo restituendum locum sentio. Nam male etiam edd. vet. omisso τῷ *habere* offerunt *his eos subplices malis C. n. sub. ded.*

circummunire. Sic codd. h. l. et edd. vet. Alii *circumue-*

signo dato, legiones educunt aciemque sub castris instruunt. Caesar ab opere legiones reuocat, equitatum omnem conuenire iubet, aciem instruit: contra opinionem enim militum famamque omnium videri proelium defugisse, magnum detrimentum adferebat. Sed eisdem de caussis, quae sunt cognitae, quo minus dimicare vellet, mouebatur; atque hoc etiam magis, quod spatii breuitas, etiam in fugam coniectis aduersariis, non multum ad summam victoriae iuuare poterat: non enim amplius pedum milibus duobus ab castris castra distabant. Hinc duas partes acies occupabant; tertia vacabat, ad incursum atque inpetum militum relicta. Si proelium committeretur, propinquitas castrorum celerem superatis ex fuga receptum dabat. Hac de caussa constituerat, signa inferentibus resistere, prior proelio non lacessere.

83. Acies erat Afraniana duplex legionum quinque; tertium in subsidiis locum alariae cohortes ob-

nire, vt supra c. 18. quod et hic Morus receperat.

Illi, et inopia etc. Sic codd. et edd. vet. Alii *Ibi*.

ad id, ad repentinas eruptiones. Sic Oud. Malo cum aliis legere, *ad iter*, etsi codd. seruant *ad id*. *M.* Minus expediti ad iter videri debent carentes iumentis istis. Ceterum illud *ad iter* e solo Faerni libro est a Manutio datum.

inped. rei caussa. Sic editores veteres vtcumque constituerunt lectionem. In libris vet. plerisque exstat: *inpediendae rei, quae munitionis caussa fiebat.* Sed in his est interpretamentum. Caesar scripserat: *inpediendae rei* (scil. caussa), *quae fiebat:* nam hoc *caussa* passim omittitur. v. Ind. in h. v. Ergo aliquis, explicaturus locum, addidit in margine: *munitionis caussa.* Idem fere iam alii monuerunt; et videtur cuiuis in mentem venire posse. *M.* Non video, cur Oud. et Morus servarint τὸ *caussa*, quod ad glossema pertinebat. Sustuli.

defugisse. Male Scal. dedit vulg. *diffugisse*. *Defugere* est vitare. Conf. Drakenb. ad Liu. 5, 38. Conf. et G. 6, 13. C. 1, 32.

quae sunt cognitae, iam aliquoties indicatae. Conf. c. 72 et 81. *M.*

acies occupabant. Codd. quidam addunt *duae*.

Acies erat — obtinebant. Hanc lectionem exhibuit coniectura Ciacconius, probauitque Clarkio et Oudendorpio. Codd. et edd. mire variant. *M.* Lips. in Anal. ad de milit. 4, 8. suspicatur legendum *legionum II* (sc. Petreii) *et III* (sc. Afranii).

tinebant: Caesaris triplex: sed primam aciem quaternae cohortes ex quinque legionibus tenebant; has subsidiariae ternae et rursus aliae totidem suae cuiusque legionis subsequebantur; sagittarii funditoresque media continebantur acie; equitatus latera cingebat. Tali instructa acie, tenere vterque propositum videbatur; Caesar nisi coactus proelium non committere; ille, vt opera Caesaris inpediret. Producitur tamen res aciesque ad solis occasum continentur; inde vtrique in castra discedunt. Postero die munitiones institutas Caesar parat perficere; illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire possent. Qua re animum aduersa, Caesar Germanos leuis armaturae equitumque partem flumen transiicit crebrasque in ripis custodias disponit.

84. Tandem, omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquae, lignorum, frumenti inopia, conloquium petunt et id, si fieri possit, semoto a militibus loco. Vbi id a Caesare negatum et, palam si conloqui vellent, concessum est; datur obsidis loco Caesari filius Afranii. Venitur in eum locum, quem Caesar delegit. Audiente vtroque exercitu, loquitur Afranius: *Non esse aut*

ex quinque legionibus. Sic Vossius e codd. suis. Legebatur prius *ex quinta legione.* item *ex legione.* Nicas. Ellebodius dabat *ex quaque legione*, Wailly *ex quinis.* Cf. Salmas. de re milit. c. 13. Iurinius mauult *ex sex legionibus*, collato cap. 42.

suae cuiusque legionis. Alii malunt *quaeque.* V. Duker. ad Liu. 3, 22.

cingebat. Leid. 1. *cingebant.*

Caesar — committere. Vulgo, *Caesar, vt nisi — committeret:* et libri multum variant. Ex his Oudendorp. suam lectionem eruit, quam probo. *M. Committere* pendet a *propositum.* Sic et 8, 44. *rebellare consilia.*

ille, vt — inpediret. Alii *illi, vt — inpedirent*, scil. Afranius et Petreius.

aquae, lignorum, frumenti. Sic ex Vrsini cod. Scaliger. Vulgo codd. *aquae, ligni et fr.*

si conloqui. Leid. 1. *si quid loqui.*

delegit. Vulgo *deligit.* minus recte.

aut ipsis, aut. bene, Afranio et Petreio. Vulgo *ipsi* contra Codd.

vt feras. Haec est Vossii

ipsis, aut militibus succensendum, quod fidem erga Imperatorem suum Cn. Pompeium conseruare voluerint, sed satis iam fecisse officio satisque supplicii tulisse, perpessos omnium rerum inopiam: nunc vero, paene vt feras, circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu, neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre posse: itaque se victos confiteri: orare atque obsecrare, si qui locus misericordiae relinquatur, ne ad vltimum supplicium progredi necesse habeant. Haec quam potest demississime atque subiectissime exponit.

85. Ad ea Caesar respondit: *Nulli omnium has partis vel querimoniae, vel miserationis, minus conuenisse: reliquos enim omnis suum officium praestitisse; se, qui etiam bona conditione, et loco et tempore aequo, confligere noluerit, vt quam integerrima essent ad pacem omnia; exercitum suum, qui, iniuria etiam accepta suisque interfectis, quos in sua potestate habuerit, conseruarit et texerit; illius denique exercitus milites, qui per se de concilianda pace egerint: qua in re omnium suorum vitae consulendum putarint. Sic omnium ordinum partis in misericordia constitisse; ipsos Duces a pace*

---

coniectura; sed codd. lectio est, *vt feminas. M.*

circummunitos. Alii *circumventos.* Respice ad c. 18, 81. Iurinius *circumcinctos.*

ingressu. Immo *egressu*, vt vidit Vossius. *M.* Id recepit Cellarius. Coniectarat etiam Vossius *congressu*, quod minus aptum. Dauis. *digressu.* Pro *ingressu* stant codd. et edd. vet.

si qui. Vulgo *si quis.*

supplicium. vid. Ind. *M.*

Nulli omnium — Neminem minus decere, quam Afranium et Petreium, suscipere et gerere partes querentis aut miserantis.

Miseratio est oratio, commovens misericordiam. *M.*

integra sunt ad pacem omnia, nihil est factum, in quo sit inpedimentum pacis, omnibus de caussis licet adhuc pacem facere. *M.*

suisque interfectis. Conf. c. 76. 77. *M.*

habuerit. Vulgo *habuit.* male.

qui per se — egerint. vid. c. 74. *M.*

Sic omnium — constitisse. Omnium ordinum homines, Caesar, Caesariani, milites Afraniani, Dux, exercitus, has egerunt partes, vt misericordes se gererent. *M.*

abhorruisse, eos neque conloquii neque induciarum iura seruasse, et homines inperitos et per conloquium deceptos crudelissime interfecisse. Accidisse igitur his, quod plerumque hominum nimia pertinacia atque adrogantia accidere soleat, vti eo recurrant, et id cupidissime petant, quod paullo ante contempserint. Neque nunc se illorum humilitate, neque aliqua temporis obportunitate postulare, quibus rebus augeantur opes suae; sed eos exercitus, quos contra se multos iam annos aluerint, velle dimitti. Neque enim sex legiones alia de caussa missas in Hispaniam, septimamque ibi conscriptam, neque tot tantasque classis paratas, neque submissos Duces, rei militaris peritos: nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad vsum prouinciae prouisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit; omnia haec iam pridem contra se parari, in se noui generis imperia constitui, vt idem ad portas vrbanis praesidia rebus, et duas bellicosissimas prouincias absens tot annos obtineat: in se iura magistratuum commutari, ne ex Praetura et Consulatu, vt semper, sed per paucos probati et electi in prouincias mittantur: in se aetatis excusationem nihil valere, quod superioribus bellis probati ad obtinendos exercitus euocentur: in se vno non seruari, quod sit omnibus

induciarum. Cf. c. 75. In multis edd. est; *eos neque conloquii, neque induciarum iura* — et fortasse per errorem verba haec exciderant e Dauis. et Oudend. editione. *M.* Omnino locus erat restituendus. restitui. Morus omiserat verba [*neque conloquii.*

inperitos. i. e. *inprudentes.* Lipsius aliique volunt *inparatos* vel *inmeritos.*

hominum. Refer ad *pertinacia.* Sic codd. Alii *hominibus.* parum interest.

horum. alii *quorum.*

vt idem — obtineat. Pompeius describitur, vt ex initio huius libri satis constat. *M.*

praesidia. An, *praesidio sit?* Vulgo *praesideat. M. Vrbanis praesidia rebus.* vt Hisp. 39. *saluti suae praesidium,* vbi alii *salutis.* Sic G. 5, 48. Oudend. mallet *communi saluti auxilium.* Bentl. mauult *praesideat;* sed codd. habent *praesidia.*

duas bellic. prou. Hispaniam et Africam. *Dauisius.*

ne ex Praet. et Cons. ne hi,

datum semper Imperatoribus, vt, rebus feliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut certe sine ignominia domum reuertantur exercitumque dimittant. Quae tamen omnia et se tulisse patienter et esse laturum; neque nunc id agere, vt ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit; sed ne illi habeant, quo contra se vti possint. Proinde, vt esset dictum, prouinciis excederent exercitumque dimitterent: si id sit factum, nociturum se nemini: hanc vnam atque extremam pacis esse conditionem.

86. Id vero militibus fuit pergratum et iucundum, vt ex ipsa significatione potuit cognosci; vt, qui aliquid victi incommodi exspectauissent, vltro praemium missionis ferrent. Nam, quum de loco et tempore eius rei controuersia inferretur: et voce et manibus vniuersi ex vallo, vbi constiterant, significare coeperunt, *vt statim dimitterentur, neque omni interposita fide firmum esse posse, si in aliud tempus differretur.* Paucis quum esset in vtramque partem verbis disputatum; res huc deducitur, vt ii, qui habeant domicilium aut possessiones in Hispania, statim; reliqui ad Varum flumen dimittantur: ne quid eis noceatur, neu quis inuitus sacramentum dicere cogatur a Caesare, cauetur.

87. Caesar ex eo tempore, dum ad flumen Varum

qui Praetores et Consules fuissent — Conf. c. 6. *M.*

per paucos prob. et electi. Conf. ibid. *M.*

in se aetatis — Non licebat veterano militi, per aetatem militiae vocationem habere; sed euocabantur, modo Caesari ea re damnum daretur. Vide cap. 3. *Multi vndique — euocantur.* Ergo *ad obtinendos exercitus* est, ideo vt Pompeius habere possit exercitus integros, neque careat iis, vnde possint exercitus confici. *M.*

victi. Codd. quidam *iusti* vel *iussi.*

vltro. Hic inferitur in edd. vet. *inde.* sed id in codd. desideratur. Oud. coniectat, scriptum fuisse *vltroneae.*

neque omni. Alii *neque enim.* minus bene.

Varum flumen, quod Italiam Galliamque sub Alpibus disterminat. *Cellar.*

sacramentum. Sic optimi codd. habent. Alii *sacramento.* quod receperat Morus. Vid. Ind.

duabus ex partibus aggerem, vineas, turresque ad oppidum agere instituit. Vna erat proxima portui naualibusque; altera ad partem, qua est aditus ex Gallia atque Hispania ad id mare, quod adigit ad ostium Rhodani. Massilia enim fere ex tribus oppidi partibus mari adluitur; reliqua quarta est, quae aditum habet a terra. Huius quoque spatii pars ea, quae ad arcem pertinet, loci natura et valle altissima munita, longam et difficilem habet obpugnationem. Ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam iumentorum atque hominum multitudinem ex omni prouincia vocat: vimina materiamque comportari iubet. Quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum octoginta exstruit.

2. Sed tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum adparatus, tantaque multitudo tormentorum, vt eorum vim nullae contextae viminibus vineae sustinere possent. Asseres enim pedum duodecim, cuspidibus praefixi atque hi maximis ba-

ad partem. Iurinius *ad portam.* scita emendatio.

qua est aditus — Rhodani. Ex magna varietate huius loci vix certa lectio proferri potest; saltem cum Is. Vossio ad Pompon. Melam (2, 5), vt Dauisius monuit, pro *adigit* legetur *adtingit.* Phrasin, *adtingere ad aliquid*, defenderunt interpretes ad h. l. *M.* Verba *ex Gallia — adigit* vncis inclusit Scalig. tanquam suspecta vel glossam sapientia. *Adtingit* bene iam dedere Steph. Vascos. Gryphius. Forsan ἀρχαϊκῶς legendum *adtigit*, vt apud Plautum et alios. Conf. Parei lex. Plautinum hac voce.

quae aditum. alii *qua.*

in altitudinem. Lips. poliorc. 2. dial. 3. malit *latitudinem.* male. id prodigiosum foret, nec maximum momentum hic in latitudine consistebat.

Asseres. v. Ind. — Hanc expeditionem, contra Massilienses susceptam, diligenter tractauit explicauitque Guischardus: vid. Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains, T. 2. p. 55. *M.*

cratium. Crates sunt opus plexile vimineum, quo vineae integuntur. vid. Ind. in *vinea.* Quia ergo h. l. quatuor ordines (*vier Schichten*: cf. 5, 51. *ordines cespitum*) cratium impositi erant vineae, dicuntur hostes tela s. asseres tanta vi misisse, vt per quatuor illos ordines s. quadruplex tectum vi summa penetrarent, et in terra defigerentur. *M.*

in terra defigebantur. Sic Liu. 44, 5. Male Scal. *in terra* uncis includit.

porticus (vineae, sic dictae a similitudine porticus) *integebantur* (a militibus Trebonii), quia crates non sustinebant vim te-

listis missi, per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Itaque, pedalibus lignis coniunctis inter se, porticus integebantur; atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat testudo pedum LX, aequandi loci caussa, facta item ex fortissimis lignis, conuoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides defendi possent. Sed magnitudo operum, altitudo muri atque turrium, multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat. Tum crebrae per Albicos eruptiones fiebant ex oppido, ignesque aggeri et turribus inferebantur, quae facile nostri repellebant milites magnisque vltro inlatis detrimentis, eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum reiiciebant.

3. Interim L. Nasidius, ab Cn. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus paucae erant aeratae, L. Domitio Massiliensibusque subsidio missus, freto Siciliae, inprudente atque inopinante Curione, peruehitur: adpulsisque Messanam nauibus, atque inde propter repentinum terrorem principum ac senatus

lorum hostilium. *M.* Scal. *integebatur*, male.

hac ratione: vt in Graecis *ταύτῃ*. *M.* Aduerbialiter positum *hac*, sub porticu.

inter manus, manibus, manuum administratione. Cic. Verr. 5, 11. Liu. 3, 15. vbi vid. Drakenb. *M.*

aequandi loci caussa, h. e. vt milites, testudine tecti, explerent fossam, qua Massilienses vrbem cinxerant et muniebant. Guischardus p. 55. de hac testudine sic loquitur: *Trebonius l'employa ici pour préparer et niveller le terrain, que la jettée devroit couvrir.* Tractat eumdem locum in Mémoires critiques et historiques T. 4. p. 128, vbi de hac testudine dicit: *elle dévança les travailleurs pour leur faciliter les moyens d'applanir le terrain. — Il n'y a presque pas de doute, que par cet aequandi loci caussa les historiens n' entendent le comblement du fossé.* Rem omnem vero huc refert, Caesarianos sub testudine explesse fossam, quae Massiliam cinxerit. Et sic explicat etiam Vitruuianum locum (10, 20), *testudo ad congestionem fossarum*, i. e. *dont la destination étoit de protéger le comblement du fossé. M.* Sic iam Dauisius locum explicabat.

facta item. haec verba perperam suspecta sunt Scaligero.

conuoluta. Sic Oud. e cod. Scal. et ed. Rob. Steph. Vulgo male *euoluta*. Ciacc. ex ingenio dederat *inuoluta*, nec male. hoc receperat Morus.

Albicos. Cf. 1, 34. 57. *M.*

aeratae. vid. Ind. in *aes.* *M.*

Curione. Cf. 1, 31. *M.*

peruehitur. Alii *prouehitur.*

6. Commisso proelio, Massiliensibus res nulla ad virtutem defuit: sed memores eorum praeceptorum, quae paullo ante ab suis acceperant, hoc animo decertabant, vt nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur, et, quibus in pugna vitae periculum accideret, non ita multo se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, quibus, vrbe capta, eadem esset belli fortuna patienda. Diductisque nostris paullatim nauibus, et artificio gubernatorum mobilitati nauium locus dabatur et, si quando nostri facultatem nacti ferreis manibus iniectis nauem religauerant, vndique suis laborantibus succurrebant. Neque vero coniuncti Albicis comminus pugnando deficiebant; neque multum cedebant virtute nostris: simul ex minoribus nauibus magna vis eminus missa telorum multa nostris [de improuiso] inprudentibus atque inpeditis vulnera inferebant: conspicataeque naues triremes duae nauem D. Bruti, quae ex insigni facile agnosci poterat, duabus ex partibus sese in eam incitauerant: sed tantum, re prouisa, Brutus celeritate nauis enisus est, vt paruo momento antecederet. Illae adeo grauiter inter se incitatae conflixerunt, vt vehementissime vtraeque ex concursu laborarent; altera vero praefracto rostro tota conlabesieret. Qua re animum aduersa, quae proximae ei loco ex Bruti classe naues erant, in

Commisso proelio, interea dum committitur proelium. *M.*

praeceptorum. Sunt adhortationes, de quibus cap. 4. *M.*

Diductisque. Sic Oudend. e codd. et eod. vet. Vulgo *deductisque*.

ferreis manibus. v. Ind. in *harpago* et *manus*. *M.*

inferebant. Bene sic, vt G. 3, 17. *multitudo — conuenerant*. Vid. et H. 6. et Liu. 2, 5. item Gron. ad Liu. 36, 16. Non ergo opus, cum Hotomanno legere *magna vi*.

insigne Praetoriae nauis fuit vexillum purpureum, interdum et aliud quid. Conf. Scheffer. de milit. nau. p. 175. *M.* Male hic alii *exigui* vel *ex signo*. Locum emendauit Faernus.

tantum, *re prouisa*. Alii *tanta re prouisa*.

praefracto rostro. Sic codd.

eas inpeditas inpetum faciunt celeriterque ambas deprimunt.

7. Sed Nafidianae naues nullo vſui fuerunt celeriterque pugna exceſſerunt: non enim has aut conſpectus patriae aut propinquorum praecepta ad extremum vitae periculum adire cogebant. Itaque ex eo numero nauium nulla deſiderata eſt, ex Maſſilienſium claſſe quinque ſunt depreſſae, quatuor captae, vna cum Naſidianis profugit: quae omnes citeriorem Hiſpaniam petiuerunt: at ex reliquis vna praemiſſa Maſſiliam, huius nuncii perferendi gratia, quum iam adpropinquaret vrbi, omnis ſeſe multitudo ad cognoſcendum effudit ac, re cognita, tantus luctus excepit, vt vrbs ab hoſtibus capta eodem veſtigio videretur. Maſſilienſes tamen nihilo ſequius ad defenſionem vrbis reliqua adparare coeperunt.

8. Eſt animaduerſum ab legionariis, qui dexteram partem operis adminiſtrabant, ex crebris hoſtium eruptionibus, magno ſibi eſſe praeſidio poſſe, ſi pro caſtello ac receptaculo turrim ex latere ſub muro feciſſent, quam primo ad repentinos incurſus humilem paruamque fecerant. Huc ſe referebant: hinc, ſi qua maior obpreſſerat vis, propugnabant: hinc ad repellendum et proſequendum hoſtem procurrebant. Patebat haec quoquouerſus pedes triginta, ſed parietum craſſitudo pedum quinque; poſtea

Vulgo *perfracto*. Voſſii cod. *praerupto*.

animum aduerſa. Oud. e cod. Vulgo *animaduerſa*.

conſpectus. Alii *reſpectus*.

ad cognoſcendum. Haec verba perperam ſuſpecta ſunt Daviſio.

ſequius. Al. *ſecius*, quod eſt idem. Al. *ſegnius*, non male. *M.*

Eſt animaduerſum —. Hoc caput cum nono in Franco-gallicum ſermonem tranſtulit et illuſtrauit Guiſchardus in Mémoires critiques et hiſtoriques T. 4. p. 104, cum iam antea in Mémoires militaires T. 2. p. 58. eumdem locum tractaſſet, et tabula aeri inciſa illuſtraſſet. *M.* Eo nomine illum reprehendit Lo-Looz in Défenſe du Chevalier Folard. p. 37.

turrim ex latere, turrim lateritiam. *M.* Bentl. addit *elatiorem*.

vero, vt eſt rerum omnium magiſter vſus, hominum adhibita ſolertia, inuentum eſt, magno eſſe vſui poſſe, ſi haec eſſet in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum eſt.

9. *Vbi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem; eam in parietes inſtruxerunt, ita, vt capita tignorum extrema parietum ſtructura tegerentur, ne quid emineret, vbi ignis hoſtium adhaereſceret. Hanc inſuper contignationem, quantum tectum plutei ac vinearum paſſum eſt, laterculo adſtruxerunt, ſupraque eum locum duo tigna transuerſa iniecerunt non longe ab extremis parietibus, quibus ſuspenderent eam contignationem, quae turri tegimento eſſet futura: ſupraque ea tigna directo transuerſas trabes iniecerunt easque axibus religauerunt. Has trabes paullo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes erat, effecerunt, vt eſſet, vbi tegimenta praependere poſſent*

ad contabulationem. In codd. et edd. vet. legitur *id contabulationis cauſſa.*

capita tignorum. Sic apud Curt. 4, 2. *caput molis.*

adhaereſceret. Sic Oud. e codd. et edd. pr. Vulgo *inhaereſceret*, quod Scal. dedit.

contignationem laterculo adſtruxerunt. Quid hoc ſit, non intelligo: ſuſpicor, ſenſum eſſe, eos inde ab eo loco, vbi contignatio fuit, rurſus impoſuiſſe quoquouerſus, et veluti adſtruxiſſe opus lateritium, vt turris fieret altior. Sed, ſi hic eſſet ſenſus, ſcribere debuiſſe Caeſar; *ad hanc contignationem* (ibi, vbi eſt, contignatio) — *lateritium adſtruxerunt.* Guiſchardus ſic vertit: *On continua à murer, au - deſſus de ce plancher tant que la protection des mantelets et des galeries le permit.* Eumdem ſenſum expreſſit Wagnerus in verſione Germanica. Ergo hi eodem modo, quo ego, ceperunt. Addam lectiones varias. MSS. omnes habent *latericulo*, quod Marclandus in Explicat. vet. auct. p. 268 mutat in *lateritio* (ſcil. *opere*): quod probo. Optimus codex habet *adſtrinxerunt*, non bene; alius *conſtruxerunt*, non male. *M.* Mox ſequitur, *ne ſaxa — lateritium diſcuterent*, quod probat Marclandum hic verum vidiſſe. Planior etiam ſenſus procederet ex Mori *lateritium.* *Opus lateritium* Columella dixit 9, 6.

quantum — paſſum eſt. Sub pluteo et vineis ſtantes ſtruebant turrim, vt paulo poſt dicitur. Ergo in tantum potuerunt turrim altiorem ſtruendo facere, in quantum altus erat pluteus et vineae, quibus ſtruentes tegebantur; ſin altius voluiſſent aedificare, non fuiſſent tecti pluteo et vineis. *M.*

ad defendendos ictus ac repellendos, quum inter eam contignationem parietes exstruerentur: eamque contabulationem summam lateribus lutoque constraverunt, ne quid ignis hostium nocere posset: centonesque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Storias autem ex funibus ancorariis tres, in longitudinem parietum turris, latas quatuor pedes fecerunt, easque ex tribus partibus, quae ad hostes vergebant, eminentibus trabibus circum turrim praependentes religauerunt: quod vnum genus tegimenti aliis locis erant experti nullo telo neque tormento transiici posse. Vbi vero ea pars turris, quae erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium, pluteos ad alia opera abduxerunt: turris tectum per se ipsum prehensionibus ex contignatione prima suspendere ac tollere coeperunt: vbi, quantum sto-

suspenderent. Infra synonymum est tollere, *hinaufschrauben. M.* Gall. *pour être les supports de la plateforme.*

directo, recta linea. *M.*

axibus (mit Bohlen oder Bretern) religauerunt. Ergo tabulis ligneis trabes illas copulant inuicem et figunt. vid. omnino Ind. in *reuincire. M.* Pro *easque* alii habent *eaque*, vt referatur ad tigna. Loco τοῦ *axibus* alii legunt *asseribus. Asses* sunt tabulae; *asseres* trabes fissae, quales transuersae in tectis sustinent tegulas. V. c. 2.

eminentior, quam extremus paries, procurrens s. prominens vltra superficiem parietis. Nam extremus paries est ibi, vbi superficies est. *M.*

tegimenta, v.c. cilicia, coria. *M.*

quum inter —. Melius vulgo, *dum. M.*

Storia, opus textile vilius, quo humus insternitur. *Matratzen. Decken. M.* Gall. *nattes.* V. Ind.

quae erat perfecta. Oud. malit *qua*, vt Louan. et Heinsii.

per se ipsum. Par ces mots j'usar marque sans équivoque, que les ressorts qu'on employoit pour l'élévation de la plateforme étoit dans la plateforme même et dans son équilibre. Guischardus T. pag. 113.

prehensio, genus machinae, quo per modum cochleas tectum vel tignationes subleuantur et adtolluntur. *Cellar.* Codices variant: nam et *pressionibus* habent, quas et ipsas e Vitruuio 10, 8. docent machinationes fuisse ad tollenda et eleuanda onera, siue, vt Vossio ad h. l. et Laeto in Lex. Vitruuiano videtur, hypomochlium. *M.*

quantum stor. dem. patieb

riarum demissio patiebatur, tantum eleuabant. Intra haec tegimenta abditi atque muniti parietes lateribus exstruebant, rursusque alia prehensione ad aedificandum sibi locum expediebant. Vbi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item, vt primo, tecta extremis lateribus instruebant, exque ea contignatione rursus summam contabulationem storiasque eleuabant. Ita tuto ac sine vllo vulnere ac periculo sex tabulata exstruxerunt, fenestrasque, quibus in locis visum est, ad tormenta mittenda in struendo reliquerunt.

10. Vbi ex ea turri, quae circum esset, opera tueri se posse confisi sunt; musculum pedum LX longum, ex materia bipedali, quem a turri lateritia ad hostium turrim murumque perducerent, facere instituerunt: cuius musculi haec erat forma. *Duae primum trabes in solo aeque longae, distantes inter se pedes quatuor, conlocantur inque eis columellae pedum in altitudinem quinque defiguntur. Has inter se capreolis molli fastigio coniungunt, vbi tigna, quae musculi tegendi caussa ponant, conlocentur. Eo super tigna bipedalia iniiciunt*

quanta erat storiarum praependentium longitudo ad homines inter operandum protegendos. *Clarkius.*

prehensione. Hic consentiunt codices, nisi quod *presione* habent, vnus etiam corrupte *pensione. M.*

tormenta mittenda. vid. Ind. in *tormentum.* De omni hoc loco conf. Turnebi Aduerf. 11, 24. *M.* Intellige grandia missilia e tormentis mittenda.

pedum. Leg. cum aliis *pedes. M.* Lipsius emendat *pedum IX.* Pol. 1, 9. Rectius sic omnino.

materia bip. tigna bipedalia. *M.*

capreolis. Omnes fere consentiunt, capreolos esse tigna, sic vtrimque proclinata versus columnam, vt vtrimque nisu ac renisu firment columnam, ne vacillet. Conlegit sententias Laetus in Lexico Vitruu. pag. 19, 20, et Graece dici συγκύπτας, post alios monuit. *Molle fastigium* est, leniter proclinatum. *M.*

regulas, ligna directa, qualia normae loco fabri admouent parietibus, vt, an linea recta seruetur, examinent. Interdum regulae sunt *die Leisten an der Wand. M.* Gall. *des lattes, des lisiels.* Edd. vet. corrupte hic habent *tegulas.*

tectum vineis. Aedificantes musculum stant sub vineis. *M.* Oud. potius credit significari,

etque laminis clauisque religant. Ad extremum musculi tectum trabesque extremas quadratas regulas, quatuor patentis digitos, defigunt, quae lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigato atque ordinatim structo, vt trabes erant in capreolis conlocatae; lateribus lutoque musculus, vt ab igni, qui ex muro iaceretur, tutus esset, contegitur. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua inmissa lateres diluere posset. Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Hoc opus omne, tectum vineis, ad ipsam turrim perficiunt subitoque, inopinantibus hostibus, machinatione nauali, phalangis subiectis, ad turrim hostium admouent, vt aedificio iungatur.

11. Quo malo perterriti subito oppidani saxa, quam maxima possunt, vectibus promouent praecipitataque muro in musculum deuoluunt. Ictum firmitas materiae sustinet; et, quidquid incidit, fastigio musculi elabitur. Id vbi vident, mutant consilium: cupas, taeda ac pice refertas, incendunt easque de muro in musculum deuoluunt. Inuolutae labuntur, delapsae

latens post vineas." Et sic quoque capiendum locum G. 7, 27. censet, vbi *legiones* dicuntur *intra vineas in occulto expeditae.* Lipsius putabat, posse legi *tecti.*

phalangae, s. palangae, s. φάλαγγες, sunt cylindri lignei, subpositi oneri, vt super iis facilius prouoluatur (*Walzen*). Plerumque iis vsi sunt veteres in nauibus e litore deducendis, aut in litus subducendis: vnde Hesychio sunt νεῶν ὑπερείσματα, et, vt iam alii monuerunt, Iulio Polluci in onomast. 7, 190. τὰ τῶν νεωλκῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες. Conf. Apollon. Rhod. Argon. 1, 375. 388. et 2, 843. Conf. 3, 40, *subiectis scutulis.* Hinc intelligitur, cur Caesar dixerit *machinatione nauali,* h. e. machinatione, qua vulgo in re nautica vti solent. — Ceterum et hoc et superius caput illustrauit Lipsius Poliorc. 1, 4, 9. Musculi figuram Guischardus exhibuit (Mémoires militaires T. 2. p. 58), longe diuersam ab ea, quae in editionibus quibusdam Caesaris exhibetur, sed haud dubie multo veriorem, Caesarianaeque descriptioni magis congruam. *M.* Phalanges, *rouleaux, cylindres.* Hesychio et Polluci dicuntur etiam φαλάγγια. Nonio Marcello 2, 745. *palangae,* qui eas bene describit. Plura dabit Turnebus Adu. 27, 24.

labuntur, de fastigio. *M.*

ab lateribus longuriis furcisque ab opere remouentur. Interim sub musculo milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, conuellunt. Musculus ex turri lateritia a nostris telis tormentisque defenditur: hostes ex muro ac turribus submouentur: non datur libera muri defendendi facultas. Compluribus iam lapidibus ex ea, quae suberat, turri subductis, repentina ruina pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat.

12. Tum hostes, turris repentina ruina commoti, inopinato malo turbati, Deorum ira perculsi, vrbis direptione perterriti, inermes cum infulis sese porta foras vniuersi proripiunt; ad Legatos atque exercitum supplices manus tendunt. Qua noua re oblata, omnis administratio belli consistit, militesque, auersi a proelio, ad studium audiendi et cognoscendi feruntur. Vbi hostes ad Legatos exercitumque peruenerunt, uniuersi se ad pedes proiiciunt; orant, *vt aduentus Caesaris exspectetur: captam suam vrbem videri, opera perfecta, turrem subrutam; itaque a defensione desistere: nullam exoriri moram posse, quo minus, quum venisset, si imperata non facerent, ad nutum e vestigio diriperentur. Docent, si omnino turris concidisset, non posse milites contineri, quin spe praedae in vrbem inrumperent vrbemque delerent.* Haec atque eiusdem generis complura, vt ab hominibus doctis, magna cum misericordia fletuque pronunciantur.

turris rep. — perculsi. Haec omnia absunt a cod. Cuiac. Petau. Noruic. Leid. primo, qui est codex optimus, Voss. Lovan. neque temere fieri potuit, vt tam multa a pluribus omitterentur. Et est aliquid tautologiae in his, *ruina repentina commoti*, et *inopinato malo turbati*. Etiam *direptione perterritus* necessario h. l. erit, metu direptionis imminentis perterritus. Est igitur incertum, an verba haec, et quidem omnia ac singula, Caesaris sint. *M.*

cum infulis. Cf. Tacit. Hist. 1, 66. Liu. 30, 36.

captam — videri. Sic rectius edd. vet. Bentleio iudice. Vulg. *videre.*

opera (machinas et munitiones Caesariani exercitus) *perfecta. M.*

13. Quibus rebus commoti Legati milites ex opere deducunt, obpugnatione desistunt, operibus custodias relinquunt. Induciarum quodam genere misericordia facto, aduentus Caesaris exspectatur: nullum ex muro, nullum a nostris mittitur telum: vt re confecta, omnes curam et diligentiam remittunt. Caesar enim per litteras Trebonio magnopere mandauerat, ne per vim oppidum expugnari pateretur; ne grauius permoti milites et defectionis odio et contemtione sui et diutino labore omnes puberes interficerent: quod se facturos minabantur: aegreque tunc sunt retenti, quin oppidum inrumperent, grauiterque eam rem tulerunt, quod stetisse per Trebonium, quo minus oppido potirentur, videbatur.

14. At hostes sine fide tempus atque occasionem fraudis ac doli quaerunt; interiectisque aliquot diebus, nostris languentibus atque animo remissis, subito, meridiano tempore, quum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset, arma vero omnia reposita contectaque essent, portis se foras erumpuut, secundo magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc sic distulit ventus, vti vno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormenta flammam conciperent et prius haec omnia consumerentur, quam, quemadmodum accidisset, animum aduerti posset. Nostri, repentina fortuna permoti, arma, quae possunt, adripiunt: alii ex castris sese incitant: fit in hostis inpetus; sed muro sagittis tor-

spe praedae. Codd. quidam *se praedae*, vnde Heins. ad Sil. Ital. 12, 438. et Oud. arbitrantur leg. *se spe praedae.*

hominibus doctis, facundis, *Vossius.* Et quidni aliqua Graecarum literarum adsuetudo (v. ad 1, 29) eos hactenus quoque expoliuerit? Cic. pro Flacco 26. *M.*

arma contecta. vid. ad B. G. 2, 21. *M.*

se foras erumpunt. Sic et Virg. G. 4, 363. Cf. et Berger. de nat. pulcr. orat. p. 408. et Drakenb. ad Silium 12, 438.

tormenta flammam conciperent. Vulgo *ormentaque.* Edd. vet. *acciperent.*

muro sagittis prohibentur, sagittis, e muro missis. *M.*

mentisque fugientes persequi prohibentur. Illi sub murum se recipiunt ibique musculum turrimque lateritiam libere incendunt. Ita multorum mensium labor hostium perfidia, et vi tempestatis, puncto temporis interiit. Tentauerunt hoc idem Massilienses postero die: eamdem nacti tempestatem, maiori cum fiducia ad alterum turrem aggeremque eruptione pugnauerunt multumque ignem intulerunt. Sed, vt superioris temporis contentionem nostri omnem remiserant, ita, proximi diei casu admoniti, omnia ad defensionem parauerant. Itaque, multis interfectis, reliquos infecta re in oppidum repulerunt.

15. Trebonius ea, quae sunt amissa, multo maiore studio militum administrare et reficere instituit. Nam, vbi tantos suos labores et adparatus male cecidisse viderunt, induciisque per scelus violatis suam virtutem inrisui fore perdoluerunt, quod, vnde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum: omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et conuectis, *aggerem noui generis atque inauditum ex lateritiis duobus muris, senum pedum crassitudine, atque eorum murorum contignationem facere instituerunt, aequa fere latitudine, atque ille congestitius ex materia fuerat agger. Vbi aut spatium inter muros, aut inbecillitas materiae postulare videretur, pilae interpo-*

maiori. Alii *maiorique.*

superioris temporis contentionem (antiquam fortitudinem) *remiserant* (per aliquot dies). *M.* Ciacc. et Danisius mallent *superiori tempore.* non opus. Sic c. 40. *ad superiorem spem addita praesentis temporis opinione.*

latitudine. Plures malunt *altitudine. M.*

congestitius. Sic Oud. bene e codd. Vulgo *congestus.*

aut spatium. Legebatur *autem,* sed e codd. et edd. vet. emendandum suasit Clarkius. Correxit Oud.

muro tectus. Τὸ *tectus* abundare statuit Marcland. p. 268. Verum consentientibus codd. abundantia non nocet. Pro *sub tecta* alii *sub texto,* quod placet Grutero.

aduersus, a fronte. *M.*

reconcinnatur. Recte hoc, quisquis fuerit, reposuit pro vitiosa codicum omnium lectione,

nuntur, transuersaria tigna iniiciuntur, quae firmamento esse possint: et, quidquid est contignatum, cratibus consternitur cratesque luto integuntur. Sub tecto miles, dextera ac sinistra muro tectus, aduersus plutei obiectu, operi quaecumque vsui sunt, sine periculo subportat. Celeriter res administratur: diuturni laboris detrimentum solertia et virtute militum breui reconcinnatur: portae, quibus locis videtur, eruptionis caussa in muro relinquuntur.

16. Quod vbi hostes viderunt, ea, quae diu longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, vt nullus perfidiae neque eruptioni locus esset, neque quidquam omnino relinqueretur, quo aut vi militibus, aut igni operibus noceri posset; eodemque exemplo sentiunt, totam vrbem, qua sit aditus ab terra, muro turribusque circumiri posse, sic, vt ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset, quum paene inaedificata in muris ab exercitu nostro moenia viderentur ac tela manu coniicerentur, suorumque tormentorum vsum, quibus ipsi magna sperauissent, spatio propinquitatis interire; parique conditione ex muro ac turribus bellandi data, virtute se nostris adaequare non posse intellegunt: ad easdem deditionis conditiones recurrunt.

quae est *reconciliatur.* Nam *reconcinnare* in aedificando poni pro resarcire, reficere conlapsa, ex Cic. ad Qu. Fr. 2, 6. iam docuerat Cellarius. Si ergo *ruinosa reconcinnare* dicitur, dici etiam potest *detrimentum reconcinnari,* quia detrimentum h. l. est detrimentum, ruina acceptum (*den Schaden ausbessern*). *M.* Scal. iam habet *reconcinnatur.* Tò *reconciliatur* metaphoram habet ab amicitia.

Quod vbi. Leid. 2. *Sed vbi.* Verum *quod* nonnunquam eandem vim habet, vt notat Manut. ad h. l.

aditus ab terra. Male post *aditus* virgula locatur.

circumiri. Sic codd. At edd. vet. *circumueniri,* quod recepit Clarke.

paene inaedific. — *moenia.* Moenia hostium lateritia (c. 15) ita prope muros vrbis Massiliensis structa erant, vt eos fere tangerent. *M.*

17. M. Varro in vlteriore Hiſpania initio, cognitis iis rebus, quae ſunt in Italia geſtae, diffidens Pompeianis rebus, amiciſſime de Caeſare loquebatur: *praeoccupatum ſeſe Legatione ab Cn. Pompeio, teneri obſtrictum fide: neceſſitudinem quidem ſibi nihilo minorem cum Caeſare intercedere; neque ſe ignorare, quod eſſet officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret, quae vires ſuae, quae voluntas erga Caeſarem totius prouinciae.* Haec omnibus ferebat ſermonibus, neque ſe in vllam partem mouebat. Poſtea vero, quum Caeſarem ad Maſſiliam detineri cognouit, copias Petreii cum exercitu Afranii eſſe coniunctas, magna auxilia conueniſſe, magna eſſe in ſpe atque exſpectari et conſentire omnem citeriorem prouinciam; quaeque poſtea acciderant, de anguſtiis ad Ilerdam rei frumentariae, accepit; atque haec ad eum latius atque inflatius Afranius perſcribebat: ſe quoque ad motum fortunae mouere coepit.

18. Dilectum habuit tota prouincia; legionibus completis duabus, cohortes circiter triginta alarias

M. Varro. Cf. 1, 58. *M.*

Legatione, munere Legati. *M.*

fiduciariam operam, adminiſtrationem belli, ſibi creditam ea lege, vt ea rurſus cederet, ſi Imperator eum cedere voluiſſet. Ita fere Gesnerus in Theſ. L. L. Conferri poteſt Erneſti Clau. Cic. in *fiducia*. Sed res eſt tralaticia. *M.* Hotomann. et Ciaccon. mallent *fiduc. prouinciam.*

ferebat ſermon. Bene ſic cod. Vrſini. trito ſenſu, dictitabat, prae ſe ferebat. Freinsh. in Ind. Curtii vult *ſerebat*. Codd. alii *referebat.* Doruillii *inferebat.*

Poſtea vero, quum. Marcl. p. 268. legit *quam*, vt G. 4, 37. 5, 32 etc.

detineri. Vaſcoſ. editio male dedit *diſtineri*, quod fluxit in alias.

magna (auxilia) *eſſe in ſpe atque exſpectari.* Vulgo *exſpectatione* contra codices. *M.*

inflatius. Exempla vid. in Ind. *M.*

perſcribebat. P. Faber Sem. 1, 21. malit *praeſcribebat* i. e. ante ſcribebat. Sic et codd. quidam et edd. vet.

cohortes alarias. Reſpice ad 1, 73.

vt facerent. Gloſſema videtur Bentleio. Et prius *Pompeioque* codex quis pro *Petreioque.*

in Hiſpali. Sic codd. et ſic alibi noſter in nominibus vr-

addidit; frumenti magnum numerum coegit, quod Massiliensibus, item quod Afranio Petreioque mitteret; naues longas decem Gaditanis, vt facerent, imperauit; complures praeterea in Hispali faciendas curauit; pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit; eo sex cohortes praesidii caussa ex Prouincia misit; Caiumque Gallonium, Equitem Romanum, familiarem Domitii, qui eo procurandae hereditatis caussa venerat, missus a Domitio, oppido Gadibus praefecit; arma omnia priuata ac publica in domum Gallonii contulit; ipse habuit graues in Caesarem conciones. Saepe ex tribunali praedicauit, *aduersa Caesarem proelia fecisse, magnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugisse, haec se certis nunciis, certis auctoribus, comperisse.* Quibus rebus perterritos ciuis Romanos eius prouinciae sibi ad Rempublicam administrandam HS. CXC et argenti pondo XX milia, tritici modios CXX milia polliceri coegit. Quas Caesari esse amicas ciuitates arbitrabatur, iis grauiora onera iniungebat praesidiaque eo deducebat;

bium. V. not. ad G. 6, 5. et Voss. de construct. c. 46.

ex fano Herculis. Sacra Herculi, tamquam semper peregrinabundo, extra muros fiebant. Curtius 4, 2, 4. *Cellar.* Conf. c. 21. *M.*

se certis nunciis. Cedd. quidam *secretis.*

perterritos ciuis Romanos. Alii *perterritis ciuibus Romanis* subaudito *eos.*

HS. CXC. Lege aduerbialiter: centies et nonagies sestertium. *Cellar.* Sestertium continet mille sestertios (*Kaisergroschen*). *M.* 200 *francs.*

argenti — milia, i. e. viginti milia librarum argenti pondo, *zwanzig tausend Pfund am Gewicht.* Iam Cellarius laudauit Gronouium de Sestert. 1, 6. et admonuit, libram argenti esse centum drachmas (sic Graeci) seu denarios (sic Romani). Denarius s. drachma sunt tres circiter grossi nostri. Add. Perizon. ad Sanctii Mineru. p. 598. *M.* Nostra moneta fere 16 solidos valet vel 78 *centimes.*

tritici modios. per adpositionem, vel subaudito *ad.* Conf. Afr. 36.

coegit. Alii *cogit.*

praesidiaque — reddebat. Haec verba vulgo post *addicebat* legebantur inepte. Verum ordinem Hotomannus restituit, consentientibus quinque codd. Oudendorpii, in quibus est optimus, Leidensis primus. *M.*

et iudicia in priuatos reddebat; qui verba atque orationem aduersus Rempublicam habuissent, eorum bona in publicum addicebat; prouinciam omnem in sua et Pompeii verba iusiurandum adigebat. Cognitis iis rebus, quae sunt gestae in citeriore Hispania, parabat bellum. Ratio autem haec erat belli, vt se cum duabus legionibus Gades conferret, naues frumentumque omne ibi contineret: prouinciam enim omnem Caesaris rebus fauere cognouerat. In insula, frumento nauibusque comparatis, bellum duci non difficile existimabat. Caesar, etsi multis necessariisque rebus in Italiam reuocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinquere; quod magna esse Pompeii beneficia et magnas clientelas in citeriore prouincia sciebat.

19. Itaque, duabus legionibus missis in vlteriorem Hispaniam cum Q. Cassio, Tribuno plebis, ipse cum sexcentis equitibus magnis itineribus progreditur edictumque praemittit, ad quam diem Magistratus principesque omnium ciuitatum sibi esse praesto Cordubae

aduersus Rempublicam. Manutius ex Nicasii coniectura reponebat *adu. Pompeium*, male. Qui enim Pompeio fuere contrarii, Reipublicae contrarii censebantur.

eorum. Leg. *eorumque. M.* Ea coniunctione hic non est opus, nec boni codd. habent.

insula. Et haec dicta est *Gades*, ad ostia Baetis fluminis. v. Cellarii notit. orbis ant. *M.*

necessariis rebus. In his videtur fuisse seditio militum, Placentiae orta et feliciter composita, de qua vid. Sueton. Iul. c. 69 et Dio Cass. 41, 26, qui longam orationem, tum a Caesare dictam, suo operi intulit. Etsi vero tempus ipsum definire non possum, tamen res in ea tempora incidit, de quibus infra cap. 22 extr. dicitur. Volui saltem de ea monere, quia Caesar plane silentio praeteriit. *M.*

Pompeii beneficia. Conf. 1, 29. *M.*

Cordubam mitteret. Codd. quidam *Cordubae.* Sic et cod. quidam C. 3, 100. *Brundisio venit.* et 103. *Romae adlatae,* V. Oud. Recte tamen ista vitiosa videntur Bentleio.

ad diem. Alii codd. et edd. *ad statutum diem.* In talibus non definiri potest, quid quouis loco scriptor posuerit. Huiusmodi varietates passim enoto, vt tirones agnoscant, non semper posse sententiam praecidi. *M.* Cellarius bene recepit *statutum.* Sequor. Amat noster plene loqui.

conuentus. vid. Ind. *M.*

colonicae. Cellarius interpretatur, *quae in coloniis conscriptae erant:* Vossius vero

vellet. Quo edicto tota prouincia peruulgato, nulla fuit ciuitas, quin ad id tempus partem Senatus Cordubam mitteret; nullusue ciuis Romanus paullo notior, quin ad statutum diem conueniret. Simul ipse Cordubae conuentus per se portas Varroni clausit, custodias vigiliasque in turribus muroque disposuit. Cohortes duas, quae colonicae adpellabantur, quum eo casu venissent, tuendi oppidi caussa apud se retinuit. Iisdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius prouinciae ciuitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio, per se cohortes eiecit portasque praeclusit.

20. Hoc vero magis properare Varro, vt cum legionibus quam primum Gadis contenderet, ne itinere aut transiectu intercluderetur: tanta ac tam secunda in Caesarem voluntas prouinciae reperiebatur. Progresso ei paullo longius litterae a Gadibus redduntur, simul atque sit cognitum de edicto Caesaris, consensisse Gaditanos principes cum Tribunis cohortium, quae essent ibi in praesidio, vt Gallo-

(adtB. C. 1, 75), *quae colonis* (vid. Ind.) *et seruis constabant*, et eodem sensu dictam putat c. 20 vernaculam cohortem. Malim Cellarium sequi. *M.* Varro R. R. 1, 2. *leges colonicas* dicit et Suet. Aug. 46. *Decuriones colonicos.*

adpellabantur. alii *adpellantur.*

Carmonenses. Carmonem Strabo L. 1. pag. 141. iungit Obulconi, Antonini itin. Astigi.

deductis tribus — praesidio. Edd. vet. legunt *deductis tribus coh. positis in arce oppidi a Varrone praesidio.* vbi *deductis* est detractis, exceptis. Oud et sic in vulgato vocem *deductis* intelligit; contra Ciacconius accipit pro introductis, inpositis. Locum parum sanum esse videtur. Ego sic locum intelligo, Quum prius tres cohortes essent introductae, eas cohortes eiecit. Eo sensu sumitur *deducere* et c 18.

eiecit — praeclusit. Dicendum erat *eiecerunt — praecluserunt.* Sed referuntur verba ad *ciuitas.* Seruius ad Aen. 1, 21. *Quotiescunque nomina singularis et pluralis numeri connectantur, viciniori respondemus.* Contraria constructio est C. 3, 81.

reperiebatur. Sic codd. et edd. vet. bene distinguunt, puncto posito, quod reuocauit Clarkius. Ciaccon. et Faernus legebant *voluntate*, sublato verbo *reperiebatur.* Eos male secutus est Scaliger

Tribuni cohortium minores videntur, quam illi sex in quauis legione, qui eam alternis vi-

nium ex oppido expellerent, vrbem insulamque Caesari seruarent. Hoc inito consilio, denunciauisse Gallonio, vt sua sponte, dum sine periculo liceret, excederet Gadibus; si id non fecisset, sibi consilium capturos: hoc timore adductum Gallonium Gadibus excessisse. His cognitis rebus, altera ex duabus legionibus, quae vernacula adpellabatur, ex castris Varronis, adstante et inspectante ipso, signa sustulit seseque Hispalin recepit atque in foro et porticibus sine maleficio consedit. Quod factum adeo eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, vt domum ad se quisque hospitio cupidissime reciperet. Quibus rebus perterritus Varro, quum, itinere conuerso, sese Italicam venturum promisisset, certior ab suis factus est, praeclusas esse portas. Tum vero, omni interclusus itinere, ad Caesarem mittit, paratum se esse, legionem, cui iusserit, transdere. Ille ad eum Sex. Caesarem mittit atque huic transdi iubet. Transdita legione, Varro Cordubam ad Caesarem venit: relatis ad eum publicis cum fide rationibus, quod penes eum est pecuniae, transdit et, quod vbique habeat frumenti ac nauium, ostendit.

21. Caesar, concione habita Cordubae, omnibus generatim gratias agit: ciuibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studuissent habere; Hispanis,

cibus regebant. Plinius Epp. 5, 9, 18 de Prisco dicit: *qui Tribunus cohortium sub Classico fuerat.* Conf. Lips. de milit. Rom. 2, 9. *Cellar.* Addi potest Vegetius de re milit. 2, 12, vbi legionem dicit decem cohortes habere: primae Tribunum praeesse; reliquas a Tribunis, vel a Praepositis regi. *M.* Vegetius 2, 7. clare distinguit *Tribunos maiores a minoribus. Tribuni cohortium* frequenter comparent in lapidibus. V. Gruteri Indicem.

sibi consilium capturos. Ciacon. et Faernus *se sibi.* Sed v. not. ad G. 2, 30.

vernacula. An, quae constat indigenis? vt adeo distinguatur a colonica legione, de qua c. 19. *M.* Paullo aliter *vernacula multitudo* apud Tacitum Ann. 1, 31. constans e vernis, libertinis et similibus. Mox alii *adpellatur.*

Hispalin. Alii *in Hispalin.*

conuentus. vid. Ind. *M.*

Italicam. De hac v. Wessel. ad Antonini itiner. p. 413.

generatim. vid. Ind. *M.*

quod praesidia expulissent; Gaditanis, quod conatus aduersariorum infregissent sesque in libertatem vindicassent; Tribunis militum Centurionibusque, qui eo praesidii caussa venerant, quod eorum consilia sua virtute confirmassent: pecunias, quas erant in publicum Varroni ciues Romani polliciti, remittit; bona restituit iis, quos liberius locutos ac poenam tulisse cognouerat: tributis quibusdam publicis priuatisque praemiis, reliquos in posterum bona spe complet, biduumque Cordubae commoratus Gadis proficiscitur: pecunias monumentaque, quae ex fano Herculis conlata erant in priuatam domum, referri in templum iubet: prouinciae Q. Cassium praeficit, huic quatuor legiones adtribuit: ipse iis nauibus, quas M. Varro, quasque Gaditani iussu Varronis fecerant, Tarraconem paucis diebus peruenit. Ibi totius fere citerioris prouinciae legationes Caesaris aduentum exspectabant. Eadem ratione priuatim ac publice quibusdam ciuitatibus habitis honoribus, Tarracone discedit pedibusque Narbonem atque inde Massiliam peruenit: ibi, legem de Dictatore latam sesque Dictatorem dictum a M. Lepido Praetore, cognoscit.

22. Massilienses, omnibus defessi malis, rei frumentariae ad summam inopiam adducti, bis proe-

Hispanis. Carmonensibus. c. 19.

quas erant — polliciti. Codd. quidam passiue: *quas erant in p. V. a. ciuibus R. pollicitae.*

polliciti. vid. c. 18. Ibidem est de his, qui liberius locuti erant. *M.*

ac poenam tul. Sic bene codd. quidam. Vulgo *hanc.* parum clare. De poena v. c. 18.

cognouerat: tributis. Sic bene distinxit Clarke. prius distinctio maior posita post *praemiis.*

monumentaque. Supra cap. 18. dixit *ornamenta.*

Cassium. Appian. Ciu. 2, 43. p. 454. Dio Cass. 41, 24. *M.*

quibusdam ciuit. Alii *quibusque.*

habitis honoribus. In his fuit ius ciuitatis, quod Caesar omnibus Gaditanis concessit. Dio Cass. d. l. *M.*

a Lepido Praetore. Hoc ergo, quod Praetor Dictatorem dixit, a more maiorum abhorrens fuit. Dio Cass. 41, 36. Appian. Ciu. 2, 48. p. 457. *M.*

Massilienses. Redit ad cap. 15. *M.*

lio nauali superati, crebris eruptionibus fusi, graui etiam pestilentia conflictati ex diutina conclusione et mutatione victus, (panico enim vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur, quod ad huiusmodi casus antiquitus paratum, in publicum contulerant) deiecta turri, labefacta magna parte muri, auxiliis prouinciarum et exercituum desperatis, quos in Caesaris potestatem venisse cognouerant, sese dedere sine fraude constituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognita Massiliensium voluntate, nauibus tribus comparatis, ex quibus duas familiaribus suis adtribuerat, vnam ipse conscenderat, nactus turbidam tempestatem, est profectus. Hunc conspicatae naves, quae iussu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant, sublatis ancoris, sequi coeperunt. Ex iis vnum ipsius nauigium contendit et fugere perseuerauit auxilioque tempestatis ex conspectu abiit; duo, perterrita concursu nostrarum nauium, sese in portum receperunt. Massilienses arma tormentaque ex oppido, vt est imperatum, proferunt; nauis ex portu naualibusque educunt; pecuniam ex publico transdunt. Quibus rebus confectis, Caesar magis eos pro nomine et vestutate, quam pro meritis in se ciuitatis, conseruans, duas ibi legiones prae-

panico. Describitur a Plinio 18, 7 (10). Cf. et Salmas. in Solin. p. 89 et 516. *vilius frumenti genus et minuti grani.* V. Ind.

sine fraude. Cf. c. 14. *M.*

iussu Bruti. Alii *missu.*

contendit et f. pers. contento cursu fugere pers. *M.*

pro nomine et vetustate, propter antiquam gloriam et famam. Dio Cass. 41, 25 narrat, Caesarem Massiliensibus, omnibus aliis ademtis, vnam libertatem reliquisse, quia Pompeius Phocaeam, e qua ciuitate Massiliam colonia deducta erat, libertate donauerat. Ibi Fabricius Cic. Philipp. 8, 6 contulit. *M.* Edd. vet *pro nomine vetustatis.*

ad vrbem proficiscitur. Ibi Dictaturam suscepit, nuper ei decretam. c. 21. Quae autem eo tempore egit, ea infra 3, 1 traduntur. *M.*

Curio. De hoc et Varo cf. 1, 31. *M.*

duas legiones. Cf. dicta ad 1, 30.

biduo et noctibus tribus. Sic et Plin. 14, 22 (28), ne quis cum Ciacconio argutetur.

Aquilaria. Huius nulla alibi mentio. *Cellar.* Aliis *Angul-*

sidio relinquit, caeteras in Italiam mittit: ipse ad vrbem proficiscitur.

23. Iisdem temporibus C. Curio, in Africam profectus ex Sicilia, et iam ab initio copias P. Attii Vari despiciens, duas legiones ex quatuor, quas a Caesare acceperat, et quingentos equites transportabat; biduoque et noctibus tribus nauigatione consumtis, adpulit ad eum locum, qui adpellatur Aquilaria. Hic locus abest a Clupeis passuum XXII milia, habetque non incommodam aestate stationem et duobus eminentibus promontoriis continetur. Huius aduentum L. Caesar filius cum decem longis nauibus ad Clupeam praestolans, quas naues Vticae, ex praedonum bello subductas, P. Attius reficiendas huius belli caussa curauerat, veritusque nauium multitudinem ex alto refugerat, adpulsaque ad proximum littus trireme constrata et in littore relicta, pedibus Adrumetum profugerat: (id oppidum C. Considius Longus vnius legionis praesidio tuebatur:) reliquae Caesaris naues eius fuga Adrumetum se receperunt. Hanc secutus M. Rufus Quaestor nauibus duodecim, quas praesidio onerariis nauibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam in littore relictam nauem conspexit, hanc remulco abstraxit: ipse ad Curionem cum classe redit.

laria. forsan rectius sic, et videtur a lucrosa anguillarum captura sic dicta. Cf. Schol. ad Lucan. 4, 585. et ibi Burmannum.

a Clupeis. sitis ad Mercurii promontorium, a Carthagine in ortum aestiuum. Liu. 27, 27. 29, 52. *Cellar.* Ciacc. volebat *a Clupea*, vt est apud Liu. sed v. Grouon. ad Liu. 9, 19. Graecis dicitur Ἀσπίς.

aestate. hoc omittendum putat Scalig. cum aliis, inuitis codd. Incommoda statio potest esse hieme.

duobus promontoriis, Apollinis et Mercurii, quorum hoc nunc *Cap Bon* ab oriente, illud *Cap Zibeeb (Zebib)* ab occidente sinum claudit. *Heynius* (ad Virg. Aen. 1, Excurs. 6. p. 113). *M.*

L. Caesar filius. De hoc, et eius patre vid. 1, 8. *M.*

profugerat. Alii *perfugerat.*

eius fuga. Intelligitur vulgo de Caesaris fuga. Negat Iurinius et delet *eius*, vt de fuga nauium intelligatur. Tum pro *Hanc* legit *Hunc* scil. Caesarem. Sic et Dauis. aliique.

remulco. v. Ind. Cf. Isidor. 19, 4. Originem Graeci seruant in ῥυμουλκεῖν. Cf. Polyb. 1, 27. Hinc et ap. Ammian. Marc. 18, 5. scribitur *rymulcus.*

24. Curio Marcum Vticam nauibus praemittit: ipse eodem cum exercitu proficiscitur, biduique iter progressus, ad flumen Bagradam peruenit: ibi C. Caninium Rebilum Legatum cum legionibus relinquit; ipse cum equitatu antecedit ad castra exploranda Corneliana, quod is locus peridoneus castris habebatur. Id autem est iugum directum, eminens in mare, vtraque ex parte praeruptum atque asperum, sed tamen paullo leniore fastigio ab ea parte, quae ad Vticam vergit. Abest directo itinere ab Vtica paullo amplius passuum mile. Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longius, lateque is locus restagnat: quem si qui vitare voluerit, sex milium circuitu in oppidum perueniet.

25. Hoc explorato loco, Curio castra Vari conspicit, muro oppidoque coniuncta, ad portam, quae adpellatur Bellica, admodum munita natura loci: vna ex parte ipso oppido Vtica, altera a theatro, quod est ante oppidum, substructionibus eius operis maximis aditu ad castra difficili et angusto. Simul animaduertit, multa vndique portari atque agi plenissimis viis, quae repentini tumultus timore ex agris in vrbem conferantur. Huc equitatum mittit, vt

Vticam. Haec nunc caput regionis, deleta Carthagine.

nauibus. Sic et 1, 31. et mox c. 23. Excidisse *cum* post *Vticam* putat Iurinius, itemque *longis.* Cf. c. 25.

castra Corneliana. Non sunt castra, quae aliquis Cornelius illo tempore iis in locis posuit; sed est locus, qui in memoriam castrorum, a Scipione in bellis Punicis ibi positorum, nomen castrorum Cornelianorum habuit. vid. Cellarii notit. orbis 4, 4, 54. Conf. infra cap. 30 et 37. Appiano Civ. 2. p. 455. est ὁ χάραξ ὁ Σκιπίωνος. *M.* Alias *Cornelia*, vt apud Plinium 5. 4. Melam 1, 7. Ptolem. 4, 3. *Κορνηλίου παρεμβολήν.* vocat Orosius 4, 22. *maioris Africani castra.*

fons. Hunc Afri veneno infecerunt, Curionisque exercitui haud leue damnum adtulerunt. Appianus d. l. *M.* Rubenius in Electis 1, 35. vult *pons, quod m. s.* perperam.

succedit, exuberans expanditur. vid. Ind. *M.* Additur *longius*, *lateque.* Sic codd. et edd. vet. Male Scal. *longe lateque.* *Tò late* legitur sic etiam C 3, 111. *late tueri.* Nostro loco non nemo reponit *alte.* frustra.

porta — Bellica. Freinshem.

diriperet atque haberet loco praedae. Eodemque tempore his rebus subsidio sexcenti equites Numidae ex oppido peditesque quadringenti mittuntur a Varo, quos auxilii caussa Rex Iuba paucis diebus ante Vticam miserat. Huic et paternum hospitium cum Pompeio et simultas cum Curione intercedebat; quod Tribunus plebis legem promulgauerat, qua lege Regnum Iubae publicauerat. Concurrunt equites inter se, neque vero primum impetum nostrorum Numidae ferre potuerunt; sed, interfectis circiter CXX, reliqui se in castra ad oppidum receperunt. Interim, aduentu longarum nauium, Curio pronunciare onerariis nauibus iubet, quae stabant ad Vticam numero circiter ducentae, *se in hostium habiturum loco, qui non ex vestigio ad castra Corneliana vela direxisset.* Qua pronunciatione facta, temporis puncto, sublatis ancoris, omnes Vticam relinquunt et, quo imperatum est, transeunt: quae res omnium rerum copia compleuit exercitum.

26. His rebus gestis, Curio se in castra ad Bagradam recepit atque vniuersi exercitus conclamatione Imperator adpellatur: posteroque die Vticam exercitum ducit et prope oppidum castra ponit. Non-

ad Curt. 3, 3, 16. *Beli portam* fuisse credit. vt apud Herod. 3, 155 et 158 *portas Belides* Babylone.

theatro. In MSS. meis omnibus est *a theatro.* Recte, vt sit *aditus a theatro.* Haec Oud. *M.* Recepi.

conferantur. Immo, *conferebantur*: et sic edd. vulg. *M.* Oud. e codd. praetulit *conferantur.*

publicauerat. Dio Cass. 41, 41. *M.*

pronunciare. Sic codd. et noster etiam G. 2, 5.

recepit. Sic codd. Al. *recipit.*

Imperator. Solet Dux, victoria parta, ab exercitu Imperator salutari, hoc est, nomen *Imperator* additur nunc nomini Ducis, estque titulus, quem vulgo dicimus, honorificus, neque tali tempore significat simpliciter eum, qui exercitui cum imperio praeest. Appianus Ciu. 2, 44. p. 455. de hac ipsa re haec scripsit: *Ἔστι τιμὴ τοῖς στρατηγοῖς, τόδε τὸ προσαγόρευμα (Αὐτοκράτωρ) παρὰ τῶν στρατῶν, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων, ἀξίως σφῶν αὐτοκράτορας εἶναι. Καὶ τήνδε τὴν τιμὴν οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο· νῦν δὲ ὅρον εἶναι τῇδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι, τὸ μυρίους πεσεῖν.*

dum opere castrorum perfecto, equites ex statione nunciant, magna auxilia equitum peditumque, ab Rege missa, Vticam venire: eodemque tempore vis magna pulueris cernebatur, et vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. Nouitate rei Curio permotus, praemittit equites, qui primum inpetum sustineant ac morentur: ipse, celeriter ab opere deductis legionibus, aciem instruit: equites committunt proelium: et prius, quam plane legiones explicari et consistere possent, tota auxilia Regis, inpedita ac perturbata, quod nullo ordine et sine timore iter fecerant, in fugam se coniiciunt: equitatuque omni fere incolumi, quod se per litora celeriter in oppidum recepit, magnum peditum numerum interficiunt.

27. Proxima nocte Centuriones Marsi duo ex castris Curionis cum manipularibus suis duobus et viginti ad Attium Varum perfugiunt. Hi seu vere, quam habuerant, opinionem ad eum perferunt, siue etiam auribus Vari seruiunt, (nam quae volumus, et credimus libenter; et, quae sentimus ipsi, reliquos sentire speramus) confirmant quidem certe, totius exercitus animos alienos esse a Curione: maxime opus esse, in conspectum exercitum venire et conloquendi dari facultatem. Qua opinione adductus Varus, postero die mane legiones ex castris educit:

Vanissimus ergo fuit Curio, qui, paucis interfectis, tanto honore se ornari passus est. Cf. 3, 31. *M.*

vestigio temporis. Consensu plurimum codd. τὸ *ex* praemissum sustulit Oud. V. huius notata ad G. 4, 5. Cicero etiam in Pisonem c. 9. *eodem et loci vestigio et temporis.*

ad eum perferunt. Sic codd. et edd. vet. plene. Vulgo deest *ad eum.*

in conspectum. Oud. in ed. poster. dedit *in conspectu,* quod in codd. multis et edd. vet. legitur. Mihi persuasum est, in istis negligentia librariorum lineolam literae inponendam desiderari. Cf. et G. 4, 12. et C. 3, 109. Soloecismus is mire placet Burmanno ad Phaedrum fab. 5, 1, 15. vbi tamen admittendus, vt et apud Manil 5, 590.

supra demonstratum est. Cf. 1, 26. *M.*

facit idem Curio atque, vna valle non magna interiecta, suas vterque copias instruit.

28. Erat in exercitu Vari Sex. Quinctilius Varus, quem fuisse Corfinii, supra demonstratum est. Hic, dimissus a Caesare, in Africam venerat; legionesque eas transduxerat Curio, quas superioribus temporibus Corfinio receperat Caesar; adeo vt, paucis mutatis Centurionibus, iidem ordines manipulique constarent. Hanc nactus adpellationis caussam Quinctilius, circumire aciem Curionis atque obsecrare milites coepit, *ne primi sacramenti, quod apud Domitium atque apud se Quaestorem dixissent, memoriam deponerent; neu contra eos arma ferrent, qui eadem essent vsi fortuna eademque in obsidione perpessi; neu pro iis pugnarent, a quibus contumelia perfugae adpellarentur. His pauca ad spem largitionis addidit, quae ab sua liberalitate, si se atque Attium secuti essent, exspectare deberent.* Hac habita oratione, nullam in partem ab exercitu Curionis fit significatio, atque ita suas vterque copias reducit.

29. Atque in castris Curionis magnus omnium incessit timor: nam is variis hominum sermonibus celeriter augetur: vnusquisque enim opiniones fingebat et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat. Hoc vbi vno auctore ad plures permanauerat,

Curio. Nomen hoc male in codd. quibusdam deest in aliis male legitur *quas Curio.*

adpellationis caussa. Paulo ante, *conloquendi facultas.*

apud se Q dix. scil. in verba Pompeii. Respice ad c. 18

contumelia. Alii *in contumeliam.* — *M.*

addidit. Ita codd. Al. *addit.*

Atque in castris. Hinc capitis initium, non ab *Hic hab. erat.* Nostro *atque* nonnunquam est *at.* vt G. 4, 25. Ita hic codd. et edd. vet. Pro *at* codd. etiam dant *atque* G. 5, 23. Conf. et Ernesti in Ind. Cic. et Misc. Obs. Vol. 4. p. 116. Male ergo h. l. M. Brutus posuit *atqui.* Scal. et vulg. *at.*

incessit. Post hoc verbum vel addendum, vel intelligendum saltem est *animos. M.* Noster absolute sic et alibi. V. C. 3, 44 et 101. et Hirt. Al. 7.

atque alius alii transdiderat, plures auctores eius rei videbatur. [*Ciuile bellum; genus hominum, quod liceret libere facere, et sequi, quod vellet; legiones eae, quae paullo ante apud aduersarios fuerant; nam etiam Caesaris beneficium mutauerat consuetudo, qua offerrentur municipia etiam diversis partibus coniuncta:* neque enim ex Marsis Pelignisque veniebant, vt qui superiore nocte in contuberniis; commilitonesque nonnulli grauiores sermones militum vulgo durius accipiebant: nonnulla etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur.]

30. Quibus de caussis consilio conuocato, de summa rerum deliberare incipit. Erant sententiae, quae *conandum omnibus modis, castraque Vari obpugnanda* censerent; *quod huiusmodi consiliis militum otium maxime contrarium esse arbitrarentur:* po-

alius alii transdiderat. Alii *illis alii tradiderant.* forsan *alius alii tradiderant*, vt alibi, *alius alii ferrent auxilium.*

Ciuile bellum — Haec vsque ad finem capitis multis modis corrupta sunt, nec videntur restitui posse. Coniecturas bene multas, de hoc loco propositas, enumerare nolui: nam vix possunt omnes probari. *M.* Reddit rationes Caesar confusionis, quae erat in castris Curionis. *Ciuile bellum*, dein quod sit *genus hominum, cui* (sic leg. ortum ex *quoi*, non *quod*) *liceret libere facere* etc. Demum quod sint *illae legiones* etc. Sic, etsi sit abrupta oratio, hactenus sat clara erit, iudico Oud. Reliqua non ita facile sanari poterunt.

Caesaris beneficium, quo captos Corfinii seruarat. Cf. 1, 23. *Cellar.* Ergo *consuetudo mutat beneficium* significabit, facit, vt vilescat. Ciacconius maluit, *minuerat*, *M.*

neque enim etc. Malunt Critici *namque enim ex M. P. veniebant ii, qui* etc. De sequentibus et omni hoc loco v. Oud. qui coniecturas variorum refert. Istis adiungere lubet ingeniosam satis Iurinii, quae sic habet: *Ciuile bellum; ingenium hominum, quum liceret libere facere et sequi quod vellent; legiones eae, quae paullo ante apud aduersarios fuerant; (nam etiam Caesaris beneficium minuerat consuetudo conferendi); municipia etiam aduersis partibus coniuncta; (plerique enim ex Marsis Pelignisque veniebant): fuga superiore nocte II Centurionum cum militibus: quin nonnulli grauiores militum sermones vulgo durius accipiebantur: nonnulla etiam ab iis qui diligentiores videri volebant, fingebantur.* Ab initio malles

ftremo *praeftare* dicebant, *per virtutem in pugna belli fortunam experiri, quam, defertos et circumuentos ab fuis, grauiffimum fubplicium pati.* Porro erant, qui cenferent, *de tertia vigilia in caftra Corneliana recedendum, vt, maiore fpatio temporis interiecto, militum mentes fanarentur; fimul, fi quid grauius accidiffet, magna multitudine nauium et tutius et facilius in Siciliam receptus daretur.*

31. Curio, vtrumque inprobans confilium, *quantum alteri fententiae deeffet animi, tantum alteri fupereffe dicebat; hos turpiffimae fugae rationem habere, illos etiam iniquo loco dimicandum putare. Qua enim,* inquit, *fiducia et opere et natura loci munitiffima caftra expugnari poffe confidimus? aut vero quid proficimus, fi, accepto magno detrimento, ab obpugnatione caftrorum difcedimus?*

idem *Belli genus, quo liceret* etc.

confilio. Vulgo *concilio.* Sed v. c. 32.

quod huiusm. militum confiliis — arbitrarentur. Otium non eft contrarium iftiusmodi feditiofis et timidis confiliis; imo vero iis fauet eaque alit. Ergo legerim: *quod* (quam obpugnationem caftrorum) *hui. mil. conciliis* (conciliabulis) *otiofis. mox contr. arbitr.* Poterit etiam *confiliis* feruari. Et vt concilia otiofa funt otioforum concilia; fic labor et occupatio funt iis contraria, h. e. eorum remedium. Aliis aliter vifum eft de loco; fed liceat mihi hic meo fenfu vti. Ingeniofa tamen eft Clarkii coniectura, qui locum eodem modo, quo ego, intellexit, et vnum illud verbum *otium* in *omnium* mutari poffe putat, vt adeo *omnium maxime contrarium confiliis illis* dicatur, fi caftra Vari obpugnentur. *M.* Putat Oud. fufficere, fi *confiliis* auferendi cafu accipias pro *in huiusmodi confiliis.* Mihi fecus videtur. Cum Voffio malim *otium* vertere in *negotium* vel legere transpofitione leui, *quod h. confiliis militum otium* etc. vel *h. confilium mil. otio* etc. Prius horum recepi, fic res bene habet. Alteram iftarum vocum, omiffam ftatim, librarius quis margini adleuerat, quae dein alieno loco in contextum recepta. Pro *huiusmodi* edd. vet. Rom. Ven. habent *hi*, malo. Mod. *his*, bene, fed ex Gloffa. *Militum* pertinet ad *otium*, non ad *confiliis.* Iurinius pro *contrarium effe* legi iubet *conducere* vel *obportunum effe.*

per virtutem. Sic Sall. Cat. 20. *emori per virtutem.*

caftra Cornel. v. ad c. 24. *M.*

poffe conf. Tò *poffe* omifit Scal. reuocauit Oud. e codd. et edd. pr.

quasi noui et felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiam Imperatoribus, et res aduersae odia, concilient. Castrorum autem mutatio quid habet, nisi turpem fugam et desperationem omnium et alienationem exercitus? Nam neque pudentes suspicari oportet, sibi parum credi; neque inprobos scire, sese timeri: quod illis licentiam timor augeat noster; his studia deminuat. Quod si iam, inquit, *haec explorata habemus, quae de exercitus alienatione dicuntur, quae quidem ego aut omnino falsa, aut certe minora opinione esse confido: quanto haec dissimulare et occultare, quam per nos confirmari, praestat? An non, vti corporis vulnera, ita exercitus incommoda sunt tegenda, ne spem aduersariis augeamus? At etiam, vt media nocte proficiscamur, addunt: quo maiorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur: namque huiusmodi res aut pudore, aut metu tenentur, quibus rebus nox maxime aduersaria est. Quare neque tanti sum animi, vt sine spe castra obpugnanda censeam; neque tanti timoris, vt ipse deficiam: atque omnia prius experienda arbitror, magnaque ex parte iam me vna vobiscum de re iudicium facturum confido.*

52. Dimisso consilio, concionem aduocat militum:

pudentes, qui verentur male agere, σώφρονες, αἰδήμονες. Haec etsi paucorum codicum, lectio certe praeferenda est alteri, *prudentes*. Ergo *improbi* sunt, in quibus est, vt ipse scriptor dicit, licentia. *M.* Boni quidam codd. habent *pudentes*. Sunt, quibus honor cordi est, *qui ont du point d'honneur.*

illis, improbis: *his*, pudentibus. *Clarkius.*

noster; his. Sic restituere e codd. Vossius et Danis. Scalig. cum aliis dederat *nostris.*

dissimulare et occultare. Al. *dissimulari et occultari.*

An non. Danis. mallet *At vero*, quia edit. vet. *An vero.* Nolim ego, ob subsequens *At etiam.*

huiusmodi res, i. e. conatus improbi. *Tenentur*, inpediuntur. *M.*

quibus rebus, pudori et metui. *M.*

ipsi deficiam. Manut. et Ciacc. malunt *spe.* Non opus.

consilio. Vulg. *concilio*, male. Nam obponitur *concioni militum.*

commemorat, quo sit eorum vsus studio ad Corfinium Caesar: vt magnam partem Italiae, beneficio atque auctoritate eorum, suam fecerit. Vos enim vestrumque factum, inquit, omnia deinceps municipia sunt secuta; neque sine caussa et Caesar amicissime de vobis, et illi grauissime, indicauerunt. Pompeius enim, nullo proelio pulsus, vestri facti praeiudicio demotus Italia excessit: Caesar me, quem sibi carissimum habuit, prouinciamque Siciliam atque Africam, sine quibus vrbem atque Italiam tueri non potest, vestrae fidei commisit. Adsunt, qui vos hortentur, vt a nobis desciscatis. Quid enim est illis optatius, quam vno tempore et nos circumuenire et vos nefario scelere obstringere? Aut quid irati grauius de vobis sentire possunt, quam vt eos prodatis, qui se vobis omnia debere iudicant; in eorum potestatem veniatis, qui se per vos periisse existimant? An vero in Hispania res gestas Caesaris non audistis? duos pulsos exercitus? duos superatos duces? duas receptas prouincias? haec acta diebus quadraginta, quibus in conspectum aduersariorum venerit Caesar? An, qui incolumes resistere non potuerunt, perditi resistant? vos autem, incerta victoria Caesarem secuti, diiudicata iam belli fortuna, victum sequamini, quum

auctoritate, exemplo, quod magnam vim habet. *M.*

grauissime, honorificentissime: nempe vos non parui faciendos esse. *M.* Vulgo explicant per pessime, hostiliter, male.

facti praeiudicium, i. e. factum, quod est praeiudicium. Praeiudicium vero est, quidquid rem antecedit ita, vt ex hoc et propter hoc iudicetur, quid postea in hac similibusque rebus agendum sit, aut euenturum videatur. Ergo, cum Corfinienses defecissent, poterat ex hoc et propter hoc indicari, ceteros quoque desistere posse atque etiam defecturos esse. Quomodo Pompeius post Corfiniensium deditionem timere sibi et effugere coeperit, v. 1, 24. 27. *M.*

hortentur. Alii *hortantur*.

grauius (vestrae famae turpius) *sentire*. *M.*

in conspectum. Alii *in conspectu*. V. not. ad c. 27.

victum (Pompeium) *sequamini*. *M.*

vestri officii praemia percipere debeatis? Desertos enim se ac proditos a vobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt. Vosne vero L. Domitium, an vos L. Domitius deseruit? Nonne extremam pati fortunam paratos proiecit ille? non sibi, clam vobis, salutem fuga petiuit? non, proditi per illum, Caesaris beneficio estis conseruati? Sacramento quidem vos tenere qui potuit, quum, proiectis fascibus et deposito imperio, priuatus et captus ipse in alienam venisset potestatem? Relinquitur noua religio, vt, eo neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respiciatis illud, quod deditione Ducis et capitis deminutione sublatum est. At, credo, si Caesarem probatis, in me obfenditis, qui de meis in vos meritis praedicaturus non sum, quae sunt adhuc et mea voluntate et vestra exspectatione leuiora; sed tamen sui laboris milites semper euentu belli praemia petiuerunt: qui qualis sit futurus, ne vos quidem dubitatis. Diligentiam quidem nostram, aut quem ad finem adhuc res processit, fortunamque cur praeteream? An poenitet vos, quod saluum atque incolumem exercitum, nulla

Desertos enim, enimuero. v. Ind. *M.*

Vosne. Alii *Vos*. In dubitatione saepe prius *ne* vel *an* omittitur. Cf. G. 7, 5.

noua religio, per ironiam dicitur. *Rhellicanus.*

capitis deminutio est, eaque maxima, (nam fuit triplex) cum quis ius ciuitatis et libertatem et familiam amittit. Iam capti bello, his omnibus amissis, in seruilem transibant more Romano conditionem. Liu. 22, 16, 15. Ergo et hi, qui Corfinii venerant in potestatem victoris, eo sensu *capite deminuti* videntur dici. Sed vidit Hotomannus, rem hoc loco praeter modum augeri. Etsi enim in bellis cum externis hostibus talis deminutio capitis erat: tamen in ciuili bello capti non iure et lege detrusi sunt in illam seruilem conditionem, amisso iure ciuitatis, libertate, familia. Erit ergo h. l. simpliciter intelligendum, eos in alterius potestatem venisse. *M.*

in me obfenditis. Bene sic Ald. Manut. quod firmatur cod. Petau. Vulgo erat *iam me obfenditis*.

processit. Clarke volebat *processerit*. Sed frequens est id ἀνακόλουθον apud nostrum. Cf. Wopkenii Lect. Tullianas 2, 5. et Obs. Miscell. Vol. 3. p. 257.

ducentas naues. Conf. cap.

omnino naue desiderata, transduxerim? quod classem hostium primo impetu adueniens profligauerim? quod bis per biduum equestri proelio superauerim? quod ex portu sinuque aduersariorum ducentas naves onerarias abduxerim; eoque illos compulerim, vt neque pedestri itinere, neque nauibus commeatu iuuari possint? Hac vos fortuna atque his Ducibus repudiatis, Corfiniensem ignominiam, an Italiae fugam, an Hispaniarum deditionem, an Africi belli praeiudicia sequimini? Equidem me Caesaris militem dici volui; vos me Imperatoris nomine adpellauistis. Cuius si vos poenitet, vestrum vobis beneficium remitto: mihi meum restituite nomen; ne ad contumeliam honorem dedisse videamini.

33. Qua oratione permoti milites, crebro etiam dicentem interpellabant, vt magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere viderentur: discedentem vero ex concione vniuersi cohortantur, magno sit animo, neu dubitet proelium committere, et suam fidem virtutemque experiri. Quo facto commutata omnium voluntate et opinione, consensu suo constituit Curio, quum primum sit data potestas, proelio

25 extr. *adduxerim*, id nostras partes, vt nos copiis earum vteremur. *M.* Pro *onerarias* Codd. quidam et edd. vet. *oneratas.* Recepi hic *abduxerim* loco vulg. *adduxerim.* Dederat istud e cod. Viterb. Ciacconius. Probat Oud. Sic et mox 3, 23.

Corfiniensem. Vulgo *Corfiniensium.*

Africi belli praeiudicia, id, quod sub initium belli in Africa accidit, et cui simile quid rursus accidere potest, videturque euenturum. *Sequi ignominiam, fugam, deditionem*, est sequi eos, qui ignominia adfecti sunt, fugerunt, se dediderunt. Ergo et *sequi praeiudicia belli*, sequi hos, qui sub initia belli, in Africa gesti, victi sunt et posthac haud dubie rursus vincentur, qui infausta belli initia habuerunt. — Ceterum, qui illud *an* repetitum aliquoties praetulerunt, pro quo in MSS. passim est *in*, ii sine dubio verum viderunt. *M.* Particulas *an* omnes suasu Ciacconii Scal. omittendas inclusit vncis.

consensu suo. Oud. sic explicat, Curionem, qui noluerit antea proelium committere, nunc consensisse, vt fieret proelium, ideoque suo consensu nunc constituisse. Tamen multo melius erit, vel *suorum*, vel potius *summo* legere, vt edd. vulg. iam ediderunt. *M.*

rem committere. Postero die productos, eodem loco, quo superioribus diebus constiterat, in acie conlocat: ne Varus quidem Attius dubitat copias producere, siue sollicitandi milites, siue aequo loco dimicandi detur occasio, ne facultatem praetermittat.

54. Erat vallis inter duas acies, vt supra demonstratum est, non ita magna, at difficili et arduo adscensu. Hanc vterque si aduersariorum copiae transire conarentur, exspectabat, quo aequiore loco proelium committeret. Simul ab sinistro cornu P. Attii equitatus omnis, et vna leuis armaturae interiecti complures, quum se in vallem demitterent, cernebantur. Ad eos Curio equitatum et duas Marrucinorum cohortis mittit: quorum primum inpetum equites hostium non tulerunt, sed, admissis equis, ad suos refugerunt; relicti ab his, qui vna procurrerant, leuis armaturae, circumueniebantur atque interficiebantur ab nostris. Huc tota Vari conuersa acies suos fugere et concidi videbat. Tum Rebilus, Legatus Caesaris, quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere vsum in re militari sciebat, *Perterritum*, inquit, *hostem vides, Curio: quid dubitas vti temporis obportunitate?* Ille vnum elocutus, vt memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi confirmassent, sequi sese iubet et praecurrit ante omnes: adeoque erat inpedita vallis, vt in adscensu, nisi sublenati a suis, primi non facile eniterentur. Sed praeoccupatus animus Attianorum militum timo-

supra demonstratum est. v. cap. 27. *M.*

magno. Lege e cap. 27 *magna*, vt multi monuerunt. *M.* Clarkius bene recepit, sequor.

at difficili. Male vulgo *ac* vel *aut.*

leuis armaturae scil. milites.

praecurrit ante omnes. Lucan. Pharsal. 4, 702. *M.*

praeoccupatus animus. Sic codd. Alii *praeoccupatis animis — cogitabant.* vel *praeoccupati animi.*

et fuga. Marcl. p. 268. malit *ex fuga.* non male, si codd. addicerent. Ita Dauis. infra 3, 49. e codd. reposuit *odore tetro ex multis cadau.* sic et 3, 18. pro *morbo ex frigore* malo codd. quidam habent *et frigore.*

dicere videretur. Iurinius malit *docere.*

re et fuga et caede suorum, nihil de resistendo cogitabat, omnesque iam se ab equitatu circumueniri arbitrabantur. Itaque prius, quam telum adiici posset, aut nostri propius accederent, omnis Vari acies terga vertit seque in castra recepit.

35. Qua in fuga Fabius Pelignus quidam, ex infimis ordinibus de exercitu Curionis, primum agmen fugientium consecutus, magna voce Varum nomine adpellans requirebat: vti vnus esse ex eius militibus et monere aliquid velle ac dicere videretur. Vbi ille, saepius adpellatus, adspexit ac restitit et, quis esset, aut quid vellet, quaesiuit; humerum apertum gladio adpetit paullumque abfuit, quin Varum interficeret: quod ille periculum, sublato ad eius conatum scuto, vitauit. Fabius, a proximis militibus circumuentus, interficitur. Hac fugientium multitudine ac turba portae castrorum occupantur atque iter inpeditur; pluresque in eo loco sine vulnere, quam in proelio aut fuga, intereunt, neque multum abfuit, quin etiam castris expellerentur: ac nonnulli protinus eodem cursu in oppidum contenderunt. Sed, quum loci natura et munitio castrorum aditum prohibebat; tum quod ad proelium egressi Curionis milites iis rebus indigebant, quae ad obpugnationem castrorum erant vsui. Itaque Curio exercitum in castra reducit, suis omnibus praeter Fabium incolumibus, ex numero aduersariorum circiter sexcentis interfectis ac mile vulneratis: qui omnes, discessu Curionis, multique

humerum apertum, hoc est, dextrum, qui scuto non tegebatur. *Vossius.*

Hac fug. Sic codd. quidam. Alii *Ac*, item *A.*

aditum prohibebat. Bentl. velit *aditu prohibebant.*

tum quod. Id *tum*, male ante *et munitio* positum, huc e codd. transtulit Oud.

quae ad obp. Clarkius e cod. Regio addit *res*, vt solet noster. Sic repetitur locis cap. 41.

ac mile vulneratis. Verbum *mile* Vrsinus e codice restituit: in aliis codd. vel deest, vel in vno *ac eo vuln.* legitur, vt in aliis rursus *atque vuln.* Ciacconius, et post hunc Dauisius, iam monuit, Appianum Ciu. 2, 44. p. 455. tradere, sexcentos e Vari exercitu periisse, *multoque plures vulneratos esse. M.*

praeterea, per ſimulationem vulnerum, ex caſtris in oppidum propter timorem ſeſe recipiunt. Qua re animum aduerſa, Varus, et terrore exercitus cognito, buccinatore in caſtris et paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit.

36. Poſtero die Curio Vticam obſidere et vallo circummunire inſtituit. Erat in oppido multitudo inſolens belli, diuturnitate otii: Vticenſes pro quibusdam Caeſaris in ſe beneficiis illi amiciſſimi: conventus is, qui ex variis generibus conſtaret: terror ex ſuperioribus proeliis magnus. Itaque de deditione omnes palam loquebantur et cum P. Attio agebant, ne ſua pertinacia omnium fortunas perturbari vellet. Haec quum agerentur, nuncii praemiſſi ab Rege Iuba venerunt, qui illum cum magnis copiis adeſſe dicerent et de cuſtodia ac defenſione vrbis hortarentur: quae res eorum perterritos animos confirmauit.

37. Nunciabantur haec eadem Curioni, ſed aliquamdiu fides fieri non poterat: tantam habebat ſuarum rerum fiduciam: iamque Caeſaris in Hiſpania res ſecundae in Africam nunciis ac litteris perferebantur. Quibus omnibus rebus ſublatus, nihil contra ſe Regem niſurum exiſtimabat. Sed, vbi certis auctoribus comperit, minus quinque et viginti mi-

circummunire. Alii *circumvenire.* vt 1, 18.

amiciſſimi. Codd. quidam et edd. vet. addunt *erant.*

conuentus. Cf. Ind. *M.*

palam. Mirum eſt, in multis codd. non peſſimis *in palam* legi, quod Dauiſius exemplis, ſed vltimae latinitatis, et analogia verbi *inſuper* defendit, cui Oudendorpius *inibi*, *incoram*, *inſimul* addidit. Voſſius *multi iam palam* maluit. *M.*

Regem niſurum. alii *auſurum.*

longe ab Vtica. Id *longe* codd. habent. Male deleri volunt Scal. et Ciaccon. Cf. Waſſe ad Sall. Iug. c. 7.

caſtra Corneliana. vid. ad c. 24. *M.*

mitterentur. Conf. 1, 30. 2, 23. Alia *mitteretur.*

natura et loci munitione. Leg. *natura loci et mun.* Monuit etiam Marclandus in Explicat. vett. auct. p. 268. Et quis non ſponte videat? *M.* Reſtitui iure meritoque cum Oud. Cf. c. 31 et 35.

libus longe ab Vtica eius copias abeſſe, relictis munitionibus, ſeſe in caſtra Corneliana recepit. Huc frumentum comportare, caſtra munire, materiam conferre coepit ſtatimque in Siciliam miſit, vti duae legiones reliquusque equitatus ad ſe mitterentur. Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima, natura loci et munitione et maris propinquitate et aquae et ſalis copia, cuius magna vis iam ex proximis erat ſalinis eo congeſta. Non materia multitudine arborum, non frumentum, cuius erant pleniſſimi agri, deficere poterat. Itaque omnium ſuorum conſenſu Curio reliquas copias exſpectare et bellum ducere parabat.

38. His conſtitutis rebus, probatisque conſiliis, ex perfugis quibusdam oppidanis audit, Iubam, reuocatum finitimo bello et controuerſiis Leptitanorum, reſtitiſſe in Regno; Saburam, eius Praefectum, cum mediocribus copiis miſſum, Vticae adpropinquare. His auctoribus temere credens, conſilium commutat et proelio rem committere conſtituit. Multum ad hanc rem probandam adiuuat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis prouentus, fiducia rei bene gerendae. His rebus inpulſus, equitatum omnem prima nocte ad caſtra hoſtium mittit, ad flumen Bagradam, quibus praeerat Sabura, de quo ante erat auditum. Sed Rex omnibus copiis inſequebatur et ſex milium paſſuum interuallo a Sabura conſederat.

ex perfugis — audit. Narrant rem Appian. 2, 45. p. 455. Dio Caſſ. 41, 42. Fraudem paucis adtigit Frontinus Strateg. 2, 5, 40. *M.*

controuerſiis Leptit. De his vid. B. Afr. c. 97. Cf. ibid. c. 7. et Cellarium in notit. orb. 4, 4, 8. vbi oſtendit, hanc Leptin eſſe minorem, in ea regione ſitam, quae Byzacium dicta eſt, haud procul Adrumeto, et diverſam a Lepti maiore, quae longe remota fuit a minore. Vtraque cum alibi, tum in itinerar. Anton. p. 57. 58. edit. Weſſeling. commemoratur. Atque ſic correxit Cellarius ea, quae in notis ad noſtrum hunc locum ſuſpicatus fuerat, conruptum ſibi videri nomen *Leptitanorum*, deceptus fortaſſe a Glareano, qui et ipſe hic haeſerat. *M.*

Saburam. Appiano eſt Σαβούῤῥα; Frontino *Sabora.*

prouentus. v. Ind. *M.*

omnibus copiis. Vid. not. ad G. 2, 7. Alii addunt *cum.*

Equites missi nocte iter conficiunt, inprudentis atque inopinantis hostes adgrediuntur: Numidae enim, quadam barbara consuetudine, nullis ordinibus passim consederant. Hos obpressos somno et dispersos adorti, magnum eorum numerum interficiunt; multi perterriti profugiunt. Quo facto, ad Curionem equites reuertuntur captiuosque ad eum reducunt.

39. Curio cum omnibus copiis quarta vigilia exierat, cohortibus quinque castris praesidio relictis. Progressus milia passuum sex, equites conuenit, rem gestam cognouit; ex captiuis quaerit, quis castris ad Bagradam praesit? respondent, Saburam. Reliqua studio itineris conficiundi quaerere praetermittit, proximaque respiciens signa, *Videtisne*, inquit, *milites, captiuorum orationem cum perfugis conuenire? abesse Regem, exiguas esse copias missas, quae paucis equitibus pares esse non potuerunt? Proinde ad praedam, ad gloriam properate, vt iam de praemiis vestris, et de referenda gratia cogitare incipiamus.* Erant per se magna, quae gesserant equites, praesertim quum eorum exiguus numerus cum tanta multitudine Numidarum conferretur; haec tamen ab ipsis inflatius commemorabantur, vt de suis homines laudibus libenter praedicant. Multa praeterea spolia praeferebantur, capti homines equitesque producebantur: vt, quidquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur. Ita spei Curionis militum studia non deerant. Equites sequi iubet sese iterque accelerat, vt quam maxime

praeferebantur. Hotom. mallet *proferebantur.*

homines equitesque. Leg. *equique*, vt multi monuerunt: nam illud cum quibusdam persuadere mihi non possum, homines esse h. l. pedites. *M.* Ita tamen et Liuius 9, 10. *triginta milibus hominum et quatuor milibus equitum.* Ita et milites obponuntur *equitibus* mox c. 41. Cf. not. ad G. 5, 10. et Gronou. ad Liu. 28, 1. Item *viri* apud Liuium 21, 27. vbi v. Gronou. et apud Silium 9, 559. Demum eo sensu et *exercitus.* V. 9, 6, 10. Iurinius leg. vult *homines, equi, torques.*

ex fuga perterritos adoriri posset. At illi, itinere totius noctis confecti, subsequi non poterant atque alii alio loco resistebant. Ne haec quidem res Curionem ad spem morabatur.

40. Iuba, certior factus a Sabura de nocturno proelio, duo milia Hispanorum et Gallorum equitum, quos suae custodiae caussa circum se habere consueverat, et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburae submittit: ipse cum reliquis copiis elephantisque sexaginta lentius subsequitur, suspicatus, praemissis equitibus, ipsum adfore Curionem. Sabura copias equitum peditumque instruit atque his imperat, vt simulatione timoris paullatim cedant, ac pedem referant: sese, quum opus esset, signum proelii daturum et, quod rem postulare cognouisset, imperaturum. Curio, ad superiorum spem addita praesentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superioribus in campum deducit.

41. Quibus ex locis quum longius esset progressus, confecto iam labore exercitu, sedecim milium spatio constitit. Dat suis signum Sabura, aciem constituit et circumire ordines atque hortari incipit; sed peditatu duntaxat procul ad speciem vtitur, equites in aciem mittit. Non deest negotio Curio suosque hortatur, vt spem omnem in virtute reponant: ne militibus quidem, vt defessis, neque equitibus, vt paucis et labore confectis, studium ad pugnandum virtusque deerat: sed ii erant numero ducenti, reliqui in itinere substiterant. Hi quamcumque in partem in-

ad spem morabatur. quod adtinebat ad eius spem. Vulgo, *ab spe.* — Temeritatem Curionis Appianus d. l. etiam eo arguit, quod tempestate feruida, per arenosas aridasque regiones, torrentibus exsiccatis, Bagrada vero flumine ab hostibus occupato, ad hostem contenderit. M. Sic C. 5, 70. *ad insequendum tardabantur,*

sexaginta. Alii *XL* contra codd. *Lentius* in quibusdam omittitur, male.

imperat, vt simulatione. Hoc Regi Iubae tribuit Frontinus 2, 5.

Hi quamc. Alii *Qui.*

petum fecerant, hostes loco cedere cogebant; sed neque longius fugientes prosequi, nec vehementius equos incitare, poterant. At equitatus hostium ab vtroque cornu circumire aciem nostram et auersos proterere incipit. Quum cohortes ex acie procucurrissent, Numidae integri celeritate inpetum nostrorum effugiebant, rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant et ab acie excludebant. Sic neque in loco manere ordinesque seruare, neque procurrere et casum subire, tutum videbatur. Hostium copiae, submissis ab rege auxiliis, crebro augebantur: nostros vires lassitudine deficiebant: simul ii, qui vulnera acceperant, neque acie excedere, neque in locum tutum referri poterant, quod tota acies equitatu hostium circumdata tenebatur. Hi, de sua salute desperantes, vt extremo vitae tempore homines facere consuerunt, aut suam mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant, si quos ex eo periculo fortuna seruare potuisset. Plena erant omnia timoris et luctus.

42. Curio vbi, perterritis omnibus, neque cohor-

auersos, a terg. *M.*

procucurrissent. vid. Ind. *M.*

nostros. Alii *nostris*, vt G. 3, 5.

suam mortem. Similia apud Lucret. 3, 885 et 965, vt non opus sit legere *sortem*, quod in mentem venerat Bentleio.

parentes. Marcland. p. 268. vult *absentes*, quia nulla coniugum et liberorum aliarumque necessitudinum sit mentio.

atque eo signa. Marclandus p. 269. heic *atque* significare vult statim. De hoc sensu vocis v. Gellium 10, 29. Gron. ad Liu. 26, 39. Ernesti clauem Cic. et Parei lexicon Plautinum ea voce. Quaeri tamen poterit, an nostro loco ea significatio sit admittenda?

integri, qui ne tentarunt quidem fugere, sed, vt sunt, procumbunt. Sunt ergo integri ad caedem. Nam is est integer ad commodum aut incommodum aliquod, qui nihil dum fecit aut passus est, quo illud commodum aut incommodum inpediretur vel adiuuaretur, tardaretur aut accelerаretur. Qui ergo nondum effugere coepit caedem, is est integer ad caedem. *M.*

fidei suae. Id *suae* in codd. et odd. pr. deest.

procliаns interficitur. Eius

tationes suas, neque preces audiri intellegit, vnam, vt miseris in rebus, spem reliquam salutis esse arbitratus, proximos colles capere vniuersos atque eo signa inferri iubet. Hos quoque praeoccupat missus a Sabura equitatus. Tum vero ad summam desperationem nostri perueniunt et partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. Hortatur Curionem Cn. Domitius, Praefectus equitum, cum paucis equitibus circumsistens, vt fuga salutem petat atque in castra contendat; et se ab eo non discessurum pollicetur. At Curio, numquam, amisso exercitu, quem a Caesare fidei suae commissum acceperit, se in eius conspectum reuersurum confirmat atque ita proelians interficitur. Equites perpauci ex proelio se recipiunt: sed ii, quos ad nouissimum agmen equorum reficiendorum caussa substitisse demonstratum est, fuga totius exercitus procul animaduersa, sese incolumes in castra conferunt. Milites ad vnum omnes interficiuntur.

43. His rebus cognitis, M. Rufus Quaestor, in castris relictus a Curione, cohortatur suos, ne animo

caput ad Iubam perlatum est. Appian. 2, 45. p. 456. *M.*

substitisse demonstr est. cap. 39 extr. Hoc loco comparato, quilibet intelliget, *ad nouissimum agmen* esse omnino, a tergo exercitus, in hostes contendentis. Ergo fortasse sine caussa Marclandus in Explic. vet. auct. p. 269 difficultatem in eo quaerit, quod ibi nihil de agmine nouissimo dictum est. *M.*

fuga totius exercitus procul animadu. Idem ille Marclandus dicit, falsum esse hoc de fuga totius exercitus, quia non omnes fugerunt, vt Caesar ipse dixit: vultque adeo sic legi: *sed ii — — fugâ, totius exercitus periculo animaduerso, sese — conferunt.* Non repugno; neque tamen necessarium puto, verba tantopere vrgere. Cum enim cogito, exercitum Curionis, vndiquaque cinctum et desperantem, nullos ordines seruasse, atque adeo victores perequitantes et victos, partim fugientes, partim procumbentes, mixtos fuisse inuicem: nonne hoc procul animaduertentibus praebuerit speciem, totius exercitus fugientis, neque resistentis? nonne, vbi nemo resistit, totus exercitus fusus fugatusque dici poterit? Non quaeritur ad ἀκρίβειαν, an omnes omnino fugerint? sed quid procul stantium oculis oblatum sit. *M.*

deficiant. Illi orant atque obsecrant, vt in Siciliam nauibus reportentur. Pollicetur, magistrisque imperat nauium, vt primo vespere omnes scaphas ad litus adpulsas habeant. Sed tantus fuit omnium terror, vt alii adesse copias Iubae dicerent, alii cum legionibus instare Varum, iamque se puluerem venientium cernere; quarum rerum nihil omnino acciderat; alii classem hostium celeriter aduolaturam suspicarentur. Itaque, perterritis omnibus, sibi quisque consulebat. Qui in classe erant, proficisci properabant: horum fuga nauium onerariarum magistros incitabat: pauci lenunculi ad officium imperiumque conueniebant: sed tanta erat, completis litoribus, contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent, vt multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui ob timorem propius adire tardarentur.

44. Quibus rebus accidit, vt pauci milites patresque familiae, qui aut gratia, aut misericordia valerent, aut naues adnare possent, recepti, in Siciliam incolumes peruenirent: reliquae copiae, missis ad Varum noctu legatorum numero Centurionibus, sese ei dediderunt: quorum cohortes militum postero die ante oppidum Iuba conspicatus, suam esse praedicans

reportentur. Alii *deportentur*, minus bene. Venerant quippe e Sicilia.

venientium. Sic Oud. e codd. Vulgo *venientem* vel *venientum*.

lenunculi. Nonius Marcellus 13, 8: *lenunculus nauigium piscatorium:* qui ex Sallustii Hist. 2 adfert: *per noctem in lenunculo piscari.* In glossis scribitur *lemunculus*, quod putes a *lembunculus* ortum, quo Tacitus 14. 5 vsus est. Sed etiam inscriptiones veteres *corporis lenuncularioruum* mentionem fecerunt, quod vulgarem scripturam confirmat. *Cellarius.* De re omnino consentit Appianus; in paucis quaedam diuersitas est. Qui huic nauium magistri dicuntur, ii sunt apud Appianum 2, 46. ἔμποροι, et cura seruandarum reliquiarum exercitus tribuitur etiam Asinio Pollioni, qui cum paucis e proelio effugerat. *M.*

legatorum numero. In codd. quibusdam legitur *legatis cum Cent.* sed et G. 5, 27. noster habet *obsidum numero*, quod non intellexere librarii.

quorum cohortes militum. Leid. 1. *quarum cohortium milites*, non male.

praedam, magnam partem eorum interfici iussit; paucos electos in Regnum remisit. Quum Varus suam fidem ab eo laedi quereretur, neque resistere auderet: ipse equo in oppidum vectus, prosequentibus compluribus Senatoribus, quo in numero erat Ser. Sulpicius et Licinius Damasippus, paucis diebus, quae fieri vellet Vticae, constituit atque imperauit, diebus aeque post paucis se in Regnum cum omnibus copiis recepit.

interfici iussit. In moenibus eos disposuit, et ita expositos spectaculo telis configi iussit. Appian. 2, 46. p. 456. — Propter operam, a Iuba strenue navatam, Pompeiana factio Iubam Regem adpellandum esse decrevit; Caesariana vero factio Bocchum et Bogudem, hostes Pompeii, simili honore ornauit. Dio Cass. 41, 42. *M.*

diebus aeque p. p. Sic restituit e codd. et edd. vet. Oud. Sic non opus erit cum Iurinio delere prius *paucis diebus*.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARII DE BELLO CIVILI

LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM

Cap. 1. *Caesar Dictator res vrbanas ordinat;* 2. *Consul Brundisium abit.* 3—5. *Pompeius ex oriente magnam vim conligit.* 6—8. *Caesar in Graeciam, parte classis amissa, transiicit, Bibulo incassum obstante.* 9. *M. Octauius, Pompeii Legatus, frustra Salonas obpugnat.* 10. *Caesar pacem tentat.* 11—13. *Captis Orico et Apollonia ad Apsum castra ponit, Dyrrhachium Pompeius occupat.* 14. 15. *Bibulus mari portibusque Caesarem; hic illum terra prohibet.* 16—19. *Bibulus in classe moritur. Labinus, ad Pompeium transfuga, nisi Caesaris capite relato, componi pacem posse negat.*

Cap. 20—22. *In Italia Coelii et Milonis motus horum caede sedantur.*

Cap. 23. 24. *Libo, Pompeii Legatus, Brundisinum portum frustra obsidet.* 25—30. *Reliquae Caesaris legiones aegre ab Antonio transuehuntur.* 31—33. *Scipio, detrimentis circa Amanum acceptis, ad Pompeium adducit exercitum, quem largitionibus et rapinis et vexatione Graecorum in officio tenet. Ephesinas pecunias aegre seruat Caesar.* 34. 35. *Cassium in Thessaliam, Caluisium in Aetoliam, Domitium in Macedoniam mittit.* 36—38. *Huic obpositus Scipio male rem gerit.* 39. 40. *Pompeii filius Oricum et Lissum tentat.* 41—51. *Caesar Pompeium ad Dyrrhachium obsidet; vterque magnam bellandi scientiam prodit.*

Cap. 52—56. *Pluribus proeliis Pompeio deuicto, Caesar per Fusium Aetoliam, Acarnaniam, Boeotiam occupat, Achaiae inhiat, quam Rutilius Lupus tuetur.* 57. 58. *Caesar denuo cum Scipione de pace agit, frustra. Pabuli inopia Pompeium*

premit. 59—71. *Ad hunc Allobroges duo fratres, relicto Caesare, transeunt, eius consilia Pompeio produnt, qui duplici clade Caesarem ad Dyrrhachium adficit. Labienus captiuos trucidari iubet.*

Cap. 72. *Fiducia magna Pompeianis accedit.* 73—81. *Fugiens Caesar cum Domitio coniunctus Thessaliam occupat.* 82. 83. *Sequitur Pompeius. Victoriae quasi certi Pompeiani de praemiis et honoribus et de persequendis inimicitiis agunt.* 84—89. *Proelium vtrimque paratur.* 90—100. *Pugna ad Pharsalum, Pompeio fatalis. castra eius, luxu plena, a Caesare capta. Domitius caesus. Pompeius fuga elabitur.* 101. *Cassius in Sicilia Caesaris classem incendit.* 102. *Fugientem Pompeium persequitur Caesar.* 103. 104. *Iste in Aegyptum se recipit, vbi ab Achilla, Regio praefecto, et Septimio Tribuno militum interficitur.* 105. *Caesar Ephesiae pecuniae, a T. Ampio spoliandae, iterum auxilium adfert. Portenta victoriae nuncia.*

Cap. 106—108. *Caesar Alexandriam venit, de Pompeii nece cognoscit, controuersias Ptolemaei et Cleopatrae dirimere parat.* 109. *Excitatur ab Achilla tumultus. Is Dioscoridem et Serapionem Regis legatos interfici iubet. Rege potitur Caesar.* 110—112. *Achillas Caesarem adoritur, fit pugna ad portum. Caesar naues incendit, ad Pharum milites exponit; pugnatur in vrbe. Filia minor Ptolemaei ad Achillam transit e Regia, oritur inter eos de principatu controuersia. Pothinus, Regni procurator, in parte Caesaris, clam cum Achilla agit et a Caesare interficitur. Haec initia belli Alexandrini.*

Dictatore habente comitia Caesare Consules creantur Iulius Caesar et P. Seruilius: is enim erat annus, quo per leges ei Consulem fieri liceret. His rebus confectis, quum fides tota Italia esset angustior, neque creditae pecuniae soluerentur, constituit, vt

Dictatore Caesare. Redit narratio ad 2, 21. 22. *M.*

Caesar et Seruilius. Consulatu hoc functi sunt anno P. V. C. 706. Sed Pompeiana factio, Thessalonicae congregata, cum hos Consules non agnosceret, Lentulum et Marcellum, superioris anni Consules, habuit loco et numero Consulum, sed eos Proconsules adpellauit. Dio Cass. 41, 43. *M.*

P. Seruilius. Isauricus, Isaurii filius.

annus, quo — liceret. Annus decimus a primo Consulatu. Liu. 7, 42. *Cellarius.* Veteres hanc legem repetiit, et denuo sanxit Sylla, auctore Appian. Ciuil. 1, 100. p. 415. *M.* [illegible] volebat *Consuli*, inuitis codd. Vtrumque dicitur.

constituit — aestimaret. [illegible] *stimauit.* Sueton. Iul. c. 42.

arbitri darentur; per eos fierent aeſtimationes poſſeſſionum et rerum, quanti quaeque illarum ante bellum fuiſſent, atque eae creditoribus transderentur. Hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et ciuiles disſenſiones ſequi conſueuit, et ad debitorum tuendam exiſtimationem, eſſe aptiſſimum exiſtimauit. Item, Praetoribus Tribuniſque plebis rogationes ad populum ferentibus, nonnullos, ambitus Pompeia lege damnatos illis temporibus, quibus in vrbe praeſidia legionum Pompeius habuerat, (quae iudicia, aliis audientibus iudicibus, aliis ſententiam ferentibus, ſingulis diebus erant perfecta,) in integrum reſtituit; qui ſe illi initio ciuilis belli obtulerant, ſi ſua opera in bello vti vellet, proinde aeſtimans, ac ſi vſus eſſet, quoniam ſui feciſſent poteſtatem: ſtatuerat enim, hos prius

Plutarch. Caeſ. c. 37. Dio Caſſ. 41, 37. 38. Appian. 2, 48. pag. 458. Conf. Ind. in *tabulae nouae*. De turbis inde enatis cf. infra c. 20. *M.* De lege Caeſaris v. et Tacit. Ann. 6, 16. Aliam tum legem tuliſſe, refert Dio l. 12. p. 159. ne quis in auro vel argento plus quam LX HS. poſſideret. *Tabulae nouae* Graece dicuntur χρεῶν ἀποκοπὴ et σεισάχθεια.

fuiſſent. alii *fuiſſet.*

Pompeia lege. Dio Caſſ. 40, 52. *Callarius.*

praeſidia legion. in vrbe. Cicero pro Mil. c. 1. et Aſconius in argumento Milonianae. *M.*

quae iudicia — perfecta. Et haec lucem capiunt ex Aſconiano illo argumento. Teſtes per triduum auditi ſunt; quarto die omnes iuſſi ſunt adeſſe in diem poſterum. Tum accuſator et reus verba fecerunt, eodemque die ſententia pronunciata eſt. Erit ergo *audire* hoc loco, teſtes audire, omnemque cauſam cognoſcere. Fieri enim potuit, vt, qui non interfuiſſent ſuperioribus diebus, aut ſemel ſaltem afuiſſent, hi deinde cum ceteris ſuffragarentur. vid. Ciacconius ad h. l. qui poſt *audientibus* addi voluit *teſtes.* *M.*

in integrum reſtituit, excepto Milone. Appianus l. c. *M.*

proinde — ac. Et *proinde ac*, et *perinde ac*, eodem ſenſu dicitur *M.* Codd. vtrumque habent. Nepos Lyſ. 2. et Alcib. 6. habet etiam *proinde ac.* item Cic. Tuſc. 5, 2. Plaut. Trin. 5, 2, 33.

ingratus erga populum, a quo Conſul creatus fuerat. *M.* Sed *ingratus in referenda gratia* eſt modus loquendi inſolens, pro quo Bentleius legi iubet *ceſſator in ref. gratia.* Ea voce vtitur Cic. ad Q. Fr. 3, 6. Iurinius dabat *indiligens.*

in praeripiendo. Sic codd. vetuſtiſſimi. alii et edd. vet. *praecipiendo* i. e. *praeoccupando.* Sic et c. 31. et ſupra 8, 51. h. l. nimia cupiditas exprimi debuit.

iudicio populi debere restitui, quam suo beneficio videri receptos, ne aut ingratus in referenda gratia, aut adrogans in praerspiendo populi beneficio videretur.

2. His rebus, et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiundis, vndecim dies tribuit, Dictaturaque se abdicat et ab vrbe proficiscitur Brundisiumque pervenit. Eo legiones duodecim et equitatum omnem venire iusserat; sed tantum nauium reperit, vt anguste quindecim milia legionariorum militum, quingentos equites transportare possent. Hoc vnum, [inopia nauium] Caesari ad conficiendi belli celeritatem defuit. Atque eae ipsae copiae hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hispania magnum numerum deminuerat, et grauis autumnus in Apulia circumque

feriis Latinis. De his Dio 46, 4.

comitiis omnibus, quibus cum Magistratus vrbanos (Dio Cass. 41, 36), tum Proconsules et Propraetores (Appian. p. 457) creavit. *M.* Suo arbitratu.

vndecim dies, ex quo Dictaturam susceperat, *M.*

ad vrbe proficiscitur, mense Decembri anni P. V. C. 705, non exspectatis calendis Ianuariis, quibus Consulatum rite auspicaretur. Sic Appian. l. c. Infra vero c. 6. Caesar dicitur pridie nonas Ianuarias iam Brundisii fuisse et inde soluisse. De his tamen recte intelligendis monuit Vsserius in Annal. ad an. Mundi 3956, Ianuarium illum respondere *Octobri* Iuliano, e vitiosa tum ratione anni Romani: inde non esse mirum, cur infra demum c. 9. hiems adpropinquasse dicatur. *M.* Secundum Guischardum *Nouembri* Iuliano. Vide tabulam chronologicam post dissertationem Dodwelli positam.

tantum nauium. i. e. tam parum. Sic et 6, 35. Mox rectius *transportari* Iurinius.

quindecim milia leg. mil. Sic codd. omnes et edd. vet. Contra Scal. dedit *XX milia*; quod vulgo receptum, quia magis conueniat cum VII legionibus. de quibus c. 6. Sed Caesar ipse copias eas infrequentiores fuisse docet.

quingentos equites. Hic contra codd. vulg. insferitur *et.* Scaliger, secutus Ciacconium, dedit *DC.* inuitis codd. ex relatione Appiani 2, 54 et Plutarchi c. 37.

inopia nauium. Verba haec videntur ab aliena manu assuta, vt plures iam monuerunt. *M.* Delenda videntur. vncinis inclusi.

Atque eae ipsae copiae — Hae copiae, etsi vix capi poterant a nauibus, tamen erant multo infrequentiores, s. pauciores, quam numerus earum fuisset, nisi morbis aliisque incommodis deminutus esset. — Plutarch. in Caes. c. 37 refert, milites, confectos labore vulneribusque, aegerrime tulisse, quod nondum quies ipsis indulgeretur a Caesare, ideoque lente con-

Brundisium, ex saluberrimis Galliae et Hispaniae regionibus, omnem exercitum valetudine tentauerat.

3. Pompeius, annuum spatium ad comparandas copias nactus, quod vacuum a bello atque ab hoste otiosum fuerat, magnam ex Asia Cycladibusque insulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phoenice et Aegypto classem coegerat; magnam omnibus locis aedificandam curauerat; magnam imperatam Asiae, Syriae, Regibusque omnibus et Dynastis et Tetrarchis et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat; magnam societates earum prouinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat.

4. Legiones effecerat ciuium Romanorum nouem; quinque ex Italia quas transduxerat; vnam ex Sicilia veteranam, quam, factam ex duabus, gemellam appellabat; vnam ex Creta et Macedonia, ex veteranis militibus, qui, dimissi a superioribus Imperatoribus, in iis prouinciis consederant; duas ex Asia, quas Lentulus Consul conscribendas curauerat. Praeterea

venisse Brundisium: sed vbi intellexissent, Caesarem iam soluisse, verecundia plenos vnum illud optasse, vt eum mox sequi possent. *M.*

ex salub. — regionibus, post commorationem in saluberrimis regionibus. *M.*

annuum spatium ab eo inde tempore, quo Caesar e Gallia in Italiam cum exercitu venerat. vid. init. libri primi. *M.*

societates publicanorum. *Hotomannus.*

Sicilia. Ciaccon. legendum putat *Cilicia*, collato cum c. 88. Sed ibi sermo de Ciliciensi legione adducta a Scipione. V. Lucan. 7, 222. hic de legione, quam Cato duxerat e Sicilia.

Lentulus Consul, h. e. superiore anno, quo Consul fuerat, vid. ad c. 1. Verbum *Consul* fortasse in quibusdam edd. omissum est, quia putarunt, de hoc anno agi, quo Caesar et Seruilius Consules fuerunt. Sed de superiore anno sermo est. *M.*

Antonianos milites. Cf. cap. 10. et 67. Sueton. in Iul. cap. 36 inter clades, quas legati Caesaris acceperunt, refert, C. Antonium in Illyrico (ad Corcyram, cf. c. 10) in aduersariorum venisse potestatem. Narrauit Dio Cass. 41, 40. vbi vid. Fabricius. Orosius 6, 15: *Antonius, quum se Octauio cum quindecim cohortibus dedidisset, omnes ad Pompeium deducti sunt.* Conf. Ciacconius ad libr. secundum extr. *M.*

sagittarios. Alii *sagittariorum.* Sed et Liuius 35, 20. *pedites XV milia.* vbi tamen Gronou. mauult *peditum.* Cf. et Perizon. ad Sanct. Min. 4, 8.

cohortes sexcen. duas. Co-

magnum numerum ex Theſſalia, Boeotia, Achaia Epiroque, ſubplementi nomine, in legiones distribuerat. His Antonianos milites admiſcuerat. Praeter haſ exſpectabat cum Scipione ex Syria legiones duas; ſagittarios ex Creta, Lacedaemone, Ponto atque Syria reliquisque ciuitatibus, tria milia numero habebat; funditorum cohortes ſexcenarias duas; equitum ſeptem milia, ex quibus ſexcentos Gallos Deiotarus adduxerat, quingentos Ariobarzanes ex Cappadocia, ad eumdem numerum Cotys ex Thracia dederat et Sadalam filium miſerat. Ex Macedonia ducenti erant, quibus Rhaſcypolis praeerat, excellenti virtute: quingentos ex Gabinianis Alexandria, Gallos Germanosque, quos ibi A. Gabinius praeſidii cauſſa apud Regem Ptolemaeum reliquerat, Pompeius filius cum claſſe adduxerat; octingentos, quos ex ſeruis ſuis paſtorumque ſuorum coegerat: trecentos Tarcondarius Caſtor et Donilaus ex Gallograecia dederant. Horum alter vna venerat, alter filium

hors ſexcenaria eſt, quae conſtat ſexcentis. Sic explicauit et reſtituit locum ope codicum bonorum Oud. cum vulgo ederetur: *funditorum cohortes ſex, mercenarias duas.* Idem contulit *cohortes quadragenarias, quinquagenarias*, quae eodem ſenſu dicuntur. *M.* In codd. legebatur *VI cenarias*, quod non intelligebant librarii. Conf. Drakenb. ad Liu. 7, 7.

equitum. Addebatur hic *delectorum*, ab iis, qui praecedentia non capiebant.

quingentos Ariob. Cf. Appian. 2, 71.

Cotys. Sic codd. et NN. Alii *Cotus.* Cf. c. 36.

Sadalam. Legebatur *Suſalem* vel *Saſalam.* Reſtituit Ciaccon. e Lucano 5, 54. *Sadalem.* Oud. cum Heinſio e codd. *Sadalam.*

Rhaſcypolis. Sic codd. hic et apud Lucan. l. c. In NN. dicitur Ῥασκούποριs.

Gabinius Ptolemaeum in regnum Aegypti reduxerat, eiecto Archelao, quem ſibi Regem adſciuerant. Liu. epit. 105. Dio Caſſ. 39, 55. ſqq. *Dauiſ.*

quos ex ſeruis — Fortaſſe cum Lipſio in analect. ad dialogos de milit. Rom. ad L. 1. Dial. 2. legi poterit: *quos ex ſeruitiis paſtoribusque ſuorum coegerat.* Conf. 1, 24: *Pompeius ſeruos paſtoresque armat, atque his equos adtribuit. M.* Forſan *paſtores* hic ſunt pecoris magiſtri, quibus miniſtrabant *ſerui* viliores.

Tarcondarius Caſtor. Male haec nomina ſeiunguntur commate. Apud Strab. L. 12. p. 568. eſt *Caſtor Saocondarius.* Deiotari gener. *Tarcondimotum* dedit Florus 2, 5. V. et Cic. ad Diu. 15, 1.

miserat. Ducenti ex Syria a Comageno Antiocho, cui magna praemia Pompeius tribuit, missi erant; in his plerique hippotoxotae. Huc Dardanos, Bessos, partim mercenarios, partim imperio aut gratia comparatos, item Macedonas, Thessalos ac reliquarum gentium et ciuitatum adiecerat, atque eum, quem supra demonstrauimus, numerum expleuerat.

3. Frumenti vim maximam ex Thessalia, Asia, Aegypto, Creta, Cyrenis reliquisque regionibus comparauerat: hiemare Dyrrhachii, Apolloniae omnibusque oppidis maritimis constituerat, vt mare Caesarem transire prohiberet: eiusque rei caussa omni ora marituma classem disposuerat. Praeerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius; Asiaticis D. Laelius et C. Triarius; Syriacis C. Cassius; Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio; Liburnicae atque Achaicae classi Scribonius Libo et M. Octauius: toti tamen officio maritumo M. Bibulus praepositus cuncta administrabat: ad hunc summa imperii respiciebat.

Comageno Ant. quem Pompeius extremae sub Tauro Syriae, quae Comagene dicitur, praeposuerat. Cic. ad Diu. 15, 1. *Cellarius.*

hippotoxotae. Curt. 5, 4. *sagittarios equites* vocat.

Dardani, populus Moesiae superioris, Illyricum et Macedoniam versus: *Bessi*, Thraciae, in Haemo monte. *Cellar.*

quem supra demonstr. An septem milia? *M.* V. Plutarch. Pomp. c. 64.

eiusque rei. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *eius.*

cum C. Coponio Cic. de Diu. 1, 32. et epistola Pompeii in Ciceronianis ad Atticum 8, 12. Haec Ciacconius indicarat, et vulgo in Caesaris loco male legi *cum Pomponio* monuerat. *M.* Cf. c. 26.

Liburnica classis. Liburnia Dalmatiae vicina. — Hic Libo et Octauius Antonium, de quo c. 4, vicerunt. — Copias Pompeii recensuit etiam Appianus Ciu. 2, 49, p. 458. Plutarch. Pompei. c. 64. *M.*

vt supra demonstr. c. 2. In bonis codd. *impositae legiones* pro *impositis legionibus* legitur, quod ferri potest, si post *soluit* punctum ponatur, et comma hoc, *impositae — septem*, vt per se positum accipiatur. *M.*

septem. Mallet Oud. *quinque.* Sic enim Appian. 2, 54. et Plut. c. 37. Sed contra codd. nil mutat.

Cerauniorum. Sic Victorius Var. lect. 13, 1 legendum esse vidit, pro *Graecorum*, *Germaniorum*, *Germiniorum*, quae in codd. et edd. ant. exstant. Probauit Cellarius, Dauisius, qui diligenter rem illustrauit, et Oudendorpius: et loquitur ipsa res, quia in litore Epiri, vbi Caesar adpulit, montes Ceraunii s. Acro-

6. Caesar, vt Brundisium venit, concionatus apud milites: *quoniam prope ad finem laborum ac periculorum esset peruentum, aequo animo mancipia atque inpedimenta in Italia relinquerent; ipsi expediti naues conscenderent, quo maior numerus militum posset inponi; omniaque ex victoria et ex sua liberalitate sperarent:* conclamantibus omnibus, *imperaret quod vellet; quodcumque imperauisset, se aequo animo esse facturos;* pridie Nonas Ianuarias naues soluit, inpositis, vt supra demonstratum est, legionibus septem. Postridie terram adtigit. Cerauniorum saxa inter et alia loca periculosa quietam nactus stationem et portus omnes timens, quos teneri ab aduersariis arbitrabatur, ad eum locum, qui adpellatur Palaeste, omnibus nauibus ad vnam incolumibus, milites exposuit.

7. Erat Orici Lucretius Vespillo et Minucius Rufus cum Asiaticis nauibus duodeuiginti, quibus iussu D. Laelii praeerant; M. Bibulus cum nauibus CX

ceraunia fuerunt: et Appian. 2, 64. p. 461. eum Dione Cass. 41, 44. et Lucano 5, 457 diserte Ceraunios montes nominant, ad quos ventorum vi Caesar sit illo tempore delatus. Probo deinde Dauisianam distinctionem: *Postridie ter. adtigit. Cerauniorum saxa inter* — *M.* Bene. sic restitui. Cf. Appian. l. c. Vulgo punctum ponebatur post *Cerauniorum.* Verba *et alia loca periculosa* deleri vult Rutgers. V. L. 4, 5.

quietam nactus stat. Inepte satis. Legere malim *inquietam.*

quos teneri. Alii *quod.*

Pharsalia. Sic codd. omnes. Post Aldum *Pharsalus* editum est, monente Oud. Sed cum Pharsalus fuerit mediterranea vrbs Thessaliae, vt constat, non potuit Caesar ad Pharsalum milites exponere. Est ergo haec lectio falsa. Iam multi interpretes proferunt annotationem Pauli Marsi ad Ouid. Fast. 4, 236, vbi dicit, se in antiquo Caesaris codice reperisse *Paloeste* pro *Pharsalia.* Ergo, etsi nullo alio loco *Palaeste*, vrbs Epiri, commemoratur, tamen sumunt, fuisse in Epiro vrbem *Palaeste.* Firmant hanc opinionem loco Lucani (4, 460), vbi, de hac ipsa nauigatione loquens, classem Caesaris dicit *Palestinas vncis confixisse harenas.* Fit ergo haec sententia si non certa, at verisimilis, *Palaeste* siue *Paleste* hic legendum esse. Multa in hanc sententiam conlegisse Palmerium (Graec. ant. 2, 2. p. 259), iam Cellarius monuerat. Ceterum cf. Intt. ad Lucan. d. l. *M.* Sequor Cellarium. Vel ex solo Lucano res et manifesta.

Erat. Sic odd. Ita et C. 1, 2. *Intercedit Antonius et Cassius.*

Lucretius Vespillo. Inter

Corcyrae. Sed neque illi, ſibi confiſi, ex portu prodire ſunt auſi, quum Caeſar omnino duodecim naues longas praeſidio duxiſſet, in quibus erant conſtratae quatuor: neque Bibulus, inpeditis nauibus diſperſisque remigibus, ſatis mature occurrit, quod prius ad continentem viſus eſt Caeſar, quam de eius aduentu fama omnino in eas regiones perferretur.

8. Expoſitis militibus, naues eadem nocte Brundiſium a Caeſare remittuntur, vt reliquae legiones equitatusque transportari poſſent. Huic officio praepoſitus erat Fuſius Kalenus, Legatus, qui celeritatem in transportandis legionibus adhiberet. Sed ſerius a terra prouectae naues, neque vſae nocturna aura, in redeundo obſenderunt. Bibulus enim, Corcyrae certior factus de aduentu Caeſaris, ſperans, alicui ſe parti onuſtarum nauium occurrere poſſe, inanibus occurrit et, nactus circiter triginta, in eas indiligentiae ſuae ac doloris iracundia erupit omnesque

maiores huius *Q. Lucretius Veſpillo* in NN. famil. Vaillantii.

Sed neque. Alii *Sed nequaquam.*

ſibi confiſi. Oud. cenſet, *non* ἀπὸ κοινοῦ repetendum. Id mihi non videtur neceſſe. Senſus: *Neque ſunt ſibi ſatis confiſi, vt prodirent.*

conſtratae quatuor. Alii *conſtructae.* Ex *IIII, quatuor,* factum eſt a librariis *illi,* quod legitur in edd. vet. Sic paullo ante pro *illi* legebatur *quatuor,* ortum ex eodem errore.

neque Bibulus. Hoc *neque* vulgo omiſſum in codd. reuocauit Kohlius.

Fufius. Cf. C. 1, 87. Vulgo *Fuſius.*

indiligentiae. Sic Vrſini codex: et eſt neceſſario ſic legendum: nam Bibulus fuit indiligens, quia, vt eſt c. 7, non ſatis mature occurrit Caeſari, et Dio Caſſ. 41, 44 dicit, *Καῖσαρ, λαθὼν τὸν Βίβουλον, ἐπεραιώθη.* Ceteri codd. habent *diligentiae.* Cf. Ind. *M.* In refingendo hoc loco quidam ineptiunt. V. Oud.

iracundia. Leg. *iracundiam,* vt Faerno et Dauiſio placuit. *M.* *Iracundia* auferendi caſu ponitur.

cuſtodiisque. Tollendum eſt *que,* et comma hoc cum *occupauit* iungendum: deinde legendum *excubans,* quod omnes codd. praeter vnum habent. *M.*

excubabat. Vulgata haec lectio eſt. Aſt codd. habent *excubans.* Id Marcl. p. 270. reſtituendum putat legendumque in praeced. *cuſtodiasque dil. diſpoſuit.* Parum intereſt.

incendit; eodemque igne nautas dominosque nauium interfecit, magnitudine poenae reliquos deterrere sperans. Hoc confecto negotio, a Salonis ad Orici portum stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupauit: custodiisque diligentius dispositis, ipse grauissima hieme in nauibus excubabat, neque vllum laborem aut munus despiciens, neque subsidium exspectans, si in Caesaris complexum venire posset.

9. Discessu Liburnarum ex Illyrico, M. Octauius cum iis, quas habebat, nauibus Salonas peruenit. Ibi concitatis Dalmatis reliquisque barbaris, Issam a Caesaris amicitia auertit: conuentum Salonis quum neque pollicitationibus, neque denunciatione periculi, permouere posset, oppidum obpugnare instituit: est autem oppidum et loci natura et colle munitum: sed celeriter ciues Romani, ligneis effectis turribus, iis sese munierunt et, quum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum, crebris confecti

neque vllum — posset. Sensus est perspicuus, Bibulum durissima quauis conditione vti velle, si modo confligere cum Caesare possit. Si Caesar scripsit, vt libri antiqui exhibent, *in complexum Caesaris venire*, pro praelio confligere: dixit ad imitationem sermonis Graeci, *συμπλέκεσθαι τινι.* Sed mirum fuerit, Caesarem hoc nouo Romanis Graecismo vsum esse. In duobus codd. est *conspectum*; non male. Mox legitur in codd. vilioribus: *veniret. Sed post discessum*; in melioribus: *venire posset. Discessu. M.* Marcland. *Caesaris* positum esse vult pro *Caesarianorum*, vt c. 92. Ex sq. *posset* ortum est id *Sed post.* Quod adtinet ad *subsidium*, Bibulus id omnino exspectasse videtur, saltem ei mox Libo se coniunxit. V. c. 15. Coniecturas doctorum de h. l. emendando dat Oud.

Discessu Liburn. De classe Liburnica vid. c. 5. Sed quando et quorsum discesserunt? Existimant quidam interpretes, Antonianos captos (vid. ad c. 4) his nauibus ad Pompeium deductos esse per Libonem: itaque Octauium cum reliquis nauibus nunc Salonas venisse. *M.*

Salonis. Scal. male *Salonas*, quod et alii temere secuti.

et colle. quasi *et in primis colle.* Sic 2, 1. *loci natura et valle.* vel est *ἓν διὰ δυοῖν.* Iurinius haec parum cohaerere iudicat et pro *munitum* legi iubet *infirmum.* forsan addendum *parum* vel *non satis munitum.*

sed celeriter — et, quum. Clarke rectius fore iudicat, si legatur, *et celeriter — sed, quum.*

vulneribus, ad extremum auxilium descenderunt, seruosque omnes puberes liberauerunt et, praesectis omnium mulierum crinibus, tormenta effecerunt. Quorum cognita sententia, Octauius quinis castris oppidum circumdedit atque vno tempore obsidione et obpugnationibus eos premere coepit. Illi omnia perpeti parati, maxime a re frumentaria laborabant. Quare missis ad Caesarem legatis, auxilium ab eo petebant: reliqua, vt poterant, per se incommoda sustinebant: et longo interposito spatio, quum diuturnitas obpugnationis negligentiores Octauianos effecisset, nacti occasionem meridiani temporis, discessu eorum, pueris mulieribusque in muro dispositis, ne quid quotidianae consuetudinis desideraretur, ipsi, manu facta, cum iis, quos nuper manumissos liberauerant, in proxima Octauii castra inruperunt. His expugnatis, eodem inpetu altera sunt adorti, inde tertia et quarta et deinceps reliqua: omnibusque eos castris expulerunt et, magno numero interfecto, reliquos atque ipsum Octauium in naues confugere coegerunt. Hic fuit obpugnationis exitus. Iamque hiems adpropinquabat, et, tantis detrimentis acceptis, Octauius, desperata obpugnatione oppidi, Dyrrhachium sese ad Pompeium recepit.

seruosque etc. Exemplum simile apud Florum 2, 6. et Plut. in Cat. min. c. 65. et Appian. Pun. 93.

praesectis — crinibus. Et hoc in obsidione Capitolii factum teste Vegetio 4, 9. Alia exempla dant Florus 2, 15. Appian. l. c. Capitolin. in Maximo et Balbo c. 16.

tormenta, funes. vid. ad B. G. 7, 22. *M.*

Quare missis. In codd. et edd. vet. male legitur *qui remissis.*

merid. temporis. Media nocte habet Dio 42, 11.

manumissos, codd. recentiores: *maximi*, codd. optimi: *maxime*, codex vnus Oud. ergo *nuper maxime* coniungit, vt sit, nuperrime. Sed quidni etiam codd. recentiores veram lectionem habeant? *M.*

reliqua i. e. *quinta.* Nec opus cum Rubenio in Electis 2, 7. supra pro *quinis* legere *quindenis.*

hiems adpropinquabat. vid. ad c. 2. ex Vsserii annalibus prolata, quae h. l. etiam Dauisius probauit. *M.* Scil. fastos demum biennio post reformauit Caesar. v. Suet. Iul. 40. Censorin. de Die nat. c. 20.

10. Demonstrauimus, L. Vibullium Rufum, Pompeii Praefectum, bis in potestatem peruenisse Caesaris atque ab eo esse dimissum, semel ad Corfinium, iterum in Hispania. Hunc pro suis beneficiis Caesar idoneum iudicauerat, quem cum mandatis ad Cn. Pompeium mitteret; eumdemque apud Cn. Pompeium auctoritatem habere intellegebat. Erat autem haec summa mandatorum, *debere vtrumque pertinaciae finem facere et ab armis discedere neque amplius fortunam periclitari: satis esse magna vtrimque incommoda accepta, quae pro disciplina et praeceptis habere possent, vt reliquos casus timerent. Illum Italia expulsum, amissa Sicilia et Sardinia duabusque Hispaniis, et cohortibus in Italia atque Hispania ciuium Romanorum centum atque triginta; se morte Curionis et detrimento Africani exercitus tanto, militumque deditione ad Corcyram. Proinde sibi ac Reipublicae parcerent; quantum in bello fortuna posset, iam ipsi incommodis suis satis essent documento. Hoc vnum esse tempus de pace agendi, dum sibi vterque confideret et pares ambo viderentur: si vero alteri paullum modo tribuisset fortuna, non esse vsurum conditionibus pacis eum, qui superior videretur, neque*

acceptis. Sic Scalig. e cod. Vrsini. alii *receptis.*

Vibullium Rufum. Conf. 1, 34. *M.*

ad Pompeium mitteret. Adtigit Plutarch. in Pomp. c. 65. vbi Vibullius corrupte scribitur Ἰούβιος. Fortasse Ροῦφος. *M.* Xylander ibi reposuit Οὐιβίλλιον.

Italia. Alii *ab Italia.*

se morte Curionis — documento. Male Iurinium habet illud *tanto*, quum ad summum id detrimentum fuerit viginti cohortium. Tum pronomen *se* non habere ait, quo referatur. Transpositione mederi loco parat ita: *se morte C. et detr. Af. ex. illato et dedit. milit. ad C. quantum in bello fort. posset, iam ipsum inconim. suis satis esse doc. Proinde sibi ac RP. parcerent; hoc vnum ..*

deditione ad Corcyram. Vid. ad c. 4 de militibus Antonianis. Corcyram esse h. l. Corcyram nigram ad Illyricum, diuersam ab altera nobiliore, e regione Epiri sita, de qua c. 16 sermo est, existimat ad h. l. Vossius. Dio Cass. 41, 40 νησίδιόν τι dixerat, ne nomine quidem addito. *M.* De Corcyra nigra v. Strabo L. 7. p. 315. Mela 2, 7.

quantum. Alii *quantumque.*

fore aequa parte contentum, qui se omnia habiturum confideret: conditiones pacis, quoniam antea conuenire non potuissent, Romae ab Senatu et a Populo peti debere: interea et Reipublicae et ipsis placere oportere, si vterque in concione statim iurauisset, se triduo proximo exercitum dimissurum: depositis armis auxiliisque, quibus nunc confiderent, necessario Populi Senatusque iudicio fore vtrumque contentum. Haec quo facilius Pompeio probari possent, omnes suas terrestres vrbiumque copias dimissurum.

11. Vibullius, his expositis a Caesare, non minus necessarium esse existimauit, de repentino aduentu Caesaris Pompeium fieri certiorem, vti ad id consilium capere posset, antequam de mandatis agi inciperet: atque ideo, continuato et nocte et die itinere atque mutatis ad celeritatem iumentis, ad Pompeium contendit, vt adesse Caesarem omnibus copiis nunciaret. Pompeius erat eo tempore in Candauia iterque ex Macedonia in hiberna Apolloniam Dyrrhachiumque habebat. Sed re noua perturbatus, maioribus itineribus Apolloniam petere coepit, ne Caesar orae maritumae ciuitates occuparet. At ille, expositis militibus, eodem die Oricum proficiscitur. Quo

ab Senatu et a Populo. Sic et G. 5, 34. *ab Duce et a fortuna.*

et Reipublicae. Iurinius addi vult *expedire.* Nimium sedulus.

placere. Hoc verbum puto corruptum esse h. l. *M.* Non video, quid hic desiderari possit.

vrbium copiae, quae κατ' ἐξοχὴν praesidia vrbica dicuntur; *terrestres,* reliquae omnes terrestres in castris. Cf. Vossius ad c. 15. *M.* Iurinio non videtur verisimile Caesarem offerre, *se omnem exercitum dimissurum.* Proinde legit audacter: *omnes suas literum vrbiumque custodias deducturum.*

his expositis a Caesare. Pro *a Caesare* in omnibus MSS. est *Corcyrae*, quae lectio vt est falsa, (neque enim Corcyrae Caesar fuit, vt ibi exponeret haec Vibullio; neque Pompeius Corcyrae, vt ibi haec et Vibullius exponeret; sed in Candauia fuit) sic altera illa non est certa. Nemo desideret, si totum hoc absit. *M.* Codd. et edd. vet. hic habent *Bibulus his expositis Corcyrae.* Τὸ *a Caesare*, videtur esse ex Aldi coniectura. Ciaccon. hariolatur leg. *Is expo-*

quum venisset, L. Torquatus, qui iussu Pompeii oppido praeerat praesidiumque ibi Parthinorum habebat, conatus portis clausis oppidum defendere; quum Graecos murum adscendere atque arma capere iuberet; illi autem se contra imperium Populi Romani pugnaturos esse negarent; oppidani autem etiam sua sponte Caesarem recipere conarentur; desperatis omnibus auxiliis, portas aperuit et se atque oppidum Caesari dedidit incolumisque ab eo conseruatus est.

12. Recepto Caesar Orico, nulla interposita mora, Apolloniam proficiscitur. Eius aduentu audito, L. Staberius, qui ibi praeerat, aquam comportare in arcem atque eam munire obsidesque ab Apolloniatibus exigere coepit. Illi vero *daturos se negare; neque portas Consuli praeclusuros; neque sibi iudicium sumturos contra, atque omnis Italia Populusque Romanus iudicauisset.* Quorum cognita voluntate, clam profugit Apollonia Staberius. Illi ad Caesarem legatos mittunt oppidoque recipiunt. Hos sequuntur Bullidenses, Amantiani et reliquae finitumae ciuitates, totaque Epiros et, legatis ad Caesarem missis, quae imperaret, facturos pollicentur.

13. At Pompeius, cognitis iis rebus, quae erant Orici atque Apolloniae gestae, Dyrrhachio timens,

situs Corcyrae (vt eo naui peruenerit). Probat hoc Oud. si praeponatur *Vibullius* et mox pro *idea* legatur *inde*.

atque ideo. Omnes codd. *atque eidem.* An, *atque idem?* M.

vt adesse Caes. Otiosa haec repetitio videtur.

Candauia, regio aspera, per quam a Dyrrhachio et Apollonia in interiorem et propriam Macedoniam iter erat. *Cellarius.* *Κανδαουία*, ὄρος *Ἰλλυρικόν.* Strabo L. 7. p. 323.

Parthini, gens Illyrica. *Cellarius.*

quum Graecos — iuberet. Ita Oud. e codd. restituit locum. Vulgo legebatur *Graecos — iubet; illi autem, quum se.*

contra imperium Populi Romani, contra Caesarem, Consulem, qui cum imperio erat. Cf. c. 12. M.

etiam sua sponte. Oud. hic addidit *etiam* e codd.

dedidit. Alii *dedit.*

Apollonia Staberius. Sic Oud. e codd. et edd. vet. Vulgo erat *Apolloniates ad Caes.* Nomen *Staberius* verum est, pro quo male *Straberius* legebatur.

facturos poll. Alii praemittunt *se*.

diurnis eo nocturnisque itineribus contendit. Quo simul ac Caesar adpropinquare dicebatur, tantus terror incidit eius exercitui, quod properans noctem diei coniunxerat, neque iter intermiserat, vt paene omnes in Epiro finitumisque regionibus signa relinquerent, complures arma proiicerent ac fugae simile iter videretur. Sed, quum prope Dyrrhachium Pompeius constitisset castraque metari iussisset, perterrito etiam tum exercitu, princeps Labienus procedit iuratque, se eum non deserturum eumdemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset. Hoc idem reliqui iurant Legati: hos Tribuni militum Centurionesque sequuntur, atque idem omnis exercitus iurat. Caesar, praeoccupato itinere ad Dyrrhachium, finem properandi facit, castraque ad flumen Apsum ponit in finibus Apolloniatium, vt castellis vigiliisque bene meritae ciuitates tutae essent praesidio; ibique reliquarum ex Italia legionum adventum exspectare et sub pellibus hiemare constituit. Hoc idem Pompeius fecit et, trans flumen Apsum positis castris, eo copias omnes auxiliaque conduxit.

14. Kalenus, legionibus equitibusque Brundisii in naues inpositis, vt erat praeceptum a Caesare, quantum nauium facultatem habebat, naues soluit, paul-

Quo simul. Sic codd. quidam, bene.

incidit. Sic *ira incidit* Ouid. Met. 7, 523.

vt paene omnes — relinq. Nimium hoc videtur Iurinio, qui de iis intelligendum putat, qui *supplementi loco in legiones distributi* dicuntur c. 4. Itaque legi vult *ex Epiro* vel addi *conscripti milites*, vt c. 61.

Labienus, Caesaris in bello Gallico Legatus, qui nuper ad Pompeium transierat. Conf. B. G. 8, 52. *M.*

praeocc. itinere ad Dyrr. Sensus est verus; Pompeius enim prior venit Dyrrhachium (cf. Appian. 2. p. 462): sed nullus codex habet *praeoccupato*, sed vel *perfecto occ.* vel *profecto occ.* Ciacconius existimat, *praecepto itinere* Caesarem scripsisse, et huius interpretamentum esse *occupato*. Fortasse; saltem *praecipere* est interdum, priorem facere aliquid, ante frui et potiri re, quam potuit alter. *M.*

praesidio redundat, vt iam Cellarius vidit. *M.* Lectio recepta bene se habet, in qua refingenda nimium laborant interpretes.

tumque progressus a portu, litteras a Caesare accipit, quibus est certior factus, portus litoraque omnia classibus aduersariorum teneri. Quo cognito, se in portum recipit nauesque omnes reuocat. Vna ex iis, quae perseuerauit, neque imperio Kaleni obtemperauit, quod erat sine militibus, priuatoque consilio administrabatur, delata Oricum atque a Bibulo expugnata est: qui de seruis liberisque omnibus ad inpuberes subplicium sumit et ad vnum interficit. Ita exiguo tempore magnoque casu totius exercitus salus constitit.

15. Bibulus, vt supra demonstratum est, erat cum classe ad Oricum: et, sicuti mari portibusque Caesarem prohibebat, ita ipse omni terra earum regionum prohibebatur: praesidiis enim dispositis omnia litora a Caesare tenebantur, neque lignandi atque aquandi, neque naues ad terram religandi potestas fiebat. Erat res in magna difficultate summisque angustiis rerum necessariarum premebantur, adeo vt cogerentur, sicuti reliquum commeatum, ita ligna atque aquam Corcyra nauibus onerariis subportare: atque vno etiam tempore accidit, vt, difficilioribus vsi tempestatibus, ex pellibus, quibus erant tectae naues, nocturnum excipere rorem cogerentur; quas

Kalenus. Vid. c. 8. *M.*

inpositis. Sic codd. Vulgo *positis.*

quantum nauium. Dauis. *quarum.* Clarkius *quantam.* Bentl. hanc parenthesin abundare existimat.

atque a Bibulo. In aliis coniunctio deest.

Ita ex. ⁊. Alii *Itaque.*

praesidiis — tenebantur. Miratur Marclandus in Explicat. vet. auct. pag. 271, quomodo Caesar potuerit omnia litora tenere, cum cap. 14 aduersarii dicantur omnia litora tenere. Enimuero Caesar *praesidiis* terrestribus *dispositis* tenebat litora, ne aduersarii exscendere in litus possent; aduersarii *classe* tenebant litora, ne Caesar nauigare posset. Hostes in mari prohibent Caesarem a nauigatione; Caesar in continenti prohibet hostes ab exscensione. Ergo nulla emendatione opus erit, et diuersa ratione cum Caesar, tum hostes, tenent litora. Cf. c. 17. *M.*

atque aquandi. Sic Oud. e codd. et sunt hic duo, quae distincte narrantur.

tectae naues. Sub iis miles

tamen difficultates patienter atque aequo animo ferebant, neque sibi nudanda litora et relinquendos portus existimabant. Sed quum essent, in quibus demonstraui, angustiis ac se Libo cum Bibulo coniunxisset, loquuntur ambo ex nauibus cum M'. Acilio et Statio Murco, Legatis, quorum alter oppidi muris, alter praesidiis terrestribus praeerat; *velle se maximis de rebus cum Caesare loqui, si sibi eius facultas detur.* Huc addunt pauca rei confirmandae caussa, vt de compositione acturi viderentur. Interim *postulant, vt sint induciae*, atque ab iis inpetrant: magnum enim, quod adferebant, videbatur, et Caesarem id summe sciebant cupere, et profectum aliquid Vibullii mandatis existimabatur.

16. Caesar, eo tempore cum legione vna profectus ad recipiendas vlteriores ciuitates et rem frumentariam expediendam, qua anguste vtebatur, erat ad Buthrotum, obpositum Corcyrae. Ibi certior ab Acilio et Murco per litteras factus de postulatis Libonis et Bibuli, legionem relinquit; ipse Oricum reuertitur. Eo quum venisset, euocantur illi ad conloquium. Prodit Libo atque excusat Bibulum, quod *is iracundia summa erat inimicitiasque habebat etiam priuatas cum Caesare, ex Aedilitate et Prae-*

seu sub tentoriis agebat. Adi cap. 100.

in quibus dem. ang. Cf. not. ad Af. 96.

Libo. vid. c. 5. *M.*

Statio Murco. Numus eius in NN. fam. occurrit. Habet in parte postica tropaeum, addito MVRCVS IMP. in parte antica caput Neptuni. Cf. Eckhel D. NN. vet. in gente *Statia.*

muris — praes. terr. Respice ad c. 10.

adferebant. Boni codd. sic recte. Quidam *adferebant.* Istud prius proprium est nunciorum.

Vibullii mandatis. Conf. c. 10. Vulgo, *Bibuli*, quod iam Vossius et Cellarius correxerunt. *Profectum* habent codd. boni; alii: *profecturum. M.* Emendationem *Vibullii* (pro Vibullio datis) iam Canterus N. L. 3, 24. et Hotom. dederant.

obpositum Corcyrae. In cod. Leid. primo, eoque optimo, legitur *obpositum:* et hoc situs locorum confirmat; in ceteris *oppidum*, quod geographiae repugnat. *M.* Hotom. iam ex ingenio emendauerat.

tura conceptas; ob eam rem conloquium vitasse, ne res maximae spei maximaeque vtilitatis eius iracundia inpedirentur. Pompeii summam esse ac fuisse semper voluntatem, vt componerentur atque ab armis discederetur: sed potestatem eius rei se nullam habere, propterea quod de concilii sententia summa belli rerumque omnium Pompeio permiserint; sed, postulatis Caesaris cognitis, missuros ad Pompeium atque illum reliqua per se acturum, hortantibus ipsis: interea manerent induciae, dum ab illo rediri posset; neue alter alteri noceret. Huc addit pauca de caussa et de copiis auxiliisque suis.

17. Quibus rebus neque tum respondendum Caesar existimauit, neque nunc, vt memoriae prodantur, satis caussae putamus. Postulabat Caesar, *vt legatos sibi ad Pompeium sine periculo mittere liceret; idque ipsi fore reciperent aut acceptos per se ad eum perducerent. Quod ad inducias pertineret, sic belli rationem esse diuisam, vt illi classe naues auxiliaque sua inpedirent, ipse vt aqua terraque eos prohiberet; si hoc sibi remitti vellent, remitterent ipsi de maritumis custodiis; si illud tenerent, se quoque id retenturum: nihilo minus tamen agi posse de compositione, vt haec non remitteren-*

atque excusat. Sic Leid. 1. reliqui et edd. vet. *neque.*

ex Aedilitate. Sueton. Iul. 10. *ex Praetura.* De hac silent scriptores. Inimicitias e Consulatu idem Sueton. c. 20. enarrauit. Haec Danisius post Glandorpium et Manutium notarat. *M.* Cf. Dio 38, 4—8.

inpedirentur. Iurinius *inpediretur.* Sic mox idem praefert *componeretur*, inpersonaliter positum.

vt componerentur res illae. Vulgo *componeretur*, quod verum puto. *M.* Verbum referri potest ad *res.*

concilii. Vossius Senatum intelligit. Malim cum quibusdam edd. *consilii;* nam Senatus deliberans et decernens intelligitur, et hic *consilium* dicitur. *M. Senatum* hic a Caesare per contemtum dici *concilium*, autumat Vossius.

prodantur. Vulgo *prodatur.*

si hoc. Vulgo *et si hoc* inuitis codd.

si illud. Sic codd. et edd. vet. Contra vulgo *sin.* V. not. ad C. 2, 5. Cf. et G. 7, 66.

tamen, desideratur in edd. primis.

tur; neque hanc rem esse inpedimenti loco. Illi neque legatos Caesaris recipere, neque periculum praestare eorum, sed totam rem ad Pompeium reiicere: vnum instare, de induciis, vehementissimeque contendere. Quos vbi Caesar intellexit praesentis periculi atque inopiae vitandae caussa omnem orationem instituisse, neque vllam spem aut conditionem pacis adferre; ad reliquam cogitationem belli sese recepit.

18. Bibulus, multos dies terra prohibitus et graviore morbo ex frigore ac labore inplicitus, quum neque curari posset, neque susceptum officium deserere vellet, vim morbi sustinere non potuit. Eo mortuo, ad neminem vnum summa imperii redit; sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat. Vibullius, sedato tumultu, quem repentinus aduentus Caesaris concitauerat, vbi primum, rursus adhibito Libone et L. Lucceio et Theophane, quibuscum communicare de maximis rebus Pompeius consueuerat, de mandatis Caesaris agere instituit, eum ingressum in sermonem Pompeius interpellauit et loqui plura prohibuit. *Quid mihi*, inquit, *aut vita, aut ciuitate opus est, quem beneficio Caesa-*

neque hanc rem — Caes. recipere. Quidquid variarum lectionum hic sedulo conligitur, id omne est ab errante librariorum oculo et manu, qui verba traiecerunt. Ordinem verborum edd. vulgatae bene restituerunt. *M.* Scriptum erat, *neque hanc rem illis esse inp. l. neque legatos.* Transposito pronomine et paullum mutato locus dudum sanatus.

Quos vbi Caes. Alii *quem*, vt ad solum Bibulum referatur. Ciaccon. mauit *quod*.

rursus adhibito Libone. Non videtur, hoc admittendum Iurinio, qui τῷ *rursus* substituit *licuit*.

quibus communicare. Sic libri omnes. Quod vero scriptores Latini (optimae aetatis) semper dicunt, *communicare cum aliquo*, non, *alicui*: dubitaui in curis posterioribus c. 5 de integritate huius loci. Post me Gronouius obs. 2, 6 confirmauit, qui eamdem ob rationem *quibuscum* scribi iussit. *Cellarius.* Ac tanto magis hoc recipiendum erat, cum etiam Vrsini codex *quibuscum* habeat. Errores non debebant, verecundia codicum nescio qua, seruari. *M.* Id *cum* adsorptum est a seq. *com.*

eum ingressum. Refer ad sermonem, non ad Vibullium. Alii *cum.*

Bello perfecto. Alii hoc adnectunt praecedenti periodo.

dicta. Alii *facta.*

Inter bina c. In codd. qui-

ris habere videbor? cuius rei opinio tolli non poterit, quum in Italiam, ex qua profectus ſum, reductus exiſtimabor. Bello perfecto, ab iis Caeſar haec dicta cognouit, qui ſermoni interfuerunt: conatus tamen nihilo minus eſt, aliis rationibus per conloquia de pace agere.

19. Inter bina caſtra Pompeii atque Caeſaris vnum flumen tantum intererat, Apſus, crebraque inter ſe conloquia milites habebant: neque vllum interim telum per pactiones conloquentium transiiciebatur. Mittit P. Vatinium Legatum ad ripam ipſam fluminis, qui ea, quae maxime ad pacem pertinere viderentur, ageret et crebro magna voce pronunciaret, *liceretne ciuibus ad ciues de pace legatos mittere, quod etiam fugitiuis ab ſaltu Pyrenaeo praedonibusque licuiſſet: praeſertim, vt id agerent, ne ciues cum ciuibus armis decertarent?* Multa ſubpliciter locutus, vt de ſua atque omnium ſalute debebat, ſilentioque ab vtrisque militibus auditus. Reſponſum eſt ab altera parte, *A. Varronem profiteri, ſe altera die ad conloquium venturum,* atque vna etiam vbi vtrimque admodum tuto legati ve-

busdam praemittitur *Vt.* tum minor diſtinctio ponenda poſt *transiiciebatur.*

Apſus. Cf. c. 13. *M.*

Mittit (Caeſar) *P. Vatinium. M.*

de pace legatos mittere. Conſtanter codd. exhibent: *duos legatos mittere.* Fortaſſe Caeſar ſcripſerat: *liceretne ciuibus ad ſuos* (hoc aliquis interpretatus eſt, addito verbo *ciues*) *legatos mittere. M.*

fugitiui ab ſaltu Pyren. De his ad B. G. 3, 23 dixi. Cellarius ad noſtrum locum de his ipſis conuenis poſt Valeſium (notit. Gall. p. 157) monuit. *M.* Hieron. contra Vigilant.: *De latronum et conuenarum natus ſemine.*

praedonibusque. Intelliguntur Cilices. Id. *bellum praedonum* dicitur c. 104. In aliis deeſt *que.* ſic ad ipſos fugitiuos ſpectat. Seruato *que* poſſet et hendiadys admitti.

vt id agerent. Meliores libri, *cum id agerent. M.*

locutus. Addendum h. l. *eſt* e cod. Noruic. quo Dauiſius vſus eſt. Deinde poſt *auditus* punctum ponendum erit. *M.* Bene de hoc puncto. Illud *eſt* ſubauditur. Sic tollitur ἀνακόλουθον, cui ſimile Af. 19. Sed τὸ *ſubpliciter* indignum Legato Caeſaris iudicat Iurinius, qui legi vult *Multa ſimiliter locutus, vt qui — agebat.*

atque vna — poſſent. Haec corrupta ſunt. In pluribus MSS.

nire et, quae vellent, exponere possent, certumque ei rei tempus constituitur. Quo quum esset postero die ventum, magna vtrimque multitudo conuenit, magnaque erat eius rei exspectatio atque omnium intenti animi ad pacem esse videbantur. Qua ex frequentia T. Labienus prodit, submissa oratione loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit. Quorum mediam orationem interrumpunt vndique subito tela inmissa, quae ille obtectus armis militum vitauit. Vulnerantur tamen complures, in his Cornelius Balbus, M. Plotius, L. Tiburtius, Centuriones militesque nonnulli. Tum Labienus, *Desinite ergo de compositione loqui: nam nobis, nisi Caesaris capite relato, pax esse nulla potest.*

20. Iisdem temporibus Romae M. Coelius Rufus Praetor, caussa debitorum suscepta, initio Magistratus tribunal suum iuxta C. Trebonii Praetoris vrbani sellam conlocauit et, si quis adpellasset de aestimatione et de solutionibus, quae per arbitrum fie-

est *vis* pro *etiam*; in duobus non spernendis *vbi* vel *ibi* pro eodem illo *etiam*. Et variatur scriptura aliis modis. In his tenebris si quid videre licet, Oudendorpius vidit, qui sic intelligit: *atque vna* (scil. locus), *vbi vtrimque — certumque — constituitur*. Ergo et locus et tempus conueniendi constituitur. His interea adsentior. *M.* Vossius volebat *atque vna etiam* etc. Quum codd. Petau. et Noruic. habeant *vbi vtrimque*, credo verum vidisse Oud. nec dubito id in textum recipere. tum *venire* pro *conuenire* accipiendum. Cui hoc non placet, legat mea pace *legatos — posse*.

Quo quum. Id *quo* refertur manifesto ad *locum*, de quo monitum.

prodit. bene sic codd. Alii *prodiit*.

submissa — incipit. In his verbis plures haeserunt, quoniam Labienus altercans, inque durissima oratione desinens, non videatur vsus esse submissa oratione: neque hoc sensu, vt animi submissi oratio esset; neque illo, vt vox moderatior, quae non exaudiri posset. Sunt etiam varietates quaedam, vt *summa:* omittuntur item verba *loqui* et *atque*. Vnde Oud. ingeniose coniicit, legi posse: *sed omissa oratione de pace, altercari c. V. inc.* Quid vero, si Labienum dixerim primo leniore atque moderata oratione vsum; deinde progressum ad disputationem alteram; tandem in iracundiam erupisse? Nonne hoc naturae rei animique humani

rent, vt Caesar praesens constituerat, fore auxilio pollicebatur. Sed fiebat aequitate decreti et humanitate Trebonii, qui his temporibus clementer et moderate ius dicendum existimabat, vt reperiri non possent, a quibus initium adpellandi nasceretur. Nam fortasse inopiam excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri et difficultates auctionandi proponere, etiam mediocris est animi; integras vero tenere possessiones, qui se debere fateantur, cuius animi, aut cuius impudentiae est? Itaque, hoc qui postularet, reperiebatur nemo. Atque ipsis, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus est Coelius et, ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem caussam videretur, legem promulgauit, vt sexies seni dies sine vsuris creditae pecuniae soluantur.

21. Quum resisteret Seruilius Consul reliquique Magistratus, et minus opinione sua efficeret: ad hominum excitanda studia, sublata priore lege, duas

accommodatum fuerit? *M.* Sic subaudiendum *atque mox.* Probat Bentleius.

ille — vitauit. Vatinium intelligit Iul. Celsus p. 197. *Dauis.*

obtectus armis. Alias *intectus.* V. Apulei. Met. 2. p. 33. *aureis vestibus intecti.* vbi male vulgo *intexti.* Cf. et ib. p. 39.

Romae non legitur in decem codd. Oud. nec in edd. primis. Et potest abesse. *M.*

Coelius R. Praetor, olim Caesari amicus (cf. 1, 2. 2, 43), sed ab eo offensus, quia non ipse, sed Trebonius Praetor vrbanus a Caesare constitutus erat. v. Dio Cass. 42, 22. vbi hae turbae copiosius describuntur. De re cf. Cic. Epp. ad Diuers. 8, 17. Vellei. Paterc. 2, 68. *M.*

per arbitrum. In bonis codd. est *per arbitrium*, sensu eodem. *M.*

Caesar — constituerat. Cf. c. 1. huius libri. *M.*

propriam suam. Alterutrum redundat. Ergo cum cod. Leid. primo *propriam* omittendum est. *M.*

hoc qui. Sic codd. Vulgo *qui hoc.*

profectus. Grut. *prouectus*, inuitis codd.

sexies seni dies. Iam ostendit Dauisius, Gronouium in de sestertiis 4, 5, p. 636. sic legendum indicasse: *vt semisse in dies sine — —* h. e. vt dimidium crediti restituerent debitores, et quidem praefinitis diebus s. pensionibus. Idem placuisse Lipsio, monuit Oud. — Saltem non incommodus, vt in incerta lectione, sensus est, etsi nihil

promulgauit; vnam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit; alteram tabularum nouarum; inpetuque multitudinis in C. Trebonium facto, et nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbauit. De quibus rebus Seruilius Conful ad Senatum retulit, Senatusque Coelium ab Republica remouendum cenfuit. Hoc decreto eum Conful Senatu prohibuit et concionari conantem de roftris deduxit. Ille, ignominia et dolore permotus, palam se proficifci ad Caefarem fimulauit; clam, nunciis ad Milonem miffis, (qui, Clodio interfecto, eo nomine erat damnatus,) atque eo in Italiam euocato, quod, magnis muneribus datis, gladiatoriae familiae reliquias habebat, fibi coniunxit atque eum in Thurinum ad follicitandos paftores praemifit. Ipfe quum

certi dici poteft. *M.* Verba *feni dies* a multis codd. abfunt. Varior. coniecturas in h. l. diiudicant Gronouius et Oud.

alteram. Alii *uliam.* Sic nonnunquam et alibi. V. Curt. 8. Suet. Tit. 7.

tabularum nou. vid. Ind. *M.*

deturbauit. Bene fic. Quidam *proturbauit*, *perturbauit.*

ad Milonem, qui Maffiliae exful vixit. Ceteris ergo exfulibus nuper (cf. c. 1.) a Caefare reuocatis, vnus Milo reuocatus non erat. Hinc odium in Caefarem. Dio Caff. 40, 54. 42, 24. *M.*

muneribus (gladiatoriis) *datis.* Cic. pro Mil. c. 35. *Cellar.*

reliquias. Male hic erat *reliquas quas.*

in Thurinum. fcil. agrum.

figna eius (Milonis) *mil. atque arma.* Dio Caff. 42, 25. *Μίλων ἐνταῦθα πρὸς τῇ Καπύῃ. M.*

vifa, atque proditio. E multiplici varietate codd. et edd. vet. in verbis his (*vifa de prod. vifa quae prod. vifaque prod. vifa et prod. vis atque proditio*) eruit alius aliam lectionem; fortaffe vero nulla mutatione lectionis vulgatae opus eft. Eodem tempore tria fiunt: Capuae comprehenduntur Milonis arma; Neapoli gladiatores eius iam confpiciuntur; fic adparet proditio Capuae imminens. *M.*

exclufus Capua. Nec poterat, nec audebat Coelius Capuam contendere. v. Dio Caff. d. l. *M.*

cum (Milonem) *hoftis loco* — Addit Dio, Senatum Romae cenfuiffe, vi et armis coercendum effe Milonem. *Conuentus.* vid. Ind. *M.*

per Bibulum. tum, quum per Italiam copias cogeret. Male Voffius aliique et Iurinius malunt *per Vibullium*; hic enim a Caefare ad Pompeium, non ab hoc ad illum fuerat miffus. v. cap. 10.

Cofa Etruriae oppidum fuit, de quo multa Cellarius in notit. orbis 2, 9, 175. Cum ergo h. l. *Cofa* in agro Thurino fita dicatur: aut duae fuerunt *Cofae*, vna Etruriae, vulgo nota; altera in agro Thurino, ad finum Tarentinum, hoc loco obuia:

Casilinum venisset, vnoque tempore signa eius militaria atque arma Capuae essent comprehensa et familia Neapoli visa, atque proditio oppidi adpareret, patefactis consiliis, exclusus Capua et periculum veritus, quod conuentus arma ceperat atque eum hostis loco habendum existimabat, consilio destitit atque eo itinere sese auertit.

22. Interim Milo, dimissis circum municipia litteris, ea; quae faceret, iussu atque imperio facere Pompeii, quae mandata ad se per Bibulum delata essent, quos ex aere alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat. Apud quos quum proficere nihil posset, quibusdam solutis ergastulis, Cosam in agro Thurino obpugnare coepit. Eo quum a Q. Pedio Praetore cum legione ** lapide ictus ex muro, periit: et Coelius,

ant scriptura huius nominis vitiosa est h. l. Cluuerius quidem (Ital. 4, 8), monente Cellario, vtitur Pliniano loco (H. N 2, 56. al. 57), vbi Milo iuxta *castellum Carissanum* occisus dicitur, pro quo legi vult *Cassanum*, quia hodienum in Thurino agro sit *Cassano* oppidum episcopale. Ita *Cosa* erit in *Cassa* mutandum. Sed malim prius, duas Cosas fuisse. Alia difficultas est in eo, quod Vellei. Paterc. 2, 68 Milonem ad *Compsam* in Hirpinis cecidisse refert. Nam, si vel maxime cum Ruhnkenio ad Vellei. 1, 14 dicamus, duas fuisse *Cosas*, *Cosam* vero et *Compsam* nihil differre: tamen, vt Cellarius vidit, non potest idem locus in Hirpinis et agro Thurino situs dici. Fueruntne ergo tres *Cosae?* Sed hoc esset abuti coniecturis. Potius *Cosa* videtur vera scriptura, eaque restituenda Plinio (quia etiam Liuiana epitome 14, et Vellei. 1, 14 *Cosam*, ab illa Etrusca *Cosa* diuersam, sed situ non definito, nominant, et plures cognomines fuisse vrbes hoc modo indicant): illud vero constitui non poterit, vtrum *Cosa*, ad quam Milo caesus est, fuerit Thurinorum in Lucania iuxta Caesarem, an Hirpinorum iuxta Velleium, an adeo Apulorum iuxta Dionem Cass. 42, 25, qui in Apulia periisse Milonem refert: nisi fines Lucanorum, Hirpinorum et Apulorum diuersis temporibus diuersos, et inde dissensionis aliquid natum dicamus. Sed cum facillimum sit, in talibus errare, iudicent alii. *M.* Eas gentes certis terminis vix posse distingui tradit Strabo L. 6. p. 253. Contra Cluuerium pugnat Vossius ad Vell. 2, 68. et *Cosam* Caesaris cum *Compsa* Velleii eandem statuit hodieque dici *Cossam* in antiquo Thurinorum tractu. *Carissanum* Plinii fuisse castellum iuxta *Compsam*, censet Harduinus. Conf. et viros doctos ad Obseq. c. 76.

Eo quum — periit. Haec non sunt integra; nec variae lectiones ducunt in viam. Verum ergo viderunt, qui lacunam esse iudicarunt. *Esset*, vulgo additum post *ictus*, non

profectus, vt dictitabat, ad Caesarem, peruenit Thurios: vbi, quum quosdam eius municipii sollicitaret, equitibusque Caesaris Galliis atque Hispanis, qui eo praesidii caussa missi erant, pecuniam polliceretur, ab iis est interfectus. Ita magnarum initia rerum, quae occupatione Magistratuum et temporum sollicitam Italiam habebant, celerem et facilem exitum habuerunt.

23. Libo, profectus ab Orico cum classe, cui praeerat, nauium quinquaginta, Brundisium venit insulamque, quae contra Brundisinum portum est, occupauit; quod praestare arbitrabatur, vnum locum, qua necessarius nostris erat egressus, quam omnium litora ac portus custodia clausos tueri. Hic repentino aduentu naues onerarias quasdam nactus incendit et vnam frumento onustam abduxit, magnumque nostris terrorem iniecit et noctu, militibus et sagittariis in terram expositis, praesidium equitum deiecit et adeo loci opportunitate profecit, vti ad Pompeium litteras mitteret, naues reliquas, si vellet, subduci et refici iuberet: sua classe auxilia sese Caesaris prohibiturum.

habent codices. *M.* Oud. ita vlcus sanare tentat. *Is tum a Q. P. Praetore, cum legione misso, lapide — —* Valeat, quantum quisque velit. Clarkius in vulgato sententiae ἀπόδοσιν periisse statuit prioris.

profectus, Marcl. p. 271. vult *profecturus.* Non opus mutatione.

quosdam eius municipii. Mire variantur haec verba. Codex Lonan. habet, *cum Cosam eius sollicitaret.* Edd. primae habent *quosque* pro *quosdam.* A tribus codd. non optimis verba *eius municipii* absunt; et in duobus horum codd. legitur: *cum constantius sollicitaret.* Hinc Marclandus p. 271. legi vult: *cum Consentiaos sollicitaret:* esse enim Consentiam metropolin Bruttiorum, conterminam Thuriis. *M.* Bentl. vellit *quum inconsultius quosque sollicitaret,*

praesidii. Hoc e Manutii et Faerni coniectura venisse in editiones, in codd. et edd. ant. vero *praedandi* exstare, docuit Oud. *M.*

polliceretur. Al. *pollicitaretur.*

Ita. Vulgo *Itaque* contra auctoritatem bonorum codd.

occupatione Mag. quia Magistratus prohibiti erant occupatione, quo minus occurrerent malo, quantum necesse esset. Sic de B. Al. c. 34 dicitur aliquis tentare iura populi, occupatione belli, h. e. quia popu-

24. Erat eo tempore Antonius Brundisii, qui, virtuti militum confisus, scaphas nauium magnarum circiter sexaginta cratibus pluteisque contexit, eoque milites delectos inposuit, atque eas in litore pluribus locis separatim disposuit, nauesque triremes duas, quas Brundisii faciendas curauerat, per caussam exercendorum remigum ad fauces portus prodire iussit. Has cum audacius progressas Libo vidisset, sperans intercipi posse, quadriremes quinque ad eas misit. Quae cum nauibus nostris adpropinquassent, nostri veterani in portum refugiebant: illi, studio incitati, incautius sequebantur. Iam ex omnibus partibus subito Antonianae scaphae, signo dato, se in hostes incitauerunt, primoque inpetu vnam ex his quadriremem cum remigibus defensoribusque suis ceperunt, reliquas turpiter refugere coegerunt. Ad hoc detrimentum accessit, vt, equitibus per oram maritumam ab Antonio dispositis, aquari prohiberentur. Qua necessitate et ignominia permotus Libo, discessit a Brundisio, obsessionemque nostrorum omisit.

25. Multi iam menses transierant et hiems iam praecipitauerat, neque Brundisio naues legionesque

lus, prohibitus occupatione et administratione belli, non satis vigilare atque tueri iura sua potest. Quod autem dicit, *occ. Mag. et temporum*, id eodem pertinet; est enim occupatio Magistratuum, quam effecerunt tempora ista. Cf. B. G. 4, 16. *prohibitus occupatione Reipublicae id facere. M.* Marclandus l. c. verba *et temporum* potius post *rerum* autumat ponenda. Puto, intelligendum, *et ratione temporum.*

omnium litora. Immo, *omnia*, vt iam alii monuerunt. *M.*

teneri. Optimi codd. *tueri.* Bene. *M.* Recepi cum Oud.

in terram. Alii *in terra.* Respice ad 1, 51.

Antonius. vid. Plutarch. in huius vita c. 7. Dio Cass. 41, 48. Sed tantum adtigerunt rem. *M.*

virtuti. Sic vetustissimi et plurimi codd. Alii *virtute.* Nec ita male. Cf. C. 1, 12.

adpropinquassent. Alii *propinquassent.*

veterani. Marcl. legi praecipit *veriti.* p. 272. Iurinius *vel vt territi.*

Iam ex omn. Alii *Nam.*

Multi menses transierunt, ex quo Caesar Brundisium venerat. Conf. cap. 2 vbi etiam de vero mense illius itineris ex Vsserio admonitum est. *M.* V. et c. 6.

hiems praecipitauerat. Sic Ouid. Trist. 1, 3, 47. *nec prae-*

ad Caesarem veniebant: ac nonnullae eius rei praetermissae occasiones Caesari videbantur, quod certe saepe flauerant venti, quibus necessario committendum existimabat: quantoque eius amplius processerat temporis, tanto erant alacriores ad custodias, qui classibus praeerant; maioremque fiduciam prohibendi habebant et crebris Pompeii litteris castigabantur, quoniam primo venientem Caesarem non prohibuissent, vt reliquos eius exercitus inpedirent: duriusque quotidie tempus ad transportandum lenioribus ventis exspectabant. Quibus rebus permotus Caesar Brundisium ad suos seuerius scripsit, nacti idoneum ventum ne occasionem nauigandi dimitterent, siue ad litora Apolloniatium cursum dirigere atque eo naves eiicere possent. Haec a custodibus classium loca maxime vacabant, quod se longius portibus committere non auderent.

p'citata. Alibi *aestas*, *autumnus praeceps*.

quod certe. Gronouius coniicit *certi*. non male.

committendum (se, aut naves) *existimabat*. *M*.

qui classibus (Pompeii) *praeerant*. Cf. c. 18. *M*.

duriusque — exspectabant. Haec verba sunt obscura. Quinam exspectabant? Caesariani an Pompeiani? Si syntaxin sequaris, Pompeiani: si rem, Caesariani. Praeferamus ergo id, quod res postulat. Iam dum hi, qui Brundisii sunt, morantur, quid nanciscuntur morando? quid exspectant? Nempe durius quotidie tempus ad nauigandum fiet. Hactenus bene. Illud vero *lenioribus ventis* quid est? An, quia lenius flare venti incipiebant? Sed hoc fuisset iis valde commodum post hiemis inclementiam. Oud. sensum loci putabat esse hunc: dum exspectant leniores ventos ad transportandum, exspectando accipiunt quotidie durius tempus. Sed hoc non est in verbis, nisi sic legatur: *duriusque qu. tempus, exspectandis* (vel, optandis) *ad transportandum lenioribus ventis, exspectabant*. *M*. Ciacc. dat *exspectabatur*, quod placet Iurinio.

Caesar — ad suos — scripsit. Reticuit h. l. Caesar suum quoddam facinus, illustre quidem magnitudinis animi documentum, sed quo patrando militis potius, quam Imperatoris officio functus est. Scilicet dum accubat, repente surgit e conuiuio simulatione mandatorum, quae cuipiam dare velit. Sumit seruilem vestitum, vehitur curru ad litus, conscendit nauigium, et, nescio gubernatore, quem vehat, ipse traiicere Brundisium audet. Vrgente procella et fluctibus, et gubernatore desperante, se Caesarem esse profitetur. Excitatus gubernator nititur; sed frustra. Ergo redeundum fuit ad litus. Atque ita

26. Illi, adhibita audacia et virtute, administrantibus M. Antonio et Fufio Kaleno, multum ipsis militibus hortantibus, neque vllum periculum pro salute Caesaris recusantibus, nacti austrum, naues soluunt atque altera die Apolloniam Dyrrhachiumque praeteruehuntur. Qui quum essent ex continenti visi, C. Coponius, qui Dyrrhachii classi Rhodiae praeerat, naues ex portu educit et, quum iam nostris remissiore vento adpropinquassent, idem auster increbuit nostrisque praesidio fuit. Neque vero ille ob eam caussam conatu desistebat, sed labore et perseuerantia nautarum se vim tempestatis superare posse sperabat, praeteruectosque Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius sequebatur. Nostri, vsi fortunae beneficio, tamen inpetum classis timebant, si forte ventus remisisset. Nacti portum, qui adpellatur Nymphaeum, vltra Lissum milia passuum tria, eo naues introduxe-

demum Brundisium literas misit. Appian. Ciu. 2, 57. p. 453. sq. Plutarch. Caes. c. 38. Dio Cass. 41, 46. Sueton. Iul. cap. 58. Florus 4, 2, 37. et alii. *M.*

dimitterant. Post hoc verbum edd, quaedam, contra codd. auctoritatem, adsuerunt, *et ad Oricum.* In iisdem edd. mox est *dirigerent, quod eo. M.* Illud *et ad Oricum* intrusere, qui putabant ante *siue* aliquid contrarii deficere. Oricum semper fere aduersariorum classe obsidebatur. Non tamen tacendum est, apud Florum legi 4. 2. *castra tum ad Oricum* habuisse Caesarem.

siue ad litor. Legendum esse *si vel ad lit.* hoc sensu: *si saltem ad litora*, Hotomannus, Danis. et Clarkius iudicarunt. *M.*

naues eiicere. Iterum sic c. 28. Cf. Burm. ad Ouid. Her. 7, 89. *fluctibus eiectum.* Alii *elicere, eligere.*

quod se longius — h. e. quod non auderent mari se committere longius a portibus. Et fortasse Vossius recte censuit, *a* inserendum esse ante *portibus. M.* Sic Afr. 59. *longius a castris.* Statius tamen etiam Achill. 1, 176. *robore longe.*

Kaleno. vid. c. 8. *M.*

ipsis militibus hortantibus, quos nunc poenitentia nuperae tarditatis (v. ad c. 2) ceperat. *M.*

praeteruehuntur. Edd vet. *peruehuntur.* vnde Rutgers. Ven. Lect. c. 14. *praeuehuntur*, vt apud Florum 3, 8. *praenauigantes.* Cf. Dukerus ad h. l.

Coponius. vid. c. 5. Contra Dio Cass. 41, 48. a Libone haec gesta esse narrat. Sed Caesar potius audiendus est. *M.*

nostris. Alii *nostri.* male.

adpropinquassent. Scil. naues Rhodiae.

Nymphaeum. Ibi et rupes igniuoma et bituminosum solum et oraculum vid. Fabricius ad Dion. Cass. 41, 45. *M.*

Lissus, vrbs vltima Illyrici ad Macedoniam. *Cellar.*

runt, (qui portus ab africo tegebatur, ab austro non erat tutus,) leuiusque tempestatis, quam classis, periculum aestimauerunt. Quo simul atque intus est itum, incredibili felicitate auster, qui per biduum flauerat, in africum se vertit.

27. Hic subitam commutationem fortunae videre licuit, Qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat; qui nostris nauibus periculum intulerant, de suo timere cogebantur. Itaque, tempore commutato, tempestas et nostras texit, et naues Rhodias adflixit, ita vt ad vnam omnes constratae, numero sedecim, eliderentur et naufragio interirent et ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad scopulos adlisa interficeretur, pars ab nostris detraheretur; quos omnes conseruatos Caesar domum remisit.

28. Nostrae naues duae, tardius cursu confecto, in noctem coniectae, quum ignorarent, quem locum reliquae cepissent, contra Lissum in ancoris constiterunt. Has, scaphis minoribusque nauigiis compluribus submissis, Otacilius Crassus, qui Lissi praeerat, expugnare parabat: simul de deditione eorum agebat et incolumitatem deditis pollicebatur. Harum altera nauis ducentos viginti ex legione tironum sustulerat;

portus ab africo teg. Perperam Lucanum contradicere Caesari 5, 720. censet Dauis. V. Burmannus ad eum locum.

intus est itum. Dicendum erat *intro*. Sed et Plautus Cas. 5, 2, 7 habet *intus deduxi*. Celsus 7, 4. *si recta intus tendunt*. Multi codd. in nostro loco habent *intro*.

eliderentur. inter scopulos.

distraheretur. Clarkius explicat, *dispersi capiuntur*. Vix ita dici hoc potest. Oud. *detraheretur* e duobus codd. legi vult, et explicat, a scopulis detractos esse. Bene. Dauisius corrigit, *extraheretur*, et ex aqua extractos intelligit. *M*. Reposui *detraheretur*, scil. a scopulis, quibus inlidebantur.

paulo minus ducentis. Post hacc verba in edd. additur, *se compleuerat*, inuitis codicibus, *M*. Sic G. 1, 15. *amplius quinis millibus*. Cf. et 8, 10. C. 1, 82 etc. Alias accusatiuus obtinet, vt G. 5, 53. 8, 16 etc.

His (leg. *Hic*, etsi nullus codex habet) *cognosci* —. *M*. Bene sic vulgo receptum. Sequor.

altera ex veterana paullo minus ducentis. Hic cognosci licuit, quantum esset hominibus praesidii in animi firmitudine. Tirones enim, multitudine nauium perterriti et salo nauseaque confecti, iureiurando accepto, nihil iis nocituros hostes, se Otacilio dediderunt: qui omnes, ad eum producti, contra religionem iurisiurandi in eius conspectu crudelissime interficiuntur. At veteranae legionis milites, item conflictati et tempestatis et sentinae vitiis, neque ex pristina virtute remittendum aliquid putauerunt; sed, tractandis conditionibus et simulatione deditionis extracto primo noctis tempore, gubernatorem in terram nauem eiicere cogunt; ipsi, idoneum locum nacti, reliquam noctis partem ibi confecerunt et luce prima, missis ad eos ab Otacilio equitibus, qui eam partem orae maritimae adseruabant, circiter quadringentis, quique eos armati ex praesidio secuti sunt, se defenderunt et, nonnullis eorum interfectis, incolumes sese ad nostros receperunt.

29. Quo facto, conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebat, quod oppidum iis antea Caesar adtribuerat muniendumque curauerat, Antonium recepit omnibusque rebus iuuit. Otacilius, sibi timens, oppido fugit et ad Pompeium peruenit. Ex-

firmitudine. Alii *fortitudine.* Cf. G. 1, 3.

producti. Alii *perducti.*

item. Sic et G. 1, 36. et mox cap. 31. Heinsius malebat *itidem.*

sentinae vitiis. Hoc proprie dictum; de *tempestate* minus proprie. Similia apud Nepotem Alcib. 3. *Non solum spem in eo habebant, sed etiam timorem,* et apud Florum 3, 21. *oculis, manibus cruribusque defossis.*

neque ex prist. Vulgo *non* pro *neque.* M. Hoc habent codd. pro *ne quidem.*

sed, tractandis cond. Leg. *et* pro *sed.* Saepe enim *neque* sequenti *et* ita ponitur, vt alterum alteri respondeat, cum vnum membrum negat, alterum ait. Exempla vid. in Ind. in *neque.* M.

adseruabant, custodiebant. v. Ind. In quibusdam codd. est *obseruabant* eodem sensu; sed illud exquisitius est. M.

Ex omnibus copiis. Verum viderunt, qui *expositis copiis* legendum esse monuerunt. Talis

positis omnibus copiis Antonius, quarum erat summa veteranarum trium legionum vniusque tironum et equitum octingentorum, plerasque naues in Italiam remittit ad reliquos milites equitesque transportandos; pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lissi relinquit, hoc consilio, vt si forte Pompeius, vacuam existimans Italiam, eo transiecisset exercitum, quae opinio erat edita in vulgus, aliquam Caesar ad insequendum facultatem haberet: nunciosque ad eum celeriter mittit, quibus regionibus exercitum exposuisset et quid militum transuexisset.

30. Haec eodem fere tempore Caesar atque Pompeius cognoscunt: nam praeteruectas Apolloniam Dyrrhachiumque naues viderant; ipsi iter secundum eas terra direxerant; sed, quo essent eae delatae, primis diebus ignorabant: cognitaque re, diuersa sibi ambo consilia capiunt: Caesar, vt quam primum se cum Antonio coniungeret; Pompeius, vt venientibus in itinere se obponeret, si inprudentes ex insidiis adoriri posset: eodemque die vterque eorum ex castris statiuis a flumine Apso exercitum educunt; Pompeius clam et noctu, Caesar palam atque interdiu. Sed Caesari circuitu maiore iter erat longius, aduerso flumine, vt vado transire posset: Pompeius, quia expedito itinere flumen ei transeundum non

vtique debebant recipi, etsi in nullo codice reperiuntur. *M.* Post praepositionem *ex* aliquid excidisse hariolatur Oud. Interim repono *expositis*, vt sensus sibi constet et nexus.

veteranarum. Alii *veteranor.*

pontones. Cf. Gell. 10, 25. et Isidor. 19, 1. hodieque nomen in Gallia obtinet.

relinquit. Sic codd. et edd. vett. Vulgo *reliquit.*

eae delatae. Interponunt edd. Ven. et Mediol. *quadringentae* vel *quatuorcentae*. vnde Dauis. ingeniose ex *IV gentae*, vt alius quis expresserat, efficit *vi venti*, vt c. 26.

et si inprud. Delendum *et*, vt alii monuerunt. *Sic* (quod codd. habent) pro *si* est error, natus ex altero illo errore, quo *et* inrepserat. *M.* Istud *et*, ex repetita praecedenti syllaba ortum, deleui.

castris statiuis. V. not. ad cap. 37.

a flumine Apso. Conf. cap. 19. *M.*

expedito itinere, propter expeditum iter, h. e. iter breuius, nullo circuitu, obportunum. *M.*

erat, magnis itineribus ad Antonium contendit; atque, eum vbi adpropinquare cognouit, idoneum locum nactus, ibi copias conlocauit, suosque omnes castris continuit ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset eius aduentus. Haec ad Antonium statim per Graecos deferuntur. Ille, missis ad Caesarem nunciis, vnum diem sese castris tenuit: altero die ad eum peruenit Caesar. Cuius aduentu cognito, Pompeius, ne duobus circumcluderetur exercitibus, ex eo loco discedit, omnibusque copiis ad Asparagium Dyrrhachinorum peruenit atque ibi idoneo loco castra ponit.

31. His temporibus Scipio, detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese Imperatorem adpellauerat. Quo facto, ciuitatibus tyrannisque magnas imperauerat pecunias: item a publicanis suae prouinciae debitam biennii pecuniam exegerat et ab eisdem insequentis anni mutuam praeceperat equitesque toti prouinciae imperauerat. Quibus coactis, finitumis hostibus Parthis post se relictis, qui paullo ante M. Crassum Imperatorem interfecerant et M. Bibulum in obsidione habuerant, legiones equitesque ex Syria deduxerat: summaque in sollicitudine ac timore Parthici belli in prouinciam quum venisset, ac nonnullae militum voces tum audirentur,

Asparagium. De hoc et c. 76.
Scipio, Syriae Proconsul. Cf. 1, 6. *M.*

detrimentis — acceptis. A barbaris clade adfectus tamen sibi victoriam et nomen Imperatoris tribuerat. *Cellar.* Ergo videtur a Caesare. De Imperatoris adpellatione vid. ad 2, 26. *M.* Huc nummi, in quibus Q. METELLVS SCIPIO IMP. vbi ob conlatam summam gerendi adversus Caesarem belli potestatem Imperatoris titulum gerit. V. Eckhel D. NN. vet. Vol. 5. p. 152. Perperam locum intellexit Bentleius, qui pro *detrimentis* dat *subplementis*. Sensus est, accepta clade gloriatum esse de victoria, vt fit non raro.

praeceperat. i. e. ante ceperat.

M. Bibulum, vid. ad B. G. 8, 54. *M.*

in prouinciam quum venisset. E Syria venit in Asiae minoris partem eam, quae κατ' ἐξοχὴν prouincia Populi Romani dicta est, per quam Scipioni ad Pompeium in Macedoniam transeundum erat. *M.*

tum. alii *quum.*

sese; contra hostem si ducerentur, ituros, contra ciuem et Consulem arma non laturos; deductis Pergamum atque in locupletissimas vrbes in hiberna legionibus, maximas largitiones fecit et confirmandorum militum caussa diripiundas iis ciuitates dedit.

32. Interim acerbissime imperatae pecuniae tota prouincia exigebantur: multa praeterea generatim ad auaritiam excogitabantur. In capita singula seruorum ac liberorum tributum inponebatur; columnaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturae imperabantur: cuius modo rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur. Non solum vrbibus, sed paene vicis castellisque singuli cum imperio praeficiebantur. Qui horum quid acerbissime crudelissimeque fecerant, is et vir et ciuis optimus habebatur. Erat plena lictorum et imperiorum prouincia; differta praece-

generatim, per singula genera hominum et pro singulis generibus rerum tributa imposita sunt. v. Ind. *M.*

columnarium, tributum, quod pro singulis columnis pendebatur. *Ostiarium*, pro aedium ostiis. De illo Cic. ad Attic. 13, 6: de hoc ad D. 3, 8. *Cellar.* Cicero sic: *De aquaeductu probe fecisti. columnarium vide ne vllum debeamus.* Barth. Barrientus in Adnot. sylua (in Gruteri lamp. t. 3. p. 426) haec notat. Aquaeductus per alienos fundos ducebantur. L. 1. ff. de seru. praed. rust. Ideo fundi domino tributum pendebatur siue pretium pro columnarum numero. Nec Coelio adsentior 21, 21. *colonarium* legenti, quod sit vectigal ex re rustica. Haec ad Ciceronis locum; in nostro intelligendum tributum, pro columnis inpositum, quae aedificiis vel fulcimento fuere vel ornamento.

cuius modo. Quidam codd. *cuiusmodi*: non male. *M.* Scil. pro *cuiuscemodi* vel *cuiusquemodi*. V. Duker. ad Flor. 3, 4. et Dauis. ad Afr. cap. 19. Gruterus coniecerat *cuiuscuius.*

singuli praef. Sic codd. quidam citati Oud. Vulgo *singulis.*

imperiorum. i. e. imperantium.

differta recte receptum est e codicibus; vulgo, *conferta*; quamquam sensus idem est. Sed quod *praeceptis* e MSS. receptum est, id non probo; praefero potius cum vulg. edd. *Praefectis*, etsi codd. hoc non habent. *M.* Sed de *Praefectis* iam praecesserat. Hic eorum edicta vel mandata intelliguntur. Bentleius multum sibi placet in *praedibus*, quos legi hic iubet, i. e. satisdatoribus.

priuato compendio. Quidam codd. (et edd. vet.) *priu. imperio compendioque.* Sed isti exactores nullum habuerunt imperium. *Compendium* vero est

pis atque exactoribus, qui, praeter imperatas pecunias, suo etiam priuato compendio seruiebant: dictitabant enim, se, domo patriaque expulsos, omnibus necessariis egere rebus, vt honesta praescriptione rem turpissimam tegerent. Accedebant ad haec grauissimae vsurae, quod in bello plerumque accidere consueuit, vniuersis imperatis pecuniis; quibus in rebus prolationem diei donationem esse dicebant. Itaque aes alienum prouinciae eo biennio multiplicatum est. Neque minus ob eam caussam ciuibus Romanis eius prouinciae, in singulos conuentus singulasque ciuitates, certae pecuniae imperabantur, mutuasque illas ex SC. exigi dictitabant; publicanis, vti in sorte fecerant, insequentis anni vectigal promutuum.

33. Praeterea Ephesi a fano Dianae depositas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat, certaque eius rei die constituta, quum in fanum ventum esset, ad-

accessio, lucrum superadditum, proprie id, quod vna adpenditur emtori, quod iusto ponderi additur *(Zugabe)*. Iam omnino, *lucrum*. *M.* Gall. *le surplus*. Gruterus legi iubebat *inpendio*, quod est alias vsurae superpondium. Sic Cic. ad Att. 6, 1. *foenus et inpendium recusare*. Cf. Gronou. de pec. vet. Mantissae p. 416. Simili modo iunguntur *quaestus* et *compendium* apud Cic. Verr. 2, 3. et 3, 46.

honesta praescr. honesto nomine. *M.*

in sing. conuentus praemittitur vulgo *sed*. male. abest a cod. Petauiano.

illas ex SC. exigi. Male codd. et edd. vet. *ex illo se consulto*. Ex SC, saepe ortum se vitio librariorum.

vti in sorte fecerant. Egregia est Faerni, Ciacconii, Glandorpii coniectura, *vt in Syria fecerant*: nam hoc ipsum Scipio in Syria fecerat, vt est c. 31; nunc in Asia prouincia item auaritiae rapinisque indulgetur. Probauit Cellarius. *M.* Item Clarke. Ast Oud. alium forsan sensum vocem *sortis* hic habere suspicatur, vt apud Liu. 6, 36. vbi vid. interpretes. Putabat Dauisius, *Syriam* ipsam hic dici *sortem*, quia Scipioni sortito obuenerat. Durum hoc.

promutuum, si est vera lectio, (habent autem codd. optimi) nihil aliud est, quam *mutuum*: nullo enim modo, vt quidam volunt, significare potest id, quod in antecessum soluitur. Fortasse vero verbum hoc non est ex aetate Caesaris. Vnde cum MSS. duobus et edd. ant. malim, *pro mutuo*, quod et Cellario et Gesnero in Thes. L. L. placuit, etsi sensus idem est. *M.* Mihi videtur idem esse, quod capite sup. dixerat *insequentis anni mutuam praeceperat*. Conf. de isto *promutuo* Cuiac. Obs. 8, 34.

certaque eius rei die constituta. Felicissima est haec Vrsi-

hibitis compluribus Senatorii ordinis, quos aduocauerat Scipio, litterae ei redduntur a Pompeio, mare transisse cum legionibus Caesarem: properaret ad se cum exercitu venire omniaque posthaberet. His litteris acceptis, quos aduocauerat, dimittit; ipse iter in Macedoniam parare incipit paucisque post diebus est profectus. Haec res Ephesiae pecuniae salutem adtulit.

34. Caesar, Antonii exercitu coniuncto, deducta Orico legione, quam tuendae orae maritumae caussa posuerat, tentandas sibi prouincias longiusque procedendum existimabat; et, quum ad eum ex Thessalia Aetoliaque legati venissent, qui praesidio misso pollicerentur, earum gentium ciuitates imperata facturas, L. Cassium Longinum cum legione tironum, quae adpellabatur septima vigesima, atque equitibus ducentis in Thessaliam; C. Caluisium Sabinum cum cohortibus quinque paucisque equitibus in Aetoliam misit, maximeque eos, quod erant propinquae regiones, de re frumentaria vt prouiderent, hortatus est. Cn. Domitium Caluinum cum legionibus duabus, vndecima et duodecima, et equitibus quingentis in Macedoniam proficisci iubet: cuius prouinciae ab ea parte, quae Libera adpellatur, Menedemus,

ni emendatio. Alia lectio, quae edd. vulg. adhaesit, *ceterasque eius Deae statuas*, nihili est: quid enim erit *ceteros?* Sufficit, codices plures habere, *ceteraque eius diei constituta*, vnde Vrsini coniectura facillimam mutationem eruit. *M.* Hotomann. legit *certasque* (scil. aureas et argenteas) *eius Deae statuas*, Dauis. *aureasque*.

in Thessaliam. Codd. quidam addunt *ire*. edd. Rom. et Med. *ire mandat*.

maxime eos. Leg. *maximeque* e quibusdam codd: et edd. ant. Quaedam cum his nexa vid. c. 55. *M.* Malit Oudend. cum Grutero delere *est* post *hortatus*, quam hic inserere *que*. Sed codd. et edd. vet. seruant verbum. Lego *maximeque*.

Libera. Libertas illa ex Aemilii Pauli constitutione, de qua Liu. 45, 29, videtur reliqua fuisse, etsi partis huius liberae situs atque limites definiri non possunt. *Cellar.* Glandorpius e Strabone (7, p. 326.) colligit, quartam Macedoniae partem, (e distributione Aemilii Pauli Liu. 45, 29) in qua Lyncestae et Pelagones fuerunt (Liu. 45, 30. Diod. Sic. T. 2. p. 645 ed. Wesse-

princeps earum regionum, missus legatus, omnium suorum excellens studium profitebatur.

35. Ex his Caluisius, primo aduentu summa omnium Aetolorum receptus voluntate, praesidiis adversariorum Calydone et Naupacto reiectis, omni Aetolia potitus est. Cassius in Thessaliam cum legione peruenit. Hic quum essent factiones duae, varia voluntate ciuitatum vtebatur. Hegesaretos, veteris homo potentiae, Pompeianis rebus studebat: Preteus, summae nobilitatis adolescens, suis ac suorum opibus Caesarem enixe iuuabat.

36. Eodemque tempore Domitius in Macedoniam venit et, quum ad eum frequentes ciuitatum legationes conuenire coepissent, nunciatum est, adesse Scipionem cum legionibus, magna et opinione et fama omnium: nam plerumque in nouitate fama antecedit. Hic, nullo in loco Macedoniae moratus, magno inpetu tetendit ad Domitium et, quum ab eo milia passuum viginti abfuisset, subito se ad Cassium Longinum in Thessaliam conuertit. Hoc adeo celeriter fecit, vt simul adesse et venire nunciaretur. Et, quo iter expeditius faceret, M. Fauonium ad flumen Haliacmonem, quod Macedoniam a Thessalia diuidit, cum cohortibus octo praesidio inpedimentis le-

ling.) esse hanc Liberam, quia Strabo hanc partem recentiori tempore Liberam dictam esse refert. Hoc probat Oudendorpius, et e Plin. H. N. 4, 10 (17) addit, *Liberi* Amantini et Orestae, qui sunt Macedoniae populi: et quia cognomen Liberae horum scriptorum tempore adhuc vsitatum fuerit, in nostro loco vult legi *adpellatur*, pro *adpellabatur*. *M.* Res sat manifesta videtur et fulcitur codd. Louan. et Dorn. restitui igitur *adpellatur*

reiectis. Recte hoc in edd. recentioribus substitutum est lectioni vitiosae codicum, *relictis*. *M.* Ciaccon. e coniectura dederat *deiectis*. Scal. *reiectis*, vt c. 46. et G. 1, 24. 2, 53.

Petreius. Obfendit hoc Romanum nomen hominis Thessali quosdam interpretes. Oud. in codd. Louan. et Doruillii reperit *Preteus*, quod ei non negligendum videtur. *M.* Imo in edit. secunda recepit. sequor.

fama (magna) *antecedit*. De re ipsa verbo monuit Dio Cass. 41, 51. *M.*

tetendit. Alii *contendit*, *tendit*.

gionum reliquit castellumque ibi muniri iussit. Eodem tempore equitatus Regis Cotys ad castra Cassii aduolauit, qui circum Thessaliam esse consueuerat. Tum timore perterritus Cassius, cognito Scipionis aduentu, visisque equitibus, quos Scipionis esse arbitrabatur, ad montes se conuertit, qui Thessaliam cingunt, atque ex his locis Ambraciam versus iter facere coepit. At Scipionem, properantem sequi, litterae sunt consecutae a M. Fauonio, Domitium cum legionibus adesse, neque se praesidium, vbi constitutus esset, sine auxilio Scipionis tenere posse. Quibus litteris acceptis, consilium Scipio iterque commutat; Cassium sequi desistit, Fauonio auxilium ferre contendit. Itaque die ac nocte continuato itinere ad eum peruenit, tam obportuno tempore, vt simul Domitiani exercitus puluis cerneretur et primi antecursores Scipionis viderentur. Ita Cassio industria Domitii, Fauonio Scipiones celeritas, salutem adtulit.

37. Scipio, biduum castris statiuis moratus ad flumen, quod inter eum et Domitii castra fluebat, Haliacmonem tertio die prima luce exercitum vado transducit et, castris positis, postero die mane copias ante frontem castrorum struit. Domitius tum quoque sibi dubitandum non putauit, quin, productis legionibus, proelio decertaret. Sed, quum esset inter bina castra campus circiter milium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit: ille a vallo non discedere perseuerauit: attamen, aegre retentis Domitianis militibus, est factum, ne proelio

Cotys. In vulg. *Cotti*, *Goti*, et apud Cic. in Pis. 34. Nepot. in Iphicr. 3. Sed in loco nostro boni codd. dant *Cottys* vel *Cotiis*. V. c. 4.

cerneretur — viderentur. Synonymia, qualis et G. 7, 30. *animo prouidere* et *praesentire*. Sall. Cat. 12. *haberi*, *duci*. Lucan. 5, 274. *respice*, *cerne*.

castris statiuis. De his vid. Lipsius de mil. Rom. 5, 1. Talia fuere, quorum rudera haud ita pridem detecta a viro egregio Hoffmanno, architecturae militaris perito, prope Neuwied, de quibus v. Minola in Uebersicht dessen, was sich unter den Römern am Rhein ereignet. et Matthiae in Mém. de la Soc.

contenderetur; et maxime, quod riuus difficilibus ripis, castris Scipionis subiectus, progressus nostrorum impediebat. Quorum studium alacritatemque pugnandi quum cognouisset Scipio, suspicatus fore, vt postero die aut inuitus dimicare cogeretur, aut magna cum infamia castris se continere, qui magna exspectatione venisset, temere progressus turpem habuit exitum et noctu, ne conclamatis quidem vasis, flumen transit atque in eamdem partem, ex qua venerat, redit ibique prope flumen edito natura loco castra posuit. Paucis diebus interpositis, noctu insidias equitum conlocauit, quo in loco superioribus fere diebus nostri pabulari consueuerant. Et, quum quotidiana consuetudine Q. Varus, Praefectus equitum Domitii, venisset, subito illi ex insidiis consurrexerunt; sed nostri fortiter eorum impetum tulerunt celeriterque ad suos quisque ordines rediit atque vltro vniuersi in hostes impetum fecerunt. Ex his circiter octoginta interfectis, reliquis in fugam coniectis, nostri, duobus amissis, in castra se receperunt.

58. His rebus gestis, Domitius, sperans Scipionem ad pugnam elici posse, simulauit, sese angustiis rei frumentariae adductum castra mouere; vasisque militari more conclamatis, progressus milia passuum tria, loco idoneo et occulto omnem exercitum equitatumque conlocauit. Scipio, ad sequendum paratus, equitatum magnamque partem leuis armaturae ad explorandum iter Domitii et cognoscendum praemisit.

des Sciences du Mont-Tonnerre. t. 1. Alii *in castris statiuis.*

castra. Sic vulgo bene. Cellarius dedit *agmen;* secutus Morus.

copias — struit. Vulgo, *instruit*, contra codd. *M.* bonos et edd. vet.

Domitius. Hoc nomen bene adiecit e codd. et edd. vet. Oud. viderat iam Dauisius.

castris — subiecit, proprius castra duxit. Cf. Ind. *M.*

transit — redit. Alii *transiit, rediit.* Pro *atque* alii *neque.*

Et, quum. Iurinius velit *Eo quum.*

leuis armaturae. In aliis hae voces desunt; in Louan. est

Qui quum essent progressi primaeque turmae insidias intrauissent, ex fremitu equorum inlata suspicione, ad suos se recipere coeperunt: quique hos sequebantur, celerem eorum receptum conspicati, restiterunt. Nostri, cognitis insidiis, ne frustra reliquos exspectarent, duas nacti hostium turmas exceperunt: (in his fuit M. Opimius, Praefectus equitum) reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt, aut captos ad Domitium perduxerunt.

39. Deductis orae maritumae praesidiis, Caesar, vt supra demonstratum est, tres cohortes Orici oppidi tuendi caussa reliquit iisdemque custodiam nauium longarum transdidit, quas ex Italia transduxerat. Huic officio oppidoque praeerat C. Acilius Legatus. Is naues nostras interiorem in partem post oppidum reduxit et ad terram deligauit, faucibusque portus nauem onerariam submersam obiecit et huic alteram coniunxit, super qua turrim effectam ad

exercitus. i. e. peditum. Vid. not. ad 7, 61.

inlata susp. Sic G. 2, 25. Alii *incussa*.

cognitis insidiis. Omnes codd. habent, *cognitis hostium insidiis*, quod Vossius recte mutauit in *cog. hosti insidiis.* Ergo non video, cur alii, relicta Vossii sententia, pro arbitrio verbum *hostium* paulo post intruserint post verbum *nacti*, quasi a librariis traiectum. *M.* Cognitis scil. ab hoste insidiis. Tò *hostium* alieno loco posuerunt librarii.

earum turmarum. Non intelligit duas turmas exceptas; sed omnes illas turmas equestres, quas Scipio ad explorandum praemiserat, quarum duae erant exceptae, reliquarum milites nunc aut caesi aut capti sunt. Sic intellectus locus non habet lacunam, vt Marclando visum est. *M.* p. 272.

vt supra demonstratum est. c. 34, vbi dixit, legionem Orico deductam esse, quae orae tuendae caussa ibi posita fuerat. *M.*

Acilius Legatus. Dio 42, 12. *Aquilium* vocat. Corrupte codd. et edd. vet. *Caninius*, *Caninianus*, sed cap. seq. vbiuis dicitur *Acilius.* Sub litera *C.* latet praenomen. Restitui.

inter. in partem. Ciacconius *portum* legi maluit, et hic et c. 40. Non male; saltem pars interior portus intelligenda est, cui fauces, aditus portus, opponuntur. *M.* Probat et Iuzinius.

ad Oricum venit. i. e. ad littora prope Oricum. Male ergo praepositionem deleri iubet Ciaccon. Cf. et c. 100.

adduxit, ad se adtraxit. *Oud.* Vulgo, *abduxit* —. Rem paucis narrauit Dio Cass. 42, 12, sed Caesarianus locus nihil lucis inde capit. *M.*

ad libram fecerat turres. Dicuntur turres ad libram factae, quia bimae erant in naui,

ipsum introitum portus obposuit et militibus compleuit tuendamque ad omnes repentinos casus transdidit.

40. Quibus cognitis rebus, Cn. Pompeius filius, qui classi Aegyptiae praeerat, ad Oricum venit submersamque nauim, remulco multisque contendens funibus, adduxit; atque alteram nauem, quae erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus adgressus navibus, in quibus ad libram fecerat turres, vt ex superiori pugnans loco, integrosque semper defatigatis submittens, et reliquis partibus simul ex terra scalis et classe moenia oppidi tentans, vti aduersariorum manus diduceret, labore et multitudine telorum nostros vicit: defectisque defensoribus, qui omnes scaphis excepti refugerant, eam nauem expugnauit; eodemque tempore ex altera parte molem tenuit naturalem obiectam, quae paene insulam contra oppidum effecerat, qua quatuor biremes, subiectis

vel in prora et puppi, vel ad vtramque latus, vt altera alterius aequaret pondus, ne turris inclinaret. De his turribus Scheffer. de mil. nau. 2, 5. *Cellar.* Iam etsi verum est de duabus vnius nauis turribus: tamen frigere videtur hoc additamentum, *ad libram.* Quis enim non sponte intelligat hoc, artifices spectasse aequilibrium? Estne necesse, vt hoc moneatur? Nam ideo non solitae sunt *duae* turres strui, vt sic aequilibrium seruaretur: quoniam interdum, vt paulo ante, nauis *vnam* tantum turrim habuit, sine periculo inclinandi. Audiamus ergo et alios. Ac Rhellicanus quidem, quocum Vossius videtur facere, sic interpretatur: *ad perpendiculum factae.* Sed nonne et hoc sponte intelligitur, artifices sic struxisse turres? Rursus Hotomannus intelligit *turres eiusdem altitudinis*, quasi libra dimensas et examinatas, qualia sunt corpora duo, σταφύλῃ ἐΐσα, apud Homer. Iliad. 2, 765, h. e. corpora duo paris altitudinis. Ac Polenus ad Front. de aquaeduct. p. 61. docte ostendit, *ad libram facta* significare ea, quae sint eiusdem altitudinis. Qui si est vsus loquendi, videtur et in hoc Caesaris loco tenendus. Sed libenter alios audiam. *M.* De turribus nauium vid. Liu. 24, 34. Tac. A. 15. Appian. Mithr. c. 73. Dion. 50, 18. et nostrum G. 3, 14.

vt ex. i. e. vtpote ex.

ex superiori loco, e suis turribus. *M.*

pugnans. An, *pugnaret? M.*

defectis codices: *deiectis* edd. vulg. *M. Defectis* animo et viribus. Cf. Gudius ad Phaedri fab. 1, 21.

eam nauem. Sic Oud. cum Faerno et Vrsino ex codd. probis. vulgo *etiam.*

molem, prominentiam in superficie aquarum. *M.*

quatuor biremes. Leg. e

scutulis, inpulsas vectibus in interiorem partem transduxit. Ita ex vtraque parte naues longas adgressus, quae erant deligatae ad terram atque inanes, quatuor ex his abduxit, reliquas incendit. Hoc confecto negotio, D. Laelium ab Asiatica classe abductum reliquit, qui commeatus Bullide atque Amantia inportari in oppidum prohibebat: ipse, Lissum profectus, naues onerarias triginta, a M. Antonio relictas, intra portum adgressus omnes incendit: Lissum expugnare conatus, defendentibus ciuibus Romanis, qui eius conuentus erant, militibusque, quos praesidii caussa miserat Caesar, triduum moratus, paucis in obpugnatione amissis, re infecta, inde discessit.

41. Caesar, postquam Pompeium ad Asparagium esse cognouit, eodem cum exercitu profectus, expugnato in itinere oppido Parthinorum, in quo Pompeius praesidium habebat, tertio die in Macedoniam ad Pompeium peruenit, iuxtaque eum castra posuit et postridie, eductis omnibus copiis, acie instructa, decernendi potestatem Pompeio fecit. Vbi illum suis locis se tenere animum aduertit, reducto in castra exercitu, aliud sibi consilium capiendum existimauit. Itaque postero die omnibus copiis, magno circuitu, difficili angustoque itinere, Dyrrhachium profectus est, sperans, Pompeium aut Dyrrhachium compelli,

codd. duobus monitu Clarkii et Oud. *qua quat. bir.* vt *qua* sit, *qua parte. M.* Quum codd. hoc obferant, nolui negligere. Iurinius hunc locum ita refingit: *Eod. t. ex a. p. qua moles tenuis naturalis obiecta p. i. op. eff. IV. b. s. sc. i. v. in int. portum transduxit.* De interiore portu mox c. 39. Duo fuisse putat Iurinius.

scutulas interpretes plerique putant esse palangas, de quibus ad 2, 10 dictum est. Et haec est verisimilior sententia. Turnebus Adu. 27, 24 legi voluit *rutulis.* f. *rotulis;* Schefferus de mil. nau. 3, 5 *scutinis,* quae putat coria, oleo inuncta, fuisse, super quibus lubrico lapsu promotae naues sint. Illum Vossius et Laetus in Lex. Vitruuiano, hunc Danisius refutauit. Ciacconius maluit *suculis,* quae et ipsae sunt cylindri, lignis manubrii loco decussatim traiectis, quibus opifices ita vtuntur, vt, dum voluuntur, circumuoluatur funis tractorius: vt Laetus d. l. et Gesnerus in Thes. L. L. post Budaeum ostenderunt. Equidem talia dirimere

aut ab eo intercludi poſſe, quod omnem commeatum totiusque belli adparatum is eo contuliſſet: vt accidit. Pompeius enim, primo ignorans eius conſilium, quod diuerſo ab ea regione itinere profectum videbat, anguſtiis rei frumentariae compulſum diſceſſiſſe exiſtimabat: poſtea, per exploratores certior factus, poſtero die caſtra mouit, breuiore itinere ſe occurrere ei poſſe ſperans. Quod fore ſuſpicatus Caeſar militesque adhortatus, vt aequo animo laborem ferrent, parua parte noctis itinere intermiſſo, mane Dyrrhachium venit, quum primum agmen Pompeii procul cerneretur, atque ibi caſtra poſuit.

42. Pompeius, interclusus Dyrrhachio, vbi propoſitum tenere non potuit, ſecundo vſus conſilio, edito loco, qui adpellatur Petra, aditumque habet nauibus mediocrem atque eas a quibusdam protegit ventis, caſtra communit. Eo partem nauium longarum conuenire, frumentum commeatumque ab Aſia atque omnibus regionibus, quas tenebat, comportari imperat. Caeſar, longius bellum ductum iri exiſtimans et de Italicis commeatibus deſperans, quod tanta diligentia omnia litora a Pompeianis tenebantur, claſſesque ipſius, quas hieme in Sicilia, Gallia, Italia fecerat, morabantur, in Epirum rei frumentariae cauſſa Q. Tullium et L. Canuleium Legatos mi-

non ſustineo, praeſertim cum huiusmodi machinationes ne definiri quidem poſſint, niſi etiam de ſitu locorum ſatis conſtet, qui eas vel neceſſarias reddit, vel adiuuat et, oculis demum conſpectus, indicat, quae machinationem eſſe potuerit, aut fuiſſe videatur ratio. *M.* Scheſſerus prouocat ad Dionem 50, 12. ſed id peculiare quid videtur, nec mouenda lectio vulgaris.

inanes. Alii *naues.*

ad Aſparagium. Redit ad c. 30. *M.*

profectus, expugnato. His male interpoſitum *et* deleuit Oud. auctoritate codd.

decernendi. Alii *decertandi.* Conf. Burm. ad Suet. Ner. 27.

Dyrrhachium venit. Clarke ad *D.* ex MS. Noruic.

Q. Tullium. Hoc nomen edd. vulg. omiſerant. Exſtat in Leid. primo, qui eſt optimus, vt in ceteris codd. aperta ſunt veſtigia duorum nominum, vt *Q. Titium, Quintilium, Q. Tillium.* Sed ita etiam *Legatos* ſcribendum erit. *M.* Omnino. ceterum vt hic *Tullium* praetulit Oud.

fit: quodque hae regiones aberant longius, locis certis horrea constituit, vecturasque frumenti finitumis ciuitatibus descripsit: item Lisso Parthinisque et omnibus castellis, quod esset frumenti, conquiri iussit. Id erat perexiguum, quum ipsius agri natura, quod sunt loca aspera et montuosa ac plerumque frumento vtuntur inportato; tum quod Pompeius haec providerat et superioribus diebus praedae loco Parthinos habuerat, frumentumque omne conquisitum, spoliatis effossisque eorum domibus, per equites comportarat.

43. Quibus rebus cognitis, Caesar consilium capit ex loci natura. Erant enim circum castra Pompeii permulti editi atque asperi colles: hos primum praesidiis tenuit castellaque ibi communiit. Inde, vt loci cuiusque natura ferebat, ex castello in castellum perducta munitione, circumuallare Pompeium instituit: haec spectans, quo angusta re frumentaria vtebatur, quodque Pompeius multitudine equitum valebat, quo minore periculo vndique frumentum commeatumque exercitui subportare posset; simul, vti pabulatione Pompeium prohiberet equitatumque eius ad rem gerendam inutilem efficeret; tertio, vt auctoritatem, qua ille maxime apud exteras nationes niti videbatur, minueret; quum fama per orbem terrarum percrebuisset, illum a Caesare obsideri neque audere proelio dimicare.

44. Pompeius neque a mari Dyrrhachioque discedere volebat, quod omnem adparatum belli, tela,

sic contra ad Suet. Caes. c. 82. maualt *Tillium* vel *Tilium*. Codd. variant.

inportato. Malit Oudend. et heic *inportatitio*. vt Afr. 20. Cf. et G. 4, 2.

castella ibi communiit. De castellis v. de B. G. 7, 69. *M.*

niti videbatur. Alii *vti*. male.

id quod accidit. Vulgo *idque*. Sed codd. Noruic. et Petau. *id quod*. sic saepe noster. V. et H. 8.

circuitu. Alii *in circuitu*.

intra eum locum. Sic codd. Scal. et recentiores *inter*.

qui perpet. munit. Pronomen *qui* contra omnes codd. intrusum est ab editoribus quibusdam. *M.*

habebant. Et hoc est ab editoribus: in codd. et edd. ant. omnibus legitur *videbant*. Tota

arma, tormenta, ibi conlocauerat, frumentumque exercitui nauibus ſubportabat; neque munitiones Caeſaris prohibere poterat, niſi proelio decertare vellet, quod eo tempore ſtatuerat non eſſe faciendum. Relinquebatur, vt, extremam rationem belli ſequens, quam plurimos colles occuparet et quam latiſſimas regiones praeſidiis tenere, Caeſarisque copias, quam maxime poſſet, distineret: id quod accidit. Caſtellis enim quatuor et viginti effectis, quindecim milia paſſuum circuitu amplexus, hoc ſpatio pabulabatur; multaque erant intra eum locum manu ſata, quibus interim iumenta paſceret. Atque vt noſtri, qui perpetuas munitiones habebant, perductas ex caſtellis in proxima caſtella, ne quo loco erumperent Pompeiani et noſtros poſt tergum adorirentur, timebant: ita illi interiore ſpatio perpetuas munitiones efficiebant, ne quo loco noſtri intrare atque ipſos a tergo circumuenire poſſent. Sed illi operibus vincebant, quod et numero militum praeſtabant et interiore ſpatio minorem circuitum habebant. Quae quum erant loca Caeſari capienda, etſi prohibere Pompeius totis copiis et dimicare non conſtituerat; tamen ſuis locis ſagittarios funditoresque mittebat, quorum magnum habebat numerum, multique ex noſtris vulnerabantur, magnusque incefferat timor ſagittarum atque omnes fere milites aut ex coactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas aut tegimenta fecerant, quibus tela vitarent.

haec particula eſt corrupta: ſi quid tentare licet, legerim: *Atque vt noſtri perpetuas mun. habebant, perd. — caſtella, quia, ne quo — — timebant.* Marclandus in Explic. vett. auct. p. 272 hanc lectionem proponit: *Atque vt noſtris perpetuae munitiones fiebant, perductae* — —. Deinde delet verbum *timebant. M.* Tò *videbant* codd. Scaliger e cod. Hotomanni mutauit in *habebant.* Oud. cum Faerno ſuſpicatur leg. *iungebant* vel *agebant*, omiſſis *qui* et in fine *timebant.* Marcl. id *videbant* putabat ortum ex *fiebant*; Inde eius coniectura emendationis.

Quae quum (an, *dum*?) *erant loca* —. *M.* Bentleius *Quaecumque.*

totis copiis. Sic et Al. 76.

coactis. Vulgo, *ſubcoactis*;

45. In occupandis praeſidiis magna vi vterque nitebatur, Caeſar, vt quam anguſtiſſime Pompeium contineret; Pompeius, vt quam plurimos colles quam maximo circuitu occuparet: crebraque ob eam cauſſam proelia fiebant. In his quum legio Caeſaris nona praeſidium quoddam occupauiſſet et munire coepiſſet; huic loco propinquum et contrarium collem Pompeius occupauit noſtrosque opere prohibere coepit: et, quum vna ex parte prope aequum aditum haberet, primum ſagittariis funditoribusque circumiectis, poſtea leuis armaturae magna multitudine miſſa, tormentisque prolatis, munitiones inpediebat: neque erat facile noſtris, vno tempore propugnare et munire. Caeſar, quum ſuos ex omnibus partibus vulnerari videret, recipere ſe iuſſit et loco excedere. Erat per decliue receptus: illi autem hoc acrius inſtabant, neque regredi noſtros patiebantur, quod timore adducti locum relinquere videbantur. Dicitur eo tempore glorians apud ſuos Pompeius dixiſſe, *non recuſare ſe, quin nullius vſus Imperator exiſtimaretur, ſi ſine maximo detrimento legiones Caeſaris ſeſe recepiſſent inde, quo temere eſſent progreſſae.*

46. Caeſar, receptui ſuorum timens, crates ad extremum tumulum contra hoſtem proferri et aduerſas locari; intra has mediocri latitudine foſſam, tectis militibus, obduci iuſſit locumque in omnes par-

quidam *ſubactis*. Sic ergo error natus eſt: non intellexerunt *coactum*, inde fecerunt *ſubactum*, ex hoc rurſus *ſubcoactum*. vid. Ind. *M.* Bene Cellarius adfert ex Vlpiano ff. L. 25. de auro, argento etc. *coactilia*, Germ. *gewalkt*, Gall. *foulé*. Grut. theſ. Inſcr. p. 648, 3, et 4. *lanarium coactorem* et *coactiliarium* exhibet.

praeſidiis, locis, vbi praeſidia conlocarentur. *M.* Sic et G. 6, 33, 54. Liu. 21, 57.

nitebatur. Sic Voſſ. e codd. Vulgo *vtebatur*. vt G. 4, 24. et paullo ante c. 43.

recipere ſe iuſſit. In optimis MSS. eſt *iuſſit*; vulgo *ſtatuit*. Sed Caeſar non ſtatuit, ſe recipere. *M.* Primus hoc vidit Daviſius.

tectis (pluteo et vineis) *militibus*, qui foſſam ducebant. *M.*

His rebus completis. Marcelandus in Explic. vett. auct. p. 273 malit *confectis*, quem ſequor. *M.*

tes quam maxime inpediri; ipse idoneis locis funditores instruxit, vt praesidio nostris se recipientibus essent. His rebus completis, legiones reduci iussit. Pompeiani hoc insolentius atque audacius nostros premere et instare coeperunt cratesque, pro munitione obiectas, propulerunt, vt fossas transcenderent. Quod quum animaduertisset Caesar, veritus, ne non reducti, sed reiecti viderentur, maiusque detrimentum caperetur, a medio fere spatio suos per Antonium, qui ei legioni praeerat, cohortatus, tuba signum dari atque in hostes inpetum fieri iussit. Milites legionis nonae subito conspirati pila coniecerunt et, ex inferiore loco aduersus cliuum incitati cursu, praecipites Pompeianos egerunt et terga vertere coegerunt: quibus ad recipiendum crates directae longuriique obiecti et institutae fossae magno inpedimento fuerunt. Nostri vero, qui satis habebant sine detrimento discedere, compluribus interfectis, quinque omnino suorum amissis, quietissime se receperunt, paulloque citra eum locum morati, aliis comprehensis collibus, munitiones perfecerunt.

47. Erat noua et inusitata belli ratio, quum tot castellorum numero, tantoque spatio et tantis munitionibus et toto obsidionis genere, tum etiam reliquis rebus. Nam, quicumque alterum obsidere conati sunt, perculsos atque infirmos hostes adorti,

legiones reduci. Iurinius mavult *legionem* scil. nonam, de qua c. 45.

reiecti. alii *deiecti*.

conspirati, (sic boni quidam codd.) in arctius spatium conlecti, vt cum serpens colligitur in spiram. Ergo omnino significat coartatos, condensatos. Reliquae lectiones aut sunt falsae, vt *conspicati*; aut interpretamenta, vt *complicati* et *constipati* *M*. Proprie de serpente vsurpat Victor de viris ill. cap. 22. Etymo vtitur de re militari Ennius apud Festum: *spiras legionibus nexunt*. Probat vulg. *constipati* Bentl. et indignatur, Caesari e coeno Victoris lectionem putidam obtrudi. Contra sentit Gudius ad Phaedri fab. 1, 2.

cliuum. Hoc a Manutio est. Faernus legebat *tumulum*, cum in MSS. omnibus et edd. primis sit *pilum*, sub quo aliud latere videtur. *Oud*.

citra eum locum. alii *circa*.

morati. Adiecit Oud. e codd.

aut proelio superatos, aut aliqua obsensione permotos continuerunt, quum ipsi numero militum equitumque praestarent: caussa autem obsidionis haec fere esse consueuit, vt frumento hostes prohibeantur. At contra integras atque incolumes copias Caesar inferiore militum numero continebat; quum illi omnium rerum copia abundarent: quotidie enim magnus vndique nauium numerus conueniebat, quae commeatum subportarent; neque vllus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberent. Ipse autem, consumtis omnibus longe lateque frumentis, summis erat in angustiis: sed tamen haec singulari patientia milites ferebant. Recordabantur enim, eadem se superiore anno in Hispania perpessos, labore et patientia maximum bellum confecisse: meminerant, ad Alesiam magnam se inopiam perpessos, multo etiam maiorem ad Auaricum, maximarum se gentium victores discessisse. Non, illis

neque vllus flare etc. Repetunt hoc Plut. in Pomp. c. 65. et in Caes. c. 39. item Appian. C. 2, 66.

haberent. Ipse. Marclandus p. 273. distinctionem hic tollit et mox legit *esset.* Ceterum vulgo legebatur *haberet*, vbi prius legi debebat *subportaret.*

in Hispania. Cf. 1, 48. *M.*

meminerant — discessisse. Haec manum interpolatoris prodere iudicat Bentleius.

ad Alesiam. B. G. 7, 68 sqq. *M.*

ad Auaricum. ibid. cap. 18. sqq. *M.*

se g. v. discessisse. Hoc *se* deletum cupit Dauis. Sed similis repetitio occurit et G. 1, 35.

illis. alii *illi*,

pecus vero. in ed. R. Stephani legitur *panicum.* vt C. 2, 22.

qui fuerant cum Valerio. Qualisnam est haec descriptio? Quis inde intelligat, quinam hi homines fuerint? In bonis codd. legitur: *qui fuerant Valeribus:* vnde adparet, verba conrupta esse. Qui vult, legat Vossium, operose docentem, quis ille Valerius fuerit. *M.* Putat, fuisse *L. Valerium Flaccum*, Asiae Mithridatico bello Praetorem, v. c. 53. a quo milites legionis XX vitricis, quae cum ipso erat, *Valeriani* dicti. Cf. Dio 35, 14 et 36, 29. Is *Valerius* a Legato suo Fimbria a. v. 665. interfectus. v. Vell. 2, 24. Vnde iidem milites a Plut. in vita Luculli c. 7. *Fimbriani* salutantur.

chara. Si de scriptura huius verbi satis constaret, (scribitur enim in codd. et ant. edd. *chara*, *chata*, *catha*, voluntque rursus alii legi *carus*, alii *chera*) fortasse posset aliquid reperiri;

hordeum quum daretur, non legumina recusabant: pecus vero, cuius rei summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant.

48. Est etiam genus radicis inuentum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod adpellatur chara, quod admixtum lacte multum inopiam leuabat. Id ad similitudinem panis efficiebant. Eius erat magna copia. Ex hoc effectos panes, quum in colloquiis Pompeiani famen nostris obiectarent, vulgo in eos iaciebant, vt spem eorum minuerent.

49. Iamque frumenta maturescere incipiebant atque ipsa spes inopiam sustentabat, quod celeriter se habituros copiam confidebant: crebraeque voces militum in vigiliis colloquiisque audiebantur, *prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompeium e manibus dimissuros*. Libenter etiam ex perfugis cognoscebant, equos eorum vix tolerari, reliqua vero iumenta interisse; vti autem ipsos valetudine non bo-

etsi nihil difficilius definitu est illis plantarum nominibus, quae in veterum scriptis occurrunt. Nunc, cum ne de nomine quidem constet, quis ausit rem definire? Plerique petunt aliquid adiumenti e loco Pliniano (H. N. 19, 8, 41 extr.), vbi Caesaris milites apud Dyrrhachium *lapsana* vixisse dicuntur, quam plantam hodienum botanici describunt, eorumque nonnulli vertunt *wilder Kohl*. Sed monent etiam, caules quidem eius et folia victui inseruire, non autem (quae est Harduini ad Plinium sententia) eum inde parari posse massam, quae in panes formetur. Ac fortasse quidem dicat aliquis, vtcumque inde formatos esse quosdam panes ab his, qui summa inopia premerentur; sed et Harduinus nihil a vero abhorrens censuit, cum dixit, milites Caesaris, praeter lapsanam, illo tempore etiam alia radice ad panificium vsos esse, quae radix in Caesaris libris scribatur *chara*. Si ergo *chara* est aliud quid, quam *lapsana*; aut saltem esse potest; non licet e loco Plinii locum Caesaris secure interpretari, eritque agnoscendum, non constare nobis de hac radice. *M.* Rei meminere Sueton. c. 68. et Appian. C. 2, 61. vbi loco radicis ponunt herbam. Plut. in Caes. c. 39. radicem vocat. Plura de hac *chara* dabit Mantissa nostra obseruationum.

adm. lacte. alii *lacti*, consuetum magis.

Libenter. Vulgo *frequenter* contra codd. *M.*

tolerari. v. Ind. — Inopiam hanc Lucanus (6, 80 sqq.) bene descripsit. *M.* Praemissum *vix* deficit in codd. et edd. vet.

na, quum anguſtiis loci, et odore tetro ex multitudine cadauerum, et quotidianis laboribus, inſuetos operum, tum aquae ſumma inopia adfectos: omnia enim flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Caeſar aut auerterat, aut magnis operibus obſtruxerat. Atque, vt erant loca montuoſa et ad ſpecus anguſtiae vallium, has ſublicis in terram demiſſis praeſepſerat terramque adgeſſerat, vt aquam continerent. Itaque illi neceſſario loca ſequi demiſſa ac paluſtria et puteos fodere cogebantur: atque hunc laborem ad quotidiana opera addebant: qui tamen fontes a quibusdam praeſidiis aberant longius et celeriter aeſtibus exareſcebant. At Caeſaris exercitus optima valetudine ſummaque aquae copia vtebatur, tum commeatus omni genere praeter frumentum abvndabat; quibus quotidie melius ſuccedere tempus maioremque ſpem maturitate frumentorum proponi videbant.

50. In nouo genere belli nouae ab vtrisque bellandi rationes reperiebantur. Illi, quum animum advertiſſent ex ignibus, nocte cohortes noſtras ad mu-

ex multitud. Vulgo *et* inepte. Emendauit Dauiſ. e codd. Cf. Gronou. Obſ 4, 17.

adfectos. Hoc habent codd. plurimi quidam *adficeret.* Male deleri vocem iubent Ciaco. et Scaliger.

anguſtiae vallium ad ſpecus, i. e. *ang. vall.* quae poterant eſſe loco *ſpecuum,* habere vium et vim ſpecuum. Specus autem in de B. Alex. cap 5 et 6 ſunt meatus ſubterranei, canales. Cf. Liu. 10, 10. Fortaſſe ergo hoc dicit, anguſtam vallem fuiſſe veluti meatum ſ. canalem, per quem aut ſponte profflueret aqua, e montibus in vallem delata; aut, arte adiuta foſſisque ductis, deriuari poſſet. Et vt in altero loco ſpecus interſepiuntur, ita h. l. praeſepiuntur, obſtruuntur, ne aqua profluat. Putabam etiam, ſpecum fortaſſe ciſternam ſ. lacum ſignificare poſſe, ideoque aquas in vallibus, vti in ciſternis, conlectas et praeſeptas eſſe. Sed neque exempla alterius ſignificatus habeo, neque ſuſtineo rem definire. *M.*

praeſidiis, locis, vbi praeſidia erant, vt c. 45.

quibus quot. mel. temp. ſuccedere (an, *accedere?*) — *videbant* (Caeſariani). Nempe accedebat tempus meſſis. *M.* In codd. *ſubterere.* Vnde Oud. ſuſpicatur leg. *ſuccurrere.* Bentl. *ſubire.*

In nouo genere belli. Conf. cap. 47. *M.*

nocte — excubare. Hoc e conſuetudine perpetua notum

nitiones excubare, silentio adgressi vniuersas, intra multitudinem sagittas coniiciebant et se confestim ad suos recipiebant. Quibus rebus nostri, vsu docti, haec reperiebant remedia, vt alio loco ignes facerent, [alio excubarent]. ***

51. Interim certior factus P. Sulla, quem discedens castris praefecerat Caesar, auxilio cohorti venit cum legionibus duabus, cuius aduentu facile sunt repulsi Pompeiani. Neque vero conspectum aut inpetum nostrorum tulerunt; primisque deiectis, reliqui se verterunt et loco cesserunt. Sed insequentes nostros, ne longius prosequerentur, Sulla reuocauit. At plerique existimant, si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. Cuius consilium reprehendendum non videtur; aliae enim sunt Legati partes, aliae Imperatoris: alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet. Sulla, a Caesare castris relictus, liberatis suis, hoc fuit contentus, neque proelio decertare voluit, (quae res tamen fortasse aliquem reciperet casum) ne Imperatorias sibi partes sumsisse videretur. Pompeia-

fuisse monet Iurinius et legi vult *vbi nocte — excubarent.*

adgressi vniuersas. Sic codd. boni et edd. vet. vnde Dauis. coniicit *egressi.* Alii habent *aduersi*, quod recepit Scaliger. In aliis est *vniuersam.*

intra multitud. alii *inter.* Hotom. *in.* Iurinius ita: *silent. egressi aduersus ignes intra munitionem sag. conii.*

alio excubarent. Haec verba absunt ab omnibus codd. et edd. ant. Et adparet, cum e serie rerum, tum ex aliis scriptoribus, vt Appiano Ciu. 2, 60. p. 465. Dione Cass. 41, 50. Plutarcho Caes. cap. 39. quaedam hic deesse. *M.* Desideratur sane. quo abierit Caesar et initium inruptionis Pompeianorum. Vncis inclusa addidisse Aldus videtur.

aux. cohorti venit. De hac cohorte vid. Sueton. Iul. 68. *Denique, vna sextae legionis cohors. M.*

At plerique — finiri. Hanc totam particulam puto esse additamentum, e margine receptum. Nam partim qua syntaxin non cohaeret cum his illud *cuius consilium*, partim aliquis hoc in margine monuit, etsi Caesar consilium hoc probet, plerosque tamen illud reprehendere. *M.*

aliae Imp. Sic e cod. Noruic. Dauisius. Vulgo *atque.*

omnia. Abest a variis codd.

consulere (accommodate) *ad summam rerum. M.* consulere rebus secundum περιστάσεις

quae res tamen. Non inutile

nis magnam res ad receptum difficultatem adferebat. Nam, ex iniquo progressi loco, in summo constiterant: si per decliue sese reciperent, nostros ex superiore insequentes loco verebantur: neque multum ad solis occasum supererat temporis; spe enim conficiendi negotii prope in noctem rem duxerant. Ita, necessario atque ex tempore capto consilio, Pompeius tumulum quemdam occupauit, qui tantum aberat a nostro castello, vt telum tormentumue missum adigi non posset. Hoc consedit loco atque eum communiit omnesque ibi copias continuit.

52. Eodem tempore duobus praeterea locis pugnatum est: nam plura castella Pompeius pariter, distinendae manus caussa, tentauerat, ne ex proximis praesidiis succurri posset. Vno loco Volcatius Tullus inpetum legionis sustinuit cohortibus tribus atque eam loco depulit; altero Germani, munitiones nostras egressi, compluribus interfectis, sese ad suos incolumes receperunt.

est tamen, vt quidam monuerunt: nostri vertunt h. l. *gleichwohl.* Habent autem codd. fere omnes: *Res recipit casum* (adversum), i. e. potest infeliciter cedere, habet exitum anbiguum. *M.* Clarke credit leg. *tum*, quod compendio scriptum fuerit *tñ*. Placet et Oud.

duxerant. Sic Codd. Alii *deduxerant.*

tormentum missum. vid. Ind. *M.* Idem esse volunt, quod 8, 14 *tormento missa tela.* Quidam nostro loco legunt *telum tormento missum*, quod librariorum manum prodit. Ceterum *tormentum* pro telo grauiore accipitur. V. G. 4, 25. C. 2, 14. Al. 19. Stat Theb. 9, 146. Curt. 4, 2, 9. Eodem sensu et *balista* legitur apud Plaut. Trin. 3, 2, 43. et de b. Hisp. 13. Conf. et Nonius 18, 22.

communiit. alii *communit.*

ad Dyrrhachium — ad munitiones. Caesar a castellis (munitionibus) progressus ipsam vrbem Dyrrhachium oppugnauit; vbi propemodum periit: Pompeius interea in castellis eius magnam stragem edidit. Sic eodem tempore ac die et ad muros Dyrrhachii et ad castra Caesaris pugnatum est. vid. Appian. et Dio Cass. d. l. *M.*

ad duorum mil. (multitudinem s. summam) *numero.* Sed plerique MSS. habent, *ad duo milia numero.* *M.* Sic et Hirtius b. Afr. 78. *ad quatuor milia numero.* sed Sisenna apud Nonium de honeste dictis: *ad binum millium numero.*

euocatos. Post hoc verbum edd. addunt *et manipulares.* Sed Caesar vult monere, qui in omni illo numero fuerint memorabiles. Ergo non manipulares,

53. Ita vno die sex proeliis factis, tribus ad Dyrrhachium, tribus ad munitiones, quum horum omnium ratio haberetur, ad duorum milium numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus, euocatos Centurionesque complures. In eo fuit numero Valerius Flaccus, L. filius, eius, qui Praetor Asiam obtinuerat: signaque sunt sex militaria relata. Nostri non amplius viginti omnibus sunt proeliis desiderati. Sed in castello nemo fuit omnino militum, quin vulneraretur; quatuorque ex vna cohorte Centuriones oculos amiserunt. Et, quum laboris sui periculique testimonium adferre vellent, milia sagittarum circiter triginta, in castellum coniecta, Caesari renumerauerunt: scutoque ad eum relato Scaeuae Centurionis, inuenta sunt in eo foramina CXX. Quem Caesar, vt erat de se meritus et de Republica, donatum milibus ducentis aeris, ab octauis ordinibus ad primum pilum se transducere pronunciauit: eius enim opera castellum magna ex parte conseruatum esse constabat: cohor-

h. e. gregarios quosuis milites, addere potuit. *M.*

l al. Flaccus. Vossio est ille, de quo cap. 48. quem Appian. Mithr. c. 5. et C. 1, 75. Consules Cinnae collegam dicit. Glandorp. et Hotom. eum esse putant, quem Cicero defendit.

milia circiter XXX. Ita absque dubio quoque legendum apud Sueton. c. 68. vbi vulgo legitur *CXXX milia.* Contra ex Suetonio emendandum esse Caesarem indicabat Vrsinus.

renumerauerunt. *Alii remunerauerunt, renunciauerunt.* Cf. N. Heins. Aduers. 1, 11.

Scaeuae. Huius fortitudinem Lucanus 6, 144 sqq. non sine vi poetica describit. Conf. Sueton. Iul. 68. Numerus CCXXX (qui vulgo hic legitur) fidem excedit, et habent quidam libri CXX, vt Cellarius quoque edidit ex Sueton. d. l. et Valer. Max. 3, 2. Nihil ergo certi dici potuit. *M.* Sed sana ratio suadet, praeferendam lectionem codd. Pal. Bong. et Leid. qui minorem numerum habent. Quid quod et Plut. Caes. c. 16. habeat *CXXX* non *ducenta.* Sequor ergo Cellarium. Cf. et Duker. ad Flor. 4, 2, 41.

aeris in vno cod. Bongars. est; in ceteris pro eo legitur *atque*, in Vrsiniano ne hoc quidem. In illo igitur *atque* vitium est, et post *ducentis milibus* intelligitur *sestertium.* *M.* Marclandus p. c. expungit *aeris* et τὸ *atque* accipit pro *statim.* Respice ad C. 1, 42.

primipilum. Sic quidem codices; sed malunt Manutius, Cellarius, Clarkius, *primum pilum*, quia *primus pilus* est primus ordo, ad quem Scaeua ab octauo promotus est; *primipilus* vero (si modo verbum hoc

temque postea duplici stipendio frumentoque et speciariis militaribusque donis amplissime donauit.

54. Pompeius, noctu magnis additis munitionibus, reliquis diebus turres exstruxit et, in altitudinem pedum quindecim effectis operibus, vineis eam partem castrorum obtexit; et, quinque intermissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, obstructis omnibus castrorum portis et ad inpediendum obiectis, tertia inita vigilia, silentio exercitum eduxit et se in antiquas munitiones recepit.

55. Aetolia, Acarnania, Amphilochis per Cassium Longinum et Caluisium Sabinum, vt demonstrauimus, receptis, tentandam sibi Achaiam ac paullo longius progrediendum existimabat Caesar. Itaque eo Fufium Kalenum misit et Q. Sabinum et Cassium cum cohortibus adiungit. Quorum cognito aduentu, Rutilius Lupus, qui Achaiam, missus a Pompeio, obtinebat, Isthmum praemunire instituit, vt Achaia

probum est: vid. Ind. in *pilus*) est Centurio ipse primi pili. *M.* Absque codice, quem Manutius inspexit, si foret, non auderem sequi Cellarium; sed ista auctoritate salua res est. Conf. Lips. Milit. Rom. 2, 8. et Manut. Quaes. per epist. 2, 3.

speciariis. Cum in iure vinum, oleum, triticum et alia, species dicantur: putarunt, esse *speciaria dona*, quae constant huiusmodi speciebus. Addi poterat Vegetius de re mil. 3, 8, vbi dicitur *subuectio frumenti, ceterarumque specierum*. Sed non videtur Caesaris aetate haec significatio visitata fuisse, multa minus forma adiectiui *speciarius*. Ac legitur quidem in MSS. Oudendorpii *frumentoue speciariis militaribusque d.* Quia vero in quibusdam *frumento vespe ciariis* repertum est, rursus *que* post *militaribus* omittitur, item *et* ante *speciariis* additur: audiendus videtur Vossius, qui emendauit, *frumento*, *veste*, *et aliis militaribus donis*: quae quidem emendatio, vt simplicissima, Clarkio, Cellario, Oudendorpio aliisque se probauit, etsi et aliae quaedam coniecturae propositae sunt, in his Victorii (Var. lect. 1, 23), cui placebat: *frumento*, *vesta*, *diariis*, *milit.* — cum Cic. ad Attic. 8, 14 dixerit, *Caesarem milites diariis incitasse*. Sunt autem *diaria*, vel victus, vel praemium, in dies singulos datum aut promissum. *M.* Cuiacius dabat *veste*, *cibariis* etc. Ant. Augustinus *veste*, *pecunia aliisque*. Optima est Vossii emendatio. De *veste* et alibi. vid. Valer. Max. 5, 1. Primae opinioni de *speciariis donis* fauet Casellius Var. 2, 15. in Gruter. Lamp. t. 3. Cum Vossio facit Iurinius.

exstruxit et. Sana haec non videntur. Iurinius istud *et* tollit. tum legit *His effectis op.*

Fusium prohiberet. Kalenus Delphos, Thebas, Orchomenum, voluntate ipsarum ciuitatum recepit, nonnullas vrbes per vim expugnauit, reliquas ciuitates, circummissis legationibus, amicitia Caesari conciliare studebat. In his rebus fere erat Fusius occupatus.

56. Omnibus deinceps diebus Caesar exercitum in aciem aequum in locum produxit, si Pompeius proelio decertare vellet, vt paene castris Pompeii legiones subiiceret: tantumque a vallo eius prima acies aberat, vti ne in eam telum tormentumue adigi posset. Pompeius autem, vt famam et opinionem hominum teneret, sic pro castris exercitum constituebat, vt tertia acies vallum contingeret; omnis quidem instructus exercitus telis ex vallo abiectis protegi posset.

57. Haec quum in Achaia atque apud Dyrrhachium gererentur, Scipionemque in Macedoniam ve-

et pro *eam* dat *etiam*. Tandem delet *alteram*.

exstructis — portis. Leg. *obstructis*, vt cod. Leid. primus, qui est bonus, et quaedam edd. habent, et multi monuerunt. *M*. Restitui, quod Morus optabat

et ad inped. obiectis. Deest aliquid. Ergo cum Clarkio legerim, *et cratibus ad inped. obi*. Marclandus in Explicat. vett. auct. pag. 273 hanc particulam sic legi vult: *ericiis omnibus c. p. ad inp. obiectis*. De ericio vid. c. 67. Sed verbum *obstructis* per cod. Leid. satis certum est. *M*. Ingeniosam coniecturam Marclandi secutus est Hausius in versione Germ. Coniunctio *et* a codd. Bongarsii et Vossii, item ab edd. vet. abest. *Obstructis* non placet Oudendorpio, quia mox dicitur Pompeius *eduxisse exercitum*. Sed, si obstruxit, ad tempus id fecit, forsan et vt consilium exeundi celaret hostem. Oud. volebat *destructis*, sensu, vt putat, clarissimo.

vt demonstrauimus. c. 34. Adiigit Dio Cass. 41, 51. *M*.

et Q. Sabinum. Pro *et* Gland. et Lips. statuunt leg. *eique*.

cum cohortibus. Videtur Glareano numerus cohortium excidisse.

Achaia. Peloponneso.

vrbes. Male omisit Scalig. inuitis codd.

amicitia. Sic codd. et edd. vet. pro *per amicitiam*. Scalig. dedit *amicitiae*, quia sequatur *Caesaris*; rectius *Caesari* legitur, iudice Hotomanno.

tormentumue. Respice ad c. 51. alii legunt *tormentoue*.

omnis quidem. Sic Oud. e codd. i. e. *ut vero omnis*. Vulgo *omnisque*.

abiectis. alii *adiectis*. minus bene. Nec *adactis* probo, quod placebat Iurinio. Conf. Oud ad Suet. Ner. c. 34.

Scipionem. vid. c. 36. *M*.

misse constaret, non oblitus pristini instituti Caesar, mittit ad eum A. Clodium, suum atque illius familiarem, quem, ab illo transditum initio et commendatum, in suorum necessariorum numero habere instituerat. Huic dat litteras mandataque ad eum, quorum haec erat summa: *sese omnia de pace expertum: nihil adhuc arbitrari factum vitio eorum, quos esse auctores eius rei voluisset, quod sua mandata perferre non opportuno tempore ad Pompeium vererentur. Scipionem ea esse auctoritate, vt non solum libere, quae probasset, exponere, sed etiam magna ex parte compellere atque errantem regere posset: praeesse autem suo nomine exercitui, vt, praeter auctoritatem, vires quoque ad coercendum haberet: quod si fecisset, quietem Italiae, pacem prouinciarum, salutem imperii vni omnes acceptam relaturos.* Haec ad eum mandata Clodius refert. Ac primis diebus, vt videbatur, libenter auditus, reliquis ad conloquium non admittitur; castigato Scipione a Fauonio, vt postea confecto bello reperiebamus: infectaque re sese ad Caesarem recepit.

58. Caesar, quo facilius equitatum Pompeianum ad Dyrrhachium contineret et pabulatione prohiberet, aditus duos, quos esse angustos demonstrauimus, magnis operibus praemunivit, castellaque his locis posuit. Pompeius, vbi nihil profici equitatu cognouit, paucis intermissis diebus, rursus eum nauibus ad se intra munitiones recipit. Erat summa

A. Clodium. Sic Marcland. p. 274. Cf. c. 90.

vererentur. Bentleius id vitio verti non potuisse monet et legi iubet *viderentur.* Mihi nil mutandum videtur.

praeest suo nomine exercitui, qui ipse est Imperator, nec sub Imperatore bellum gerit. Erat autem Scipio Proconsul Syriae. Cf. c. 31. *M.*

admittitur; haec distinctio minor bene se habet.

Fauonius. Conf. c. 36. *M.*

angustos demonstrauimus. Vbi? Haesit etiam Ciacconius et Marclandus in Explicat. vett. auct. p. 274. *M.* De vno saltem sermo est c. 41.

Acarnania. Marclandus l. c. legit *Candauia*, quia *Acarnania* erat in Caesaris potestate; *Candauia* contra sub Pompeio.

inopia pabuli, adeo vt foliis ex arboribus ſtrictis et teneris arundinum radicibus contuſis, equos alerent: frumenta enim, quae fuerant intra munitiones ſata, conſumſerant et cogebantur, Corcyra atque Acarnania, longo interiecto nauigationis ſpatio, pabulum ſubportare: quoque erat eius rei minor copia, hordeo adaugere atque his rationibus equitatum tolerare. Sed, poſtquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbaeque deſectae, ſed etiam frondes ex arboribus deficiebant, conruptis equis macie, conandum ſibi aliquid Pompeius de eruptione exiſtimauit.

59. Erant apud Caeſarem ex equitum numero Allobroges duo fratres, Roſcillus et Aegus, Adbucilli filii, qui Principatum in ciuitate multis annis obtinuerat, ſingulari virtute homines, quorum opera Caeſar omnibus Gallicis bellis optima fortiſſimaque erat vſus. His domi ob has cauſſas ampliſſimos Magiſtratus mandauerat atque eos extra ordinem in Senatum legendos curauerat, agrosque in Gallia, ex hoſtibus captos praemiaque rei pecuniariae magna tribuerat locupletesque ex egentibus fecerat. Hi propter virtutem non ſolum apud Caeſarem in honore erant, ſed etiam apud exercitum cari habebantur: ſed freti amicitia Caeſaris, et ſtulta ac barbara adrogantia elati, deſpiciebant ſuos ſtipendiumque equitum fraudabant et praedam omnem domum auertebant. Quibus illi rebus permoti vniuerſi Caeſarem

V. c. 11 et 70. Conf. Cic. ad Att. 5, 7. et Weſſel. ad Itiner. Hieroſ. p. 607.

fructus — deficiebant. Quaedam edd. *frons deficiebat* e coniectura. *M.* Hoc recepit Dauiſius. Clarke cum Faerno *frondes — deficiebant.* recte, puto, etſi codd. et edd. vet. obſtent. Quid enim *fructus* ad *equos?* quos mox foliis arborum ali dixerat. Iſtud *frons* forſan ex antiquo *frus* ortum ſuſpicatur Oud. quod idem etiam viſum Voſſio de analog. 1, 33.

in ciuitate. alii *in ciuitatem.*

fraudabant. Sic apud Liuium 4, 12. codd. quidam *fraudando partem diuturni cibi.* Alii forſan rectius *ſtipendio equites fraudabant.*

Quibus illi rebus —. Deleuerim *illi. M.*

adierunt palamque de eorum iniuriis sunt questi; et ad cetera addiderunt, falsum ab his equitum numerum deferri, quorum stipendium auerterent.

60. Caesar neque tempus illud animaduersionis esse existimans, et multa virtuti eorum concedens, rem totam distulit; illos secreto castigauit, quod quaestui equites haberent; monuitque, vt ex sua amicitia omnia exspectarent et ex praeteritis suis officiis reliqua sperarent. Magnam tamen haec res illis offensionem et contemtionem ad omnes adtulit: idque ita esse quum ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domestico iudicio atque animi conscientia intellegebant. Quo pudore adducti et fortasse non se liberari, sed in aliud tempus reseruari arbitrati, discedere a nobis et nouam tentare fortunam nouasque experiri amicitias constituerunt: et cum paucis conlocuti clientibus suis, quibus tantum facinus committere audebant, primum conati sunt, Praefectum equitum, C. Volusenum, interficere, vt postea, bello confecto, cognitum est; vt cum munere aliquo perfugisse ad Pompeium viderentur. Postquam id difficilius visum est, neque facultas perficiendi dabatur, quam maximas potuerunt pecunias mutuati, proinde ac suis satisfacere et fraudata restituere vellent, multis coemtis equis, ad Pompeium transierunt cum iis, quos sui consilii participes habebant.

vt ex sua (Caesaris) *amic. omn. exsp.* vt a Caesare amicissimo omnia exspectarent, neque ipsi fraudibus et artibus malis crescere studerent. Sic *ex praeteritis* Caesaris *officiis reliqua sperant*, cum sperant, et in posterum talia officia ipsis Caesarem praestiturum, qualia praestiterit superiori tempore. Haec quomodo nonnullis videri potuerint corrupta, non assequor. *M.* Scal. perperam *reliqua sperarent* vncis inclusit. Male etiam hic Dauis. et Clarkius sese torquent.

proinde ac suis. Sic boni codd. Alii *perinde.* V. not. ad c. 1. Τὸ *suis* Scal. omisit inuitis codd. et edd. vet.

omnia sua — circumduxit. Intrusere hic quidam *per* inuitis codd. et edd. vet. Frontin. 3, 15, 5. *horrea circumduxerunt captiuos.*

vulgo (sine discrimine) *vniuersi.* Non debebat illud *vulgo*

61. Quos Pompeius, quod erant honesto loco nati et instructi liberaliter magnoque comitatu et multis iumentis venerant, virique fortes habebantur et in honore apud Caesarem fuerant, quodque nouum et praeter consuetudinem acciderat, omnia sua praesidia circumduxit atque ostentauit: nam ante id tempus nemo aut miles aut eques a Caesare ad Pompeium transierat, quum paene quotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent, vulgo vero vniuersi in Epiro atque Aetolia conscripti milites earumque regionum omnium, quae a Caesare tenebantur. Sed hi, cognitis omnibus rebus; seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a peritioribus rei militaris desiderari videbatur; temporibusque rerum et spatiis locorum et custodiarum viribus ac diligentia animaduersa, prout cuiusque eorum, qui negotiis praeerant, aut natura aut studium ferebat; haec ad Pompeium omnia detulerant.

62. Quibus ille cognitis, eruptionisque iam ante capto consilio, vt demonstratum est, tegimenta galeis milites ex viminibus facere atque aggerem comportare iubet. His paratis rebus, magnum numerum leuis armaturae et sagittariorum aggeremque omnem noctu in scaphas et naues actuarias inponit et de media nocte cohortes sexaginta, ex maximis castris praesidiisque deductas, ad eam partem munitionem ducit,

a quibusdam deleri, aut alterum *vniuersi*. vid. Ernest. Clau. Cic. *M.* Ita Plaut. Trin. 4, 3, 59. *omnibus vniuersis*, pleonasmus. Sic et ib. 1, 2, 134. *gregem vniuersum totum*. et Terent. And. 2, 2, 10. *hercle certe*.

cognitis omnibus rebus, cum scirent, quidquid in Caesaris castris fieret. *M.*

temporibus rerum animaduersis, quo tempore quidque fieri in castris Caesaris soleret. *M.* Obportunitatibus.

varia diligentia. Haec lectio in quibusdam codd. exstat, et e ceterorum vestigiis eruta est, vbi *viria*, *vera*, *viribus ac dil.* occurrit. *M.* Recepit hoc posterius Cellarius. itemque Clarkius et Wailly. mihi quoque praeplacet, quod manifesto in cod. Petauiano exstabat.

detulerant. Sic codd. Vulgo *detulerunt*.

quae pertinebant ad mare longiſſimeque a maximis caſtris Caeſaris aberant. Eodem naues, quas demonſtrauimus aggere et leuis armaturae militibus completas, quasque ad Dyrrhachium naues longas habebat, mittit et, quid a quoque fieri velit, praecipit. Ad eas munitiones Caeſar Lentulum Marcellinum Quaeſtorem cum legione nona poſitum habebat. Huic, quod valetudine minus commoda vtebatur, Fuluium Poſtumum adiutorem ſubmiſerat.

63. Erat eo loco foſſa pedum quindecim et vallus contra hoſtem in altitudinem pedum decem, tantumdemque eius valli agger in latitudinem patebat. Ab eo, intermiſſo ſpatio pedum ſexcentorum, alter conuerſus in contrariam partem erat vallus, humiliore paullo munitione: hoc enim ſuperioribus diebus timens Caeſar, ne nauibus noſtri circumuenirentur, duplicem eo loco fecerat vallum, vt, ſi ancipiti proelio dimicaretur, poſſet reſiſti. Sed operum magnitudo et continens omnium dierum labor, quod milia paſſuum in circuitu ſeptemdecim munitiones erat complexus, perficiendi ſpatium non dabat. Itaque contra mare transuerſum vallum, qui has duas munitiones contingeret, nondum perfecerat. Quae res nota erat Pompeio, delata per Allobrogas, perfugas, magnumque noſtris adtulit incommodum. Nam, vt ad mare noſtrae cohortes nonae legionis excubauerant, acceſſere ſubito prima luce Pompeiani exerci-

pertinebant — aberant. Iurinius malit *pertinebat — aberat.*

vallus h. l. idem quod *vallum*. vid. Ind. *M.* Sic et Tibullus Eleg. 1, 11, 9. *non arces, non vallus erat.* et Hirtius Al. 2. *triplicem vallum obduxerat. Erat exſtructus ſaxo.*

ſeptemdecim. alii *octodecim.*

munitiones erat complex. Leg. *munitione*, vt Clarkius monuit. *M.* Si retineas vulg. ſubaudies *per milia paſſuum.* Oudendorpio ſuſpecta eſt vox *munitiones.* Clarkium ſequitur Iurinius.

excubauerant. Sic boni codd.

exercitus. Hanc vocem vncis incluſit Scalig. ſequentia verba *nouusque eorum* abſunt a variis codd. nec adparet, quid ſibi heic velit *nouus.* Oud. ſuſpicatur leg. *exercitusque inopinus adu. exſtitit.* Bentleius *Pompeiani atque ex inopinato eorum adu.*

tus, nouusque eorum aduentus exstitit; simul ex nauibus circumuecti milites in exteriorem vallum tela iaciebant, fossaeque aggere complebantur: et legionarii, interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentis cuiusque generis telisque terrebant; magnaque multitudo sagittariorum ab vtraque parte circumfundebatur. Multum autem ab ictu lapidum, quod vnum nostris erat telum, viminea tegimenta galeis inposita defendebant. Itaque, quum omnibus rebus nostri premerentur atque aegre resisterent, animaduersum est vitium munitionis, quod supra demonstratum est, atque inter duos vallos, qua perfectum opus non erat, per mare nauibus expositi in aduersos nostros inpetum fecerunt atque ex vtraque munitione deiectos terga vertere coegerunt.

64. Hoc tumultu nunciato, Marcellinus cohortes subsidio nostris laborantibus submittit: quae ex castris fugientes conspicatae, neque illos suo aduentu confirmare potuerunt, neque ipsae hostium inpetum tulerunt. Itaque, quodcumque addebatur subsidio, id, corruptum timore fugientium, terrorem et periculum augebat: hominum enim multitudine receptus inpediebatur. In eo proelio, quum graui vulnere esset adfectus aquilifer et a viribus deficeretur, conspicatus equites nostros, *hanc ego*, inquit, *et viuus multos per annos magna diligentia defendi, et nunc moriens eadem fide Caesari restituo. Nolite, obse-*

---

simul. Alii *simulque nauibus.*

in exteriorem. Codd. quidam et edd. vet *in interiorem.* vnde Faernus fecit *in anteriorem,* quod vulgo receptum. Id reiicit Cellarius in curis post. p. 175. et e cod. Ciacc. dat *exteriorem.* firmant id codd. alii. V. Oud. et cf. Gronou. Obseru. 3. 18.

legionarii (Pompeii) *terrebant defensores* (Caesarianos). Sic cepit Clarkius. *M.* Et sana ratio docet. opponuntur *legionarii* leuis armaturae militibus. V. c. 62.

in aduersos. alii *in auersos,* quod recepit Oud.

cohortes. Iurinius addi iubet *tres.* non video vnde desumat.

a viribus deficeretur. Vulgo *viribus deficeret.* Scal. *viribus deficeretur.* Praepositionem addunt boni codd. recepit iam Cellarius, quem sequutus Oud.

cro, committere, quod ante in exercitu Caesaris non acciderit, vt rei militaris dedecus admittatur; incolumemque ad eum referte. Hoc casu aquila conseruatur, omnibus primae cohortis Centurionibus interfectis, praeter Principem priorem.

65. Iamque Pompeiani, magna caede nostrorum, castris Marcellini adpropinquabant, non mediocri terrore inlato reliquis cohortibus: et M. Antonius, qui proximum locum praesidiorum tenebat, ea re nunciata, cum cohortibus duodecim descendens ex loco superiore cernebatur. Cuius aduentus Pompeianos compressit nostrosque firmauit, vt se ex maximo timore conligerent. Neque multo post Caesar, significatione per castella fumo facta, vt erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex praesidiis, eodem venit. Qui, cognito detrimento, quum animaduertisset, Pompeium extra munitiones egressum, castra secundum mare, vt libere pabulari posset, nec minus aditum nauibus haberet, commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, iuxta Pompeium munire iussit.

66. Qua perfecta munitione, animaduersum est ab speculatoribus Caesaris, cohortes quasdam, quod instar legionis videretur, esse post siluam et in vetera castra duci. Castrorum hic situs erat. Superioribus diebus, nona Caesaris legio quum se obiecisset Pompeianis copiis atque opera, vt demonstrauimus, circummuniret, castra eo loco posuit. Haec siluam quamdam contingebant, neque longius a mari passi-

dedecus admittatur. Vossius suspicatur leg. *decus amittatur.* Id habet cod. Norwic. sed vulgatum reliqui codd. et edd. vet. De eo dedecore et delicto vid. Lips. de mil. Rom.

Princeps prior e sententia Lipsii de mil. Rom. 2, 8. est Centurio prioris centuriae s. ordinis principum. Cellarius amandauit lectores ad Liu. 42, 34. Veget. 2, 8. De principibus in legione v. Polyb. 6, 19 sq. Liu. 8, 8. *M.*

castra sec. mare. Deesse hic verbum patet. Iurinius supplet *posuisse*, forsan elapsum ob sequens *posset*.

bus quadringentis aberant. Post, mutato consilio quibusdam de caussis, Caesar paullo vltra eum locum castra transtulit: paucisque intermissis diebus eadem haec Pompeius occupauerat et, quod eo loco plures erat legiones habiturus, relicto interiore vallo, maiorem adiecerat munitionem. Ita minora castra, inclusa maioribus, castelli atque arcis locum obtinebant. Item ab angulo castrorum sinistro munitionem ad flumen perduxerat, circiter passus quadringentos, quo liberius ac sine periculo milites aquarentur: sed is quoque, mutato consilio quibusdam de caussis, quas commemorari necesse non est, eo loco excesserat. Ita complures dies manserant castra: munitiones quidem integrae omnes erant.

67. Eo signo legionis inlato, speculatores Caesari renunciarunt. Hoc idem visum ex superioribus quibusdam castellis confirmauerant. Is locus aberat a nouis Pompeii castris circiter passus quingentos. Hanc legionem sperans Caesar se obprimere posse, et cupiens eius diei detrimentum sarcire, reliquit in opere cohortes duas, quae speciem munitionis praeberent: ipse diuerso itinere, quam potuit occultissime, reliquas cohortes, numero tres et triginta, in quibus erat legio nona, multis amissis Centurionibus, deminutoque militum numero, ad legionem Pompeii castraque minora duplici acie duxit. Neque eum prima opinio fefellit. Nam et peruenit prius, quam Pompeius sentire posset: et, tametsi erant munitiones castrorum magnae, tamen sinistro cornu, vbi

cohortes — videretur, i. e. quasdam cohortes, et quidem id cohortium, quod — — siue, tantum cohortium, quantum videretur instar legionis. *M.*

vt demonstrauimus. cap. 45. 46. *Opera* e codd. Oudendorpius recepit, cum antea *opere* legeretur, et propterea locus quibusdam interpretibus mutilus visus esset. *M.* Consentiunt edd. vet. Iurinius vult *easque opere — circummuniret*.

Eo (in vetera castra: c. 66) *signo leg. inl.* Sic iam Rhellicanus interpretatus est. *M.* Similis constructio G. 7, 4. vbi vid. Oud.

cro, committere, quod ante in exercitu Caesaris non acciderit, vt rei militaris dedecus admittatur; incolumemque ad eum referte. Hoc casu aquila conseruatur, omnibus primae cohortis Centurionibus interfectis, praeter Principem priorem.

65. Iamque Pompeiani, magna caede nostrorum, castris Marcellini adpropinquabant, non mediocri terrore inlato reliquis cohortibus: et M. Antonius, qui proximum locum praesidiorum tenebat, ea re nunciata, cum cohortibus duodecim descendens ex loco superiore cernebatur. Cuius aduentus Pompeianos compressit nostrosque firmauit, vt se ex maximo timore colligerent. Neque multo post Caesar, significatione per castella fumo facta, vt erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex praesidiis, eodem venit. Qui, cognito detrimento, quum animaduertisset, Pompeium extra munitiones egressum, castra secundum mare, vt libere pabulari posset, nec minus aditum nauibus haberet, commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, iuxta Pompeium munire iussit.

66. Qua perfecta munitione, animaduersum est ab speculatoribus Caesaris, cohortes quasdam, quod instar legionis videretur, esse post siluam et in vetera castra duci. Castrorum hic situs erat. Superioribus diebus, nona Caesaris legio quum se obiecisset Pompeianis copiis atque opera, vt demonstrauimus, circummuniret, castra eo loco posuit. Haec siluam quamdam contingebant, neque longius a mari passi-

dedecus admittatur. Vossius suspicatur leg. *decus amittatur.* Id habet cod. Noruic. sed vulgatum reliqui codd. et edd. vet. De eo dedecore et delicto vid. Lips. de mil. Rom.

Princeps prior e sententia Lipsii de mil. Rom. 2, 8. est Centurio prioris centuriae l. ordinis principum. Cellarius amandauit lectores ad Liu. 42, 34. Veget. 2, 8. De principibus in legione v. Polyb. 6, 19 sqq. Liu, 8, 8. *M.*

castra sec. mare. Deesse hic verbum patet. Iurinius supplet *posuisse*, forsan elapsum ob sequens *posset.*

buis quadringentis aberant. Poſt, mutato conſilio quibusdam de cauſſis, Caeſar paullo vltra eum locum caſtra tranſtulit: paucisque intermiſſis diebus eadem haec Pompeius occupauerat et, quod eo loco plures erat legiones habiturus, relicto interiore vallo, maiorem adiecerat munitionem. Ita minora caſtra, incluſa maioribus, caſtelli atque arcis locum obtinebant. Item ab angulo caſtrorum ſiniſtro munitionem ad flumen perduxerat, circiter paſſus quadringentos, quo liberius ac ſine periculo milites aquarentur: ſed is quoque, mutato conſilio quibusdam de cauſſis, quas commemorari neceſſe non eſt, eo loco exceſſerat. Ita complures dies manſerant caſtra: munitiones quidem integrae omnes erant.

67. Eo ſigno legionis inlato, ſpeculatores Caeſari renunciarunt. Hoc idem viſum ex ſuperioribus quibusdam caſtellis confirmauerant. Is locus aberat a nouis Pompeii caſtris circiter paſſus quingentos. Hanc legionem ſperans Caeſar ſe obprimere poſſe, et cupiens eius diei detrimentum ſarcire, reliquit in opere cohortes duas, quae ſpeciem munitionis praeberent: ipſe diuerſo itinere, quam potuit occultiſſime, reliquas cohortes, numero tres et triginta, in quibus erat legio nona, multis amiſſis Centurionibus, deminutoque militum numero, ad legionem Pompeii caſtraque minora duplici acie duxit. Neque eum prima opinio feſellit. Nam et peruenit prius, quam Pompeius ſentire poſſet: et, tametſi erant munitiones caſtrorum magnae, tamen ſiniſtro cornu, vbi

cohortes — videretur, i. e. quasdam cohortes, et quidem id cohortium, quod — — ſiue, tantum cohortium, quantum videretur inſtar legionis. *M.*

vt demonſtrauimus. cap. 45. 46. *Opera* e codd. Oudendorpius recepit, cum antea *opere* legeretur, et propterea locus quibusdam interpretibus mutilus viſus eſſet. *M.* Conſentiunt edd. vet. Iurinius vult *easque opere — circummuniret.*

Eo (in vetera caſtra: c. 66) *ſigno leg. inl.* Sic iam Rhellicanus interpretatus eſt. *M.* Similis conſtructio G. 7, 4. vbi vid. Oud.

erat ipse, celeriter adgressus Pompeianos ex vallo deturbauit. Erat obiectus portis ericius. Hic paullisper est pugnatum, quum inrumpere nostri conarentur, illi castra defenderent, fortissime T. Pulcione, cuius opera proditum exercitum C. Antonii demonstrauimus, e loco propugnante. Sed tamen nostri virtute vicerunt: excisoque ericio, primo in maiora castra, post etiam in castellum, quod erat inclusum maioribus castris, inruperunt et, quod eo pulsa legio sese receperat, nonnullos ibi repugnantes interfecerunt.

68. Sed fortuna, quae plurimum potest, quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello, paruis momentis magnas rerum commutationes efficit: vt tum accidit. Munitionem, quam pertinere a castris ad flumen supra demonstrauimus, dextri Caesaris cornu cohortes, ignorantia loci, sunt secutae, quum portam quaererent castrorumque eam munitionem esse arbitrarentur. Quod quum esset animaduersum, coniunctam esse flumini; protinus his munitionibus, defendente nullo, transcenderunt omnisque noster equitatus eas cohortes est secutus.

69. Interim Pompeius, hac satis longa interiecta mora, et re nunciata, quintam legionem, ab opere deductam, subsidio suis duxit: eodemque tempore equitatus eius nostris equitibus adpropinquabat, et

ericius, transuersariae ad portas trabes, aculeis confixae, eaeque versatiles. *Lipsius* (Poliorc. 5, 4). Conf. Sallustii ed. Havero. T. 2. p. 83. et ed. Cort. p. 979. *M.* Ita vocatus a bestiolae ita dictae aculeis. Nonius 18, 16. e Sallustio: *axibus eminebant in modum ericii militaris veruta binum pedum.* vbi *veruta* sunt tela breuia, a veru similitudine. Cf. Turneb. Adu. 4, 8.

demonstrauimus. Non hanc ipsam rem narrauit; sed aliquid, quod ad hanc rem pertinet, c. 4 adsperfit. Cf. dicta ad c. 4 de Antonianis militibus. Ergo plerique interpretes existimant, aliquam libri secundi partem intercidisse. *M.* V. not. ad initium libri secundi.

e loco. Sic boni codd. Alii *eo loco.*

castellum. Cf. c. 66. *M.*

et, quod eo pulsa; alii *et quo pulsa.* vnde Vossius *quo pulsa.*

pertinere. Vulgo *pertingere.* Post *munitionem* edd. vet. addunt *enim.*

sunt secutae, venerunt eo, delatae sunt eo. *M.*

acies instructa a nostris, qui castra occupauerant, cernebatur omniaque sunt subito mutata. Pompeiana enim legio, celeris spe subsidii confirmata, ab decumana porta resistere conabatur atque vltro in nostros inpetum faciebat. Equitatus Caesaris, quod angusto itinere per aggeres adscendebat, receptui suo timens, initium fugae faciebat. Dextrum cornu, quod erat a sinistro seclusum, terrore equitum animaduerso, ne intra munitionem obprimeretur, ex parte, qua proruebat, sese recipiebat, ac plerique ex iis, ne in angustias inciderent, decem pedum munitionis se in fossas praecipitabant: primisque obpressis, reliqui per horum corpora salutem sibi atque exitum pariebant. Sinistro cornu milites, quum ex vallo Pompeium adesse et suos fugere cernerent, veriti, ne angustiis intercluderentur, quum extra et intus hostem haberent, eodem, quo venerant, receptui sibi consulebant, omniaque erant tumultus, timoris, fugae plena, adeo vt, quum Caesar signa fugientium manu preheuderet et consistere iuberet, alii dimissis equis eumdem cursum conficerent, alii ex metu etiam signa dimitterent, neque quisquam omnino consisteret.

70. His tantis malis haec subsidia succurrebant, quo minus omnis deleretur exercitus, quod Pompe-

Quod quum esset. Redundat *quod*, aut potius nectit cum superioribus sequentia, vt *quod si, quod nisi, quod vbi:* etsi *quod* verti non necesse est. Cf. Ind. *M.*

protinus. Leg. *proruti s*, iudice Ciacconio, probantibus Oud. et Clarkio. In codd. est *protinus*, vel *positis*, vel *prout iis*, sine sensu. *M.*

adscendebat. Iurinius *adscenderat.* V. cap. praeced. Sed vulgatum probum videtur.

ex parte, qua pror. Leg. cum Faerno: *ea parte, qua perruperat* sc. munitionem. Sed et *proruerat* eodem sensu dictum seruari poterit. *M.* Sic Dauis. Sed Iurinius *qua proruerat* munitio, cohortibus equitibusque eam transscendentibus.

receptui sibi. Leg. *receptu*, monente Vossio. *M.* Sic in antiquo cod. reperit Manutius; alius et edd. vet. *recessu.*

dimissis equis. Leg. *admissis*, vt Faernus, Ciacconius, Hotomannus viderunt. *M.*

omnino. Manutius conicit *omnium.*

ius insidias timens, (credo, quod haec praeter spem acciderant eius, qui paullo ante ex castris fugientes suos conspexerat,) munitionibus adpropinquare aliquamdiu non audebat, equitesque eius, angustiis portis atque his a Caesaris militibus occupatis, ad insequendum tardabantur. Ita paruae res magnum in vtramque partem momentum habuerunt. Munitiones enim, a castris ad flumen perductae, expugnatis iam castris Pompeii, prope iam expeditam Caesaris victoriam interpellauerunt: eadem res, celeritate insequentium tardata, nostris salutem adtulit.

71. Duobus his vnius diei proeliis Caesar desiderauit milites DCCCCLX et notos Equites Rom. Felginatem Tuticanum Gallum, Senatoris filium; C. Felginatem Placentia; A. Granium Puteolis; M. Sacratiuirum Capua; Tribunos militum et Centuriones XXXII. Sed horum omnium pars magna, in fossis munitionibusque et fluminis ripis oppressa suorum terrore ac fuga, sine vllo vulnere interiit, signaque sunt militaria XXXII amissa. Pompeius eo proelio Imperator est adpellatus. Hoc nomen obtinuit atque ita se postea salutari passus est; sed neque in litteris, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureae praetulit. At Labienus, quum ab eo inpetrauisset, vt sibi captiuos transdi iuberet, omnes productos ostentationis, vt videbatur, caussa, quo maior

eius, qui. Hic male antehac interpungebatur.

angustiis portisque a C. m. occupatis. In plerisque codd. est: *angustis portis atque his a C. m. occ.* quam esse puto lectionem veram. *M.* Restitui merebatur. Dedi.

propriam et expeditam. Omnino rescribendum, *prope iam expeditam*, vt MS. Noruic. exhibet. *Dauisius.* Recepi cum Oud. simile v. c. 73.

Duobus his — — Centuriones XXXII. Haec in codd. ita sunt turbata, diuersitate constructionis, discrepantia nominum, additis aut mutatis numeris, vt de vera lectione omnino desperandum sit. *M.*

milites DCCCCLX. Plut. in Pomp. 65. ponit *MM.* Orosius 6, 15. *MMMM.* Alii *Caesaris recepti sunt milites — et noti.*

Equites Rom. Additur vulgo *CCCC*, item *CCC.*

Granium. alii *Grauium.*

Centuriones XXXII. Orosius *XXII.*

perfugae fides haberetur, commilitones adpellans et, magna verborum contumelia interrogans, solerentne, veterani milites fugere, in omnium conspectu interficit.

72. His rebus tantum fiduciae ac spiritus Pompeianis accessit, vt non de ratione belli cogitarent, sed vicisse iam sibi viderentur. Non illi paucitatem nostrorum militum, non iniquitatem loci atque angustias, praeoccupatis castris, et ancipitem terrorem intra extraque munitiones, non abscissum in duas partis exercitum, quum altera alteri auxilium ferre non posset, caussae fuisse cogitabant. Non ad haec addebant, non ex concursu acri facto, non proelio dimicatum, sibique ipsos multitudine atque angustiis maius adtulisse detrimentum, quam ab hoste accepissent. Non denique communes belli casus recordabantur, quam parvulae saepe caussae vel falsae suspicionis, vel terroris repentini, vel obiectae religionis, magna detrimenta intulissent; quoties vel culpa Ducis, vel Tribuni vitio, in exercitu esset offensum: sed, proinde ac si virtute vicissent, neque vlla commutatio rerum posset accidere, per orbem terrarum fama ac litteris victoriam eius diei concelebrabant.

73. Caesar, ab superioribus consiliis depulsus, omnem sibi commutandam belli rationem existimavit. Itaque vno tempore praesidiis omnibus deductis et

terrore. alii *in terrore.*

Imperator. Cf. ad 2, 26. *M.* Et Gronov. ad Liv. 3, 36.

se neque in litteris. Alii *sed in litt. neque.* Cf. Voss. et Burm. ad Vell. 2, 45. Non probat Bentl.

laureae. In bello civili nolebat vti lauro, signo victoriae. Dio Cass. 41, 52. Litteras etiam victoris, praesertim quibus Senatui victoria nunciabatur, vulgo lauro ornatas fuisse, et hac de causa laureatas dictas, satis notum est. *M.* *Fasces laureatos* videsis in Museo Veronensi Scip. Maffei p. CXVII.

perfugae. Labienus, deserto Caesare, transierat ad Pompeium. *M.* Rubienus El. 1, 55. perperam volebat *perfugio;* alii *perfugis.*

abscissum. alii *abscisum.*

altera alteri. Al. *alter alteri,* vt referatur ad exercitum.

non ex concursu acri facto. Nonne ex delendum? De effusa Pompeii gloriatione pauca apud Appian. 2, 63. p. 467. Plutarch. Pomp. c. 66. *M.*

obpugnatione dimissa, coactoque in vnum locum exercitu, concionem apud milites habuit hortatusque est, *ne ea, quae accidissent, grauiter ferrent, neue his rebus terrerentur, multisque secundis proeliis vnum aduersum, et id mediocre, obponerent: habendam Fortunae gratiam, quod Italiam sine aliquo vulnere cepissent; quod duas Hispanias, bellicosissimorum hominum peritissimis atque exercitatissimis Ducibus, pacauissent; quod finitumas frumentariasque prouincias in potestatem redegissent: denique recordari debere, qua felicitate inter medias hostium classes, obpletis non solum portibus, sed etiam litoribus, omnes incolumes essent transportati: si non omnia caderent secunda, Fortunam esse industria subleuandam: quod esset acceptum detrimenti, eius iuri potius, quam suae culpae, debere tribui: locum se aequum ad dimicandum dedisse, potitum esse hostium castris, expulisse ac superasse pugnantes: sed, siue ipsorum perturbatio, siue error aliquis, siue etiam Fortuna par-*

Hispanias — Ducibus, tum, cum Hispaniae habebant Duces peritos, nominatim Afranium et Petreium. vid. l. 1. *M.*

frumentarias prou. Siciliam et Africam. *M.*

felicitate. Sic codd. boni. In paucis et edd. vulg. *facilitate. M.*

eius (Fortunae) *iuri*, quod Fortuna in omnes habet: est enim omnium domina. Mirae sunt h. l. varietates, vt *exercitus potius*, vel *cuiuis potius*, vel *cuiusuis potius*. Sed *eius iuri potius* in duobus codd. reperitur: et quis non praeferat, si vel in vno exstet? *M.*

locum — aequum. Sic cod. Noruic. apud Dauisium. Ceterae omnes lectiones, quantumuis antiquae, sunt falsae, vt *locum secum*, *locum securum*, *locum secundum*, vnde Vossius et Ciacconius *locum se tutum*, Scaliger *locum se tum* coniecturis effecerant. Caesar hoc dicere vult, se non metuisse hostes, quoniam iis *in loco adeo aequo*, in quo fortasse vincere possent, nec Caesar a montibus aut fluminibus haberet aliquid praecipui adiumenti, decertandi facultatem dedisset, aut se iis ad proelium obtulisset. *M.* *Se aequum* ex ingenio iam dederant P. Victorius 30, 22. et Manutius. Contra Freinsh. ad Curt. 4, 14. malit *aptum*.

partam. alii male *paratam*. Sic c. 70. *expeditam.*

interpellauisset. Scal. minus recte *interpellassent.*

verteret, versurum se esse, *μεταβάλοιτο ἄν*. Ceterum nullus quidem codex verba *quod si* —

tam iam praesentemque victoriam interpellauisset, dandam omnibus operam, vt acceptum incommodum virtute sarciretur: quod si esset factum, detrimentum in bonum verteret, vti ad Gergouiam accidisset, atque ii, qui ante dimicare timuissent, vltro se proelio offerrent.

74. Hac habita concione, nonnullos signiferos ignominia notauit ac loco mouit. Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor tantumque studium infamiae sarciendae, vt nemo aut Tribuni aut Centurionis imperium desideraret, et sibi quisque etiam poenae loco grauiores inponeret labores simulque omnes arderent cupiditate pugnandi; quum superioris etiam ordinis nonnulli, oratione permoti, manendum eo loco et rem proelio committendam existimarent. Contra ea Caesar neque satis militibus perterritis confidebat, spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat, relictisque munitionibus magnopere rei frumentariae timebat.

75. Itaque, nulla interposita mora, sauciorum mo-

verteret sic exhibet, vt in textu leguntur: nam vel *si* abest, vel *vt* additur ante *detrimentum*, vnde alius aliter correxit; recte tamen monuit Clarkius, lectionem haud textus, proxime ad codd. scripturam accedere videri que interea probandam. *M.* Leid. *verteretur* eodem sensu. Edd. vet. *verterent* — *atque is, qui* — *timuisset* — *offerret.*

ad Gergouiam. de B. G. 7, 51 sqq. *M.*

ignominia notauit. Clementiae exemplum. Alias morte multabantur.

tantus incessit — *dolor.* Milites postularant adeo a Caesare, vt decimus quisque ab eo puniretur. Appian. 2, 63. p. 467. Cf. Sueton. Iul. 65. *M.*

super. ord. nonnulli, quidam Legati, Tribuni militum, Centuriones; omnino, qui erant loco honestiore. Apud Appianum est, quosdam *amicos* eum cohortatos esse ad proelium. *M.*

relictisque — *timebat* Haec absona esse, quis non videat? Si Caesar relinquit sua castra, non vexabitur inopia; adibit enim loca, in quibus est copia frumenti; et hoc deinde ita facit. Sin remanet in castris, in quibus vexatus est dudum inopia, vexabitur et porro. Ergo cum Vossio lenissima mutatione legetur: *spatiumque* — *putabat, relictis munitionibus; et magnopere* —. *M.* Vossium sequendum puto, idque eo magis, quod codd. boni istud *que* non habent. Ciacconius coniiciebat *retentisque.* Et hoc sensu accipiendum τὸ *relictis* censet Oud. quod mihi durinsculum videtur,

profectionis ceperant, magna parte inpedimentorum et farcinarum relicta, ad haec repetenda inuitati propinquitate superiorum castrorum, depositis in contubernio armis, vallum relinquebant. Quibus ad sequendum inpeditis, Caesar, quod fore prouiderat, meridiano fere tempore, signo profectionis dato, exercitum educit, duplicatoque eius diei itinere, octo milia passuum ex eo loco procedit: quod facere Pompeius discessu militum non potuit.

77. Postero die Caesar, similiter praemissis prima nocte inpedimentis, de quarta vigilia ipse egreditur, vt, si qua esset inposita dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu subiret. Hoc idem reliquis fecit diebus. Quibus rebus perfectum est, vt altissimis fluminibus atque inpeditissimis itineribus nullum acciperet incommodum. Pompeius enim, primi diei mora inlata, et reliquorum dierum frustra labore suscepto, quum se magnis itineribus extenderet et praegressos consequi cuperet, quarto die finem sequendi fecit atque aliud sibi consilium capiendum existimauit.

78. Caesari, ad saucios deponendos, stipendium exercitui dandum, socios confirmandos, praesidium vrbibus relinquendum, necesse erat adire Apolloniam. Sed his rebus tantum temporis tribuit, quantum erat properanti necesse: timensque Domitio, ne aduentu Pompeii praeoccuparetur, ad eum omni

in contubernio, in tentorio suo et contubernalium. *M.*

octo milia pass. alii *octo milibus.*

procedit. Alii, in quibus Cellarius et Morus, *discedit.*

praegressos. Sic cod. Louan. Vulgo *progressos.*

Domitio, qui in Macedonia erat. c. 36. *M.*

obpugnare et se. alii *obpugnaret et se.* et paullo ante comm. distractum.

Scipione. vid. c. 36. *M.*

et, quid fieri vellet. Scalig. et recentiores *ecquid* contra codd. et vsum Caesaris.

si ab ora. Dauis. et hic requirit *sin.* Sed v. 2, 5.

Corcyraque. Obsessus est Marclandus in Explic. vett. auct. p. 274 hoc nomine, partim quis

celeritate et studio incitatus ferebatur. Totius autem rei consilium his rationibus explicabat, vt, si Pompeius eodem contenderet, abductum illum a mari atque ab iis copiis, quas Dyrrhachii camparaverat, frumento ac commeatu abstractum, pari conditione belli secum decertare cogeret: si in Italiam transiret; coniuncto exercitu cum Domitio per Illyricum Italiae subsidio proficisceretur; sin Apolloniam Oricumque obpugnare et se omni marituma ora excludere conaretur; obsesso tamen Scipione, necessario illum suis auxilium ferre cogeret. Itaque, praemissis nunciis ad Cn. Domitium, Caesar scripsit et, quid fieri vellet, ostendit: praesidioque Apolloniae cohortibus quatuor, Lissi vna, tribus Orici relictis, quique erant ex vulneribus aegri, depositis, per Epirum atque Acarnaniam iter facere coepit. Pompeius quoque, de Caesaris consilio coniectura iudicans, ad Scipionem properandum sibi existimabat, si Caesar iter illo haberet, vt subsidium Scipioni ferret; si ab ora marituma Oriciaque discedere nollet, quod legiones equitatumque ex Italia exspectaret, ipse vt omnibus copiis Domitium adgrederetur.

79. Iis de caussis vterque eorum celeritati studebat, et suis vt esset auxilio, et, ad obprimendos adversarios, ne occasioni temporis deesset. Sed Caesarem Apollonia a directo itinere auerterat: Pompeius per Candauiam iter in Macedoniam expeditum

in codd. mire variatur; partim quia non Caesar, sed Pompeius Corcyram tenuerit. (v. c. 7 et 8.) Ergo legi vult *Oriciaque*, vt Oricia sit regio circa Oricum. Confert Stephanum Byzant. in *'Ωρικία*, et iure dicit, Caesarem illo tempore Oricum tenuisse. *M.* Conf. c. 34. Vossii codex habet *Oriecíaque*; Petauii *Coriciaque*. *'Ωρικίας αἴης* meminit et Dionysius perieg. v. 399. Nullus ergo dubito emendationem ingeniosam recipere. Sensus est *praesertim ab Oricia.*

et suis vt esset. Sic Oud. e codd. Vulgo *vt suis esset.*

Apollonia, voluntas et necessitas adeundi Apolloniam. De *Candauia* vid. c. 11. *M.*

a directo. alii *directa.*

habebat. Accessit etiam ex inprouiso aliud incommodum, quod Domitius, qui dies complures castris Scipionis castra conlata habuisset, rei frumentariae caussa ab eo discesserat et Heracleam, quae est subiecta Candauiae, iter fecerat, vt ipsa fortuna illum obiicere Pompeio videretur. Haec ad id tempus Caesar ignorabat. Simul, a Pompeio litteris per omnes prouincias ciuitatesque dimissis de proelio ad Dyrrhachium facto, latius inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat, *pulsum fugere Caesarem, paene omnibus copiis amissis:* haec itinera infesta reddiderat, haec ciuitates nonnullas ab eius amicitia auerterat. Quibus accidit rebus, vt pluribus dimissi itineribus, a Caesare ad Domitium, et ab Domitio ad Caesarem, nulla ratione iter conficere possent. Sed Allobroges, Roscilli atque Aegi familiares, quos perfugisse ad Pompeium demonstrauimus, conspicati in itinere exploratores Domitii, seu pristina sua consuetudine, quod vna in Gallia bella gesserant, seu gloria elati, cuncta, vt erant acta, exposuerunt et Caesaris profectionem et aduentum Pompeii docuerunt. A quibus Domitius certior factus, vix quatuor horarum spatio antecedens, hostium beneficio periculum vitauit et ad Aeginium, quod est obiectum obpositumque Thessaliae, Caesari venienti occurrit.

Heracleam. Additur vulgo *Senticam.* Liuius (45, 29) et Plinius 4, 10 (17). *Sinticam* scripserunt. In Caesare a manu scholi hoc verbum additum videtur. Nam *Heraclea Sintica* nimium a *Candauia* remota. Quantum spatium est ab Illyrico monte, Candauia, ad Bisaltas in Thraciae confinio. Propior Candauiae aut contigua *Heraclea Lyncestidis*, quam non dubito Caesarem vel scripsisse, vel in animo habuisse. Nec vacabat Pompeio, ad Sintos, Bisaltas et Strymonem excurrere; sed belli rationes in citerioribus detinebant. *Cellarius.* Probauit haec Oud. et Wesselingius ad Antonini itinerar p. 607. *M.* Adiectum id *Senticam* librarii ignorantiae debetur. deleri debet. deleui. Non sufficit, talia vncis includere. V. et Wessel. l. c. p. 519.

de proelio ad D. facta. Sic nullus codex: nam abest *de*, vel scribitur pro eo *ac*, vel *qui-*

80. Coniuncto exercitu, Caesar Gomphos peruenit, quod est oppidum primum Thessaliae venientibus ab Epiro, quae gens paucis ante mensibus vltro ad Caesarem legatos miserat, vt suis omnibus facultatibus vteretur, praesidiumque ab eo militum petierat. Sed eo fama iam praecurrerat, quam supra docuimus, de proelio Dyrrhachino, quod multis auxerat partibus. Itaque Androsthenes, Praetor Thessaliae, quum se victoriae Pompeii comitem esse mallet, quam socium Caesaris in rebus aduersis, omnem ex agris multitudinem seruorum ac liberorum in oppidum cogit portasque praecludit et ad Scipionem Pompeiumque nuncios mittit, vt sibi subsidio veniant; se confidere munitionibus oppidi, si celeriter succurratur: longinquam obpugnationem sustinere non posse. Scipio, discessu exercituum ab Dyrrhachio cognito, Larissam legiones adduxerat: Pompeius nondum Thessaliae adpropinquabat. Caesar, castris munitis, scalas musculosque ad repentinam obpugnationem fieri et crates parari iussit. Quibus rebus effectis, cohortatus milites docuit, quantum vsum haberet ad subleuandam omnium rerum inopiam, potiri oppido pleno atque opulento; simul reliquis ciuitatibus huius vrbis exemplo inferre terrorem; et id fieri celeriter, priusquam auxilia concurrerent. Ita-

bus, vel legitur in cod. optimo, *proelium factum.* Sed puto ex his veram lectionem erutam esse per hos, qui id, quod in textu est, ediderunt; nam c. 80 plane eadem verba leguntur de hac ipsa re. *M.* Marclandus p. 275. expungit praepositionem. putat Scaligerum sumsisse e cap. seq. Verum sic sensus planior est omnino.

latius. Ciacc. dederat *elatius*, quod inuitis codd. est vulgo retentum.

reddiderat — auerterat. alii *reddiderant — auerterant.* vt non ad *famam* referantur. Bentlei.

demonstrauimus. vid. c. 59. *M.*

paucis ante mensibus. Edd. quaedam *diebus*, quod ipsa res non patitur. *M.*

Praetor, summus Magistratus. — De Gomphis expugnatis pauca habent Appian. Ciu. 2, 64. p. 468. Dio Cass. 41, 51. Plutarch. Caes. c. 41. *M.*

concurrerent. edd. vet. *occurrerent.*

que, vſus ſingulari militum ſtudio, eodem, quo venerat, die poſt horam nonam oppidum altiſſimis moenibus obpugnare adgreſſus, ante ſolis occaſum expugnauit et ad diripiendum militibus conceſſit; ſtatimque ab oppido caſtra mouit et Metropolim venit, ſic, vt nuncios expugnati oppidi famamque antecederet.

81. Metropolitae, primum eodem vſi conſilio, iisdem permoti rumoribus, portas clauſerunt murosque armatis compleuerunt: ſed poſtea, caſu ciuitatis Gomphenſis cognito ex captiuis, quos Caeſar ad murum producendos curauerat, portas aperuerunt. Quibus diligentiſſime conſeruatis, conlata fortuna Metropolitum cum caſu Gomphenſium, nulla Theſſaliae fuit ciuitas, praeter Lariſſaeos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Caeſari parerent atque imperata facerent. Ille, ſegetis idoneum locum in agris nactus, quae prope iam matura erat, ibi aduentum exſpectare Pompeii eoque omnem rationem belli conferre conſtituit.

82. Pompeius paucis poſt diebus in Theſſaliam peruenit concionatusque apud cunctum exercitum ſuis agit gratias; Scipionis milites cohortatur, vt, parta

Gomphenſis. In omnibus codd. eſt *comprehenſis*, in Leidenſ. primo *compreſſae*. Ciacconius vere repoſuit *Gomphenſis*: ſi quis enim Dionem Caſſ. conferat, videbit, his ipſis fere verbis, quibus Caeſar vſus erat, rem narrari. *M.* Hotom. idem hariolatus erat.

Metropolitum. Graeca forma, Μητροπολιτῶν, pro *Metropolitanorum* De re v. Dio l. c.

parerent — facerent. Sic e codd. reſtituit Dauiſius. vt et alibi. Cf. not. ad 2, 6. Vulgo dant *pareret — faceret*. Cellarius praefert *pateret — faceret*.

ſegetis idoneum locum. Ergone hoc ſignificat locum Caeſari obportunum, propter ſegetem, quae ibi erat? Sed quis facile frumenti locum idoneum hoc ſenſu dicat? Atqui verbum *ſegetis* abeſt ob optimis codicibus. Tamen propter ſequentia, *quae prope iam matura erat* (ſiue *erant*, vt boni codd. habent) tale verbum praecedere debuit. Fortaſſe ergo, vt et Oud. viſum eſt, in verbis aliquid mendi latet, etſi ſenſum omnino videmus. *M.* Bene Bentl. deleri iubet *ſegetis* et dein leg. *quia prope iam matura erant frumenta.*

claſſicum — cani, aeque apud Scipionem cani atque apud Pom-

iam victoria, praedae ac praemiorum velint esse participes: receptisque omnibus in vna castra legionibus, suum cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani et alterum illi iubet praetorium tendi. Auctis copiis Pompeii, duobusque magnis exercitibus coniunctis, pristina omnium confirmatur opinio et spes victoriae augetur adeo, vt, quidquid intercederet temporis, id morari reditum in Italiam videretur; et, si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret, vnius esse negotium diei, sed illum delectari imperio et Consulares Praetoriosque seruorum habere numero, dicerent. Iamque inter se palam de praemiis ac Sacerdotiis contendebant, in annosque Consulatum definiebant; alii domos bonaque eorum, qui in castris erant Caesaris, petebant: magnaque inter eos in consilio fuit controuersia, oporteretne L. Hirri, quod is a Pompeio ad Parthos missus esset, proximis comitiis Praetoriis absentis rationem haberi: quum eius necessarii fidem implorarent Pompeii, praestaret, quod proficiscenti recepisset, ne per eius auctoritatem deceptus videretur; reliqui, in labore pari ac periculo, ne vnus omnes antecederet, recusarent.

peium. Cum enim duo summi Duces aut Consules in vnis castris erant, apud vtrumque classicum canebatur: ideoque Asdrubal, suspicatus alterum Consulem in castra venisse, obseruari iubet, semel bisne signum canat in castris. Liu. 27, 47. *Cellar.* Cf. Veget. 2, 22 et Ind. *M.*

si quando quid — — dicerent. Non haec modo dicebant; sed Pompeium iocabundi Regem et Agamemnonem adpellabant. Appian. 2, p. 470. Plutarch. Pomp. 66, 67. *M.*

Iamque inter se — Ab hac temeritate alienissimum fuisse Pompeium, iidem scriptores referunt; sed eum metu, aut torpore, aut fato cessisse libidini nobilium, qui in eius castris erant. *M.*

de praemiis. Marclandus in Explicat. vett. aliquot. p. 275 legendum putat de *Praeturis*, partim ob cap. 83. (vbi equidem nihil de Praeturis nominatim video; immo vero de *praemiis* pecuniae ibi dicitur) partim ob locum Plutarchi in Pomp. cap. 67, vbi de his viris est, *ὑπατείας καὶ στρατηγίας ἐμνῶντο.* Et propter hunc locum, si non necessaria, verisimilis tamen est viri doctissimi coniectura. *M.*

praestaret. Praemittunt alii *vt*, inuitis codd. V. nos ad 8, 20.

85. Iam de Sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio, Spintherque Lentulus, quotidianis contentionibus ad grauissimas verborum contumelias palam descenderunt: quum Lentulus aetatis honorem ostentaret, Domitius vrbanam gratiam dignitatemque iactaret, Scipio adfinitate Pompeii confideret. Postulauit etiam L. Afranium proditionis exercitus Attius Rufus apud Pompeium, quod gestum in Hispania diceret. Et L. Domitius in consilio dixit, placere sibi, bello confecto, ternas tabellas dari ad iudicandum iis, qui ordinis essent Senatorii belloque vna cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis ferrent, qui Romae remansissent, quique intra praesidia Pompeii fuissent, neque operam in re militari praestitissent: vnam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent; alteram, qui capitis damnarent, tertiam, qui pecunia multarent. Postremo omnes aut de honoribus suis, aut de praemiis pecuniae, aut de persequendis inimicitiis agebant; nec, quibus rationibus superare possent, sed, quemadmodum vti victoria deberent, cogitabant.

84. Re frumentaria praeparata, confirmatisque militibus, et satis longo spatio temporis a Dyrrhachi-

de Sacerdotio, Pontificatu maximo. Plutarch. d. l. *περὶ τῆς Καίσαρος ἀρχιερωσύνης*. *Cellar.*

Domitius. Est L. Dom. Ahenobarbus, qui ad Pharsalum periit (c. 99), isque Pompeianus; at Cn. Domitius Caluinus, Caesarianus (c. 78). *Cellar*.

quod gestum in Hispania diceret. Haec omnia puto delenda esse, vt Grutero quoque visum est. Ne plena quidem et perfecta sententia est. Voluit aliquis monere, respici ad res in Hispania ab Afranio gestas, de quibus lib. I, extr. Monuit ergo in margine his verbis: *quod gestum in Hispania, dicere videtur* (nam in cod. Voss. est *videretur*). Id inde in textum inrepsit. *M.* Bentl. spuria putat etiam verba *apud Pompeium*.

interfuissent. Male alii praemittunt *non*. Sermo est de iudicibus futuris, non de iudicandis.

sententiasque — ferrent, h. e. qui (vt) sent. de sing. ferrent. Monuit Clarkius. *M.*

intra praesidia, in castris, vt ibi tuti laterent. *M.*

qui liberandos etc. Iurinius *qua*. nec ita male.

inimicitiis. Ita Dauis. e codd. Vulgo *inimicis*.

praeparata. Leid. 1. *comparata*, quod nostro familiare. Laborasse inopia frumenti refert Appianus 2, 66. vbi bene Dauis.

ais proeliis intermisso, quo satis perspectum habere militum animum videretur, tentandum Caesar existimauit, quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet. Itaque ex castris exercitum eduxit aciemque instruxit, primum suis locis, paulloque a castris Pompeii longius; continentibus vero diebus, vt progrederetur a castris suis collibusque Pompeianis aciem subiiceret. Quae res in dies confirmationem eius exercitum efficiebat. Superius tamen institutum in equitibus, quod demonstrauimus, seruabat, vt, quoniam numero multis partibus esset inferior, adolescentes atque expeditos, ex antesignanis electos milites ad pernicitatem, armis inter equites proeliari iuberet, qui quotidiana consuetudine vsum quoque eius generis proeliorum perciperent. His erat rebus effectum, vt equites mile apertioribus etiam locis septem milium Pompeianorum inpetum, quum adesset vsus, sustinere auderent neque magnopere eorum multitudine terrerentur. Namque etiam per eos dies proelium secundum equestre fecit, atque Aegum Allobrogem ex duobus, quos perfugisse ad Pompeium supra docuimus, cum quibusdam interfecit.

85. Pompeius, quia castra in colle habebat, ad

praecipit leg. *ἐς λοιμὸν ἐκ λιμοῦ τοὺς πολεμίους περιφέρειν.*

quo satis etc. scil. tempore. Vulgo *quum* contra codd.

militum animum, Haec duo verba adiecit Scal. e codd. Notarat et Glandorp.

quod demonstrauimus. Vbi? In Gallicis bellis hoc saepius factum est, vt B. G. 1, 48, quod Caesar videtur imitatus hoc tempore. *M.*

armis. Hiulca oratio. omissum videtur adiectiuum, quod armorum genus designet, *insolitis, insuetis*, vel simile. Iurinius *leuibus.* Freinsh. ad Curt. 7, 7, 32. *armatos* heic legi suadet, quod non placet Oud.

equites mile. Boni codd. *equitum.* Sic Plaut. Trin. 2, 4, 23. et Terent. Heaut. 3, 3, 40. *mille drachmarum.* Liu. 23, 44. *mille fere passuum erant.* Cf. Gronou. de pec. vet. 2, 4. p. 77. et Perizon. ad Sanctii Min. 4, 4. p. 611.

quum adesset vsus, quum vsus venisset, quum opus esset. *M*

vnum Allobrogem. Tres codd. boni, *Aegum Allobrog.* Recte: nam cap. 59. exstat hoc nomen vnius horum Allobrogum. Idem Dauisio et Oud. visum est. *M.* E codice restitui nomen debebat, quod ita feci.

quia castra in colle haber

infimas radices montis aciem instruebat; semper, vt videbatur, spectans, si iniquis locis Caesar se subiiceret. Caesar, nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans, hanc sibi commodissimam belli rationem iudicauit, vti castra ex eo loco moueret semperque esset in itineribus: hoc sperans, vt, mouendis castris pluribusque adeundis locis, commodiore frumentaria re vteretur: simulque in itinere vt aliquam occasionem dimicandi nancisceretur, et insolitum ad laborem Pompeii exercitum quotidianis itineribus defatigaret. His constitutis rebus, signo iam profectionis dato, tabernaculisque detensis, animaduersum est, paullo ante, extra quotidianam consuetudinem, longius a vallo esse aciem Pompeii progressam, vt non iniquo loco posse dimicari videretur. Tunc Caesar apud suos, quum iam esset agmen in portis, *Differendum est*, inquit, *iter in praesentia nobis et de proelio cogitandum, sicut semper depoposcimus: animo simus ad dimicandum parati; non facile occasionem postea reperiemus:* confestimque expeditas copias educit.

86. Pompeius quoque, vt postea cognitum est, suorum omnium hortatu statuerat proelio decertare. Namque etiam in consilio superioribus diebus dixerat, *priusquam concurrerent acies, fore, vti exercitus Caesaris pelleretur.* Id cum essent plerique ad-

bat. alii *castris in colle habitis.*

spectans, alii *exspectans.* Cf. cap. 75

detensis. alii male *incensis.* Liu. 41, 3. *tabernacula detendunt.*

ante, extra quotid. consuet. Haec quatuor verba absunt a cod. optimo, Leidensi primo. Ergo Marclandus in Explicat. vett. auct. p. 275 ea tolli vult; non enim adparere, quid sit *paulo ante.* Sed dubito, an vnius codicis auctoritate haec omnia statim tollenda sint, praesertim cum *paulo ante* possit commode intelligi. *M.*

cogitandum — parati. E vestigiis codd. potius legetur: *cogitandum, si, et semper depoposcimus, animo sumus parati. Non —, M.* Placet hoc Bentleio.

in consilio. Vulgo *in concilio.* Emendauit Oud. et sic edd. vet.

idque mihi. alii *id quod.*

se facturos. *Se* per ellipsin omissum in aliis, non male. Le-

mirati, *Scio me, inquit, paene incredibilem rem polliceri; sed rationem consilii mei accipite, quo firmiore animo in proelium prodeatis. Persuasi equitibus nostris, idque mihi se facturos confirmaverunt, vt, quum propius sit accessum, dextrum Caesaris cornu ab latere aperto adgrederentur, vt, circumuenta ab tergo acie, prius perturbatum exercitum pellerent, quam a nobis telum in hostem iaceretur. Ita sine periculo legionum, et paene sine vulnere, bellum conficiemus. Id autem difficile non est, quum tantum equitatu valeamus.* Simul denunciauit, vt essent animo parati in posterum; et, quonam fieret dimicandi potestas, vt saepe cogitauissent, ne vsu manuque reliquorum opinionem fallerent.

87. Hunc Labienus excepit, et, quum Caesaris copias despiceret, Pompeii consilium summis laudibus efferret, *Noli*, inquit, *existimare, Pompei, hunc esse exercitum, qui Galliam Germaniamque deuicerit. Omnibus interfui proeliis, neque temere incognitam rem pronuncio. Perexigua pars illius exercitus superest; magna pars deperiit: quod accidere tot proeliis fuit necesse: multos autumni pestilentia in Italia consumsit, multi domum discesserunt, multi sunt relicti in continenti. An non exaudistis, ex iis, qui per caussam valetudinis re-*

van. tum habet *facturi*, per Graecismum.

cogitauissent, An, *rogitauissent*? cf. c. 82. Gruterus mallit, *agitauissent*, Dauisius, *optauissent*. M. Marcland. p. 275. *flagitauissent*, Credo, rem acu tetigisse Morum.

vsu manuque nihil aliud est, quam, quod habent codd. quidam, *vsu manuum*, seu *vsu manus*. Dubium est, vtrum Caesar scripserit. Significat autem *vsu manuque*, tum, cum ventum est ad rem, cum manibus vtendum est, facto opus est. Cicero dicit *administratione manuum opus esse*, hoc est, *vsu manuque*. Si quis malit: *vsum* dicat tractationem ipsam rei, et *manum*, facta, operam. M. Marclandus teste Iurinio dabat *ne suam Ducumque rel.* vel *ne suam atque rel.*

et, quum C. sic codd. e quibus Oud. restituit. Vulgo *vt*.

exaudistis. Vulgo *audistis*. Nempe sensus est: annon fama ad vos vsque penetrauit? Dicitur vero is *exaudire*, ad quem

manserunt, cohortes esse Brundisii factas? Has copiae, quas videtis, ex dilectibus horum annorum in citeriore Gallia sunt refectae, et plerique sunt ex coloniis Transpadanis: attamen, quod fuit roboris, duobus proeliis Dyrrhachinis interiit. Haec quum dixisset, iurauit, *se, nisi victorem, in castra non reuersurum:* reliquosque, vt idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompeius, idem iurauit. Nec vero ex reliquis fuit quisquam, qui iurare dubitaret. Haec quum facta essent in consilio, magna spe et laetitia omnium discessum est: ac iam animo victoriam praecipiebant, quod de re tanta et a tam perito Imperatore nihil frustra confirmari videbatur.

88. Caesar, quum Pompeii castris adpropinquasset, ad hunc modum aciem eius instructam animum advertit. Erant in sinistro cornu legiones duae, transditae a Caesare initio dissensionis ex S. C. quarum vna prima, altera tertia adpellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius. Mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Ciliciensis legio, coniuncta cum cohortibus Hispanis, quas transductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant conlocatae. Has firmissimas se habere Pompeius existimabat. Re-

vsque clamor, strepitus, vox procul veniens penetrat. *M.* Emendauit Oud. e codd.

factas, conscriptas, conlectas. *M.*

plerique. Sic Clarke e codd. vulgo, *leraeque.*

coloniis. Ita Oud. e codd. Vulgo *colonis.*

et a tam perito. Copulam delendam putabat Dauisius.

transditae a Caesare. vid. de B. G. 8, 54. *M.*

tertia adpellabatur. Lucano est *quarta* 7, 219. In ordinanda acie vtraque discrepant Lucanus, Appianus, Plutarchus. Audiendus vnice Caesar. Lipsius de mil. Rom. 4, 8. vult *adpel-latur*, refragante Oud. Conf. not. ad c. 34. vbi rationem et numerum legionum fuisse immutatum docet ex 3, 4.

Ciliciensis. Iurinius *Siciliensis.* Sed v. not. ad c. 4.

docuimus. v. 1, 86. 87. *M.*

cohortes CX. Orosius 6, 15. *LXXXVIII.* Ciacconius mallet *XC*, quia tantum habet IX legiones. Non cogitat, adfuisse et cohortes sociales et auxilia. Aliter Florus 4, 2.

milia XLV. Miror, de huius loci numeris tam multa quaeri. Non possunt haec nostris coniecturis et computationibus definiri; nec in illorum temporum turbis et tumultibus existiman-

liquas inter aciem mediam cornuaque interiecerat, numeroque cohortes CX expleuerat. Haec erant milia XLV, euocatorum circiter duo, quae ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum conuenerant; quae tota acie disperserat. Reliquas cohortes septem castris propinquisque castellis praesidio disposuerat. Dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: quam ob caussam cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes, in sinistro cornu obiecerat.

89. Caesar, superius institutum seruans, decimam legionem in dextro cornu, nonam in sinistro conlocauerat, tametsi erat Dyrrhachinis proeliis vehementer adtenuata. Huic sic adiunxit octauam, vt paene vnam ex duabus efficeret, atque alteram alteri praesidio esse iusserat. Cohortes in acie octoginta constitutas habebat, quae summa erat milium XXII. Cohortes duas castris praesidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Cn. Domitium praeposuerat: ipse contra Pompeium constitit. Simul, his rebus animaduersis, quas demonstrauimus, timens, ne a multitudine equitum dextrum cornu circumueniretur, celeriter ex tertia acie sin-

dum est, certam rationem cohortium legionumque obseruatam esse. — De hac acie Pompeiana cf. Plutarch. in Pomp. cap. 69. Appian. 2, 70. p. 471. seq. M.

circiter duo. Scil. *milia*. Restituit Oud. e codd. et edd. vet. Vulgo *duae*. Sed quo modo duae cohortes tota acie dispergi potuissent? Iurinius malit *qui — conuenerant atque — dispersi erant*.

riuus quidam, Enipeus. vid. Lucanus 7, 116. 224. *Cellar*. Add. Appian 2, 75. p. 474. *ὁ Πομπήϊος παρέταξε τὸν στρατὸν μεταξὺ Φαρσάλου τε πόλεως καὶ Ἐνιπέως ποταμοῦ*. Frontin. Strateg. 2, 3, 22. *M*. Ibi dicit, Pompeium sinistrum latus, ne circuiri posset, admonuisse paludibus.

equitatum. Frontinus l. c. sexcentos equites in dextro latere locatos refert.

adtenuata, Huic. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *et huic*.

summa erat milium XXII. Sic plane Plut. et Appian. d. l. Cur ergo alius XXXII, alius XL, alius XLIIII legi mauult? *M*. Cellario, qui malit XXXII, fauet Oros. 6, 15.

Antonium, *ὡς πολεμικώτατον τῶν ὑπὸ τῷ Καίσαρι*. Plutarch. Anton. c. 8. *M*.

ex tertia acie singulas cohortes. Quomodo *singulas*?

gulas cohortes detraxit atque ex his quartam instituit equitatuique obposuit et, quid fieri vellet, ostendit monuitque, eius diei victoriam in earum cohortium virtute constare. Simul tertiae aciei totique exercitui imperauit, ne iniussu suo concurreret; se, quum id fieri vellet, vexillo signum daturum.

90. Exercitum quum militari more ad pugnam cohortaretur, suaque in eum perpetui temporis officia praedicaret, in primis commemorauit, *testibus se militibus vti posse, quanto studio pacem petisset, quae per Vatinium in conloquiis, quae per A. Clodium cum Scipione egisset, quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset: neque se vmquam abuti militum sanguine, neque Rempublicam alterutro exercitu priuare voluisse.* Hac habita oratione, exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus, tuba signum dedit.

91. Erat Crastinus euocatus in exercitu Caesaris, qui superiore anno apud eum primum pilum in legione decima duxerat, vir singulari virtute. Hic, signo dato, *Sequimini me*, inquit, *manipulares mei qui fuistis, et vestro Imperatori, quam constituistis,*

Nempe e singulis legionibus tertiae aciei singulas cohortes. Aliter hoc intelligi non potest, et sic constanter loquuntur veteres: sic et Vossius explicuit, probantibus Collario et Clarkio. Cum autem Plutarchus in Pomp. c. 69 narret, Caesarem *sex* cohortes ex vltima acie detraxisse (cf. Frontin. Strateg. 2, 3, 22): possumus quidem hoc loco vti ad explicandam explendamque Caesaris narrationem; non autem ad verba eius emendanda. Et tamen fecerunt hoc, qui *senas* (vt Canterus V. L. 3, 24) aut *sex* pro *singulas* legi voluerunt, aut vt Marclandus in Explicat. vetr. auct. p. 276: *celeriter sex tertiae aciei singulas cohortes detraxit*: qui *singulas* explicat, singulatim, vnam post alteram, non omnes simul et eodem tempore, ne hostes sentirent, plures vna detractas esse. *M.* Vossius post Ciacconium ita: ex quaque legione tertiae aciei cohortes detractae sex fuerunt et totidem legiones in eadem acie. Dauisio haec dura visa, volebat *senas*. Vossius apud Frontinum l. c. pro *sed dextro latere* ponit *et dextro latere*. Latinus Latinius coniicit: *extrema acie sex cohortes*. In Vossii expositione acquiescit Oud. Conferri hic meretur et Freinsh. ad Flor. 4, 2, 48.

vexillo. Cf. G. 2, 20.

Vatinium, cap. 19. *M.*

operam date: vnum hoc proelium supereſt, quo confecto, et ille ſuam dignitatem, et nos noſtram libertatem recuperabimus. Simul reſpiciens Caeſarem, *Faciam,* inquit, *hodie, Imperator, vt aut viuo mihi, aut mortuo gratias agas.* Haec quum dixiſſet, primus ex dextro cornu procucurrit, atque eum electi milites circiter centum et viginti voluntariis eiusdem centuriae ſunt proſecuti.

92. Inter duas acies tantum erat relictum ſpatii, vt ſatis eſſet ad concurſum vtriusque exercitus: ſed Pompeius ſuis praedixerat, vt Caeſaris inpetum exciperent, neue ſe loco mouerent aciemque eius distrahi paterentur: idque admonitu C. Triarii feciſſe dicebatur, vt primus excurſus visque militum infringeretur aciesque distenderetur, atque in ſuis ordinibus diſpoſiti diſperſos adorirentur: leniusque caſura pila ſperabat, in loco retentis militibus, quam ſi ipſi inmiſſis telis occurriſſent: ſimul fore, vt, duplicato curſu, Caeſaris milites exanimarentur et laſſitudine conficerentur. Quod nobis quidem nulla ratione factum a Pompeio videtur, propterea quod eſt quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata

Clodium. cap. 57. *M.*

cum Libone. c. 16. *M.*

Craſtinus. Lucan. 7, 471. *Cellar.* Omnes ſcriptores huius belli et hanc rem narrarunt. *M.* V. Plut. Pomp. c. 71. et Caeſ. c. 44. Celſus p. 206.

manipulares mei qui f. Scil. antehac iis praefuerat, qui iam erant veterani. Conſ. Lipſ. de mil. Rom. 1, 8.

operam date. Bentl. velit *nauate.* quaſi *date* hic dubii ſenſus eſſe poſſet.

vt Caeſ. inp. excip. Alii *neu,* male.

C. Triarii. Is videtur, qui bello Mithridatico infelix Luculli Legatus fuerat, cuius plena literatae ſenectutis oratio laudatur a Cic. in Bruto c. 76. *Cellar.*

exanimarentur. Sic ed. Ald. Sed in codd. eſt vel *exinanirentur,* vel *exiſtimarentur,* vel in Petauiano, quem Oud. optimum dicit, *aeſtuarent,* quod eidem viro docto placet. *M.*

Quod nobis quidem etc. Cf. de h. l. Palmerii ſpicileg. in Grut. lamp. t. 4. p. 657.

innata. vid. omnino Ind. *M.* Magnas hic Bentleius tragoedias excitat, ratus aduerb. *naturaliter* caſtis Latinis auribus inauditum. Eo tamen vſi Hirtius Al. 8. Cicero de Diuin. 1, 50. Vell. 2, 60. Plin. 11, 47 et 24, 25. Pleonaſmum autem in *naturaliter innata* iure reprehendit. Fruſtra

omnibus, quae ſtudio pugnae incenditur. Hanc non reprimere, ſed augere Imperatores debent, neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, vt ſigna vndique concinerent clamoremque vniuerſi tollerent; quibus rebus et hoſtes terreri et ſuos incitari exiſtimauerunt.

93. Sed noſtri milites, dato ſigno, quum infeſtis pilis procucurriſſent atque animaduertiſſent, non concurri a Pompeianis: vſu periti ac ſuperioribus pugnis exercitati ſua ſponte curſum repreſſerunt et ad medium fere ſpatium conſtiterunt, ne conſumtis viribus adpropinquarent; paruoque intermiſſo temporis ſpatio, ac rurſus renouato curſu, pila miſerunt celeriterque, vt erat praeceptum a Caeſare, gladios ſtrinxerunt. Neque vero Pompeiani huic rei defuerunt. Nam et tela miſſa exceperunt, et inpetum legionum tulerunt et ordines conſeruauerunt, piliſque miſſis, ad gladios redierunt. Eodem tempore equites ab ſiniſtro Pompeii cornu, vt erat imperatum, vniuerſi procucurrerunt omnisque multitudo ſagittariorum ſe profudit: quorum inpetum noſter equitatus non tulit, ſed paullum loco motus ceſſit: equitesque Pompeiani hoc acrius inſtare et ſe turmatim explicare aciemque noſtram a latere aperto circuire coeperunt. Quod vbi Caeſar animum aduertit, quartae aciei, quam inſtituerat ſex cohortium numero, ſignum dedit. Illi celeriter procucurrerunt, infeſtisque ſignis tanta vi in Pompeii equites inpetum fecerunt, vt eorum

Waſſe ad Sall. in addendis ad fragm. VI, 16. obponi ſtatuit aliunde inlatis.

concurri. alii *occurri.*

vſu periti. Sic et Phaedrus 3, 3.

ne conſumtis — alii *vt non*, alii *vt ne*. forſan recte. Sic et alibi Caeſar.

ſex cohort. numero. Eſt hoc verum; vid. ad c. 89; ſed in nullo cod. ſic legitur: hi enim *ex cohort. numero* habent. Ergo *ſex* eſt a correctoribus. *M.* Emendauit primus Faernus e coniectura. Conſentit Marclandus p. 277.

deſtituti ab equitibus; *inermes*, telis profuſis; *ſine praeſidio*, a nullis equitibus defenſi. *M.*

Ab his enim — *initium fugae factum.* Haec tota perio-

nemo consisteret omnesque conuersi non solum loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent. Quibus submotis, omnes sagittarii funditoresque destituti, inermes, sine praesidio, interfecti sunt. Eodem inpetu cohortes sinistrum cornu, pugnantibus etiam tum ac resistentibus in acie Pompeianis, circumierunt eosque a tergo sunt adorti.

94. Eodem tempore tertiam aciem Caesar, quae quieta fuerat et se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit. Ita, quum recentes atque integri defessis successissent, alii autem a tergo adorirentur, sustinere Pompeiani non potuerunt atque vniuersi terga verterunt. Neque vero Caesarem fefellit, quin ab iis cohortibus, quae contra equitatum in quarta acie conlocatae essent, initium victoriae oriretur, vt ipse in cohortandis militibus pronunciauerat. Ab his enim primum equitatus est pulsus, ab iisdem factae caedes sagittariorum atque funditorum, ab iisdem acies Pompeiana a sinistra parte erat circumita atque initium fugae factum. Sed Pompeius, vt equitatum suum pulsum vidit atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animum aduertit, aliis diffisus aciem excessit protinusque se in castra equo contulit et iis Centurionibus, quos in statione ad praetoriam portam posuerat, clare, vt milites exaudirent, *Tuemini*, inquit, *castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit: ego reliquas portas circumeo et castrorum praesidia confirmo.* Haec quum dixisset, se in

dus glossatori deberi videtur Bentleio. Statim enim adrogans nimium et gloriosulus adparet Caesar, ipso iudice. Dein verba *ab iisdem initium fugae factum* ambigue dici autumat, quasi iidem fugerint, non fugarint.

factae caedes. Sic codd. et edd. vet. Alii *facta.*

circumita. Vulgo, *circumuenta.* Ante hoc verbum τὸ *erat* tollendum est, vt quidam monuerunt. *M.* In his Gruter., Clarke, Oud. Marcland. qui, vt solet, accipit *atque* pro statim. *Circumiri* etiam Nepos dicit Them. 3. et Caesar G. 3, 25. Cf. et Af. 14. et 83.

aliis. alii *aliisque quam maxime diffisu.*

Tuemini. Sic codd. Alii *Tueamini.*

praetorium contulit: summae rei diffidens et tamen euentum exspectans.

95. Caesar, Pompeianis ex fuga intra vallum compulsis, nullum spatium perterritis dare oportere existimans, milites cohortatus est, vt beneficio fortunae vterentur castraque obpugnarent: qui, etsi magno aestu fatigati, (nam ad meridiem res erat perducta) tamen, ad omnem laborem animo parati, imperio paruerunt. Castra a cohortibus, quae ibi praesidio erant relictae, industrie defendebantur, multo etiam acrius a Thracibus barbarisque auxiliis. Nam, qui acie refugerant milites et animo perterriti et lassitudine confecti, missis plerique armis signisque militaribus, magis de reliqua fuga, quam de castrorum defensione cogitabant. Neque vero diutius, qui in vallo constiterant, multitudinem telorum sustinere potuerunt; sed confecti vulneribus locum reliquerunt,

existimans. Sic codd. Vulgo *aestimans*, vt c. 96.

missis. Iurinius malit *amissis.*

in altiss. montes — pertinebant. Iurinius emendat *in altissimum montem — pertinebat.* quia c. 97. de vno monte sermo. Verum statim in montes vicinos fuga facta videtur, dein in illorum vno conlectus fugiens exercitus.

trichilae sunt, vt Ouidii (Fast. 3, 528) verbis dicam, caesa frondeae, e ramo factae, quas et *vmbras* (vid. Festus in h. v.) et *vmbracula* nominare veteres solebant. Accurate descripsit Heynius (ad Virgil. Copam v. 8), vbi, *trichila* et *trichilum*, inquit, est pergula, ex vitibus aliave arbore, pedamentis et iugis firmata, implicitis frondibus concamerata et arcuata, notiore voce *hypampelos* dicta. Laudat vir doctus intt. ad Colum. 10, 378. Iam lectio haec, *trichilas*, ab omnibus codicibus Caesaris (et edd. vet.) firmatur constanter; illa vero altera, *triclinia*, ex ed. Aldina, et a correctore sine dubio originem habet. *M.* Vossius *triclinia* defendit e Spartiano in Hadr. 10. Sed et hic Salmasius legi iubet *trichilia*, et in nostro loco codd. obstant. Nec audiendus Beroaldus, qui in Gruteri lamp. t. 1. p. 310. reponit *thericlea*, pocula pretiosa, memorata Ciceroni Verr. 4; 18. vbi alii *Heraclea*. Cellarius recepit *triclinia*. Malit et Bentleius.

structas. Hoc in nullo cod. legitur; sed est ex emendatione Salmasii, probata Vossio aliisque. Vera codd. lectio est, *stratas*. Si enim dici potest coenaculum stratum, i. e. mensis tricliniaribus stratum, in quo posita parataque sunt triclinia; poterit etiam dici *trichila strata*, h. e. mensis strata, in qua positae parataeque sunt mensae. Atqui apud Macrobium Saturnal. 2, 9 e veteri scriptore proferuntur haec verba: *triclinia lectis*

protinusque omnes, ducibus vsi Centurionibus Tribunisque militum, in altissimos montes, qui ad castra pertinebant, confugerunt.

96. In castris Pompeii videre licuit trichilas stratas, magnum argenti pondus expositum, recentibus cespitibus tabernacula constrata, L. etiam Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta edera; multaque praeterea, quae nimiam luxuriam et victoriae fiduciam designarent: vt facile aestimari posset, nihil eos de euentu eius diei timuisse, qui non necessarias conquirerent voluptates. At hi miserrimo ac patientissimo exercitui Caesaris luxuriem obiiciebant, cui semper omnia ad necessarium vsum defuissent. Pompeius, iam quum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractis insignibus Imperatoriis, decumana porta se ex castris eiecit protinusque equo citato Larissam contendit. Neque ibi constitit, sed

eburneis strata. Eodem modo in libris sacris (Marc. 14, 15. Lucae 22, 11.) dicitur ἀνώγεον ἐστρωμένον, quod Scaliger (de emendat. tempp. p. 571) bene vertit, coenaculum lectis stratum. Ergo non debebant viri docti dubitare, an *trichila* dici posset sterni, multoque minus parasin hanc corrigere. Si quis tamen malit emendare, non contendam de eo. Lipsius (de mil. Rom. 5, 16. p. 326) *trichilas stratas* eodem modo, quo ante interpretatus sum, descripsit, *vmbracula ad coenationem instrata fuisse, lectosque dispositos. M.* Bene *stratas* defendit Morus. restitui.

tabernacula militum. Differunt ergo haec ab illis luxuriosis vmbraculis, neque eadem res, vt Vossius putabat, bis dicitur. — De luxuria hac intempestiua conf. Plutarch. in Pomp. c. 72. *M.*

patientissime. In MSS. cunctis, ne vno quidem excepto, et edd. ant. legi *potentissimo*, monuit Oud. Neque tamen locum habere potest. *M.*

exercitui alii *exercitu*, vt alibi Caesar. V. G. 1, 16.

semper. Marcl. p. 278. *saepe.* cf. c. 49. Sic et cap. 86. Cod. Leid. 1. pro *saepe* habet *semper.*

vsum. Al. *victum.* minus bene.

insignibus Imperat. paludamento. Nam Plutarchus de Pompeio (in eius vita c. 72), qui in castra ex acie effugerat: λαβὼν ἐσθῆτα, τῇ παρούσῃ τύχῃ πρέπουσαν, ὑπεξῆλθε; et in vita Caesaris cap. 45 disertis verbis: ἀπεδύσατο τὴν ἐναγώνιον καὶ στρατηγικὴν ἐσθῆτα. Appian. 2, 81. p. 479. τὴν στολὴν ἐνήλλαξε — — De fuga Pompeii in Aegyptum vsque exstat apud Plutarchum (in Pomp. cap. 73 sqq.) pulcerrima, ad miserandum facta, multorumque moribus expressis variata narratio. *M.* *Imperatoriis.* Sic codd. quidam. Vulgo *Imperatoria.*

eadem celeritate, paucos ſuos ex fuga nactus, nocturno itinere non intermiſſo, comitatu equitum triginta ad mare peruenit nauemque frumentariam conſcendit; ſaepe, vt dicebatur, querens, tantum ſe opinionem fefelliſſe, vt, a quo genere hominum victoriam ſperaſſet, ab eo, initio fugae facto, paene proditus videretur.

97. Caeſar, caſtris potitus, a militibus contendit, ne, in praeda occupati, reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent. Qua re inpetrata, montem opere circumuenire inſtituit. Pompeiani, quod is mons erat ſine aqua, diffiſi ei loco, relicto monte, vniuerſi iuris eius Lariſſam verſus ſe recipere coeperunt. Qua re animaduerſa, Caeſar copias ſuas diuiſit, partemque legionum in caſtris Pompeii remanere iuſſit, partem in ſua caſtra remiſit; quatuor ſecum legiones duxit commodioreque itinere Pompeianis occurrere coepit et, progreſſus milia paſſuum ſex, aciem inſtruxit. Qua re animaduerſa, Pompeiani in quodam monte conſtiterunt. Hunc montem flumen ſubluebat. Caeſar, milites cohortatus, etſi totius diei continenti labore erant confecti, noxque iam ſuberat, tamen munitione flumen a monte ſecluſit, ne noctu aquari Pompeiani poſſent. Quo iam perfecto opere, illi de deditione, miſſis legatis, agere

paucos ſuos. Sic codd. et edd. vet. Manutius dedit *ſuorum.*

circumuenire. Alii *circummunire.* vt C. 1, 18.

iuris eius. Verba haec ſenſu carent. Cum vero abſint a cod. Palatino, Scaliger et Dauiſius ea omittenda eſſe cenſent. (Adde Robortellum Adn. 2, 48. et Sigon. Em. 1, 43.) Clarkius (poſt Waſſium ad Sall. Cat. c. 44) *iugis eis* legi maluit, h. e. per iuga ea (ſ. ex iugis eis). Ex aliis lectionibus, *vires eius*, *viris eius*, et *vniuerſi ſimul Lariſſam*, nihil poteſt erui, etſi quidam *viris equis* legi voluerunt. Nondum puto repertam eſſe veram lectionem. *M.* Dauiſ. ſuſpicatur legendum *vniuerſi exercitus.* Ea vocabula confundi ſolent; cuius rei exemplum c. 73. In ſubſidium vocat c. 65. vbi ſic *Pompeiani exercitus.* Victor. V. L. 9, 24. *eius iuris* explicat per eius fortunae vel conditionis. Manutii vel Puteani potius *viris, equis*, cui ſimile habet Cicero de Off. 3, 33. *Cum his viris, equisque, vt dicitur, de-*

coeperunt. Pauci ordinis Senatorii, qui se cum iis coniunxerant, nocte fuga salutem petierunt.

98. Caesar prima luce omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planitiem descendere atque arma proiicere iussit. Quod vbi sine recusatione fecerunt, passisque palmis, proiecti ad terram, flentes ab eo salutem petierunt; consolatus consurgere iussit et, pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conseruavit; militibusque suis commendauit, ne qui eorum violarentur, neu quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere et eas, quas secum duxerat, inuicem requiescere atque in castra reuerti iussit: eodemque die Larissam peruenit.

99. In eo proelio non amplius ducentos milites desiderauit; sed Centuriones, fortes viros, circiter triginta amisit. Interfectus est etiam fortissime pugnans Crastinus, cuius mentionem supra fecimus, gladio in os aduersum coniecto. Neque id fuit falsum, quod ille, in pugnam proficiscens, dixerat: sic enim Caesar existimabat, eo proelio excellentissimam virtutem Crastini fuisse, optimeque eum de se meritum iudicabat. Ex Pompeiano exercitu circiter milia quindecim cecidisse videbantur: sed in dedi-

certandum est. itemque Phil. 8, 7. *armis, equis, viris D. Bruto subueniremus*, iure praeplacet Bentleio, nec video quid obstet, quod mox sequitur *commodiore itinere Pompeianis occurrere coepit.* Cuiacio quoque adridebat *viris, equis.* Tum autem Oud. malit *viri, equi.*

Qua re (MSS. fere omnes, *spe*) *animaduersa, Caesar* —. Potest codd. lectio explicari; sed non sine duritie. *M.* Oud. putat *spe* compendio scriptum pro *specie.* Victorio l. c. *spe* ἀντίθετον τοῦ *diffisi* esse videtur. Nimis argutum videtur id Oudend.

milit. commendauit. Sic codd. magno numero (et edd. vet.), nec adparet, vnde inrepserit lectio vulgata, *militibus iussit*, satis illa indigna Caesare. *M.*

ne qui. Alii *ne quis violaretur.*

neu quid sui. Marclandus p. 278. dat *vsui*, vt G. 4, 29. C. 2, 35.

Crastinus. Cf. c. 91. *M.*

tionem venerunt amplius milia quatuor et viginti: (namque etiam cohortes, quae praesidio in castellis fuerant, sese Sullae dediderunt:) multi praeterea in finitumas ciuitates refugerunt, signaque militaria ex proelio ad Caesarem sunt relata CLXXX, et aquilae nouem. L. Domitius, ex castris in montem refugiens, quum vires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus.

100. Eodem tempore D. Laelius cum classe ad Brundisium venit; eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstrauimus, insulam obiectam portui Brundisino tenuit. Similiter Vatinius, qui Brundisio praeerat, tectis instructisque scaphis elicuit naues Laelianas; atque ex his longius productam vnam quinqueremem et minores duas in angustiis portus cepit; itemque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sed Laelius, tempore anni commodiore vsus ad nauigandum, onerariis nauibus Corcyra Dyrrhachioque aquam suis subportabat, neque a proposito deterrebatur, neque, ante proelium in Thessalia factum cognitum, aut ignominia amissarum nauium, aut necessariarum rerum inopia, ex portu insulaque expelli potuit.

in castellis. Cod. Petau. *castellis.* Mox codd. quidam *similiter dediderunt.*

Sullae. Hic edd. vulg. addunt *similiter*, male. Praecesserat iam *etiam*. Ceterum de hac pugna Pharsalica conferendi sunt Appianus (2, 75—82. p. 475—479), et Plutarchus (in Caesaris et Pompeii vita), ideo, quia nonnulla addiderunt, a Caesare omissa, vt de Pompeio fugiente; item de lacrymis Caesari et Pompeio et militibus obortis; de Caesare, qui suos iusserat hostium os et faciem potissimum vulnerare. Dio Cassius (41, 58 sqq.), etsi proelium non accurate descripsit, tamen non sine sensu et iudicio de eo locutus est. Lucanum cum omnes norint, nominare non opus est: pertinet autem huc carminis liber septimus. Caesaris in conseruandis ciuibus humanitatem, et in condonando indulgentiam, omnes huius belli scriptores, tum et Cicero saepe, magnificis verbis conlaudarunt. *M.*

in finit. ciuitates. Marcland. p. 278. inferit *qui.*

Laelius, classi Pompeianae praefuit. c. 5. *M.*

ad Brundisium. vt c. 40. *ad*

101. Iisdem fere temporibus Cassius cum classe Syrorum et Phoenicum et Cilicum in Siciliam venit. Et, quum esset Caesaris classis diuisa in duas partes, et dimidiae parti praeesset P. Sulpicius Praetor Vibone ad fretum, dimidiae M. Pomponius ad Messanam: prius Cassius ad Messanam nauibus aduolauit, quam Pomponius de eius aduentu cognosceret; perturbatumque eum nactus, nullis custodiis, neque ordinibus certis, magno vento et secundo completas onerarias naues taeda et pice et stupa reliquisque rebus, quae sunt ad incendia, in Pomponianam classem inmisit atque omnes naues incendit quinque et triginta: e quibus erant viginti constratae: tantusque eo facto timor incessit, vt, quum esset legio praesidio Messanae, vix oppidum defenderetur: et, nisi eo ipso tempore quidam nuncii de Caesaris victoria per dispositos equites essent adlati, existimabant plerique, futurum fuisse, vti amitteretur. Sed obportunissime nunciis adlatis, oppidum fuit defensum, Cassiusque ad Sulpicianam inde classem profectus est Vibonem, adplicatisque nostri ad terram nauibus, propter eumdem timorem pari, atque antea, ratione egerunt. Cassius secundum nactus ventum, onerarias naues cir-

Oricum et cap. 101. *ad Messanam.*

a Libone. Et hic nauibus Pompeii praefuit. c. 25. *M.*

tectae scaphae. vid. cap. 25. *M.* Dein *instructisque* codd. et edd. vet. Vulgo *instratisque.*

cognitum. in aliis deest.

Cassius. Marclandus praemittit *C.* vt c. 5. Excidisse putat ob seq. initialem.

Vibone. Sic codd. quidam: recte; nam altero lectio *Liboque* inepta est, quia Libo, vt modo vidimus, classis Pompeianae parti praefuit. *M.* Restituit Dauis. ex ed. Beroaldi. *Vibo* oppidum fuit ad fretum Siculum. v. Cellarius.

quae sunt ad incendia. Inserunt alii *aptae.*

constratae. vid. Ind. Alii *nostratae.* Non dici potest, vtra verior lectio sit. *M.* Cellarius praefert *nostratae.* Similis confusio Af. c. 11.

Vibonem. Sic dedit Beroaldus. Consentiunt probati codd. Vulgo male *Libonem,* quod seruasse Cellarium miror.

adplicatisque nostris (Leg. *nostri*) *ad terram nauibus, pro-*

citer quadraginta, praeparatas ad incendium, inmisit et, flamma ab vtroque cornu comprehensa, naues sunt combustae quinque. Quumque ignis magnitudine venti latius serperet; milites, qui ex veteribus legionibus erant relicti praesidio nauibus, ex numero aegrorum, ignominiam non tulerunt; sed sua sponte naues conscenderunt et a terra soluerunt; inpetuque facto in Cassianam classem, quinqueremes duas, in quarum altera erat Cassius, ceperunt: sed Cassius, exceptus scapha, refugit. Praeterea duae sunt deprehensae triremes. Neque multo post de proelio facto in Thessalia cognitum est, vt ipsis Pompeianis fides fieret: nam ante id tempus fingi a Legatis amicisque Caesaris arbitrabantur. Quibus rebus cognitis, ex iis locis Cassius cum classe discessit.

102. Caesar omnibus rebus relictis, persequendum sibi Pompeium existimauit, quascumque in partes ex fuga se recepisset, ne rursus copias comparare alias et bellum renouare posset: et, quantumcumque itineris equitatu efficere poterat, quotidie progrediebatur; legionemque vnam minoribus itineribus subsequi iussit. Erat edictum Pompeii nomine Amphipoli propositum, vti omnes eius prouinciae iuniores, Graeci ciuesque Romani, iurandi caussa conuenirent; sed vtrum auertendae suspicionis caussa Pompeius proposuisset, vt quam diutissime longioris fugae consilium occultaret, an nouis dilectibus, si nemo premeret,

pter — ratione egit (Leg. *egerunt*). *Cassius secundum* —. Sic haec legenda esse praeeuntibus codd. vidit Oud. Illud quidem *nostri* pro *nostris* vir doctus ex ingenio mutauit; sed *egerunt* et *Cassius* in codd. antiquissimis est, *M.* Ex his satis patet legendum esse *nostri*. Sequor Oud. Sic et Bentl.

deprehensae. Clarke dedit *depressae*, quod et Oud. maluit, si liceret per codd.

ante id t. fingi. Alii *ante hoc t. fingi id.*

quantumcumque. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *quantum*.

existimari. Voss. malebat *aestumari*. Sed proinde est. Cf. Terent. Heaut. 2, 3, 41. Phormio 1, 1, 11.

Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat. Ipse ad ancoram vna nocte constitit et, vocatis ad se Amphipoli hospitibus, et pecunia ad necessarios sumtus conrogata, cognito Caesaris aduentu, ex eo loco discessit et Mytilenas paucis diebus venit. Biduum tempestate retentus, nauibusque aliis additis actuariis, in Ciciliam atque inde Cyprum peruenit. Ibi cognoscit, consensu omnium Antiochensium ciuiumque Romanorum, qui illic negotiarentur, arcem captam esse, excludendi sui caussa, nunciosque dimissos ad eos, qui se ex fuga in finitumas ciuitates recepisse dicerentur, ne Antiochiam adirent: id si fecissent, magno eorum capitis periculo futurum. Idem hoc L. Lentulo, qui superiore anno Consul fuerat, et P. Lentulo Consulari, ac nonnullis aliis acciderat Rhodi: qui, quum ex fuga Pompeium sequerentur atque in insulam venissent, oppido ac portu recepti non erant: missisque ad eos nunciis, vt ex iis locis discederent, contra voluntatem suam naves soluerunt. Iamque de Caesaris aduentu fama ad ciuitates perferebatur.

103. Quibus cognitis rebus, Pompeius, deposito adeundae Syriae consilio, pecunia societatis sublata et a quibusdam priuatis sumta, et aeris magno pondere ad militarem vsum in naues inposito, duobusque milibus hominum armatis, partim quos ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus

Mytilenas. Sic numi et Stephan. Byzant. Vulgo *Mitylenas.*

Cyprum peruenit. Edd. vet. *in Cyprum.*

arcem captam esse. Post *arcem* quidam inseruerant *Antiochiae*, vnde vitiosa lectio *ante* orta est. *M.* Vox *Antiochiam*, ex qua Glareanus fecit *Antiochiae*, in quibusdam codd. scripta erat per compendium *Ant.*

qui, quum. Sic Scal. e cod. Vrsini. Vulgo *nam quicumque.* Vnde Ciaccon. coniectabat *namque, quum.*

soluerunt. Alii *soluere iubebantur.*

societatis. publicanorum: vt mox *familiae* (serui) *societatum* illarum. cf. c. 31. — De consilio itineris mutato alia quae-

coegerat, quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium peruenit. Ibi casu Rex erat Ptolemaeus, puer aetate, magnis copiis, cum sorore Cleopatra gerens bellum; quam paucis ante mensibus per suos propinquos atque amicos Regno expulerat; castraque Cleopatrae non longo spatio ab eius castris distabant. Ad eum Pompeius misit, vt pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur. Sed, qui ab eo missi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus Regis conloqui coeperunt eosque hortari, vt suum officium Pompeio praestarent neue eius fortunam despicerent. In hoc erant numero complures Pompeii milites; quos, ex eius exercitu acceptos in Syria, Gabinius Alexandriam transduxerat, belloque confecto, apud Ptolemaeum, patrem pueri, reliquerat.

104. His tunc cognitis rebus, amici Regis, qui propter aetatem eius in procuratione erant Regni, siue timore adducti, vt postea praedicabant, ne, sollicitato exercitu Regio, Pompeius Alexandriam Aegyptumque occuparet; siue despecta eius fortuna, vt

dam Plutarchus in Pomp. c. 76 addidit. *M.*

Gabinius, Syriae Proconsul, exsulem Regem Ptolemaeum Auleten cum exercitu reduxerat. *Cellar.* Cf. Liu. epit. 105. Dio Cassius 39, 55 sqq. vbi Fabricius multa conlegit. *M.*

amici Regis, quorum principes fuerunt Pothinus, Theodotus rhetor, idemque Ptolemaei praeceptor (Liu. epit. 112), et Achillas. Cf. c. 108. et Plutarch. Pomp. c. 77. *M.*

consilio inito. *De Pompeii capite pupillus et spado tulere sententiam.* Sic Seneca ep. 4.

L. Septimium. Apud Appianum C. 2, 84. perperam dicebatur *Sempronius*. Emendauit nuperus eruditus editor. Consentiunt in vero nomine Plut. Pomp. c. 79. Dio 42, 3. Lucan. 8, 597.

productus. Palmerius in spicil. in Grut. lamp. t. 4. p. 823. *inductus.*

bello praedonum. Respice ad not. ad c. 19. Cf. et Flor. 3, 6.

ibi — interficitur. Aliter Cic. de Diuin. 2, 9 qui *in solitudine Aegyptiorum trucidatum* refert. Heic Tanaq. Faber legendum suadet *a satellite Aegyptio.* Dauis. vel *in celoce Aegyptia* (scil. *celox* est nauigium breue apud Nonium c. 13. a velocitate sic dictum, ita et Fal-

plerumque in calamitate ex amicis inimici exsistunt; iis, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt eumque ad Regem venire iusserunt: ipsi, clam consilio inito, Achillan, Praefectum Regium, singulari hominem audacia, et L. Septimium, Tribunum militum, ad interficiendum Pompeium miserunt. Ab his liberaliter ipse adpellatus et quadam notitia Septimii productus, quod bello praedonum apud eum ordinem duxerat, nauiculam paruulam conscendit cum paucis suis; et ibi ab Achilla et Septimio interficitur. Item L. Lentulus comprehenditur ab Rege et in custodia necatur.

105. Caesar, quum in Asiam venisset, reperiebat, T. Ampium conatum esse tollere pecunias Epheso ex fano Dianae, eiusque rei caussa Senatores omnes ex prouincia euocasse, vt iis testibus in summa pecuniae vteretur; sed interpellatum aduentu Caesaris profugisse. Ita duobus temporibus Ephesiae pecuniae Caesar auxilium tulit. Item constabat, Elide in templo Mineruae, repetitis atque enumeratis diebus, quo die proelium secundum fecisset Caesar, simulacrum Victoriae, quod ante ipsam Mineruam conlocatum

gentius Planciades n. 44.) vel *a spadone Aegyptio*, quippe Lactantius 6, 6. *a spadonibus Aegyptiis detruncatum* scribit, et Amm. Marcellinus 14, 11. *ad spadonum libidinem trucidatum*. Buherius dabat *in seruitudine*, quia teste Dione 42, 4. et Plut. in Pomp. c. 78. seruo se adsimilatum pronuntiarat Pompeius. Anonymus in Oliueti notis ad eum locum Cic. coniiciebat *in sorditudine*. Idem tamen, vt et Wopkensius in Lect. Tullianis, nil mutandum censet et *ἀκυρολογίαν* adgnoscit. *Solitudo* signat locum a solita hominum frequentia vacuum.

interficitur Pompeius. De hac caede cf. Dio Cass. 42, 3. sqq. Appian. l. c. Legendus etiam de fuga eius et caede Lucanus lib. 8. toto. *M.*

in summa pecuniae. Hoc *in* habet Leid. 1. et alii.. Significat scopum, cur testes adhibiti. In aliis vulgo et in edd. vet. deest. Codex Vrsini habet *in summam*, quod malit Oud. vt apud Ouid. Met. 13, 38. *in caussam*. Ciacconius temere suspicatur leg. *in sumenda*.

duobus temporibus. vid. cap. 33. *M.*

repetunt et enumerant dies, enumerant eos ita, vt repetant s. initium faciant ab eo die, quo proelium commissum est. *M.*

erat et ante ad simulacrum Mineruae spectabat, ad valuas se templi limenque conuertisse. Eodemque die Antiochiae in Syria bis tantus exercitus clamor et signorum sonus exauditus est, vt in muris armata ciuitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis ac reconditis templi, quo praeter Sacerdotes adire fas non est, quae Graeci ἄδυτα adpellant, tympana sonuerunt. Item Trallibus in templo Victoriae, vbi Caesaris statuam consecrauerant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pauimento exstitisse ostendebatur.

106. Caesar, paucos dies in Asia moratus, quum audisset Pompeium Cypri visum, coniectans, eum Aegyptum iter habere, propter necessitudines Regni reliquasque eius loci obportunitates, cum legionibus, vna, quam ex Thessalia se sequi iusserat, et altera, quam ex Achaia a Q. Fusio Legato euocauerat, equi-

ad valuas se templi — conuertisse. Sic bene Lambinus ad Horatii Od. 4, 4, 76. Codd. quippe et edd. vet. habent *templis.* Similo modo apud Valer. Max. 1, 6, 12. pro *obditis delubris* D. Vossius legi iubet *adytis delubri.* Iul. Obsequens c. 125 *plerisque locis signa* (Deorum) *sua sponte conuersa* narrat. Idem cum Valerio Max. fabulam de *clamore audita* repetit.

remotis templi. Leg. *reconditis*, e codd. bonis. Ex eo in aliis *conditis*, in aliis *recognitis*, et in edd. vulg. *remotis* factum est. *M.* Restituo *reconditis.* Sic et Cellarius. In fano Bacchi id accidisse refert Dio 41, 61.

quae Graec. ἄδ. adp. Hoc est haud dubie additamentum recentioris manus. Caesaris aetate omnibus notum erat, illam templi partem dici adytum. *M.* Valerio Max. restituit vocem Vossius, vt mox notatum.

in tecto. Leg. *integra.* Hanc emendationem Oudendorpius ad Iulium Obseq. l. c. proposuit, quia hic dicit, *Enata palma matura magnitudine;* et Valerius Max. l. c. *Enata palma iustae magnitudinis.* Atque hanc coniecturam denuo in notis ad Caesarem dicit sibi probari. Caussa emendationis est, quia palma, in tecto enata, non eadem potuit ex pauimento exsistere; et quia Plutarchus in Caes. c. 47, accurata descriptione vsus, dicit, palmam *ante basin statuae* Caesaris e solo consolidato, atque insuper lapidibus constrato, enatam esse: quod ipsum, *ad basin statuae*, etiam Valerius et Iulius Obsequens tradiderunt, etsi verbis aliis. Est ergo pauimentum h. l. solum marmoreum, vel, vt Plutarchus dicit, *χωρίον λίθῳ σκληρῷ ἄνωθεν κατεστρωμένον*, quod

tibusque octingentis et nauibus longis Rhodiis decem et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit. In his erant legionibus hominum tria milia CC; reliqui, vulneribus ex proeliis et labore ac magnitudine itineris confecti, consequi non potuerant. Sed Caesar, confisus fama rerum gestarum, infirmis auxiliis proficisci non dubitauerat atque omnem sibi locum tutum fore existimabat. Alexandriae de Pompeii morte cognoscit: atque ibi primum e naui egrediens clamorem militum audit, quos Rex in oppido praesidii caussa reliquerat, et concursum ad se fieri videt, quod fasces anteferrentur. In hoc omnis multitudo maiestatem Regiam minui praedicabat. Hoc sedato tumultu, crebrae continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant, compluresque milites huius vrbis omnibus partibus interficiebatur.

107. Quibus rebus animaduersis, legiones sibi alias

etiam dicitur λιθόστρωτον. vid. Wetsten. ad euang. Ioann. 19, 13. Atque sic illud, *inter coagmenta lapidum*, facile intelligi potest; sunt enim tessellae marmoreae coagmentatae, inter quas media palma emicuit. Davisius quidem componere conatus est haec duo, *in tecto* et *ex pauimento*, et ostendit, etiam tecta e pauimento s. opere panito (de quo ad B. Alex. c. 1 dicetur) facta esse. Quod etsi verum est: tamen, si Caesar hoc voluisset, scripsisset *enata e tecti pauimento*, non autem *enata in tecto ex pauimento*, interiectis etiam quibusdam verbis inter ea, quae divelli cogitando non possunt. *M.* Temere Vrsinus vna voce *intecto* legere suadebat. Quod sequitur *exstitisse* significat *adparuisse*. v. Ind.

in Asia. Per hanc commorationem Cnidiis libertatem concessit, qua paulo ante Thessalos in Europa donauerat. Plutarch. in Caes. c. 48. *M.*

Aegyptum iter habere. Sic codd. subpressa praepositione. Vulgo additur.

necessitudines Regni. Cum patre Regis ius hospitii Pompeius habuerat. Cf. c. 103. *M.*

a Q. Fusio. Praenomen e codd. adiecit Oud.

legionibus. Al. *legionariorum*, quod placet Vossio, temere.

de Pompeii morte. Cuius caput et annulus, leone ensem tenente insignitus, Caesari ab aulicis Ptolemaei oblata sunt, quorum adspectu lacrimasse dicitur: Plutarch. Pompei. cap. 80. Caes. c. 48. Praeterea Dio Cass. 42, 18 refert, Romae non ante creditum esse de nece Pompeii, quam eius annulus eo fuerit adlatus, quem annulum dicit tria tropaea insculpta habuisse: de quo Dionis et Plutarchi dissensu laborare velle, foret temporis inutilis iactura. *M.*

ex Asia adduci iussit, quas ex Pompeianis militibus confecerat: ipse enim necessario etesiis tenebatur, qui Alexandria nauigantibus sunt aduersissimi venti. Interim controuersias Regum ad Populum Romanum et ad se, quod esset Consul, pertinere existimans, atque eo magis officio suo conuenire, quod superiore Consulatu cum patre Ptolemaeo et lege et S. C. societas erat facta, ostendit, sibi placere, Regem Ptolemaeum atque sororem eius Cleopatram exercitus, quos haberent, dimittere et de controuersiis iure apud se potius, quam inter se armis, disceptare.

103. Erat in procuratione Regni propter aetatem pueri nutricius eius, eunuchus, nomine Pothinus. Is primum inter suos queri atque indignari coepit, Regem ad dicendam caussam euocari: deinde adiutores quosdam, conscios sui, nactus ex Regis amicis, exercitum a Pelusio clam Alexandriam euocauit atque eumdem Achillan, cuius supra meminimus, omnibus copiis praefecit. Hunc, incitatum suis, et Regis inflatum pollicitationibus, quae fieri vellet, litteris nunciisque edocuit. In testamento Ptolemaei patris heredes erant scripti ex duobus filiis maior, et ex duabus ea, quae aetate antecedebat. Haec vti fierent, per omnes Deos, perque foedera, quae Romae fecisset, eodem testamento Ptolemaeus Populum Roma-

controu. Regis, Regis et Cleopatrae, sororis. vid. c. 103. Sic B. Alex. 33. Liu. 1, 39. *exciti Regea*, i. e. Rex et Regina: vbi v. Gronou. et Drakenborch. Cf. Bentlei. ad Horat. Serm. 1, 2, 100. *M.*

pertinere existimans. Alii iudicarunt, Caesarem non necessarium hoc bellum suscepisse; sed Cleopatrae amore adductum. Plutarch. Caes. c. 48. *M.*

indignari coepit. Fuit tamen alia quoque caussa, qua Caesar indignationem Aegyptiorum commouit. Nam, cum Ptolemaeus Auletes ingentem pecuniae summam Caesaris debuisset, Caesar vero residua debiti nunc paulo seuerius exigeret, ac ne sacris quidem parceret: multorum animos ab se alienauit. Plutarch. Caes. c. 48. Dio Cass. 42, 9, 34. *M.*

conscios sui. Aicardus in Var. Lect. et Lips. adscripsere *consilii*. Id codd. et edd. vet. ignorant.

Regis amicis. alii *Regiis*.

Achillan. cap. 104. *M.*

num obtestabatur. Tabulae testamenti vnae per legatos eius Romam erant adlatae, vt in aerario ponerentur, (hae quum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae) alterae, eodem exemplo, relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur.

109. De his rebus quum ageretur apud Caesarem, isque maxime vellet pro communi amico atque arbitro controuersias Regum componere: subito exercitus Regius equitatusque omnis venire Alexandriam nunciatur. Caesaris copiae nequaquam erant tantae, vt eis, extra oppidum si esset dimicandum, confideret. Relinquebatur, vt se suis locis oppido teneret consiliumque Achillae cognosceret. Milites tamen omnes in armis esse iussit, Regemque hortatus est, vt ex suis necessariis, quos haberet maximae auctoritatis, legatos ad Achillan mitteret et, quid esset suae voluntatis, ostenderet. A quo missi Dioscorides et Serapion, qui ambo legati Romae fuerant magnamque apud patrem Ptolemaeum auctoritatem habuerant, ad Achillan pervenerunt. Quos ille, quum in conspectum eius venissent, prius, quam audiret, aut, cuius rei caussa missi essent, cognosceret, conripi ac interfici iussit: quorum alter accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus, alter interfectus est. Quo facto,

Romam erant adlatae. Quidam codd. *Romae.* V. ad 2, 19. conf. not. Lipsii ad Taciti Ann. 1, 8.

pro amico. vid. Ind. in *pro.* — Hoc tempore Plutarchus in Caes. c. 49 refert, Cleopatram primum in Caesaris conspectum venisse, eumque sic cepisse, vt, placato sorori fratre, efficeret Caesar, vt consociato imperio Ptolemaeus et Cleopatra vti vellent. Cf. Dio Cass. 42, 34. 35. Lucan. Pharsal. 10. init. Ibi dum aliquis detegit, Caesari ab amicis Ptolemaei insidias strui, Pothinus paulo post interficitur (c. 112. extr.), Achillas ad exercitum aufugit. Sic ergo adparet, cur h. l. dicatur subito exercitus Regius Alexandriam venisse. *M.*

in conspectum. Codd. et hic *in conspectu.* V. not. ad 2, 27.

alter accepto vulnere occupatus, perque (sic leg. puto pro *per*) *suos — sublatus est.* Ergo *occupatus et sublatus est* vel significat, citius sublatus est,

Regem vt in sua potestate haberet, Caesar effecit; magnamque Regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans, et vt potius priuato paucorum et latronum, quam Regio consilio, susceptum bellum videretur.

110. Erant cum Achilla copiae, vt neque numero, neque genere hominum, neque vsu rei militaris contemnendae viderentur: milia enim viginti in armis habebat. Hae constabant ex Gabinianis militibus, qui iam in consuetudinem Alexandriane vitae ac licentiae venerant, et nomen disciplinamque Populi Romani dedidicerant vxoresque duxerant, ex quibus plerique liberos habebant. Huc accedebant conlecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitumarumque regionum. Multi praeterea capitis damnati exsulesque conuenerant: fugitiuisque omnibus nostris certus erat Alexandriae receptus certaque vitae conditio, vt, dato nomine, militum essent numero: quorum si quis a domino prehenderetur, concursu militum eripiebatur, qui vim suorum, quod in simili culpa versabantur, ipsi pro suo periculo defendebant. Hi Regum amicos ad mortem deposcere;

quam posset interfici; vel adreptus et f. est. Alii *vulnere occupatus* coniunxerunt et, quia hoc nihil esse videbant, correxerunt, vt Gronouius Obs. 4, 8, qui *sopitus* pro *occupatus* legi voluit. De re cf. Dio Cass. 42, 37 sqq. *M.* Dauis. volebat *obsopitus*. Gronouii coniecturae plaudit Cellarius. Iurinius legi iubet *occipitis* et pro *sublatus* dat *supinatus* vel *resupinatus*, dein *sublatus*.

in sua potestate haberet. Palmerius in spicil. in Grut. lamp. t. 4. p. 866. notat in libris quibusdam legi *in suam potestatem* et hanc dicendi formam propugnat. Videsis not. ad C. 1, 125.

magnamque. Delendum *que*, quod iam alii omiserunt. *M.* Iurinius *et magnam.*

et vt pot. Delendum et. *M.* Oud. pugnat pro coniunctione vtraque, quia sic duae rationes exprimuntur, cur Rege potiundum putarit Caesar.

Hae. Alii *Hi* per synthesin, nonnulli *Haec.*

Gabiniani milites. Conf. cap. 103. *M.*

vxoresque duxerant. Contra militiae Romanae morem. vid. Lips. de mil. Rom. 5, 18.

prehenderetur. Leid. 1. *premeretur.* inde Bentl. *plecteretur.* frustra, bene se habet vulg.

vim suorum, vim suis illa-

hi bona locupletum diripere ſtipendii augendi cauſſa, Regis domum obſidere, Regno expellere alios, alios arceſſere, vetere quodam Alexandrini exercitus inſtituto, conſueuerant. Erant praeterea equitum milia duo. Inueterauerant hi omnes compluribus Alexandriae bellis, Ptolemaeum patrem in Regnum reduxerant, Bibuli filios duos interfecerant, bella cum Aegyptiis geſſerant. Hunc vſum rei militaris habebant.

111. His copiis fidens Achillas, paucitatemque militum Caeſaris deſpiciens, occupabat Alexandriam, praeter eam oppidi partem, quam Caeſar cum militibus tenebat, primo inpetu domum eius inrumpere conatus: ſed Caeſar, diſpoſitis per vias cohortibus, inpetum eius ſuſtinuit. Eodemque tempore pugnatum eſt ad portum; ac longe maximam ea res adtulit dimicationem. Simul enim, diductis copiis, pluribus viis pugnabatur et magna multitudine naues longas occupare hoſtes conabantur, quarum erant quinquaginta auxilio miſſae ad Pompeium, proelioque in Theſſalia facto domum redierant. Illae triremes omnes et quinqueremes, aptae inſtructaeque omnibus rebus ad nauigandum. Praeter has duae et

tam. M. Paſſiue. Sic et G. 1, 20. *iniuria Reipublicae* et c. 30. *iniuria P. R.* 7, 38. *ſuas iniurias.* Ita et Liu. 2, 55.

pro ſuo periculo, vt ſuum periculum. *M.*

alios, alios arceſſere. In quibusdam prius *alios* deeſt. V. not. ad G. 1, 8 3, 21. 25.

Inueterauerant hi. Vulgo *qui inueterauerant* c. A b. *Hi Ptol.* etc. Emendauit Oud. e codd.

Bibuli filios. Locum Valerii Max. (4, 1, 15) hunc pertinentem Manutius et Ciacconius indicarunt. *M.*

occupabat. Scalig. male *occupat.*

praeter eam opp. partem. Sic cod. Voſſianus. Ceterae lectiones, vulgo expreſſae, non videntur verae, v. c. *praeterea opp. partem. M.* Dauiſ. volebat *praeterea in oppidi parte.*

primo inpetu. Bentlei. malit ita: *tenebat. Primo inpetu* — *conatus eſt* vel *primoque domum* omiſſo *inpetu.*

conatus, etſi conatus erat. Domus Caeſaris fuit regia. cap. 112. *M.* Pars eius exigua.

quinquaginta. Conf. Appian. C. 2, 71. habet ἑξήκοντα. Hinc Marclandus l. c. hic quoque *ſexaginta* reponendum ſuſpicatur.

viginti, quae praesidii caussa Alexandriae esse consueuerant. constratae omnes: quas si occupauissent, classe Caesari erepta, portum ac mare totum in sua potestate haberent, commeatu auxiliisque Caesarem prohiberent. Itaque tanta est contentione actum, quanta agi debuit, quum ille celerem in ea re victoriam, hi salutem suam consistere viderent. Sed rem obtinuit Caesar; omnesque eas naues et reliquas, quae erant in naualibus, incendit, quod tam late tueri tam parua manu non poterat, confestimque ad Pharum nauibus milites exposuit.

112. Pharus est in insula turris, magna altitudine, mirificis operibus exstructa, quae nomen ab insula accepit. Haec insula, obiecta Alexandriae, portum efficit: sed a superioribus Regibus in longitudinem passuum nongentorum in mare iactis molibus, angusto itinere et ponte cum oppido coniungitur. In hac sunt insula domicilia Aegyptiorum et vicus, oppidi magnitudine: quaeque vbique naues inprudentia aut tempestate paullulum suo cursu decesserint, has more praedonum diripere consueuerunt. Iis autem inuitis, a quibus Pharos tenetur, non potest esse

quum ille — hi salutem. Mavult Iurinius, *quum illi*, Alexandrini — *hi*, *Romani* —.

naues incendit. Hoc incendio conflagrasse nobilissimam bibliothecam Alexandrinam, auctores sunt Plutarchus in Caes. c. 49. Dio Cass. 42, 38. (vbi vid. Fabricius) Ammianus Marcell. 22, 16. et alii bene multi. Nuperrime de hac quoque re diligentissime exposuit Christ. Dan. Beckius in specimine historiae bibliothecarum Alexandrinarum sect. 10. *M.*

turris. Herodian. 4, 2. Ammian. Marcell. 22, 16. *M.* Adde Homer. Odyss. 4, 351.

a superioribus regionibus. Alexandria in duas partes diuisa fuit, superiorem et inferiorem (B. Alex. c. 1.): illa fuit mari proprior, haec ab eo remotior. (cf. ibid. 2, 6. *die Oberstadt und die Niederstadt*). Ergo a parte inde superiore, seu a superioribus regionibus, moles iactae sunt. Pluralis *regiones* neminem obfendet, cum B. Alex. c. 2. partes inferiores, et c. 6. loca superiora dicantur. Cellarius monet, Brodaeum (Miscell. 5, 5), Scaligerum (ad Euseb. p. 132), Valesium (ad Ammian. Marc. p. 342), Hodium (de interprett. septuaginta p. 294), legi voluisse, *a superioribus Re-*

propter angustias nauibus introitus in portum. Hoc tum veritus Caesar, hostibus in pugna occupatis, militibusque expositis, Pharon adprehendit atque ibi praesidium posuit. Quibus est rebus effectum, vt tuto frumentum auxiliaque nauibus ad eum subportari possent. Dimisit enim circum omnes propinquas regiones atque inde auxilia euocauit. Reliquis oppidi partibus sic est pugnatum, vt aequo proelio discederetur et neutri pellerentur, (id efficiebant angustiae loci) paucisque vtrimque interfectis, Caesar, loca maxime necessaria complexus, noctu praemunit. Hoc tractu oppidi pars erat Regiae exigua, in quam ipse habitandi caussa initio erat inductus, et theatrum, coniunctum domui, quod arcis tenebat locum aditusque habebat ad portum et ad reliqua naualia. Has munitiones insequentibus auxit diebus, vt pro muro obiectas haberet, neu dimicare inuitus cogeretur. Interim filia minor Ptolemaei Regis, vacuam possessionem Regni sperans, ad Achillan sese ex Regia transiecit vnaque bellum administrare coepit. Sed celeriter est inter eos de principatu controuersia orta; quae res apud milites largitiones auxit:

gibus, id quod et Marclando in Explicat. vett. auct. p. 279 visum est. Sed nulla mutatione videtur opus esse. *M.* In codice Vossiano Oud. clare inuenit *Regibus*. Hoc vnice verum, reposui.

Dimisit. Haec lectio, nunc recepta, videtur necessaria propter ipsam rem, etsi codd. plerique habent *deduxit*. *M.* Vulgo *demisis*. Emendauit Scal.

reliqua naualia. Cur autem *reliqua?* Legerim, *ad Regia naualia*, vbi Regiae naues stabant. Cf. de B. Alex. cap. 13, vbi Regiae naualia commemorantur, quae, vt ex nostro loco adparet, vicina Regiae fuerunt, quoniam e theatro, Regiae coniuncto, aditus ad naualia fuit. *M.* Credo, verum vidisse Morum. Doleo, nullum codicem addicere.

filia minor, Arsinoe. de B. Alex. c. 4. *Cellar.* Add, Dio Cass. 42, 39. *M.*

sperans, contra testamentum patris. c. 108. *M.*

est inter eos — orta. Conf B. Al. c. 4. Cum Arsinoe fuit Ganymedes, qui eam abduxerat in castra, et Achillan contra se et Arsinoen irritauit ira, vt ipse potiore esset auctoritate. Dio Cass. 42, 40. *M.*

magnis enim iacturis sibi quisque eorum animos conciliabat. Haec dum apud hostes geruntur, Pothinus, nutricius pueri et procurator Regni, in parte Caesaris, cum ad Achillan nuncios mitteret hortareturque, ne negotio desisteret neue animo deficeret, indicatis deprehensisque internunciis, a Caesare est interfectus. Haec initia belli Alexandrini fuerunt.

iacturis. Donis, muneribus. Cf. G. 6, 12. Sic Plin. paneg. c. 12. largitiones *damna* dixit. Hoc loco iterum *parturis* legi iubet Salmasius. Sed v. not. ad G. 6, 12 et ibi citatum Gronovium. Cf. et Ind.

in parte Caesaris, h. e. in ea parte vrbis, in qua Caesar erat. v. B. Al. c. 6 et 32, vbi *pars Caesaris* eodem sensu dicitur. Iam Caesar erat ibi, vbi Rex erat (c. 109 extr.): Pothinus, nutrius Regis, erat cum Rege. Erat ergo Pothinus ibi, vbi Caesar erat, in ea parte vrbis, in qua Caesar versabatur. Qui *in parte Caesaris esse* cum Ciacconio interpretantur, a partibus Caesaris stare, hi errant: nam Pothinus Caesari inimicissimus fuit. *M.*

A. HIRTII
DE
BELLO ALEXANDRINO
LIBER SINGVLARIS

Si Suetonii aetate incertus fuit auctor huius libri, vt ipse in vita Iulii Caesaris c. 56 dixit: non videtur posse hodie nomen auctoris libro praescribi. In codicibus praescribitur vel *Oppii* vel *Hirtii* nomen; e Suetonio haud dubie: qui vero librarii *Caesaris*, *Celsi*, *Suetonii* nomen praescripserunt, hi non minus errarunt, quam qui eum esse ab *Hirtio Pansa* scriptum putarunt, de quo errore ad initia libri octaui de bello Gallico admonitum est. Cf. etiam dicta ad epistolam, Balbo scriptam, eidem libro octauo praemissam, e qua verisimile fit, eumdem esse illius libri et huius de bello Alexandrino auctorem. *M.*

Oudendorpius tamen et in editione posteriore an. 1740 edita, secutus morem consuetum, *A Hirtii* nomen huic libro praescripsit. Nec, puto, male; quandoquidem vulgo sub eius nomine citari solet. Scriptorem nobilem et oris bene Romani *Hirtium* vocat Brouckhusius ad Propertium 3, 20, 24.

A. HIRTII
DE
BELLO ALEXANDRINO
LIBER SINGVLARIS

ARGVMENTVM

Cap. 1. *Caesar Alexandriam obpugnare pergit.* 2. 3. *Alexandrini strenue sese defendunt.* 4—6. *Regem Ptolemaeum Caesar in potestate habet. Arsinoe imperium occupat, Achilla interfecto, Ganymedes aqua intercludere Caesarianos parat.* 7—9. *Trepidantibus his Caesar puteis fossis aquam subpeditat.* 10—18. *Nauali proelio victor Pharo potitur.* 19—21. *In ponte et mole cladem accipit.* 22—25. *Firmato Caesarianorum animo, Alexandrinis petentibus Regem dimittit Caesar, is perfide bellum instaurat; proelio perit Euphranor.*

Cap. 26—31. *Mithridates Pergamenus auxilia adducit Caesari Pelusio potitur, Regios caedit. Rex a Caesare proelio victus perit in Nilo.* 32. 33. *Alexandria potitus Caesar Ptolemaeum minorem et Cleopatram Reges constituit; Arsinoen e Regno deducit, in Syriam abit.*

Cap. 34—41. *Interim Deiotarus, Armeniae Rex, contra Pharnacem auxilium petit a Domitio Caluino, qui male rem gerit. Pharnaces Pontum occupat, in ciues Romanos saeuit.* 42—47. *In Illyrico Gabinius subpetias Cornificio adferens inprospere pugnat. Rem restituit Vatinius superato Octauio.*

Cap. 48—64. *In Hispania Cassius Longinus, auaritia exosus, orta coniuratione vix euadit. Mox seditione facta ad Cordubam, rebus mire turbatis, ne Marcello Lepidoque et Trebonio se committat, aufugit et in Ibero perit.*

Cap. 65—68. *Syriam, Ciliciam, Asiam, Cappadociam constituit Caesar, in hac Bellonae templum Lycomedi Bithynio adiudicat; Deiotaro, Gallograeciae tetrarchae, Pompeium secuto, ignoscit.*

69—78. Pharnacem, dolose agentem, celeri victoria superat, Pontum recipit, Mithridatem Pergamenum Regem Bospori et Gallograecorum Tetrarcham constituit. In Italiam subito abit.

Bello Alexandrino conflato, Caesar Rhodo atque ex Syria Ciliciaque omnem classem arcessit; Creta sagittarios, equites ab Rege Nabataeorum Malcho euocat; tormenta vndique conquiri et frumentum mitti auxiliaque adduci iubet. Interim munitiones quotidie operibus augentur atque omnes oppidi partes, quae minus firmae esse viderentur, testudinibus atque musculis aptantur; ex aedificiis autem per foramina in proxima aedificia arietes inmittuntur, quantumque aut ruinis deiicitur, aut per vim recipitur loci, in tantum munitiones proferuntur. Nam incendio fere tuta est Alexandria, quod sine contignatione ac materia sunt aedificia et structuris atque fornicibus continentur tectaque sunt rudere aut pauimentis. Caesar maxime studebat, vt, quam angustissimam partem oppidi palus a meridie interiecta efficiebat, hanc operibus vineisque agendis ab reliqua parte vrbis excluderet; illud spectans, primum, vt, quum esset in duas partes vrbs diuisa, acies vno consilio atque imperio administraretur; deinde, vt laborantibus suc-

ex Syr. Cilic. Conf. cap. 25. 26. *M.*

Creta, Sic codd. Vulgo *ex Creta*.

Malcho. Hunc partis Arabiae Regem permouit Antipater, qui tum Iudaeam administrabat et a Caesaris partibus stabat, vt auxiliares copias Caesari mitteret. Iosephus Archaeol. 14, 8. *M.* Nomen *Malchi* Regem signat, sed consuetum etiam proprium virorum fuit. Sic vel in historia passionis Seruatoris optimi occurrit seruus dictus *Malchus*.

munitiones augentur, vt nuper coeptum erat. vid. B. C. 3, 112. *M.*

aptantur, vt ibi esse possint machinae, vtque firmiores esse possint. *M.* Non ergo opus cum Lipsio Pol. 1, 9. emendare *quatiuntur* vel quid simile.

incendio. i. e. in incendio vel ab incendio.

contignatio ac materia, contignatae trabes. *M.*

structurae et fornices, structi fornices. *M*

rudere aut (an, *et?*) *pauimentis*, rudere, quod est pauimentum, e quo fit pauimentum. *Rudus* significat testas, lapillos, aliamque arenosam et glareosam materiam concisam, contusam, comminutam, quae

currri atque ex altera oppidi parte auxilium ferri posset; in primis vero, vt aqua pabuloque abundaret: quarum alterius rei copiam exiguam, alterius nullam omnino facultatem habebat: quod vtrumque palus large praebere poterat.

2. Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio vlla aut mora inferebatur: nam in omnes partes, per quas fines Aegyptii Regnumque pertinet, legatos conquisitoresque dilectus habendi caussa miserant, magnumque numerum in oppidum telorum atque tormentorum conuexerant et innumerabilem multitudinem adduxerant. Nec minus in vrbe maximae armorum erant institutae officinae. Seruos praeterea puberes armauerant, quibus domini locupletiores victum quotidianum stipendiumque praebebant. Hac multitudine disposita, munitiones semotarum partium tuebantur; veteranas cohortes vacuas in celeberrimis vrbis locis habebant, vt, quacunque regione pugnaretur, integris viribus ad auxilium ferendum obportuni essent. Omnibus viis atque angiportis triplicem vallum obduxerant: erat autem quadrato exstructus saxo, neque minus quadraginta pedes altitudinis habebat: quaeque partis vrbis inferiores erant.

calce et aqua adfusa miscetur in massam. Hanc massam paviendo consolidant; ita fit e rudere pauimentum. Ex hac ergo massa consolidata fuerunt aedium tecta. Cf. de B. H. 8. Vitruu. 7, 1. Ceteros locos Gesnerus in Thes. L. L. diligentissime conlegit. *M.* Cf. Pallad. 1, 9.

spectans. Vulgo *sperans.* Sed codd. et edd. vet. *exspectans,* vnde Vrsinus bene *spectans,* vt C. 3. 85.

fines Aegyptii Regnumque, fines Regni Aegyptii. *M.* Alii *Aegypti.*

pertinet. Bene sic. Ita et G. 4, 11. codd. quidam *fecisset,* vbi vulgo *fecissent.* Cf. not. ad C. 1, 2.

innumerabilem multitudinem hominum, seu militum. Monuerunt Ciacconius et Dauisius. *M.*

Hac multitudine recens conlecta: obponuntur veteranis cohortibus. *M.*

obportuni. Sic leg. e quibusdam codd. sc. Alexandrini: hinc fluxit plerorumque codd. lectio, *obponi possent* scil. cohortes, id quod interpretamentum est. *M.* Per synthesin *obportuni* refertur ad milites. Vulgo receptum *obportunae* scil. cohortes.

has altissimis turribus denorum tabulatorum munierant. Praeterea alias ambulatorias totidem tabulatorum confixerant; subiectisque eas rotis, funibus iumentisque obiectis, directis plateis in quamcumque erat visum partem mouebant.

3. Vrbs fertilissima et copiosissima omnium rerum adparatus suggerebat. Ipsi homines, ingeniosissimi atque acutissimi, quae a nobis fieri viderant, ea sollertia efficiebant, vt nostri illorum opera imitati viderentur; et sua sponte multa reperiebant, vnoque tempore et nostras munitiones infestabant et suas defendebant: atque haec principes in conciliis concionibusque agitabant, *Populum Romanum paullatim in consuetudinem eius Regni occupandi venire: paucis annis antea Gabinium cum exercitu fuisse in Aegypto; Pompeium se ex fuga eodem recepisse; Caesarem venisse cum copiis; neque morte Pompeii quidquam profectum, quo minus apud se Caesar commoraretur: quem si non expulissent, futuram ex Regno prouinciam: idque agendum mature: namque eum, interclusum tempestatibus propter anni tempus, recipere transmarina auxilia non posse.*

4. Interim dissensione orta inter Achillan, qui veterano exercitui praeerat, et Arsinoen, Regis Pto-

ambulatorias. De his Vitruvius 10, 19. Veget. 4, 17.

confixerant. Sic codd. et edd. vet. Ita et Varro R. R. c. 21. *Sublaminas inter se configito.* Glossae *configit* συνπήσσει. Apul. Met. 4. *machina confixilis.* Male vulgo in loco nostro *confinxerant.* Non nemo *confecerant.*

obiectis, iunctis. Scal. delebat. Lipsius Pol. 2, 4. coniiciebat *obtectis.* Oudend. *obiectas* scil. plateis. Bentleii aureis offendit *subiectis*, *obiectis*, *directis*,

plateis. Codd. recentiores *pluteis.* Sic et edd. vet. Nec displicet Oud. quia videntur contraria *directas plateas* et *in quamcumque partem.*

imitati. Sic codd. Vulgo *imitari.*

concionibusque. alii *contentionibus.* quod Bentleius ortum indicat e *coitionibus.*

Gabinium. vid. de B. C. 3, 103. De Pompeio ibid. *M.* Eiecto Archelao Gabinius Ptolemaeum reduxerat. V. Appian. Syr. 51. Cic. 2, 24. Dio 39, 55.

lemaei minorem filiam, vt ſupra demonſtratum eſt, quum vterque vtrique inſidiaretur et ſummam imperii ipſe obtinere vellet, praeoccupat Arſinoe per Ganymeden eunuchum, nutricium ſuum, atque Achillan interficit. Hoc occiſo, ipſa ſine vllo ſocio et cuſtode omne imperium obtinebat; exercitus Ganymedi transditur: is, ſuscepto officio, largitionem in milites auget, reliqua pari diligentia adminiſtrat.

5. Alexandria eſt fere tota ſubfoſſa, ſpecusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in priuatas domos inducitur, quae paullatim ſpatio temporis liqueſcit ac ſubſidit. Hac vti domini aedificiorum atque eorum familiae conſueuerunt: nam, quae flumine Nilo fertur, adeo eſt limoſa atque turbida, vt multos varios que morbos efficiat: ſed ea plebes ac multitudo contenta eſt neceſſario, quod fons vrbe tota nullus eſt. Hoc tamen flumen in ea parte vrbis erat, quae ab Alexandrinis tenebatur. Quo facto eſt admonitus Ganymedes, poſſe noſtros aqua intercludi; qui, distributi munitionum tuendarum cauſſa, vicatim ex priuatis aedificiis, ſpecubus ac puteis extracta aqua vtebantur.

6. Hoc probato conſilio, magnum ac difficile opus adgreditur. Interſeptis enim ſpecubus atque omnibus vrbis partibus excluſis, quae ab ipſo tenebantur,

interclusum temp. V. Ind. Heinſius absque neceſſitate coniectabat *intercluſo tempeſtatibus mari*.

ſupra demonſtratum eſt. de B. C. 3, 112. *M.*

ipſe obt. vellet. a Leid. 1. abeſt *ipſe*. Bentl. velit *quisque*.

in milites. Codd. quidam *in militem*. nec ita male.

Alexandria. Situm locorum, de quibus hic et in ſeq. ſermo, et totum hoc bellum Alexandrinum egregie inluſtrat Bonamy in Mém. de l'Acad. des Inſcr. t. 9. p. 416. et p. 432.

ſpecus, canales ſubterraneos. Conf. B. C. 3, 49. Plutarchus, de hac re in vita Caeſ. cap. 49 loquens, τὰς διώρυχας dixit. *M.*

plebes. Sic codd. vt G. 6, 13.

puteis, ciſternis, in quas e ſpecubus defluxit aqua limo purgata, vt in iis ſeruaretur. *M.*

excluſis. Eas partes vrbis, quas ipſe tenet, obductis operibus ſubterraneis excludit et ſeparat ab illa parte, in qua Caeſar eſt, ne a parte Ganymedis aqua per ſpecus fluat in partem Caeſaris. Sic paulo ante c. 1,

aquae magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere contendit. Hanc locis superioribus fundere in partim Caesaris non intermittebat; quamobrem salsior paullo praeter consuetudinem aqua trahebatur ex proximis aedificiis, magnamque hominibus admirationem praebebat, quam ob caussam id accidisset: nec satis sibi ipsi credebant, quum se inferiores eiusdem generis ac saporis aqua dicerent vti, atque ante consuessent; vulgoque inter se conferebant et degustando, quantum inter se differrent aquae, cognoscebant. Paruo vero temporis spatio, haec propior bibi omnino non poterat; illa inferior conruptior iam salsiorque reperiebatur.

7. Quo facto dubitatione sublata, tantus incessit timor, vt ad extremum casum periculi omnes deducti viderentur, atque alii morari Caesarem dicerent, quin naues conscendere iuberet, alii multo grauius extimescerent casum; quod neque celari Alexandrinis possent in adparanda fuga, quum tam paruo spatio distarent ab ipsis; neque, illis inminentibus atque insequentibus, vllus in naues receptus daretur. Erat autem magna multitudo oppidanorum in parte Caesaris, quam domiciliis ipsorum non mouerat, quod ea se fidelem palam nostris esse simulabat et desciuisse a suis videbatur; vt, si mihi defendendi essent Alexandrini, quod neque fallaces essent, neque temera-

partem vnam operibus excludere ab alia. M.

aquam exprimit, scil. inde ab eo loco, vbi opera obduxerat in specubus. Sic prior pars specus aquam depuratam habet, posterior nunc repletur marina impura. M.

locis superioribus vrbis, quae propiora mari erant. M.

inferiores, incolae inferioris partis vrbis. M.

propior Caesari, in superioribus locis. M.

casum periculi. Sic codd. Vulgo omittitur *periculi*.

quin (qui non, quia non, quod non) *naues consc. iub.* Ergo ii dicunt eum morari, qui accusant eius cunctationem. M.

grauius. Sic codd. et edd. vet. bene: et huius explicatio est vulgata, *grauiorem casum*. M. Intelligitur casus ille, *aquam salsam factam*.

Alexandrinis. Sic codd. et edd. vet. pro quo vulgo *Alexandrinos*. Cf. et Nepos Alcib. 5. Quidam *Alexandrini*.

rii, multa oratio frustra absumeretur. Quum vero vno tempore et natio eorum et natura cognoscatur; aptissimum esse hoc genus ad proditionem, nemo dubitare potest.

8. Caesar suorum timorem consolatione et ratione minuebat. Nam *puteis fossis aquam dulcem posse reperiri adfirmabat: omnia enim litora naturaliter aquae dulcis venas habere. Quod si alia esset litoris Aegyptii natura, atque omnium reliquorum; tamen, quoniam mare libere tenerent, neque hostes classem haberent, prohiberi sese non posse, quo minus quotidie aquam nauibus peterent, vel a sinistra parte a Paraetonio, vel a dextra ab insula; quae diuersae nauigationes numquam vno tempore aduersis ventis praecluderentur. Fugae vero nullum esse consilium non solum iis, qui primam dignitatem haberent, sed ne iis quidem, qui nihil, praeterquam de vita, cogitarent: magno negotio inpetus hostium aduersos ex munitionibus sustineri, quibus relictis, nec loco nec numero pares esse posse: magnam autem moram et difficultatem adscensum in naues habere, praesertim ex scaphis: summam esse contra in Alexandrinis velocitatem, locorumque et aedificiorum notitiam: hos, praecipue in victoria insolentes, praecursuros et loca excelsiora atque aedificia occupaturos; ita fuga na-*

quum tam paruo. Alii *quum hi t. p.*

vt, si mihi — absumeretur. Fortasse in his non habemus manum scriptoris genuinam: sunt enim plures variae lectiones, quae semper in hoc loco laboratum esse arguant. *M.* Dauis. pro *temerarii* volebat *veteratorii.* Wassio videntur esse falsarii, qui fidem *temerant* et violant. Eo sensu legitur *temerator* Dig. 48, 10, 29.

Quum vero — cognoscatur. Cum vero fieri soleat, vt, si quis Alexandriam venerit, eodem tempore, quo primum nationem cognoscit, naturam quoque eorum cognoscat —. De eorum perfidia vid. c. 24. *M.*

ab insula, Pharo. *Cellar.*

qui primam dignit. haberent, qui dignitatem, id quod dignum est viro et laudabile, primo loco ponerent, omnibus aliis rebus anteponerent. Monuit etiam Clarkius, hunc sensum esse. *M.*

aduersos. i. e. in aduersos et repugnantes.

vibusque nostros prohibituros: proinde eius consilii obliuiscerentur atque omni ratione esse vincendum cogitarent.

9. Hac oratione apud suos habita atque omnium mentibus excitatis, dat Centurionibus negotium, vt, reliquis operibus intermissis, ad fodiendos puteos animum conferant, neue quam partem nocturni temporis intermittant. Quo suscepto negotio, atque omnium animis ad laborem incitatis, magna vna nocte vis aquae dulcis inuenta est. Ita operosis Alexandrinorum machinationibus maximisque conatibus non longi temporis labore occursum est. Eo biduo legio XXXVII ex dedititiis Pompeianis militibus, cum frumento, armis, telis, tormentis, inposita in naues a Domitio Caluino, ad litora Africae, paullo supra Alexandriam, delata est. Hae naues Euro, qui multos dies continenter flabat, portum capere prohibebantur: sed loca sunt egregia omni illa regione ad tenendas ancoras. Hi quum diu retinerentur atque aquae inopia premerentur, nauigio actuario Caesarem faciunt certiorem.

10. Caesar, vt per se consilium caperet, quid faciendum videretur, nauim conscendit atque omnem classem se sequi iussit, nullis nostris militibus inpositis; quod, quum longius paullo discederet, munitiones nudare nolebat. Quumque ad eum locum accessisset, qui adpellatur Chersonesus, aquandique caussa remiges in terram exposuisset, nonnulli ex eo numero, quum longius a nauibus praedatum processissent, ab equitibus hostium sunt excepti: ex iis co-

intermissis. Edd. vet. *omissis*, quod factum ob sequens *intermittant.*

dedititiis Pomp. Conf. B. C. 3, 99. *Cellarius.*

in naues. Iurinius credit excidisse *onerarias*.

vt per se (ipse praesens) *cons. cap. M.*

nudare nolebat. alii *nudari.*

eo numero. Dauis. addidit *eo* e codd. et edd. vet.

processissent. Edd. vet. *concessissent.*

gnouerunt, Caesarem ipsum in classe venisse nec vllos milites in nauibus habere. Qua re comperta, magnam sibi facultatem fortunam obtulisse bene gerendae rei crediderunt. Itaque naues omnes, quas paratas habuerant ad nauigandum, propugnatoribus instruxerunt, Caesarique redeunti cum classe occurrerunt: qui duabus de caussis eo die dimicare nolebat, quod et nullos milites in nauibus habebat, et post horam decimam diei res agebatur, nox autem adlatura videbatur maiorem fiduciam illis, qui locorum notitia confidebant: sibi etiam hortandi suos auxilium defuturum; quod nulla satis idonea esset hortatio, quae neque virtutem posset notare, neque inertiam. Quibus de caussis naues, quas potuit, Caesar ad terram detrahit, quem in locum illos successuros non existimabat.

11. Erat una nauis Rhodia in dextro Caesaris cornu, longe ab reliquis conlocata. Hanc conspicati hostes non tenuerunt sese, magnoque inpetu quatuor ad eam constratae naues et complures apertae contenderunt. Cui coactus est Caesar ferre subsidium, ne turpem in conspectu contumeliam acciperet; quamquam si quid grauius illis accidisset, merito casurum iudicabat. Proelium commissum est magna contentione Rhodiorum: qui, quum in omnibus dimicationibus et scientia et virtute praestitissent, tum maxime illo tempore totum onus sustinere non recusabant, ne quod suorum culpa detrimentum acceptum videretur. Ita proelium secundissimum est factum. Capta est vna hostium quadriremis, depressa est altera

quae neque. sic codd. et edd. vet. Vulgo *qua.* Iurinius mallet *quum.*

turpem. Ita codd. Vulgo *turpiter.*

in conspectu. Codd. recent. addunt *hostium.* Gruter. mallet *omnium.*

illis. Rhodiis scil. licet *nauis* praecedat, per synthesin.

depressa est altera. Post haec verba codd. recentiores addunt, *alteraque perturbata;* antiquiores non addunt. Gronouius (Obs. 4, 19) pro *perturbata* legi vel-

ra: deinde (duae) omnibus epibatis nudatae: magna praeterea multitudo in reliquis nauibus propugnatorum est interfecta. Quod nisi nox proelium diremisset, tota classe hostium Caesar potitus esset. Hac calamitate perterritis hostibus, aduerso vento leniter flante, naues onerarias Caesar remulco vitricibus suis nauibus Alexandriam deducit.

12. Eo detrimento adeo sunt fracti Alexandrini, quum iam non virtute propugnatorum, sed scientia classiariorum, se victos viderent, ** quibus et superioribus locis subleuabantur, vt ex aedificiis defendi possent: et materiam cunctam obiicerent, quod nostrae classis obpugnationem etiam ad terram verebantur. Iidem, postea quam Ganymedes in concilio confirmauit, sese et eas, quae essent amissae, restituturum et numerum adaucturum, magna spe et fiducia veteres reficere naues, adcuratiusque huic rei studere atque inseruire instituerunt: ac, tametsi amplius CX nauibus longis in portu naualibusque amiserant, non tamen reparandae classis cogitationem deposuerunt: videbant enim, non auxilia Caesari, non commeatus subportari posse, si classe ipsi valerent. Praeterea nautici homines, vrbis et regionis maritumae, quotidianoque vsu a pueris exercitati, ad naturale ac domesticum bonum refugere cupiebant et, quantum paruulis nauigiis profecissent, sentiebant. Itaque omni studio ad parandam classem incubuerunt.

let *perforata. M.* Iurinius dat *depressa est altera perforata.*

deinde omnibus (vulgo, *omnes*) *epib. nudatae.* Facile credo Dauisio, *dein duae* legendum esse; aut Turnebo, *duae* pro *deinde* legenti. De epibatis vid. Ind. *M.*

remulco — h. e. captas naues, remulco (v. Ind.) religatas e suis nauibus, deducit. *M.* Quidam codd. *remigio*, vitio librariorum.

nauibus. Addidit Oudend. e codd. Idem mallet *cum victri suis nauibus.* Bene.

ex aedificiis. Ciacconius *vix ued.* correxerat, quod alii receperunt, quia non animaduerterant lacunam, quae paulo ante est. *M.* Lacunam Rhellicanus non agnoscit, et sic coniungit dicta: *a quibus (Caesarianis classiariis) Alexandrini eminentioribus locis subleuaban-*

13. Erant omnibus ostiis Nili custodiae exigendi portorii caussa dispositae. Naues veteres erant in occultis Regiae naualibus, quibus multis annis ad navigandum non erant vsi. Has reficiebant; illas Alexandriam reuocabant. Deerant remi; porticus, gymnasia, aedificia publica detegebant, asseres remorum vsum obtinebant: aliud naturalis sollertia, aliud vrbis copia subministrabat. Postremo non longam navigationem parabant, sed praesentis temporis necessitati seruiebant et in ipso portu confligendum videbant. Itaque paucis diebus, contra omnium opinionem, quadriremes duas et viginti, quinqueremes quinque confecerunt. Ad has minores apertasque complures adiecerunt et, in portu periclitati remigio, quid quaeque earum efficere posset, idoneos milites inposuerunt, seque ad confligendum omnibus rebus parauerunt. Caesar Rhodias naues nouem habebat, (nam, decem missi, vna in cursu litore Aegyptio defecerat) Ponticas octo, Lycias quinque, ex Asia duodecim. Ex his erant quinqueremes quinque et quadriremes decem: reliquae infra hanc magnitudinem et pleraeque apertae. Tamen virtute militum confisus, cognitis hostium copiis, se ad dimicandum parabat.

14. Postquam eo ventum est, vt sibi vterque eorum confideret; Caesar Pharon classe circumuehitur, aduersasque naues hostibus constituit; in dextro cornu Rhodias conlocat, in sinistro Ponticas: inter has

tur. Cellarius legi vult *qui et sup. locis subl. vt vix* etc.

nautici. Hoc puto delendum: nam homines vrbis et reg. maritumae sunt vno verbo *maritumi*, et a pueris exercitati sunt vno verbo *nautici*, quod verbum aliquis in margine explicandi caussa addiderat. Sic c. 16. *maritumi nauticique* dicuntur coniunctim et sine explicatione; hoc loco periphrasis horum verborum est. *M.*

bonum. Hoc e codd. dedit Victor. V. L. 10, 24. notatque significare *dotem.*

omnibus ostiis Nili. Codd. quidam et edd. vet. *in omnibus ostiis portuum Nili.* Sic Liuius 35, 39. *ad ostium portus.* vbi vid Gronou.

Regiae naualibus. vid. de B. C. 3, 112. *M.* Non opus est legere, vt in edd. vet. *regionis naualibus*, vel, vt velit Dauis. *Regia nau.*

ſpatium quadringentorum paſſuum relinquit, quod ſatis eſſe ad explicandas naues videbatur. Poſt hunc ordinem reliquas naues ſubſidio distribuit: quae quamque earum ſequatur et, cui ſubueniat, conſtituit atque imperat. Non dubitanter Alexandrini claſſem producunt atque inſtruunt: in fronte conlocant duas et viginti, reliquas ſubſidiarias in ſecundo ordine conſtituunt. Magnum praeterea numerum minorum nauigiorum et ſcapharum producunt cum malleolis ignibusque, ſi quid ipſa multitudo et clamor et flamma noſtris terroris adferre poſſent. Erant inter duas claſſes vada transitu anguſto, quae pertinent ad regionem Africae: (ſic enim praedicant, partem eſſe Alexandriae dimidiam Africae:) ſatisque diu inter ipſos eſt exſpectatum, ab vtris transeundi fieret initium; propterea quod, eis qui intraſſent, et ad explicandam claſſem, et ad receptum, ſi durior accidiſſet caſus, inpeditiores fore videbantur.

15. Rhodiis nauibus praeerat Euphranor, animi magnitudine ac virtute magis cum noſtris hominibus, quam cum Graecis, comparandus. Hic ob notiſſimam ſcientiam atque animi magnitudinem delectus eſt ab Rhodiis, qui imperium claſſis obtineret. Qui, vbi Caeſaris animum aduertit, *Videris mihi*, inquit, *Caeſar, vereri, ſi haec vada primis nauibus intra-*

malleoli ignesque ſunt malleoli igniti, genus telorum ignitorum. Erat autem omnino ignitum telum lignum teres (haſtile, ſagitta, iaculum), circumdatum repletumque pice, ſtuppa, aliaque ignem concipiente materia, quod antequam mittebatur, incendi ſolebat: ignis ergo inter volandum augetur et, cuicumque telum adhaeſerit, id incendit. Vnum genus, falaricam, Liuius (21, 8) deſcripſit; aliud, malleolum, Ammianus Marcellinus (23, 4). *M.* Cf. et Veget. 4, 18.

ad regionem Africae, h. e. vsque ad eam regionem vrbis Alexandrinae, vbi Africa incipit, vbi confinia Africae et Aſiae ſunt ex opinione illorum hominum. Inde ſequitur, partem Alexandriae dimidiam eſſe Africae, et intelligitur, alteram partem dimidiam eſſe Aſiae. *M.* De diuerſo termino Aſiae Africaeque olim ſtatuto v. Cellarius Not. O. A. 2, 11, 5.

propterea quod, eis (in ea vada) *qui intraſſent* — (hi) *inped. f. videb.* Sic Oud. reſtituit lectionem et explicauit lo-

veris, ne prius dimicare cogaris, quam reliquam classem possis explicare. Nobis rem committe, nos proelium sustinebimus, (neque tuum iudicium fallemus) dum reliqui subsequantur: hos quidem diutius in nostro conspectu gloriari, magno nobis et dedecori et dolori est. Caesar illum adhortatus, atque omnibus laudibus prosecutus, dat signum pugnae. Progressas vltra vadum quatuor Rhodias naues circumsistunt Alexandrini atque in eas inpetum faciunt. Sustinent illi atque arte sollertiaque se explicant: ac tantum doctrina potuit, vt in dispari numero nulla transuersa hosti obiiceretur, nullius remi detergerentur, sed semper venientibus aduersae occurrerent. Interim sunt reliquae subsecutae. Tum necessario discessum ab arte est, propter angustias loci, atque omne certamen in virtute constitit. Neque vero Alexandriae fuit quisquam aut nostrorum, aut oppidanorum, qui aut in opere, aut in obpugnatione occupatum animum haberet, quin altissima tecta peteret atque ex omni prospectu locum spectaculo caperet precibusque et votis victoriam suis ab Diis inmortalibus exposceret.

16. Minime autem par erat proelii certamen: nostris enim prorsus neque terra neque mari effugium dabatur victis, omniaque victoribus erant futura in incerto: illi, si superassent nauibus, omnia tenerent;

cum: *eis* e codd. pro vulg. *eo*, aut pro *ei* vel *ii*, quod quidam codd. habent, recepit. Mihi quidem videtur vulgata verior: *propterea quod, eo qui intrassent* —. Dixerat, esse vada transitu angusto: qui ergo eo (in ea vada) intrant, hi erunt inpeditiores ad pugnam. *Intrare vada* etiam cap. 15 occurrit. *M.* Pro *intrassent* alii *transirent* vel *transissent*.

Euphranor. De huius meritis et exitu tristi vid. c. 25. *M.*

primis nauibus. bene sic, nam sequitur *reliquam classem.* Cf. Gronou. Obs. 1, 7. Alii, nec male *primus nauibus.*

nullius remi. Codd. quidam *nullaeque*, antique.

ex omni prospectu, quocumque demum loco stare et prospicere posset. *M.*

nostris enim prorsus. Fere omnes libri pro *prorsus* habent *pulsis*: bene. Sed ita mox delebitur *victis*, quod interpretamentum est eius, qui monere voluit, pulsos et victores obponi, vt victos et victores. *M.*

illi, si super. Minus haec

ſpatium quadringentorum paſſuum relinquit, quod ſatis eſſe ad explicandas naues videbatur. Poſt hunc ordinem reliquas naues ſubſidio distribuit: quae quamque earum ſequatur et, cui ſubueniat, conſtituit atque imperat. Non dubitanter Alexandrini claſſem producunt atque inſtruunt: in fronte conlocant duas et viginti, reliquas ſubſidiarias in ſecundo ordine conſtituunt. Magnum praeterea numerum minorum nauigiorum et ſcapharum producunt cum malleolis ignibusque, ſi quid ipſa multitudo et clamor et flamma noſtris terroris adferre poſſent. Erant inter duas claſſes vada transitu anguſto, quae pertinent ad regionem Africae: (ſic enim praedicant, partem eſſe Alexandriae dimidiam Africae:) ſatisque diu inter ipſos eſt exſpectatum, ab vtris transeundi fieret initium; propterea quod, eis qui intraſſent, et ad explicandam claſſem, et ad receptum, ſi durior accidiſſet caſus, impeditiores fore videbantur.

15. Rhodiis nauibus praeerat Euphranor, animi magnitudine ac virtute magis cum noſtris hominibus, quam cum Graecis, comparandus. Hic ob notiſſimam ſcientiam atque animi magnitudinem delectus eſt ab Rhodiis, qui imperium claſſis obtineret. Qui, vbi Caeſaris animum aduertit, *Videris mihi*, inquit, *Caeſar, vereri, ſi haec vada primis nauibus intra-*

malleoli ignesque ſunt malleoli igniti, genus telorum ignitorum. Erat autem omnino ignitum telum lignum teres (haſtile, ſagitta, iaculum), circumdatum repletumque pice, ſtuppa, aliaque ignem concipiente materia, quod antequam mittebatur, incendi ſolebat: ignis ergo inter volandum augetur et, cuicumque telum adhaeſerit, id incendit. Vnum genus, falaricam, Liuius (21, 8) deſcripſit; alind, malleolum, Ammianus Marcellinus (23, 4). *M.* Cf. et Veget. 4, 18.

ad regionem Africae, h. e. vsque ad eam regionem vrbis Alexandrinae, vbi Africa incipit, vbi confinia Africae et Aſiae ſunt ex opinione illorum hominum. Inde ſequitur, partem Alexandriae dimidiam eſſe Africae, et intelligitur, alteram partem dimidiam eſſe Aſiae. *M.* De diuerſo termino Aſiae Africaeque olim ſtatuto v. Cellarius Not. O. A. 1, 11, 5.

propterea quod, eis (in ea vada) *qui intraſſent* — (hi) *imped. f videb.* Sic Oud. reſtituit lectionem et explicauit lo-

veris, ne prius dimicare cogaris, quam reliquam classem possis explicare. Nobis rem committe, nos proelium sustinebimus, (neque tuum iudicium fallemus) dum reliqui subsequantur: hos quidem diutius in nostro conspectu gloriari, magno nobis et dedecori et dolori est. Caesar illum adhortatus, atque omnibus laudibus prosecutus, dat signum pugnae. Progressas vltra vadum quatuor Rhodias naues circumsistunt Alexandrini atque in eas inpetum faciunt. Sustinent illi atque arte sollertiaque se explicant: ac tantum doctrina potuit, vt in dispari numero nulla transuersa hosti obiiceretur, nullius remi detergerentur, sed semper venientibus aduersae occurrerent. Interim sunt reliquae subsecutae. Tum necessario discessum ab arte est, propter angustias loci, atque omne certamen in virtute constitit. Neque vero Alexandriae fuit quisquam aut nostrorum, aut oppidanorum, qui aut in opere, aut in obpugnatione occupatum animum haberet, quin altissima tecta peteret atque ex omni prospectu locum spectaculo caperet precibusque et votis victoriam suis ab Diis inmortalibus exposceret.

16. Minime autem par erat proelii certamen: nostris enim prorsus neque terra neque mari effugium dabatur victis, omniaque victoribus erant futura in incerto: illi, si superassent nauibus, omnia tenerent;

cum: *eis* e codd. pro vulg. *eo*, aut pro *ei* vel *ii*, quod quidam codd. habent, recepit. Mihi quidem videtur vulgata verior: *propterea quod, eo qui intrassent* —. Dixerat, esse vada transitu angusto: qui ergo eo (in ea vada) intrant, hi erunt inpeditiores ad pugnam *Intrare vada* etiam cap. 15 occurrit. *M.* Pro *intrassent* alii *transirent* vel *transissent*.

Euphranor. De huius meritis et exitu tristi vid. c. 25. *M.*

primis nauibus. bene sic, nam sequitur *reliquam classem.* Cf. Gronou. Obs. 1, 7. Alii, nec male *primus nauibus.*

nullius remi. Codd. quidam *nullaeque*, antique.

ex omni prospectu, quocumque demum loco stare et prospicere posset. *M.*

nostris enim prorsus. Fere omnes libri pro *prorsus* habent *pulsis*: bene. Sed ita mox delebitur *victis*, quod interpretamentum est eius, qui monere voluit, pulsos et victores obponi, vt victos et victores. *M.*

illi, si super. Minus haec

si inferiores fuissent, reliquam tamen fortunam periclitarentur. Simul illud graue ac miserum videbatur, perpaucos de summa rerum ac de salute omnium decertare: quorum si qui aut animo aut virtute cessisset, reliquis etiam esset cauendum, quibus pro se pugnandi facultas non fuisset. Haec superioribus diebus saepenumero Caesar suis exposuerat, vt hoc maiori animo contenderent, quod omnium salutem sibi commendatam viderent. Eadem suum quisque contubernalem, amicum, notum prosequens erat obtestatus, ne suam atque omnium falleret opinionem, quorum iudicio delectus ad pugnam proficisceretur. Itaque hoc animo est decertatum, vt neque maritumis nauticisque sollertia atque ars praesidium ferret; neque numero nauium praestantibus multitudo prodesset, neque flexi ad virtutem ex tanta multitudine viri virtuti nostrorum possent adaequari. Capitur hoc proelio quinqueremis vna et biremis cum defensoribus remigibusque et deprimuntur tres, nostris incolumibus omnibus: reliquae propinquam fugam ad oppidum capiunt, quas protexerunt ex molibus atque aedificiis imminentibus, et nostros adire propius prohibuerunt.

17. Hoc ne sibi saepius accidere posset, omni ra-

cohaerent cum praecedentibus, ni subaudias *quum*.

rel. et. esset cauendum. sibi de salute. Edd. quaedam *cadendum*, quod Dauisio placet. Rossetus et Clarkius voluere *caedendum*. non opus. Multo minus admittes Iurinii *luendum*.

maritumis nauticisque. Conf. cap. 12. *M.*

flexi ad virtutem. Dauisius ingeniose coniecit, legendum esse, *electi ad virtutem*, i. e. propter virtutem, ratione virtutis, ἀριστίνδην. Probauit coniecturam Clarkius et B. C. 3, 84. comparauit, *electi ad pernicitatem*. *M.* Τὸ *electi* iam volebat Ciacon. Codd. varii *flecti*, vnde coniectura ista egregie firmatur. Ceterum *flexi* bonum sensum dat, i. e. inducti contra suetum morem.

multitudine. E codd. post hoc verbum addendum est *hostium*. *M.* Id visum Dauisio et Clarkio. Contra natum e glossa statuit Oud.

viri. Non certum est hoc verbum, si codd. spectentur, et potest commode abesse. *M.*

molemque, ad insulam pertinentem. Descripta est moles B. C. 3, 112. *M.*

tione Caesar contendendum existimauit, vt insulam molemque, ad insulam pertinentem, in suam redigeret potestatem: perfectis enim magna ex parte munitionibus in oppido, et illam et vrbem vno tempore tentari posse confidebat. Quo capto consilio, cohortes decem et leuis armaturae electos, quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in nauigia minora scaphasque inponit: inde alteram insulae partem distinendae manus caussa constratis nauibus adgreditur, praemiis magnis propositis, qui primus insulam cepisset. Ac primo inpetum nostrorum pariter sustinuerunt: vno enim tempore et ex tectis aedificiorum propugnabant et litora armati defendebant; quo propter asperitatem loci non facilis nostris aditus dabatur; et scaphis nauibusque longis quinque mobiliter et scienter angustias loci tuebantur. Sed vbi, primum locis cognitis vadisque pertentatis, pauci nostri in litore constiterunt atque hos sunt alii subsecuti, constanterque in eos, qui in litore aequo institerant, inpetum fecerunt; omnes Pharitae terga verterunt. His pulsis custodia portus relicta, ad litora et vicum adplicauerunt, seque ex nauibus ad tuenda aedificia eiecerunt.

18. Neque vero diutius ipsi ea munitione se con-

in oppido, et illam et vrbem. Haec tantopere variantur in libris scriptis, vt de vera lectione constare nequeat: neque vlla vllius codicis lectio sensum commodum habet. Nolo igitur explicationes et emendationes lectionis incertae tentare. *M.* Iurinius pro *illam* legi iubet *insulam* et pro *tentari* vult *tutari*, vbi subaudiendum *se.* Quid si legas *illam* scil. insulam *et molem?*

inde alteram. An, *ipse alteram?* Illud *inde* est in vno codice; ceteri omnes habent vel *in*, vel *neque*, vel *inque*. *M.*

constratis nauibus. alii *cum c. n.* Mox quidam *At primo*, minus bene.

pertentatis. Edd. quaedam *praetentatis.* recte, si codd. addicerent.

custodia p. relicta. Iurinius malle: *custodiae p relicti.*

ad litora et v. ad. Plerique codd. habent, *naues ad litora et v. adp.* De vico cf. B. C. 3, 112. *M.* Subaudire *naues* sufficit.

ipsi ex munitione. Et *ipsi* et *ex* a bonis codd. abest; nec quisquam desiderabit, si omittatur. *M.* Lego *ea munitione*,

tinere potuerunt: etsi erat non dissimile, atque Alexandriae, genus aedificiorum, vt minora maioribus conferantur, turresque editae et coniunctae muri locum obtinebant: neque nostri aut scalis, aut cratibus, aut reliquis rebus parati venerant ad obpugnandum. Sed terror hominibus mentem consiliumque eripit et membra debilitat: vt tunc accidit. Qui se in aequo loco ac plano pares esse confidebant, iidem, perterriti fuga suorum et caede paucorum, triginta pedum altitudine in aedificiis consistere ausi non sunt, seque per molem in mare praecipitauerunt et octingentorum passuum interuallo ad oppidum enatauerunt. Multi tamen ex iis capti interfectique sunt, sed numerus captiuorum omnino fuit DC.

19. Caesar, praeda militibus concessa, aedificia diripi iussit, castellumque ad pontem, qui propior erat Pharo, communiuit atque ibi praesidium posuit. Hunc fuga Pharitae reliquerant; fortiorem illum propioremque oppido Alexandrini tuebantur. Sed eum postero die simili ratione adgreditur, quod, his obtentis duobus, omnem nauigiorum excursum et repentina latrocinia sublatum iri videbatur. Iamque eos, qui praesidio eum locum tenebant, tormentis ex nauibus sagittisque depulerat atque in oppidum redegerat; et cohortium trium instar in terram exposuerat: non enim plures consistere angustiae loci patiebantur: reliquae copiae in nauibus stationem obtinebant. Quo facto imperat, pontem aduersus hostem praeuallari et, qua exitus nauibus erat fornice

quod bene dedit Dauis. Sequitur eum Clarke. Vulgo legitur *ex*, vbi praepositionem deletam cupit Scaliger. Vrsinus reponebat *in mun*. Oud. pro *ipsi ex* coniiciebat *Pharitae*, nimis audacter.

genus aedificiorum. Cf. cap. 1. *M.*

octingentorum. Cod. Vossii habet *nongentorum*, vt C. 5. 112.

interuallo. Alii *interuallum.*

fuit DC. In codd. vero *sex millia* legitur, quem numerum, vt nimium, videntur editores mutasse. *M.*

ad pontem, qui propior. Scil.

exſtructo, quo pons ſuſtinebatur, lapidibus obpleri atque obſtrui: quorum altero opere effecto, vt nulla omnino ſcapha egredi poſſet, altero inſtituto, omnes Alexandrinorum copiae ex oppido ſe eiecerunt et contra munitiones pontis latiore loco conſtiterunt: eodemque tempore, quae conſueuerant nauigia per pontes ad incendia onerariarum emittere, ad molem conſtituerunt. Pugnabatur a nobis ex ponte, ex mole; ab illis ex area, quae erat aduerſus pontem, et ex nauibus contra molem.

20. In his rebus occupato Caeſare militesque hortante, remigum magnus numerus et claſſiariorum ex longis nauibus noſtris in molem ſe eiecit. Pars eorum ſtudio ſpectandi ferebatur, pars etiam cupiditate pugnandi. Hi primum nauigia hoſtium lapidibus ac fundis a mole repellebant ac multum proficere multitudine telorum videbantur. Sed, poſtquam vltra eum locum, ab latere eorum aperto, auſi ſunt egredi ex nauibus Alexandrini pauci; vt ſine ſignis certisque ordinibus, ſine ratione prodierant, ſic temere in naues refugere coeperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini plures ex nauibus egrediebantur noſtrosque acrius perturbatos inſequebantur. Simul, qui in nauibus longis remanſerant, ſcalas rapere nauesque a terra repellere properabant, ne hoſtes nauibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites noſtri cohortium trium, quae in ponte ac prima mole conſtiterant, quum poſt ſe clamorem exaudirent, fugam ſuorum viderent, magnam vim telorum aduerſi

duo pontes fuere, alter, qui molem cum Pharo, alter, qui cum oppido iungeret.

videbatur. Bentleius velit *videbat.*

coh. trium inſtar. Sic Cic. ad Att. 16, 5. *inſtar ſeptuaginta epiſtolarum.*

fornice exſtructo. i. e. per fornicem. Vulgo male diſtinguunt ante *fornice.*

vt nulla etc. Oud. hoc *vt* et mox *eiecerunt* dedit e codd.

plures. Hoc addunt e codd. Grut. Dauiſ. Oud.

qui in nauibus. ſcil. Caeſariani.

sustinerent, veriti, ne ab tergo circumuenirentur et discessu nauium omnino reditu intercluderentur, munitionem in ponte institutam reliquerunt et magno cursu incitati ad naues contenderunt: quorum pars, proximas nacta naues, multitudine hominum atque onere depressa est; pars resistens et dubitans, quid esset capiendum consilii, ab Alexandrinis interfecta est; nonnulli feliciore exitu, expeditas ad ancoram naues consecuti, incolumes discesserunt; pauci, adleuati scutis et animo ad conandum nixi, ad proxima nauigia adnatarunt.

21. Caesar, quoad potuit, cohortando suos ad pontem et munitiones contendere, eodem in periculo versatus est. Postquam vniuersos cedere animaduertit, in suum nauigium se recepit. Quo multitudo hominum insecuta quum inrumperet, neque administrandi neque repellendi a terra facultas daretur; fore, quod accidit, suspicatus, sese ex nauigio eiecit atque ad eas, quae longius constiterant, naues adnatauit. Hinc suis laborantibus subsidio scaphas mit-

ponte. sic cod. vetus. Vulgo *pontem.*

ad ancoram. Sic et G. 5, 9. Vulgo *ancoras.*

adleuati scutis, portantur a scutis per mare, super scutis natant. Quidam codd. *adleuatis scutis*, ita vt inter natandum scuta adtollerent, seque iis tegerent. Sed sequor priorem lectionem, *M.* Minus recte. Natantes scuta supra caput tenuisse milites Romanos, satis notum est, quo se contra telorum ictus protegerent.

neque admin. Iurinius praemitti optat *et* vel *vt.*

administrandi. vid. Ind. *M.*

naues adnatauit. Eo tempore, vt Plutarchus in Caes. c. 49, Appian. C. 2, 90. p. 484, Suetonius in Iul. c. 64, Dio Cassius 42, 40 narrant, hac animi praesentia Caesar fuit, vt manum laeuam inter natandum leuaret, ne libelli, quos tenebat, madefierent. Verbo haec monuerat Brantius. Etsi vero Suetonius negat, eum paludamentum abiecisse: tamen Appianus et Dio hoc confirmant, adduntque adeo, Alexandrinos illud sublatum tropaeo adfixisse. Fortasse Suetonius, quippe Romanus, cui talia certo cognita esse poterant, disertis verbis addidit, non dimissum esse a Caesare paludamentum, vt rumorem, ea de re inter exteros sparsum, sua narratione obposita vanitatis argueret. Vsserius tamen (Annal. p. 471) ceterorum narrationem Suetonianae praefert. *M.*

paulo vltra e. num. Vera est duorum codd. lectio, *propesem auctorum.* Si cui aliter vi-

tens, nonnullos conferuauit; nauigium quidem eius, multitudine depressum militum, vna cum hominibus interiit. Hoc proelio desiderati sunt ex numero legionariorum militum circiter quadringenti et paullo vltra eum numerum classiarii et remiges. Alexandrini eo loco castellum magnis munitionibus multisque tormentis confirmauerunt atque, egestis ex mari lapidibus, libere sunt vsi postea ad mittenda nauigia.

22. Hoc detrimento milites nostri tantum abfuerunt vt perturbarentur, vt incensi potius atque incitati magnas accessiones fecerint in operibus hostium expugnandis, in proeliis quotidianis, quandocumque fors obtulerat, procurrentibus et erumpentibus Alexandrinis ** manum comprehendi multum operibus, et ardentibus studiis militum: nec diuulgata Caesaris hortatio subsequi legionum aut laborem, aut pugnandi poterat cupiditatem: vt magis deterrendi et continendi a periculosissimis essent dimicationibus, quam incitandi ad pugnandum.

23. Alexandrini, quum Romanos et secundis re-

detur, is e variis lectionibus (paulo post eum numerum, vel, paulo eum numerum, vel e vulgata, paulo vltra e. num.) meliorem eligat. *M.*

tantum abfuerunt — fecerint. Credo, hanc esse probabilem lectionem, quia res ipsa talem sensum postulat: codices tamen valde discrepant, et miras lectiones exhibent, ex quibus erui poterit tale quid: *Hoc detr. acc. mil. nostri minime sunt perturbati, sed incensi, atque magnas accessiones fecerunt — —. M.* Hactenus sensus clarus, *tantum abfuerunt a perturbatione, vt — —.*

** *manum* — Locus corruptus, cui a nemine adhuc medicina inuenta est. *Cellar.* Tollendae lacunae legi vult Iurin.: *Hoc — perturbarentur, incensi — accessiones fecerunt in op. h. expug. in proeliisque quotid. quand. proc. et erump. Alex. fors obtulerat manum conferendi facultatem ardentibus studiis militum.* Mihi videtur sic bene constitui locus, neque vero necesse esse, vt istud *vt* subprimatur et verbum *fecerint* mutetur.

subsequi. Hoc non intelligo, fassusque est Oudendorpius, se non assequi sensum. Multis modis tentaui; sed nihil, quod reperiam, erat in his verbis; illud vnum videbatur ferri posse, si *subsequi* esset *assequi*, quasi labor et cupiditas ita festinassent, vt hortatio (ne sibi nocerent labore et cupiditate) non posset eos assequi, satis mature ad eos peruenire. Sed foret hic sensus valde contortus. *M.*

et continendi. hoc ex edit. Danisi et aliis exciderat.

bus confirmari et aduersis incitari viderent, neque vllum belli tertium casum nossent, quo possent esse firmiores, vt coniectura consequi possumus, aut admoniti a Regis amicis, qui in Caesaris erant praesidiis, aut suo priore consilio, per occultos nuncios Regi probato, legatos ad Caesarem miserunt, *vt dimitteret Regem, transireque ad suos pateretur: paratam enim omnem multitudinem esse, confectam taedio puellae, fiduciario Regno, dominatione crudelissima Ganymedis, facere id, quod Rex imperasset: quo si auctore in Caesaris fidem amicitiamque venturi essent, nullius periculi timorem multitudini fore inpedimento, quo minus se dederent.*

24. Caesar, etsi fallacem gentem semperque alia cogitantem, alia simulantem, bene cognitam habebat; tamen petentibus dare veniam, vtile esse statuit: quod, si quo pacto sentirent ea, quae postularent, mansurum in fide dimissum Regem credebat; sin, id quod magis illorum naturae conueniebat, ducem ad bellum gerendum Regem habere vellent, splendidius atque honestius sese contra Regem, quam contra conuenarum ac fugitiuorum manum, bellum esse gesturum. Itaque Regem cohortatus, *vt consuleret Regno paterno, parceret praeclarissimae patriae, quae turpissimis incendiis et ruinis esset deformata, ciues suos primum ad sanitatem reuocaret, deinde conseruaret, fidem Populo Romano sibique praestaret, quum ipse tantum ei crederet, vt ad hostes arma-*

admoniti. codd. quidam *incitati.*

suo priore consilio. Sic quidem codices; sed Alexandrini hoc consilium nondum ceperant. Clarkius explicat sic, illos prius dedisse consilium, quam ab aliis accepissent, et sic dici h. l. *prius*, quasi esset, priores consilio suo miserunt. Ego vero probo eas editiones, in quibus *suopte consilio*, h. e. suo ipsorum consilio, legitur. — Pertinet huc Dio Cass. 42, 42. *M.*

Regi probato. Melior est haec lectio altera, quae habet *Regis.* In ista plurimi codd. consentiunt.

puellae, Arsinoes. Conf. c. 4. *M.*

fiduciario Regno. Ipse Rex, puer, in potestate Caesaris erat,

tos eum mitteret; dextra dextram tenens, dimittere coepit adulta iam aetate puerum. At Regius animus, disciplinis fallacissimis eruditus, ne a gentis suae moribus degeneraret, flens orare contra Caesarem coepit, *ne se dimitteret: non enim Regnum ipsum sibi conspectu Caesaris esse iucundius.* Compressis pueri lacrimis, Caesar ipse commotus, celeriter, si illa sentiret, fore eum secum adfirmans, ad suos dimisit. Ille, vt ex carceribus in liberum cursum emissus, adeo contra Caesarem acriter bellum gerere coepit, vt lacrimas, quas in conloquio proiecerat, gaudio videretur profudisse. Accidisse hoc complures Caesaris Legati, amici, Centuriones, militesque laetabantur, quod nimia bonitas eius fallaciis pueri elusa esset: quasi vero id Caesar bonitate tantum adductus, ac non prudentissimo consilio, fecisset.

25. Quum, duce adsumto, Alexandrini nihilo se firmiores factos, aut languidiores Romanos, animadverterent; eludentibusque militibus Regis aetatem atque infirmitatem, magnum dolorem acciperent; neque se quidquam proficere viderent; rumoresque existerent, magna Caesari praesidia terrestri itinere Syria Ciliciaque adduci (quod nondum Caesari auditum erat): commeatum, qui nostris mari subportabatur, intercipere statuerunt. Itaque, expeditis nauigiis, locis idoneis ad Canopum in statione dispositis nauibus, insidiabantur nostris commeatibus. Quod vbi Caesari nunciatum est, classem iubet expediri atque instrui;

a quo diligentissime custodiebatur (de B. C. 3, 109). Arsinoe, Regis soror, erat apud exercitum, vt interea exercitui esset nomine et loco Regis (v. ibid. et huius libri c. 4). Haec igitur habebat Regnum fiduciarium, h. e ad tempus ei creditum, donec legitimo domino, puero, restitueretur. Exemplum verbi *fiduciarius* vid. B. C. 2, 17. *M.*

postularent. Iurinius malit *pollicerentur.*

Regius animus. Alii *Regis.*

laetabantur. Sic et Celsus *paene laeti.* Bentleius mallet *indignabantur* sed sequentia firmant vulgatum.

Syria Ciliciaque. Conf. cap. 1. *M.*

commeatum. Ante verbum hoc in edd. inrepserat *interea.* *M.*

Praeficit huic Tib. Neronem. Proficifcuntur in ea classe Rhodiae naues, atque in his Euphranor, fine quo nulla vmquam dimicatio maritima, nulla etiam parum feliciter confecta erat. At fortuna, quae plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornauit, ad duriorem cafum referuat, fuperiorum temporum diffimilis, Euphranorem profequebatur. Nam, quum ad Canopum ventum effet, inftructaque vtrimque claffis conflixiffet, et fua confuetudine Euphranor primus proelium commififfet et illic triremem hoftium perforaffet ac demerfiffet: proximam longius infecutus, parum celeriter infequentibus reliquis, circumventus ab Alexandrinis eft. Cui fubfidium nemo tulit, fiue quod in ipfo fatis praefidii pro virtute ac felicitate eius putarent effe, fiue quod ipfi fibi timebant. Itaque vnus ex omnibus eo proelio bene rem geffit, folus cum fua quadriremi victrice periit.

26. Sub idem tempus Mithridates Pergamenus, magnae nobilitatis domi, fcientiaeque in bello et virtutis, fidei dignitatisque in amicitia Caefaris, miffus in Syriam Ciliciamque initio belli Alexandrini ad auxilia arceffenda, magnas copias, quas celeriter, et propenfiffima ciuitatum voluntate, et fua diligentia, confecerat, itinere pedeftri, quo coniun-

Tib. Neronem. Cf. Sueton. Tiber. c. 4. *Cellar.* Aldus contra codd. dederat *Praeficitur huic Tib. Nero.*

Euphranor. vid. c. 15. *M.*

profequebatur. Melior altera lectio, *perfequebatur. M.* Sed et G. 5, 9. *profequi* idem notat ac *perfequi.* Ita et Petron. c. 90. *profequi lapidibus* et Cic. Verr. 2, 29. *verbis vehementioribus* Conf. Ind.

et illic. Al. *et illi*, eodem fenfu. V. Parei lex. Plaut. Iurin. coniicit *illico*, vt apud Tacit. H. 4, 34.

Mithridat. Pergam. Cf. cap. 78. Dio Caff. 42, 41. *M.*

domi. Sic et Salluft. Cat. 17. Iuftin. 5, 9.

in Syr. Cilic. Cap. 1. *M.*

adducit. Nihili eft lectio haec: *Mithridates cum copiis adducit:* quem enim adducit? Cum ergo cod. regius Clarkii fupra habeat, *magnas copias,* pro *cum magnis copiis;* cum Ciacconius in fuo libro *magnas copias* exftare dixerit; cum quaedam edd. idem iam receperint, et fic omnia recta fint, fi legatur, *Mithridates magnas copias adducit:* plane non video, cur falfae iftae lectiones non mu-

gitur Aegyptus Syriae, Pelusium adducit; idque oppidum, firmo praesidio occupatum Achillae propter opportunitatem loci, (namque tota Aegyptus maritumo accessu Pharo, pedestri Pelusio, velut claustris, munita existimatur) repente magnis circumdatum copiis, multiplici praesidio pertinaciter propugnantibus, et copiarum magnitudine, quas integras vulneratis defessisque subiiciebat, et perseuerantia constantiaque obpugnandi, quo die est adgressus, in suam redegit potestatem praesidiumque ibi suum conlocavit. Inde, re bene gesta, Alexandriam ad Caesarem contendit, omnesque eas regiones, per quas iter faciebat, auctoritate ea, quae plerumque adest victori, pacarat atque in amicitiam Caesaris redegerat.

27. Locus est fere regionum illarum nobilissimus, non ita longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen a similitudine litterae cepit: nam pars quaedam fluminis Nili, mire deriuata inter se, duobus itineribus paullatim medium inter se spatium relinquens, diuersissimo ad litus interuallo mari coniungitur. Cui loco quum adpropinquare Mithridaten Rex cognouisset et transeundum ei flumen sciret, magnas aduersus eum copias misit, quibus vel superari delerique Mithridaten, vel sine dubio retineri posse, cre-

quam seruentur, et vix mihi temperaui, quin h. l. a recensione Oudendorpiana recederem. *M.* Emendaui. Ast Clarke volebat *adduxit* ob sequens *redegit*; sed sueta nostro temporum variatio. Dauis. coniiciebat *cum — aduenit*. Iurin, *accessit*.

Achillae. Sic boni codd. Pendet scil. a *praesidio*, Vulgo *ab Achilla*.

pedestri. Infra c. 55. *terrestri*.

propugnantibus oppidanis. Hoc verbum nunc non bene omissum est a scriptore. *M.*

victori. Codd. quidam *victoriae*.

pacarat. Ita codd. Vossii. Vulgo *placarat*.

deriuata, iis varios veluti riuos diuisa, discurrens. Verbum *mire* per codices incertum est; habent alii, alii omittunt: sed videtur ob similitudinem verbi praecedentis negligenter omissum. *M.* Mirum videri poterat ita deriuari, vt forma litterae Δ inde prodiret. Ceterum notari meretur coniectura Wasshi ad Sall. Iug. c. 88. a *Myride* seu *Moeride* lacu. de quo Plin. H. N. 5, 9. Herod. 2, 13.

mari coniung. Vulgo, *a mari* male. *M.*

debat. Quemadmodum autem optabat eum vinci, fic fatis habebat, interclufum a Caefare a fe retineri. Quae primae copiae flumen a Delta transire et Mithridati occurrere potuerunt, proelium commiferunt, feftinantes praeripere fubfequentibus victoriae focietatem: quorum inpetum Mithridates magna cum prudentia, confuetudine noftra caftris vallatis, fuftinuit. Quum vero incaute atque infolenter fuccedere eos munitionibus videret, eruptione vndique facta, magnum numerum eorum interfecit. Quod nifi locorum notitia reliqui fe texiffent, partimque in naues, quibus flumen transierant, recepiffent, funditus deleti effent. Qui vt paullulum ab illo timore fe recrearunt, adiunctis iis, qui fubfequebantur, rurfus obpugnare Mithridaten coeperunt.

28. Mittitur a Mithridate nuncius Caefari, qui rem geftam perferret. Cognofcit ex fuis, eadem haec accidiffe, Rex. Ita paene fub idem tempus et Rex ad obprimendum Mithridaten proficifcitur, et Caefar ad recipiendum. Celeriore fluminis Nili nauigatione Rex eft vfus, in quo magnam et paratam claffem habebat. Caefar eodem itinere vti noluit, ne nauibus in flumine dimicaret: fed circumuectus eo mari, quod

magna cum prudentia. Hic codex Ciacconii addit, *conftantiaque militum:* bene. Alii, *conftantiaque virtutum* (male) *et Alexandrinorum inprudentia.* Sed illud, *et Alex. inpr.*, eft alienum additamentum. *M.*

fuccedere. vid. Ind. *M.*

interfecit. Sic codd. Vulgo *interficit.*

qui rem geftam perferret. Socius victoriae Mithridatis fuit Antipater, Herodis M. pater, cum Iudaeis. Ioseph. Archaeol. 14, 8. Hinc amicitia Caefaris cum Antipatro, e qua initium fortunae Herodis fuit. *Cellarius.* Monuerant Glandorpius et Rhellicanus. — Ac Mithridates iis ipfis literis, quibus victoriam Caefari nunciauit, magnopere ei laudauit et commentauit Antipatrum. Cf. Vfferii Annales p. 471. 472. *M.* Ad a. 3957.

in qua magnam. Habent codd. *in qua:* et quis non fine codd. fic corrigat? Tamen et hoc vitium eft feruatum atque adeo defenfum. *M.* Bene monet Morus. Et varii codd. dant iftud *quo.* Repofui.

fupra demonftr. c. 14. *M.*

planitie. Scalig. e cod. Vrfini *planitia.*

Africae partis esse dicitur, sicuti supra demonstrauimus, prius tamen Regis copiis occurrit, quam is Mithridaten adgredi posset, eumque ad se victorem incolumi exercitu recepit. Consederat cum copiis Rex loco natura munito, quod erat ipse excelsior, planitie ex omnibus partibus subiecta, tribus autem ex lateribus variis genere munitionibus tegebatur. Vnum latus erat adiectum flumini Nilo; alterum editissimo loco ductum, vt partem castrorum obtineret; tertium palude cingebatur.

29. Inter castra Regis et Caesaris iter flumen intercedebat angustum, altissimis ripis, quod in Nilum influebat; aberat autem ab Regis castris milia passuum circiter septem. Rex quum hoc itinere venire Caesarem comperisset, equitatum omnem expeditosque delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Caesarem prohiberent et eminus ex ripis proelium inpar inirent: nullum enim processum virtus habebat, aut periculum ignauia subibat. Quae res incendit dolore milites equitesque nostros, quod tam diu pari proelio cum Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites Germani, dispersi vada fluminis quaerentes, partim demissioribus ripis flumen transnarunt; et legionarii, magnis arboribus excisis, quae longi-

alterum — obtineret. Castra Regis erant in loco excelsiore, cuius latus aliquod ductum erat (procurrebat, extendebatur) editissimo loco (in summo cacumine, per summum cacumen illius excelsioris loci), vt adeo caperet partem castrorum, vt ibi esse posset pars castrorum. Et cap. 30. 31 castrorum pars aliquoties dicitur in summo loco fuisse. Fortasse hic est sensus; sed nolo defendere. Adscribam alteram lectionem, si quis ea moneatur ad quaerendum: *alt. ed loco ductum in parte castr. obtinebat.* Fortasse auctor potuisset scribere: *alterum editissimo loco tutam partem castrorum obtinebat. M.*

proelium inpar, in quo qui virtute et fortitudine vti vult, nullos hac sua virtute progressus insignes facere, aut virtute multum efficere potest; qui vero timidus et ignauus est, nullum propterea damnum metuit aut accipit. *M.*

pari proelio, pari fortuna et euentu, vt neutro inclinaret victoria. *M.*

partim. Non raro semel positum nec repetitum. Cf. Cic.

tudine vtramque ripam contingerent, proiectis, repentinoque aggere iniecto, flumen transierunt. Quorum impetum adeo pertimuerunt hostes, vt in fuga spem salutis conlocarent; sed id frustra; namque ex ea fugi pauci ad Regem refugerunt, paene omni reliqua multitudine interfecta.

30. Caesar, re praeclarissime gesta, quum subitum aduentum suum iudicaret magnum terrorem Alexandrinis iniecturum, protinus victor ad castra Regis pertendit. Haec quum et opere magno vallata, et loci natura munita aduerteret, confertamque armatorum multitudinem conlocatam in vallo videret, lassos itinere ac proeliando milites ad obpugnanda castra succedere noluit. Itaque, non magno interuallo relicto ab hoste, castra posuit. Postero die castellum, quod Rex in proximo vico non longe a suis castris muniverat brachiisque cum opere castrorum coniunxerat, vici obtinendi caussa, Caesar adgressus omnibus copiis expugnat, non quo id minori numero militum consequi difficile factu putaret; sed vt ab ea victoria, perterritis Alexandrinis, protinus castra Regis obpugnaret. Itaque eo cursu, quo refugientes Alexandrinos ex castello in castra sunt milites insecuti, munitionibus successerunt acerrimeque eminus proeliari coeperunt. Duabus ex partibus aditus obpugnationis nostris dabatur; vna, quam liberum accessum habere demonstraui; altera, quae mediocre interuallum inter castra et flumen Nilum habebat. Maxima et electissima Alexandrinorum multitudo defendebat eam par-

Verr. 2, 65. de Leg. 2, 17. Sall. Cat. 50. Vide et infra Af. 63. H. 34. 57.

proiectis. Leg. *et proiectis* e quibusdam codd. *M.* Non opus, si *excisis* adiectiue sumatur.

aggere. vid. Ind. *M.*

brachiis. vid. Ind. *M.* Cf. Liu. 4, 9. Virg. Aen. 3, 535. Frontin. 3, 17, 6. Lucan. 8, 387.

non quo. Ita cod. Petauii, qui instar omnium. Alii *quod*, quod Clarke recepit.

demonstraui. Dixerat c. 28, castra Regis tribus lateribus fuisse tecta. Ergo quartum latus liberum accessum habuit, *M.*

proficiebant. Vulgo additur

tem, quae facillimum aditum habebat. Plurimum autem proficiebant in repellendis vulnerandisque noſtris, qui regione fluminis Nili propugnabant: diuerſis enim telis noſtri figebantur, aduerſi ex vallo caſtrorum, auerſi ex flumine, in quo multae naues, inſtructae funditoribus et ſagittariis, noſtros inpugnabant.

31. Caeſar, quum videret, milites acrius proeliari non poſſe, nec tamen multum profici propter locorum difficultatem; quumque animum aduerteret, excelſiſſimum locum caſtrorum relictum eſſe ab Alexandrinis, quod et per ſe munitus eſſet, et ſtudio partim pugnandi, partim ſpectandi, decucurriſſent in eum locum, in quo pugnabatur; cohortes illo circuire caſtra et ſummum locum adgredi iuſſit; iisque Carfulenum praefecit, et animi magnitudine et rei militaris ſcientia virum praeſtantem. Quo vt ventum eſt, paucis defendentibus munitionem, noſtris contra militibus acerrime pugnantibus, diuerſo clamore et proelio perterriti Alexandrini, trepidantes in omnes partes caſtrorum diſcurrere coeperunt. Quorum perturbatione noſtrorum animi adeo ſunt incitati, vt paene eodem tempore ex omnibus partibus, primi tamen editiſſimum locum caſtrorum caperent: ex quo decurrentes magnam multitudinem hoſtium in caſtris interfecerunt. Quod periculum plerique Alexandrini fugientes, aceruatim ſe de vallo praecipitauerunt in eam partem, quae flumini erat adiuncta. Horum primis in ipſa foſſa munitionis magna ruina obpreſſis, ceteri faciliorem fugam

hoſtes; quod tamen etiam quidam codd. habent. *M.* Frequens noſtro eſt ſyntheſis, vt G. 6, 11. *patitur — faciant.* Af. 6. *multitudo erupit — occupant.* Ita et Ouid. Met. 5, 307. *turba venit — committunt,*

regione flum. Alii *in regione.* Iurin volebat *e regione*, male. Cf. Oud. ad Suet. Caeſ. c. 39.

cohortes. Faernus addit *res*, Iurin. forſan *aliquot.*

Carfulenum, Sic codd. et edd. vet. Vulgo *Carſulenum* Cf. Glandorp.

ruina. Vulgo *vi. M.* Optimi codd. *ruina* de qua voce v. Donatus ad Terent. Ad. 3, 2, 21. Cf. et Liu. 4, 46.

habuerunt. Constat fugisse ex castris Regem ipsum, receptumque in nauem, multitudine eorum, qui ad proximas naues adnatabant, demerso nauigio, periisse.

32. Re felicissime celerrimeque gesta, Caesar magnae victoriae fiducia proximo terrestri itinere Alexandriam cum equitibus contendit; atque ea parte oppidi victor introiit, quae praesidio hostium tenebatur. Neque eum consilium suum fefellit, quin hostes, eo proelio audito, nihil iam de bello essent cogitaturi. Dignum aduenieus fructum virtutis et animi magnitudinis tulit: omnis enim multitudo oppidanorum, armis proiectis, munitionibusque suis relictis, veste ea sumta, qua supplices dominantes deprecari consueuerunt, sacrisque omnibus prolatis, quorum religione precari obsensos iratosque animos Regum erant soliti, aduenienti Caesari occurrerunt seque ei dediderunt. Caesar in fidem receptos consolatus, per hostium munitiones in suam partem oppidi magna gratulatione venit suorum: qui non *tantum* bellum ipsum ac dimicationem, sed etiam talem aduentum eius felicem fuisse laetabantur.

33. Caesar, Aegypto atque Alexandria potitus,

Regem ipsum — periisse. Flor. 4, 2, 60: Regis corpus obrutum limo repertum est in aureae loricae honore. — De proelio hoc cf. Dio Cass. 42, 43. *M.*

multitudine. Perperam alii praemittunt *et.*

veste ea sumta. Simpliciter viliorem et detritam puto intelligi. *M.* Sordida vestis intelligitur. V. Ferrarius de re vest. 1, 21 sq. Conuenit h. l. eo magis, quod Aegyptii candida veste vterentur. Cf. Herod. 2, 81.

praelatis sacris ex edd. ant. cum Oudendorpio meliorem lectionem esse puto. *M.* Sic et C. 2, 39. Ceterum *pro* in compositis saepe aequiualet τῷ *prae.* Cf. Sciopp. susp. lect. 4. ep. 14.

precari. Iurinius cum Manutio mallet *placare.* sed codd. non addicunt.

felicem fuisse laetabantur. Deleuerim *felicem*, et pro eo e superioribus huc posuerim *talem.* Laetabantur, non tantum bellum et dimicationem talem (talem, qualis fuerat, h. e. felicem) fuisse; sed et aduentum fuisse talem (h. e. felicem). Voluit ergo aliquis illud *talem* explicare, ideoque addidit *felicem.* *M.* Rem acu tetigit Morus.

testamento. De B. C. 3, 108. *M.*

Cleopatrae. Dio Cassius (42

Reges constituit, quos Ptolemaeus testamento scripserat atque obtestatus erat Populum Romanum, ne mutarentur. Nam, maiore ex duobus pueris Rege amisso, minori transdidit Regnum, maiorique ex duabus filiis, Cleopatrae, quae manserat in fide praesidiisque eius: minorem Arsinoen, cuius nomine diu regnasse inpotenter Ganymeden docuimus, deducere ex Regno statuit; ne qua rursus noua dissensio, priusquam diurnitate confirmarentur Regum imperia, per homines seditiosos nasceretur. Legione veterana sexta secum reducta, ceteras ibi reliquit, quo firmius esset eorum Regum imperium, qui neque amorem suorum habere poterant, quod fideliter permanserant in Caesaris amicitia; neque vetustatis auctoritatem, paucis diebus Reges constituti: simul ad imperii nostri dignitatem vilitatemque publicam pertinere existimabat, si permanerent in fide Reges, praesidiis eos nostris esse tutos; et hos, si essent ingrati, posse iisdem praesidiis coerceri. Sic rebus omnibus confectis et conlocatis, ipse itinere terrestri profectus est in Syriam.

34. Dum haec in Aegypto geruntur, rex Deiotarus ad Domitium Caluinum, cui Caesar Asiam finitumasque prouincias administrandas transdiderat, venit

44) cum hac societate regni coniunctum fuisse dicit matrimonium Cleopatrae cum hoc suo fratre: nempe, vt vxor fratris et pueri omnia sola posset et teneret. *M.*

regnasse inpotenter. Supra cap. 23 dicitur crudelissima Ganymedis dominatio: et dicitur homo *inpotens*, quisquis se non habet in potestate, sed suae libidini et temeritati omnia indulget; aut ira *inpotens*, quae inpedit, quo minus quis se habeat in potestate; aut agere aliquid *inpotenter*, qui agit ita, vt se numquam refrenet. *M.*

deducere ex Regno statuit. Finito bello, Caesar Arsinoen, non sine inuidia, in triumpho duxit. Dio Cass. 43, 19. *M.*

Regis imperia. Leg. cum Lipsio, *Regia imperia*, i. e. Cleopatrae et fratris: vel cum Dauisio, *Regum imperia*, eodem sensu. vid. ad B. C. 3, 107. *M.* Palat. codex habet *Regum*. recipio. Oud. coniectabat *Reges imperio*.

reducta. Melior vulgata, *deducta. M.* Sed mox praecessit.

paucis diebus. forsan. *paucis ante d.* vel *a. p. d.* vt coniicit Iurinius.

terrestri. c. 26. *pedestri.*

Deiotarus. Cf. c. 67. Ciceronis orationem, pro eo habitam, norunt omnes. *M.*

oratum, ne Armeniam minorem, Regnum ſuum, neue Cappadociam, Regnum Ariobarzanis, poſſideri vaſtarique pateretur a Pharnace: quo malo niſi liberarentur, imperata ſe facere pecuniamque promiſſam Caeſari non poſſe perſoluere. Domitius, non tantum ad explicandos ſumtus rei militaris quum pecuniam neceſſariam eſſe indicaret, ſed etiam turpe Populo Romano et Caeſari victori, ſibique infame, eſſe ſtatueret, Regna ſociorum atque amicorum ab externo Rege occupari: nuncios confeſtim ad Pharnacen miſit, Armenia Cappadociaque decederet, neue, occupatione belli ciuilis, Populi Romani ius maieſtatemque tentaret. Hanc denunciationem quum maiorem vim habituram exiſtimaret, ſi propius eas regiones cum exercitu acceſſiſſet: ad legiones profectus, vnam ex tribus triceſimam ſextam ſecum ducit, duas in Aegyptum ad Caeſarem mittit, litteris eius euocatas: quarum altera in bello Alexandrino non occurrit, quod itinere terreſtri per Syriam erat miſſa. Adiungit Cn. Domitius legioni triceſimae ſextae duas ab Deiotaro, quas ille diſciplina atque armatura noſtra complures annos conſtitutas habebat, equitesque centum: totidemque ab Ariobarzane ſumit. Mittit P. Sextium ad C. Plaetorium, Quaeſtorem, vt legionem adduceret, quae ex tumultuariis militibus in Ponto confecta erat: Quinctumque Patiſium in Ciliciam ad auxilia arceſſen-

Pharnaces, Mithridatis filius, tantummodo partem Regni paterni, Bosporum Cimmerium, a Pompeio acceperat a. v. 691. Dio Caſſ. 37, 14. His Appianus B. Mithr. p. 251 addit, diuiſo Mithridatis Regno, eodem illo tempore Ariobarzani Cappadociam adtributam eſſe. Volebat ergo Pharnaces recuperare omne paternum Regnum (cap. 35), et, Caeſare ac Pompeio occupatis bello ciuili, Deiotarum et Ariobarzanem adgreſſus erat. Dio Caſſ. 42, 45. *M.*

imperata ſe facere. ſic codd. Vulgo *ſibi.*

non poſſe. Additur *ſe* citra neceſſitatem.

occupat. belli ciu. quia populus, occupatus hoc bello, prouincias et externa defendere ac curare non poſſet. *M.*

tumultuariis. Quinam hi ſint, docet Liuius 1, 37. 5, 37. 35, 2.

da. Quae copiae celeriter omnes iussu Domitii Comana conuenerunt.

55. Interim legati a Pharnace responsa referunt, *Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quam paterno nomine iure obtinere deberet; denique eius Regni caussa integra Caesari servaretur: paratum enim se facere, quod is statuisset.* Cn. Domitius, quum animaduerteret, eum Cappadocia decessisse, non voluntate adductum, sed necessitate; quod facilius Armeniam defendere posset, subiectam suo Regno, quam Cappadociam, longius remotam; quodque omnes tres legiones adducturum Domitium putasset; (ex quibus quum duas ad Caesarem missas audisset, audacius in Armenia substitisset;) perseuerare coepit, vt eo quoque Regno decederet: *neque enim aliud ius esse Cappadociae, atque Armeniae: nec iusto eum postulare, vt in Caesaris aduentum res integra differretur: id enim esse integrum, quod ita esset, vt fuisset.* His responsis datis, cum iis copiis, quas supra scripsi, profectus est in Armeniam, locisque superioribus iter facere instituit: nam ex Ponto a Comanis iugum editum siluestre est, pertinens in Armeniam minorem, quo Cappadocia finitur ab Armenia. Cuius itineris has esse certas obportunitates, quod in locis superioribus nullus inpetus repentinus accidere hostium poterat, et

Patisium. Ita codd. Contra Appian. C. 2, 119. *Petiscum* et ex emendatione doctissimi Schweighaeuseri *Patiscum*, vt et hic quaedam edd. vet. habent; sed is Pompeianus erat. V. Cic. ad fam. 12, 15. Aliae edd. *Paciscium.*

Comana (*τὰ Κόμανα*) esse h. l. Ponti vrbem, a Strabone (lib. 12. p. 547 et 557) commemoratam et a Comanis Cappadociae (vid. infra cap. 66) diuersam, conclusit Cellarius e verbis cap. 35, *ex Ponto a Comanis iugum est*, et res ipsa loquitur. *M.* Alii nostro loco legunt *Comanae.* sed frequentius est neutrum plurale.

responsa referunt. Prior vox in aliis deest.

audacius. Vulgo male, *audaciusque. M.* Mox Bentlei. malit *substitisse.*

has esse cert. obport. videbat, putabat. *M.* De hac ellipsi

quod Cappadocia, his iugis subiecta, magnam commeatus copiam erat subministratura.

56. Complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit, quae de pace agerent, Regiaque munera Domitio ferrent. Ea constanter omnia adspernabatur, *nec sibi quidquam fore antiquius, quam dignitatem Populi Romani et Regna sociorum recuperare*, legatis respondebat. Magnis et continuis itineribus confectis, quum aduentaret ad Nicopolim, (quod oppidum positum in Armenia minore est, plano ipsum loco, montibus tamen altis ab duobus lateribus obiectis, satis magno interuallo ab oppido remotis,) castra posuit longe a Nicopoli circiter milia passuum septem. Quibus ex castris quum locus angustus atque inpeditus esset transeundus, Pharnaces in insidiis delectos pedites omnesque paene disposuit equites: magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces dissipari iussit; paganosque et oppidanos in iis locis obuersari: vt, si amicus Domitius eas angustias transiret, nihil de insidiis suspicaretur, quum in agris et pecora et homines animum aduerteret versari, tamquam amicorum aduentu; sin vero vt in hostium fines veniret, praeda diripienda milites dissiparentur, dispersique caederentur.

57. Haec quum administraret, numquam tamen intermittebat legatos de pace atque amicitia mittere ad Domitium, quum hoc ipso crederet facilius eum decipi posse. At contra spes pacis Domitio in iisdem

v. Sanctius in Min. 4, 5. ibique Perizonius. item Gronou. Obseru. 2, 14.

Nicopolim hanc Armeniae minoris a Pompeio conditam esse, victo Mithridate, e Strabonis lib. 12, p. 556. monuit Cellarius. Add. Appianus de B. Mithr. c. 115. p. 251. *M.* Praepositionem *ad* restituit Oud. e codd. Similia v. G. 2, 7. C. 3, 40.

dissipari. Edit. Ven. 1471. *disparari.* Inde Bentl. conicit *dispalari.* Mox sequitur *dissiparentur.*

si amicus. Constanter, vt Oud. testatur, habent omnes MSS. et primae edd.: *siue amicus, siue inimicus Domit.* Bene: nam prima Pharnacis cura erat, ne esset suspicio

castris morandi adtulit caussam. Ita Pharnaces, amissa proximi temporis occasione, veritus, ne cognoscerentur insidiae, suos in castra reuocauit. Domitius postero die propius Nicopolim accessit, castraque oppido contulit. Quae dum muniunt nostri, Pharnaces aciem instruxit suo more atque instituto: in fronte enim simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidiis. Eadem ratione haec media consocabantur acie, duobus dextra sinistraque interuallis, simplicibus ordinibus instructis. Perfecit inceptum castrorum opus Domitius, parte copiarum pro vallo instituta.

38. Proxima nocte Pharnaces, interceptis tabellariis, qui de Alexandrinis rebus literas ad Domitium ferebant, cognoscit, Caesarem magno in periculo versari, flagitarique a Domitio, vt quam primum sibi subsidia mitteret propiusque ipse Alexandriam per Syriam accederet. Qua cognita re, Pharnaces victoriae loco ducebat, si trahere tempus posset, quum discedendum Domitio celeriter putaret. Itaque ab oppido, qua facillimum accessum et aequissimum ad dimicandum nostris videbat, fossas duas directas, non ita magno interuallo medio relicto, quatuor pedum altitudinis in eum locum deduxit, quo longius constituerat suam non producere aciem. Inter has fossas aciem semper instruebat. Equitatum autem omnem ab lateribus extra fossam conlocabat: qui neque aliter vtilis esse poterat et multum numero anteibat nostrum equitatum.

insidiarum, quocumque demum animo Domitio venisset: altera, vt, si hostili animo venisset, eius copiae dissiparentur. Qui hunc nexum non viderunt, hi mutarunt id, quo codd. habent. *M.*

tamquam am. adu. Leg. e codd. vestigiis: *tam. am. aduentus exspectaretur*: nam *aduentus* habent libri boni, *exspectaretur* vnus. *M.*

instituta. vid. Ind. *M.* Alii *instructa.*

flagitarique. Ita codd. plurimi. Clarke ex aliis et edd. vet. *flagitareque.*

propiusque. Dauis. malit. *protinusque.* sed bene vulgata habet.

quo longius, vltra quem locum. *M.*

39. Domitius autem, quum Caesaris magis periculo, quam suo, commoueretur; neque se tuto discessurum arbitraretur, si conditiones, quas reiecerat, rursus adpeteret, aut sine caussa discederet; ex propinquis castris in aciem exercitum eduxit. Tricesimam sextam legionem in dextro cornu conlocauit; Ponticam in sinistro: Deiotari legiones in mediam aciem contulit, quibus tamen angustissimum frontis reliquit interuallum, reliquis cohortibus in subsidiis conlocatis. Sic, vtrimque acie instructa, processum est ad dimicandum.

40. Signo sub idem tempus ab vtroque dato, concurritur: acriter varieque pugnatur: nam tricesima sexta legio quum extra fossam in equitatum Regis inpetum fecisset, adeo secundum proelium fecit, vt moenibus oppidi succederet fossamque transiret auersosque hostes adgrederetur. At Pontica ex altera parte legio, quum paullulum auersa hostibus cessisset, fossam autem circumire (acies) secundo conata esset, vt aperto latere adgrederetur hostem, in ipso transitu fossae confixa et obpressa est: Deiotari vero legiones vix inpetum sustinuerunt. Ita victrices Regis copiae cornu suo dextro mediaque acie converterunt se ad tricesimam sextam legionem: quae tamen fortiter vincentium inpetum sustinuit: magnis copiis hostium circumdata, praesentissimo animo pugnans in orbem, se recepit ad radices montium: quo Pharnaces insequi, propter iniquitatem loci, noluit. Ita, Pontica

in subsidiis. Omnes codices, excepto Dauisiano, *in insidiis*: male. *M.* E coniectura Glandorpii dederat Vrsinus *subsidiis*; secutus Dauis. e cod. Noruic.

auersosque. Bene sic ex ingenio Ciacconius. Conspirat ed. Noruic. Ast edd. vet. *aduersusque*, vnde Scal. *aduersosque*. inepte,

(acies) secundo. Verba corrupta: ideoque locus obscuritate laborare, atque aliquo Guischardo interprete indigere videtur. In museo non ausim equidem talia explicare. *M.* Dauis. suspicatur, verba *acies secundo* expungenda et pro *transitu* leg. *circuitu.* Lipsius legebat *acies secunda.* Adripit hoc Iurinius et legi suadet: *quum p. auersis hostibus cess. f. a. transire acies secunda conata esset.*

legione paene tota amiſſa, magna parte Deiotari militum interfecta, triceſima ſexta legio in loca ſe ſuperiora contulit, non amplius ducentis et quinquaginta deſideratis. Ceciderunt eo proelio ſplendidi atque inluſtres viri nonnulli Equites Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto, reliquias exercitus diſſipati conlegit, itineribusque tutis per Cappadociam ſe in Aſiam recepit.

41. Pharnaces, rebus ſecundis elatus, quum de Caeſare ea, quae optabat, ſperaret, Pontum omnibus copiis occupauit: ibique, et victor, et crudeliſſimus Rex, quum ſibi fortunam paternam feliciore euentu deſtinaret, multa oppida expugnauit, bona ciuium Romanorum Ponticorumque diripuit, ſubplicia conſtituit in eos, qui aliquam formae atque aetatis commendationem habebant, ea, quae morte eſſent miſeriora; Pontumque nullo defendente, paternum Regnum ſe recepiſſe glorians, obtinebat.

42. Sub idem tempus in Illyrico eſt incommodum acceptum: quae prouincia ſuperioribus menſibus retenta non tantum ſine ignominia, ſed etiam cum laude erat. Namque eo miſſus aeſtate cum duabus legionibus Q. Cornificius, Caeſaris Quaeſtor pro Praetore, quamquam erat prouincia minime copioſa ad exercitus alendos et finitumo bello ac diſſenſionibus vaſtata et confecta, tamen prudentia ac diligentia ſua, quod magnam curam ſuſcipiebat, ne quo temere progrederetur, et recepit et defendit. Namque et

Putat ſcil. Ponticam legionem in duas acies fuiſſe diuiſam.

magnis copiis. Alii *magnisque.* non male. Mox Clarke in cod. Regio et Iurin. in Meadiano reperere *praeſentiſſimoque.*

in orbem. V. not. ad Af. 15. et Ind.

feliciore euentu. Nam pater eius, Mithridates, caeſus fuerat. Vid. locos Dionis et Appiani ad cap. 34. indicatos. *M.* Adde Florum 3, 5.

bona — diripuit. Hoc Amiſenis in Ponto accidit. Appian. C. 2, 91. p. 484. Dio Caſſ. 42, 46. *M.*

morte miſeriora. Iuuenes exſecuit. Appian. ibid. Vid. infra cap. 70. Multos quoque interfecit. Dio ibid. *M.*

obtinebat. Redibit ſcriptor ad res contra Pharnacem geſtas c. 65. ſqq. *M.*

castella complura, locis editis posita, quorum obportunitas castellanos inpellebat ad decursiones faciendas et bellum inferendum, expugnauit eaque praeda milites donauit: (quae etsi erat tenuis, tamen in tanta prouinciae desperatione erat grata, praefertim virtute parta:) et, quum Octauius ex fuga Pharsalici proelii magna classe in illum se sinum contulisset, paucis nauibus Iadertinorum, quorum semper in Rempublicam singulare constiterat officium, dispersis Octauianis nauibus erat potitus, vt vel classe dimicare posset, adiunctis captiuis nauibus sociorum. Et, quum diuersissima parte orbis terrarum Cn. Pompeium Caesar victor sequeretur, compluresque aduersarios in Illyricum propter Macedoniae propinquitatem se, reliquiis ex fuga collectis, contulisse audiret, litteras ad Gabinium mittit, vti cum legionibus tironum, quae nuper erant conscriptae, proficisceretur in Illyricum, coniunctisque copiis cum Q. Cornificio, si quod periculum prouinciae inferretur, depelleret: sin ea non magnis copiis tuta esse posset, in Macedoniam legiones adduceret: omnem enim illam partem regionemque, viuo Cn. Pompeio, bellum instauraturam esse credebat.

43. Gabinius, vt in Illyricum venit, hiberno tempore anni ac difficili, siue copiosiorem prouinciam existimans, siue multum fortunae victoris Caesaris tribuens; siue virtute et scientia sua confisus, quam saepe in bellis periclitatus, magnas res et secundas ductu auspicioque suo gesserat, neque prouinciae facultatibus subleuabatur, quae partim erat exinanita,

prouinciae desperatio, desperatio de alendo exercitu, quam efficiebat prouinciae vastitas et sterilitas. *M.*

quam — periclitatus. Vid. Ind. Clarke citra necessitatem e codd. quibusdam dedit *qua.* Alii *quibus.*

auspicioque. Codd. *ausuque.* Ast Lipsius margini adleuit *auspicioque*, de quo v. ipsum de mil. Rom. 2, 12. Idem probat Bentl. idem Oud. qui tamen vulg. seruauit. Emendatio dubia esse nequit. Notum est, a Gabi-

partim infidelis; neque nauibus, interclufo mari tempeftatibus, commeatus fubportari poterat; magnisque difficultatibus coactus, non vt volebat, fed vt neceffe erat, bellum gerebat: quumque duriffimis tempeftatibus propter inopiam caftella aut oppida expugnare cogeretur, crebro incommoda accipiebat; adeoque eft a barbaris contemtus, vt, Salonam fe recipiens in oppidum maritumum, quod ciues Romani fortiffimi fideliffimique incolebant, in agmine dimicare fit coactus. Quo proelio duobus milibus militum amplius amiffis, Centurionibus duodequadraginta, Tribunis quatuor, cum reliquis copiis Salonam fe recepit; fummaque ibi difficultate rerum omnium preffus, paucis menfibus morbo periit. Cuius et infelicitas viui, et fubita mors in magnam fpem Octauium adduxit prouinciae potiundae; quem tamen diutius in rebus fecundis et fortuna, quae plurimum in bellis poteft, diligentiaque Cornificii et virtus Vatinii verfari paffa non eft.

44. Vatinius Brundifii quum effet, cognitis rebus, quae geftae erant in Illyrico, quum crebris litteris Cornificii ad auxilium prouinciae ferendum euocaretur, et M. Octauium audiret cum barbaris foedera percuffiffe, compluribusque locis noftrorum militum obpugnare praefidia, partim claffe per fe, partim pedeftribus copiis per barbaros; etfi, graui valetudine adfectus, vix corporis viribus animum fequebatur; tamen virtute vicit incommodum naturae difficultatesque hiemis et fubitae praeparationis. Nam, quum ipfe paucas in portu naues longas haberet, litteras

nio Proconf. Syriae Ptolemaeum in Regnum effe reductum.

quum duriffimis. Hic incipit alia periodus, vnde legendum: *quumque duriff. M.* Bene monitum. Obferuat et Iurinius.

crebro. Sic codd. alii *crebra.*

in agmine, inter eundem, dum iter faciebat agmen. *M.*

morbo periit. Dio Caff. 42, 11 huius mortis, omninoque harum rerum mentionem obiter fecit. *M.* Ita et G. 3, 24. 7, 66. Cf. Seruius ad Virg. Aen. 1, 86 et 190.

Vatinius. B. C. 3, 100. *M.*

pham confert: in quam plures quum confugerent, depreffa fcapha, vulneratus tamen adnatat ad fuum myoparonem. Eo receptus, quum proelium nox dirimeret, tempeftate magna velis profugit. Sequuntur hunc fuae naues nonnullae, quas cafus ab illo periculo vindicaret.

47. At Vatinius, re bene gefta, receptui cecinit; fuisque omnibus incolumibus, in eum fe portum victor recepit, quo ex portu claffis Octauiana ad dimicandum proceſſerat. Capit ex eo proelio penterem vnam, triremes duas, dicrotas octo, compluresque remiges Octauianos: pofteroque ibi die, dum fuas captiuasque naues reficeret, confumto, poft diem tertium contendit in infulam Iffam, quod eo fe recepiffe ex fuga credebat Octauium. Erat in ea nobiliffimum regionum earum oppidum coniunctiffimumque Octauio. Quo vt peruenit, oppidani fubplices fe Vatinio dediderunt; comperitque, ipfum Octauium paruis paucisque nauigiis vento fecundo regionem Graeciae petiffe, inde vt Siciliam, deinde Africam caperet. Ita breui fpatio, re praeclariffime gefta, prouincia recepta et Cornificio reddita, claffe aduerfa-

myoparonem. Nonius 13, 6. *myoparo*. nauicula piratarum. Conf. Cic. Verr. 1, 34. Salluft. fragm. l. 3. Val. Max. 2, 8, 5. Senec. Contr. 2. Scaliger deriuat a fimili muribus forma angufta, oblonga, et a *paren*, *varen*, *fahren*, nauigare.

velis profugit. Incertum eft, vtrum *velis*, an *vix* vera lectio fit, an vtrumque verbum addititium. *M*. Codd. *velis vix*. Hinc Bentl. velit *velis*, *remis*, vt Cic. Tufc. 3, 11 *omni contentione*, *velis*, *vt ita dicam*, *remisque fugiendo*.

penterem. Sic Scal. e codice fuo. Cod. Leid. 2. *pentirem*. Contra alii et edd. vet. *pentiremem*.

dicrota, nauis biremis. a κροτέω, pulfo. Neutro genere legitur apud Cic. ad Att. 5, 11. 16, 4. Cf. Scheffer de re nau. 2, 4.

confumto. Ita e cod. Noruic. legit Clarke, fequitur Oudend. Vulgo omiffa voce *confumto* legitur *p. ibi die fuit*.

in ea. Cod. Noruic. et edd. vet. pro *in ea* inferunt *Macum*, quafi oppidi nomen, quod placet Dauifio et Clarkio.

regionem Graeciae petiffe. Corcyram fugit. Dio Caff. 42, 11. *M*.

Palaepharfali. Strabo (lib. 9. p. 431) duas memorat Pharfalos, παλαιὰν καὶ νέαν, breui fpatio diftantes, et lib. 17, p. 796 dicit, Pompeium *Palae-*

riorum ex illo toto ſinu expulſa, victor ſe Brundiſium, incolumi exercitu et claſſe, recepit.

48. Iis autem temporibus, quibus Caeſar ad Dyrrhachium Pompeium obſidebat et Palaepharſali rem feliciter gerebat, Alexandriaeque quum periculo magno, tum etiam maiori periculi fama dimicabat, Q. Caſſius Longinus, in Hiſpania pro Praetore prouinciae vlterioris obtinendae cauſſa relictus, ſiue conſuetudine naturae ſuae, ſiue odio, quod in illam provinciam ſusceperat Quaeſtor, ex inſidiis ibi vulneratus, magnas odii ſui fecerat acceſſiones; quod vel ex conſcientia ſua, (quum de ſe mutuo ſentire provinciam crederet,) vel multis ſignis et teſtimoniis eorum, qui difficulter odia disſimulabant, animaduertere poterat; et compenſare offenſionem prouinciae exercitus amore cupiebat. Itaque, quum primum in vnum locum exercitum conduxit, HS centenos militibus eſt pollicitus: nec multo poſt, quum in Luſitania Medobregam oppidum montemque Herminium expugnaſſet, quo Medobregenſes confugerant, ibique Imperator eſſet adpellatus, HS centenis milites donauit. Multa praeterea et magna praemia ſingulis concede-

pharſalo fugiſſe Peluſium. Cf. Eutrop. 6, 16. Vt autem hi *Palaeopharſalus* ſcribunt, ſic noſter et Liuius (44, 1) *Palaepharſalus. Cellar.* De ſcriptura verbi diuerſa vid. Oud. ad Front. 2, 3, 22: praefert autem ſcripturam *Palaepharſalus. M.*

Q. Caſſ. Longin. Cf. B. C. 2, 21. Diſtinguendus eſt a L. Caſſ. Longino, de quo B. C. 3, 34. Cum his rebus Caſſii Longini, vsque ad cap. 65 narratis, conf. Dio Caſſ. 42, 15. 16. *M.* Τὸ *Q.* addidit Oud. e codd. Mox al. *Propraetor.*

odii ſui (in quo ipſe erat apud alios) *fecerat acceſſ.* auxerat odium Hiſpanorum erga ſe. *M.*

mutuo ſentire. Vt ipſe odit Hiſpanos, ſic vi viciſſim eum oderunt. *M.*

multis ſignis. Alii *mutuis*, quidam *mutis*, quod probat Oud. vt alibi *muta ſuſpiria, muti geſtus.*

disſimulabant. vulgo *disſimulant.*

HS (ſeſtertios) *centenos.* Sic codd. boni ſcribunt, *ſeſtertios:* altera ſcriptura, *ſeſtertia*, falſa eſt; nam modum excederet largitio. *M.* Multo magis peccat Voſſius, qui legit *ſeſtertium decies.* Vide not. ad Af. 87.

Medobregam. In titulo pontis Traiani apud Grut. p. 162, 3. occurrunt *Meidubrigenſes.*

HS centenis mil. Ante *HS*

bat) quasi responsum ab eo peteret, celeriter dato loco, quum se insinuasset, sinistra conripit versum dextraque bis ferit pugione. Clamore sublato, fit a coniuratis inpetus vniuersis. Munatius Flaccus proximum gladio transiicit lictorem: hoc interfecto, Q. Cassium Legatum vulnerat. Ibi T. Vasius et L. Mergilio, simili confidentia, Flaccum municipem suum adiuuant: erant enim omnes Italicenses. At ipsum Longinum L. Licinius Squillus inuolat iacentemque leuibus sauciat plagis.

53. Concurritur ad Cassium defendendum: semper enim berones compluresque euocatos cum telis secum habere consueuerat: a quibus ceteri intercluduntur, qui ad caedem faciendam subsequebantur: quo in numero fuit Calpurnius Saluianus et Manilius Tusculus. Minutius inter saxa, quae iacebant in itinere, fugiens obprimitur et, relato domum Cassio, ad eum deducitur. Racilius in proximam se domum familiaris sui confert, dum certum cognosceret, confectusne Cassius esset. L. Laterensis, quum id non dubitaret, adcurrit laetus in castra, militibus vernaculis et secundae legionis, quibus odio sciebat praecipue Cassium esse, gratulatur: tollitur a multitudine in tribunal, Praetor adpellatur: nemo enim aut in prouincia natus, aut vernaculae legionis miles, aut diuturnitate iam factus prouincialis, quo in numero erat secunda legio, non cum omni prouincia consenserat in odio Cassii: nam

conripit eum. Pro *eum* codd. habent *versus* aut *versum*, e quo Oud. bene efformat coniecturam, *auersum. M.* In ed. 2. recepit *versum*; Bentl. probat *auersum*. Perinde est.

Flaccus. Vulgo *Plancus* contra codd. *M.* Oudend. restituit *Flaccus*. Ita iam Perizonius in opp. editis a Burm. t. 4. opp. p. 788.

Italicenses, nati Italicae in prouincia Baetica, in qua Scipio Punico bello debilitatos milites, ex Italia ortos, deposuerat. *Cellarius*.

Ad ipsum Long. Leg. *At* e cod. Louan. *M.* Cf. Heins. ad Ouid. Met. 13, 560.

berones. Sic codd. omnes, teste Oud.; sed verbum est corruptum. Alius voluit legi *Vettones*, alius *Bigerones*; qui sunt Hispaniae populi. Multi maluerunt *barones*, quia scholiastes Persii (Sat. 5, 138) dixit, *baro-*

legiones tricesimam et vicesimam primam, paucis mensibus in Italia scriptas, Caesar adtribuerat Longino; quinta legio ibi nuper erat confecta.

54. Interim nunciatur Laterensi viuere Cassium. Quo nuncio dolore magis permotus, quam animo perturbatus, reficit se celeriter et ad Cassium visendum proficiscitur. Re cognita, tricesima legio signa Cordubam infert ad auxilium ferendum Imperatori suo: facit hoc idem vicesima prima: subsequitur has quinta. Quum duae legiones reliquae essent in castris; secundani veriti, ne soli relinquerentur atque ex eo, quid sensissent, iudicaretur, secuti sunt factum superiorum: permansit in sententia legio vernacula, nec vllo timore de gradu deiecta est.

55. Cassius eos, qui nominati erant conscii caedis, iubet comprehendi: legionem quintam in castra remittit, cohortibus triginta retentis. Indicio Minutii cognoscit, L. Racilium et L. Laterensem et Annium Scapulam, maximae dignitatis et gratiae prouincialem hominem, sibique tam familiarem, quam Laterensem et Racilium, in eadem fuisse coniuratione. Nec diu moratur dolorem suum, quin eos interfici iubeat. Minutium libertis transdit excruciandum; item Calpurnium Saluianum, qui profitetur iudicium coniuratorumque numerum auget; vere, vt quidam existimant; vt nonnulli queruntur, coactus. Iisdem cru-

nes lingua Gallorum dici seruos militum: sed fides esto penes ipsum scholiasten. Subscribo sententiae Gesneri in Thes. L. L. in v. *baro*, qui, Frustra, inquit, hoc verbum obtruditur Hirtio: praestat fateri, locum aut corruptum esse, aut non intelligi. Significatio verbi *baro*, nota nobis e scriptoribus antiquis, est haec, vt stupidus et fatuus homo eo exprimatur; illa, quam scholiastes Persii tradit, si est vera, est multo recentioris aetatis. *M.* Defendit vsum vocis Pithoeus Adu. subs. 1, 8. et Rutgersius Lect. Venus. c. 23.

quae iacebant. Sic bene Oud. e codd. Vulgo *iaciebant*, item *iaciebantur*.

paucis mensibus. Iurin. inserit *ante*.

indicaretur. alii *indicaretur*.

profitetur. (libere proloquitur) *indicium. M.*

vere, ex animi sententia, sine metu ac simulatione. *M.*

ciatibus adfectus L. Mergilio. Squillus nominat plures: quos Cassius interfici iubet, exceptis iis, qui se pecunia redemerunt: nam palam HS. LX cum Calpurnio paciscitur, et cum Q. Sextio L. Qui si maxime nocentes sunt multati, tamen periculum vitae dolorque vulnerum, pecuniae remissus, crudelitatem cum auaritia certasse significabat.

56. Aliquot post diebus litteras a Caesare missas accipit, quibus cognoscit, Pompeium, in acie victum, amissis copiis fugisse. Qua re cognita, mixtam dolore voluptatem capiebat. Victoriae nuncius laetitiam exprimebat; confectum bellum licentiam temporum intercludebat. Sic erat dubius animi, vtrum nihil timere, an omnia licere mallet. Sanatis vulneribus, arcessit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptasque eas iubet referri: quibus parum videbatur inposuisse oneris, ampliorem pecuniam imperat. Aeque autem Romanorum dilectum instituit, quos, ex omnibus conuentibus coloniisque conscriptos, transmarina militia perterritos, ad sacramenti redem-

adfectus — plures. Horum verborum incerta lectio est: editores putant, e vestigiis codd. legendum videri, *adfecti Mergilio et Squillus nominant pl.* Sed nec haec est certa manus Caesaris. *M.*

HS. X, decies sestertium: et mox *L*, quinquagies. Glandorpius e Valer. Max. 9, 4, 1 pro numero X legi vult LX. *M.* Male codd. et edd. vet. *sestertiis decem.* Summam a Valer. Maximo datam repetit Ioh. Sarisber. policr. 8, 15. Conf. et Gronou. de pec. vet. 4, 4. Dubia res vix esse potest.

Qui si maxime. Vulgo *Qui etsi m.*

pecuniae (sic meliores libri: vulgo *pecunia*) *remissus*, i. e. imminutus propter pecuniam. *M.*

dolore. Alii *dolori.*

licentiam temporum, quam adferunt et permittunt tempora bellica. *M.*

dubius animi. Alius *animus*; sed istud Scal. e cod. suo.

tulerant, retulerant in tabulas rationum pecuniariarum. Cf. c. 49. *M.*

Aeque — quos. Lectio est incerta. Pro *aeque* legitur *quem*, vel *equitum*, vel vulgo, *aequa ratione*: pro *Romanorum* habent quidam *Romae*; falso: nam ciues Romanos in conuentibus et coloniis Hispaniae conscripsit: pro *quos* rursus, *quosque.* Vitium est in verbo *aeque.* *M.* Clarke seruat *Quem autem Romanorum.* Dauis. *Quin item R.* Sed vulg. quod habent boni codd. idem reddit.

conuentibus. vid. Ind.

tionem vocabat. Magnum hoc fuit vectigal, maius tamen creabat odium. His rebus confectis, totum exercitum lustrat. Legiones, quas in Africam ducturus erat, et auxilia mittit ad traiectum: ipse, classem, quam parabat, vt inspiceret, Hispalim accedit ibique moratur; propterea quod edictum tota prouincia proposuerat, vt, quibus pecunias imperasset, neque contulissent, se adirent. Quae euocatio vehementer omnes turbauit.

57. Interim L. Titius, qui eo tempore Tribunus militum in legione vernacula fuerat, nunciat fama, legionem tricesimam, quam Q. Cassius Legatus simul ducebat, quum ad oppidum Leptim castra haberet, seditione facta, Centurionibus aliquot occisis, qui signa tolli non patiebantur, discessisse et ad secundam legionem contendisse, quae ad fretum alio itinere ducebatur. Cognita re, noctu cum quinque cohortibus vndeuicesimanorum egreditur, mane peruenit. Ibi eum diem, vt, quid ageretur, perspiceret, moratus, Carmonam contendit. Hic, quum legio XXX, et XXXI

transmarina militia, in Africa. vid. c. 51. *M.*

totum exercitum. Libri boni, *nouum exerc.* sed altera lectio melior est. *M.*

nunciat (Cassio) *fama*, sola fama impulsus, re non explorata. Vidit sensum Dauisius: qui non viderunt, vt Cellarius, hi ediderunt: *Titio nunciat fama.* *M.* Emendat locum egregie Iurin. legendo, *eam* (vernaculam) *a legione tricesima.*

Leptim. Sic codd. Sed *Leptis*, vt nemo nescit, Africae vrbs fuit: cf. B. C. 2, 38. Ergo vnus dicit, legendum esse *Ilipam;* alter, *Ilurgim;* alius etiam in Hispania fuisse aliquam Leptin putat. Oudendorpius, dictis a Wesselingio ad Antonini itiner. p. 411 admonitus, *Laepam* maluit: poterat addere, Suritam ad illum locum voluisse legi *Laepem.* Quid, si fateamur, nos nescire? An plane necesse est, vt, vbi nihil potest effici, tamen quiduis tentetur? *M.* *Laepam magnam* Ptolem. 2, 4. habet, quae videtur esse *Ilipa* Strabonis L. 3. p. 141.

vndeuicesimanorum. Legio vndeuicesima non adfuit; sed II, XXX, XXI et V. vt patet e cap. 53. Scribe itaque cum Lipsio, *vnetuicesimanorum*, vti apud Tacit. Ann. 1, 37. *Oud.* Sunt vnetuicesimani, milites legionis primae et vicesimae, vt secundani dicuntur, et alia. *M.*

egreditur Cassius. Monuit Oud. *M.*

mane peruenit. Iurinius interserit *Leptin.*

Carmonam. Sic Scalig. ex emendatione Rhellicani. Vulgo

et cohortes quatuor ex quinta legione totusque conveniſſet equitatus, audit, quatuor cohortes, a vernaculis obpreſſas, d Obuculam, cum his ad ſecundam perueniſſe legionem, omnesque ibi ſe coniunxiſſe et T. Thorium Italicenſem Ducem delegiſſe. Celeriter habito conſilio, Marcellum Cordubam, vt eam in poteſtate retineret, Q. Caſſium Legatum Hiſpalim mittit. Paucis ei diebus adfertur, conuentum Cordubenſem ab eo defeciſſe, Marcellumque aut voluntate, aut neceſſitate adductum, (namque id varie nunciabatur,) conſentire cum Cordubenſibus; duas cohortes legionis quintae, quae fuerant Cordubae in praeſidio, idem facere. Caſſius, his rebus incenſus, mouet caſtra et poſtero die Segouiam ad flumen Silicenſe venit. Ibi, habita concione, militum tentat animos: quos cognoſcit, non ſua, ſed Caeſaris abſentis cauſſa, ſibi fidiſſimos eſſe nullumque periculum deprecaturos, dum per eos Caeſari prouincia reſtitueretur.

58. Interim Thorius ad Cordubam veteres legiones adducit: ac, ne diſſenſionis initium natum ſeditioſa militum ſuaque videretur natura, ſimul vt contra Q. Caſſium, qui Caeſaris nomine maioribus viribus vti videbatur, aeque potentem obponeret dignitatem, Cn. Pompeio ſe prouinciam recuperare velle palam dictitabat: et forſitan etiam hoc fecerit odio Caeſaris et amore Pompeii, cuius nomen multum poterat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat; ſed, id qua mente commotus fecerit, con-

Carbonam, *Carbonem*, *Narbonem*. Cf. c. 64.

ex quinta legione. Ita Dauiſ. et Clarke ex codd. Legebatur prius *et V. legio*.

Obuculam. Conf. Weſſel. ad Anton. itin. p. 413.

conſilio. Vulgo *concilio*.

Segouiam. Nulla in hoc tractu Segouia nota eſt; Sagontia autem, ſiue Saguntia Plinii, aut *Σαγουντία* Ptolemaei, infra Hiſpalim eſt Gades verſus, inter Mundam et Nebriſſam. *Cellar.*

flumen Silicenſe. In his locis nullum flumen Silicenſe; ſed *Singulis* eſt Baeticae fluuius. *Dauiſius.*

uti videbatur. Iurin. velit *niti*.

iectura fciri non poteft; certe hoc prae fe Thorius ferebat; milites adeo fatebantur, vt Cn. Pompeii nomen in fcutis infcriptum haberent. Frequens legionibus conuentus obuiam prodit; neque tantum virorum, fed etiam matrum familias ac praetextatorum; deprecaturque, ne hoftili aduentu Cordubam diriperent: nam fe contra Caffium fentire cum omnibus; contra Caefarem ne facere cogerentur, orare.

59. Tantae multitudinis precibus et lacrimis exercitus commotus quum videret, ad Caffium perfequendum nihil opus effe Cn. Pompeii nomine et memoria; tamque omnibus Caefarianis, quam Pompeianis, Longinum effe in odio; neque fe conuentum, neque M. Marcellum contra Caefaris cauffam poffe perducere; nomen Pompeii ex fcutis detraxerunt, Marcellum, qui fe Caefaris cauffam defenfurum profitebatur, Ducem adfciuerunt, Praetoremque adpellarunt et conuentum fibi adiunxerunt caftraque ad Cordubam pofuerunt. Caffius eo biduo circiter quatuor milia paffuum a Corduba, citra flumen Baetim, in oppidi confpectu, loco excelfo facit caftra; litteras ad Regem Bogudem in Mauritaniam et ad M. Lepidum Proconfulem in Hifpaniam citeriorem mittit, fubfidio fibi prouinciaeque Caefaris cauffa quamprimum veniret. Ipfe hoftili modo Cordubenfium agros vaftat, aedificia incendit.

60. Cuius rei deformitate atque indignitate legiones, quae Marcellum fibi Ducem ceperant, ad eum

fed, id qua — poteft. Omnes codd. locum fic exhibent: *fed id qua mente, communis erat coniectura*: quae cum non fint integra, editores vulgatam lectionem efformarant; Oud. fufpicatur, legi poffe, *fed id qua mente, non vna erat coniectura.* *M.* Hoc fatis placet. Edd. vet. habent *coniectura fciri poteft*, vbi Aldus interponit *non*, quod fecutus Scalig cum aliis.

nomen — infcriptum. De hoc more egiffe Lipfium (milit. Rom. in analect. ad 5, 9.), monuit Dauifius: alia conlegit Fabricius ad Dion. Caff. 42, 15. *M.*

conuentus. vid. Ind. *M.*

M. Marcellum, cognomine

concurrerunt, vt in aciem educerentur, priusque confligendi sibi potestas fieret, quam cum tanta contumelia nobilissimae carissimaeque possessiones Cordubensium in conspectu suo rapinis, ferro, flammaque consumerentur. Marcellus, quum confligere miserrimum putaret, quod et victoris et victi detrimentum ad eumdem Caesarem esset redundaturum; neque suae potestatis esse; legiones Baetim transducit, atque aciem instruit. Quum Cassium contra pro suis castris aciem instruxisse loco superiore videret, caussa interposita, quod is in aequum non descenderet, Marcellus militibus persuadet, vt se in castra recipiant. Itaque copias reducere coepit. Cassius, quo bono valebat, Marcellumque infirmum esse sciebat, adgressus equitatu legionarios se recipientes, complures nouissimos in fluminis ripis interficit. Quum hoc detrimento, quid transitus fluminis vitii difficultatisque haberet, cognitum esset, Marcellus castra Baetim transfert, crebroque vterque legiones in aciem educit; neque tamen confligitur propter locorum difficultates.

61. Erat copiis pedestribus multo firmior Marcellus: habebat enim veteranas multisque proeliis expertas legiones. Cassius fidei magis, quam virtuti legionum confidebat. Itaque, quum castra castris conlata essent et Marcellus locum idoneum castello cepisset, quo prohibere aqua Cassianos posset; Longinus, veritus, ne genere quodam obsidionis clauderetur in regionibus alienis sibique infestis, noctu silen-

Aeserninum, Quaestorem prouinciae. Dio Cass. l. l.

educerentur. Post hoc verbum vulgo additur *orant*, quod neque ad vsum loquendi opus est, neque in codd. bonis exstat. *M.*

suae pot. esse. Ita Scal. Sed in codd. et edd. vet. *esset*, quod male probat Iurin. sic enim rê *suae* non conueniret.

quo bono valebat. Sic libri meliores: est ergo bonum, quo valet, equitatus. Sed codd. alii, *quo bene valebat*, quam lectionem non spreuerim. Cellarius vero non debebat edere, *qui bene valebat*, quasi hic quaereretur, an vulneratus nuper Cassius

tio ex castris proficiscitur celerique itinere Vliam contendit: quod sibi fidele esse oppidum credebat. Ibi adeo coniuncta ponit moenibus castra, vt et loci natura, (namque Vlia in edito monte posita est,) et ipsa munitione vrbis vndique ab obpugnatione tutus esset. Hunc Marcellus insequitur et, quam proxime potest Vliam, castra castris confert; locorumque cognita natura, quo maxime rem deducere volebat, necessitate est adductus, vt neque confligeret, (cuius si rei facultas esset, resistere incitatis militibus non poterat,) neque vagari Cassium latius pateretur; ne plures ciuitates ea paterentur, quae passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis conlocatis, operibusque in circuitu oppidi continuatis, Vliam Cassiumque munitionibus clausit. Quae priusquam perficerentur, Longinus omnem suum equitatum emisit: quem magno sibi vsui fore credebat, si pabulari frumentarique Marcellum non pateretur; magno autem inpedimento, si clausus obsidione et inutilis necessarium consumeret frumentum.

62. Paucis diebus Cassii litteris acceptis, Rex Bogud cum copiis venit; adiungitque ei legionem, quam secum adduxerat, compluresque cohortes auxiliarias Hispanorum. Namque, vt in ciuilibus dissensionibus accidere consueuit, ita temporibus illis in Hispania nonnullae ciuitates rebus Cassii studebant, plures Marcellum fouebant. Accedit cum copiis Bogud ad exteriores Marcelli munitiones. Pugnatur vtrimque

(cf. cap. 52.) conualuisset. *M.* Heic *bonum* fere simili modo sumitur, vt supra c. 12.

conlata. Alii male *conlocata.* Cf. Ind. in *conferre.*

Vliam, oppidum Hispaniae vlterioris seu Baeticae. Codd. habent *Vllam*; sed Ptolemaeus *Οὔλια*, quod e numis confirmat Spanhemius p. 901. Accedit vetus inscriptio, *Ordo Reip. Vliensium*, apud Gruterum p. 271. n. 1. *Cellarius.* Cf. et Surita ad Anton. itin. p. 412.

adiungitque ei legionem etc. Iurinius malit *adi. ei legioni. — complures coh.*

Marcello fouebant. Codd. quidam, *Marcellum fouebant.*

acriter, crebroque id accidit, fortuna saepe ad vtramque victoriam transferente; nec tamen vmquam ab operibus depellitur Marcellus.

63. Interim Lepidus ex citeriore prouincia cum cohortibus legionariis XXXV, magnoque numero equitum et reliquorum auxiliorum, venit ea mente Vliam, vt sine vllo studio contentiones Cassii Marcellique componeret. Huic venienti sine dubitatione Marcellus se credit atque offert: Cassius contra suis se tenet praesidiis; siue eo, quod plus sibi iuris deberi, quam Marcello, existimabat; siue eo, quod, ne praeoccupatus animus Lepidi esset obsequio aduersarii, verebatur. Ponit ad Vliam castra Lepidus; neque habet a Marcello quidquam diuisi. Ne pugnetur, interdicit: ad exeundum Cassium inuitat fidemque suam in re omni interponit. Quum diu dubitasset Cassius, quid sibi faciendum quidne Lepido esset credendum; neque vllum exitum consilii sui reperiret, si permaneret in sententia; postulat, vti munitiones disiicerentur sibique liber exitus daretur. Non tantum induciis factis, sed prope iam constituta opera quum complanarent, custodiaeque munitionum essent deductae, auxilia Regis in id castellum Marcelli, quod proximum erat Regiis castris, neque opinantibus omnibus, (si tamen in omnibus fuit Cassius; nam de huius conscientia dubitabatur,) inpetum fecerunt compluresque ibi milites obpresserunt. Quod nisi celeriter, indigna-

M. Sic melius, quod repono cum Oud.

id accidit. Vulgo *vt.* Emendauit Oud, e codd.

Lepidus. Cf. c. 59. *M.*

sine vllo studio. Quidam addunt *tantum.* forsan leg. *partium.*

Marcellus se credit. Dio Cassius 42, 15. Marcelli mores sic describit: eum voluisse ita se gerere, vt, siue Caesar siue Pompeius obtinuisset, quippe nondum fama victoriae Caesaris in Hispaniam perlata) vtrique fauisse videretur. Etsi vero Caesarem habuerit aliquamdiu obfensum, quoniam contra Longinum pugnarit; tamen ab eo tandem placato cultum honoratumque esse. *M.*

sed prope — complanarent. An, *sed prope iam constituta*

tione et auxilio Lepidi, proelium esset diremtum; maior calamitas esset accepta.

64. Quum iter Cassio patefactum esset, castra Marcellus cum Lepido coniungit. Lepidus eodem tempore Marcellusque Cordubam, Cassius cum suis, proficiscitur Carmonam. Sub idem tempus Trebonius Proconsul ad prouinciam obtinendam venit. De cuius aduentu vt cognouit Cassius, legiones, quas secum habuerat, equitatumque in hiberna distribuit: ipse, omnibus suis rebus celeriter correptis, Malacam contendit; ibique aduerso tempore nauigandi naues conscendit, vt ipse praedicabat, ne se Lepido et Trebonio et Marcello committeret; vt amici eius dictitabant, ne per eam prouinciam minore cum dignitate iter faceret, cuius magna pars ab eo defecerat; vt ceteri existimabant, ne pecunia illa, ex infinitis rapinis confecta, in potestatem cuiusquam veniret. Progressus secunda, vt hiberna, tempestate, quum in Iberum flumen noctis vitandae caussa se contulisset, inde paullo vehementiore tempestate nihilo periculosius se nauigaturum credens, profectus aduersis fluctibus, occurrentibus ostio fluminis, in ipsis faucibus, quum neque flectere nauim propter vim fluminis, neque directam tantis fluctibus tenere posset, demersa naui, periit.

65. Quum in Syriam Caesar ex Aegypto venisset atque ab iis, qui Roma venerant ad eum, cognosceret, litterisque vrbanis animaduerteret, multa Romae

re, op. quum compl. h. e. cum prope de omni controuersia iam consensissent et munitiones complanarent. Quod nisi placeat, opera prope constituta h. l. erunt, prope iam absoluta et perfecta. Erit igitur exemplis opus, quibus haec huius phraseos significatio confirmetur. *M.*

Carmonam. Conf. cap. 57. Male libri veteres *Narbonem* s. *Narbonam* exhibent: nec placet *Norba* Rhellicani, longe hinc ad Tagum remota. Bene Scaliger, *Carmonam*, quem plures secuti sunt. *Cellarius.*

Quum in Syriam —. Redit narratio ad c. 33. *M.*

multa Romae male —. vid. Dio Caſſ. 42, 27 — 54. Magna fuit Antonii culpa, vt vrbs militibus, rapinis, caedibus, nequitiaque omni plena esset. Conf. Plutarch. in Anton. c. 8. 9. *M.*

male et inutiliter administrari, neque vllam partem Reipublicae satis commode geri; quod et contentionibus Tribuniciis perniciosae seditiones orirentur et, ambitione atque indulgentia Tribunorum militum et qui legionibus praeerant, multa contra morem consuetudinemque militarem fierent, quae dissoluendae disciplinae seueritatisque essent; eaque omnia flagitare aduentum suum videret: tamen praeferendum existimauit, quas in prouincias regionesque venisset, eas ita relinquere constitutas, vt domesticis dissensionibus liberarentur, iura legesque acciperent, externorum hostium metum deponerent. Haec in Syria, Cilicia, Asia celeriter se confecturum sperabat, quod hae prouinciae nullo bello premebantur. In Bithynia ac Ponto plus oneris videbat sibi inpendere: non enim excessisse Ponto Pharnacem audierat, neque excessurum putabat; quum secundo proelio vehementer esset inflatus, quod contra Domitium Caluinum fecerat. Commoratus fere in omnibus ciuitatibus, quae maiore sunt dignitate, praemia bene meritis et viritim et publice tribuit: de controuersiis veteribus cognoscit ac statuit: Reges, tyrannos, Dynastas prouinciae, finitumosque, qui omnes ad eum concurre-

inutiliter. noxie. Sic et Val. Max. 7, 2, 14.

content. Tribuniciis. Dolabellae et Trebellii. Dio Cass. ibid. c. 29. *M.*

indulgentia. Codd. plerique *indiligentia.* Bene. Exempla vid. in Ind. *M.* Non male tamen *indulgentia* conuenit cum *ambitione.* Nec ergo opus est Bentleii *insolentia* vel *negligentia.*

dissoluendae disciplinae. Intrudunt vulgo *caussa.* quo non opus. Sic et Terent. Ad. 2, 4, 6. Liu. 40, 29. dissoluendarum religionum esse, quod Valer. M. 1, 1, 12. reddit ad soluendam religionem pertinere. Conf. et Priscian. 18. et not. ad C. 1, 82.

Pharnacem. Cf. c. 41. *M.*

putabat. alii *sperabat.*

finitumosque. Oudend. deleri vult *que.* Recte. *M.*

Syriaeque. Enclitica occurrit in codd.

eadem classe, qua venerat. Atqui venerat Caesar itinere terrestri: cf. c. 33. Ergo scriptor, nunc de classe loquens, sui oblitus est. Haec Dauisius monuit. Fortasse potuisset dici, *eadem celeritate,* vt cap. hoc extremo, quia Caesar, cupidus Romam redeundi, toto hoc itinere festinauit. Cf. c. 71. 78. *M.* Mo-

rant, receptos in fidem, conditionibus inpoſitis prouinciae tuendae ac defendendae, dimittit, et ſibi et Populo Romano amiciſſimos.

66. Paucis diebus in ea prouincia conſumtis, Sex. Caeſarem, amicum et neceſſarium ſuum, legionibus Syriaeque praeficit; ipſe eadem claſſe, qua venerat, proficiſcitur in Ciliciam. Cuius prouinciae ciuitates omnes euocat Tarſum, quod oppidum fere totius Ciliciae nobiliſſimum fortiſſimumque eſt. Ibi, rebus omnibus prouinciae et finitumarum ciuitatum conſtitutis, cupiditate proficiſcendi ad bellum gerendum non diutius moratur; magnisque itineribus per Cappadociam confectis, biduum Mazacae commoratus, venit Comana, vetuſtiſſimum et ſanctiſſimum in Cappadocia Bellonae templum, quod tanta religione colitur, vt Sacerdos eius Deae maieſtate, imperio et potentia ſecundus a Rege conſenſu gentis illius habeatur. Id homini nobiliſſimo Lycomedi Bithynio adiudicauit, qui, Regio Cappadocum genere ortus, propter aduerſam fortunam maiorum ſuorum mutationemque generis, iure minime dubio, vetuſtate tamen intermiſſo, Sacerdotium id repetebat. Fratrem autem Ariobarzanis Ariarathen, quum bene meritus

nuerat Vſſerius Ann. ad a. 3957. Iurinius leg. putat *qua Alexandriam venerat*.

Comana. Conf. c. 34. Hoc loco Comana Cappadociae intelliguntur. *Cellarius*. De regione et deliciis eius plura apud Strabonem lib. 12. p. 559; de templo pauca p. 536. 557; vbi Sacerdotis Comani Pontici et Cappadocis eamdem religionem, eoſdemque ritus ſacrorum eſſe docet. Ergo etiam licebit huc referre, quae p. 575 de Pontico Sacerdote traduntur, prohibitum eſſe a porcina carne, neque vllum in ea regione porcum ali fas eſſe. *M.*

Id (Sacerdotium) *hom. nob. M.*

Lycomedi. Sic, Oudendorpio teſte, codd. plures, iique boni, et Strabo (12. p. 558). Contra Appianus (B. Mithr. c. 121. p. 254. ed. Steph.) Nicomedem adpellauit, vt Ciacconius et Dauiſius monuerunt. Ad haec niſi aliud argumentum acceſſerit, manebit lectio incerta. *M.* In nupera editione ſua Appiani Schweighaeuſerus repoſuit *Lycomedi*, ſecutus Oudendorpium; contra Goduinus et Cellarius in noſtro loco dedere *Nicomedi*.

generis. Iurin. mallet *gentis*.

Fratrem Ariob. Ariar. De hio Cic. ad D. 15, 2. *M.*

vterque eorum de Republica esset, ne aut Regni hereditas Ariarathen sollicitaret, aut heres Regni terreret, Ariobarzani adtribuit, qui sub eius imperio ac ditione esset: ipse iter inceptum simili velocitate conficere coepit.

67. Quum propius Pontum finesque Gallograeciae accessisset, Deiotarus Tetrarches Gallograeciae tunc quidem paene totius, quod ei neque legibus, neque moribus concessum esse ceteri Tetrarchae contendebant, sine dubio autem Rex Armeniae minoris ab Senatu adpellatus, depositis Regiis insignibus, neque tantum priuato vestitu, sed etiam reorum habitu, supplex ad Caesarem venit, oratum, *vt sibi ignosceret, quod in ea parte positus terrarum, quae nulla praesidia Caesaris habuisset, exercitibus imperiisque in Cn. Pompeii castris fuisset: neque enim se iudicem*

Ariobarzani adtribuit. Ne turbas moueret Ariarathes, Caesar illum auctoritate sua maiori fratri, quem Senatus confirmauerat, subiecit. *Cellarius.* Potest tamen quaeri, in quo fuerit illud, quod vnum alteri subiecit, et in quantum subiecerit. Si nihil nisi fratri parere iussit, aut, vt quiesceret, cohortatus est: non est hoc praemium, bene de Republica merito viro dignum, et vereor, vt hic iussus, haec hortatio in omne tempus fuerit efficax quietis adminiculum. Accedit ad haec ex ipsa re ortam dubitationem, quod teste Oudendorpio codd. omnes, praeter duos, paulo ante hanc lectionem exhibent: *Fratri autem Ariobarzanis Ariarathi:* vt ipse ille vir doctus fateatur, se nolle de hoc loco pronunciare. Licebitne coniecturam proponere? Quid, si legerimus: *Fratri autem Ariobarzanis, Ariarathi, quum — terreret, adtribuit* (quosdam: hic deleo verbum *Ariobarzani*) *qui sub — essent* (pro *esset*). Ergo Caesar Ariarathi quasdam vrbes adtribuit, vt et ipse aliquid haberet, neue, etsi haberet ius successionis, ante tempus captaret Regnum; neu, si Ariobarzani heres filius natus esset, huic insidias strueret Ariarathes. Sic et bene meritus vir praemium tulit, et, quia tulit, quiescere potuit *M.* Meretur hic audiri Iurinius. Collatis quippe Cic. ep. ad Diu. 15, 2. et Phil. 2, 37. legi suadet: *Fratri a Ariob. Ariarathi, quum — esset, ne aut — sollicitaret, aut h. R. terreret Ariobarzanem, Armeniam minorem adtribuit, quae* etc. Cellarius ad vulgatum adfert locum ex G. 7, 90. *Labieno M. Sempronium adtribuisse* dicitur. parum commode.

inceptum. Alii *coeptum.*

Deiotarus. Cf. c. 34. *M.*

ceteri Tetrarchae. Pompeius, victo Mithridate, Gallograeciam quatuor Tetrarchis distribuit (Appian. Mithridat. c. 114. p. 251), in his Deiotaro, cui plura, quam

debuisse esse controuersiarum Populi Romani, sed parere praesentibus imperiis.

68. Contra quem Caesar quum *plurima sua commemorasset officia, quae Consul ei decretis publicis tribuisset; quumque defectionem eius nullam posse excusationem inprudentiae recipere coarguisset; quod homo tantae prudentiae ac diligentiae scire potuisset, quis vrbem Italiamque teneret; vbi Senatus Populusque Romanus, vbi Resp. esset; quis deinde post L. Lentulum, C. Marcellum Consul esset; tamen se concedere id factum superioribus suis beneficiis, veteri hospitio atque amicitiae, dignitati aetatique hominis, precibus eorum, qui frequenter concurrissent hospites atque amici Deiotari ad deprecandum; de controuersiis Tetrarcharum postea se cogniturum esse* dixit: Regium vesti-

ceteris, adsignauit, enumerata per partes a Strabone (12. p. 547), vt adeo ceteri querendi caussam se habere existimarent Cf. c. 78. *M.*

exercitibus imperiisque. Monet Oud. Marclandum in epist. crit. p. 129 legendum censuisse, *excitusque imperiis*, h. e. euocatus Pompeii iussu; et hanc coniecturam probat. Probo et ipse: et fortasse adiuuant eam, quae in Cic. oratione pro Deiot. c. 4 et 5 leguntur. Certe vulgata lectio stare non potest. *M.* Iurin. hariolatur: *arcessitus equitibusque imperatis.*

quumque defensionem — coarguisset. Ostendit Caesar Deiotaro, defensionem, qua nunc vtatur Deiotarus, non recipere (admittere) posse excusationem inprudentiae, non posse admittere hoc, vt, quia per inprudentiam peccarit, excusandus videatur. Sic vtcumque poterit hoc explicari; sed contorte tamen. Cum ergo pro *defensionem* quidam codd. habeant *defectionem*; Deiotarus autem, ornatus quondam a Caesare beneficiis, eique tamen posthaec inimicus et Pompeii adiutor, commode dici possit a Caesare defecisse: libenter cum Clarkio hanc lectionem amplector. Sed ita quoque *eius* post verbum *excusationem* delendum erit. *M.* Sequor Clarkium. Idem placuerat Oudendorpio, qui tamen in ed. secunda vulgatum retinuit. *Eius* altero loco recte tollitur. Male alii *suae.*

quis vrbem It. ten. Is erat Caesar. *M.*

vbi Senatus — h. e. Senatum non fuisse in castris Pompeii, sed Romae. Fuerat enim nuper duplex Senatus; vnus apud Pompeium, alter Romae, Caesari favens. *M.*

Consul. Et hic erat Caesar. *M.*

tamen se. Male hic praeponitur *sed*, ortum e praecedente *esset.* Boni codd. omittunt.

suis beneficiis. An *suis* delendum? Si ad Deiotarum refe-

tum ei restituit. Legionem autem, quam ex genere ciuium suorum Deiotarus armatura disciplinaque nostra constitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere iussit.

69. Quum in Pontum venisset copiasque omnes in vnum locum coegisset, quae numero atque exercitatione bellorum mediocres erant, (excepta enim legione sexta, quam secum adduxerat Alexandria veteranam, multis laboribus periculisque functam, multisque militibus partim difficultate itinerum ac nauigationum, partim crebritate bellorum adeo deminutam, vt minus mile hominum in ea esset; reliquae erant tres legiones, vna Deiotari, duae, quae in eo proelio, quod Cn. Domitium fecisse cum Pharnace scripsimus, fuerant,) legati, a Pharnace missi, Caesarem adeunt atque inprimis deprecantur, *ne eius adventus hostilis esset: facturum enim omnia Pharnacem, quae imperata essent*; maximeque commemorabant, *nulla Pharnacem auxilia contra Caesarem Pompeio dare voluisse; quum Deiotarus, qui dedisset, tamen ei satisfecisset.*

70. Caesar respondit, *se fore aequissimum Pharnaci, si, quae polliceretur, repraesentaturus esset.* Monuit autem, vt solebat, mitibus verbis legatos, *ne aut Deiotarum sibi obiicerent, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod auxilia Pompeio non mi-*

ratur, ad quem referendum est, debebat esse *eius*. *M.*

Legionem autem. Add. *eam* e codd. *M.*

constitutam habebat. Cf. c. 34. *M.*

quam sec. addux. Conf. c. 33. *Cellarius.*

hominum. Alii *hominibus.*

scripsimus. cap. 40. *M.*

repraesent. vid. Ind. *M.* Cf. et Curt. 6, 11, 33. Phaedri fab. 3, 2, 32.

non fuissent in se off. Particulam *non*, etsi codd. seruent, superfluam esse, agnouerunt interpretes omnes. Qui in Caesarem officiosus fuit, h. e. nullas copias contra eum Pompeio misit, ei tamen Caesar condonare nequit iniurias, prouinciis Populi Romani inlatas, quales Pharnaces intulerat Asiae, Armeniae, Cappadociae, Gallograeciae. *M.* Bene Clarkius negationem sustulit, inscitia librariorum intrusam. Testatur Ciacconius a libris quibusdam abesse. Delendam censeo.

fissent: nam se neque libentius facere quidquam, quam supplicibus ignoscere; neque prouinciarum publicas iniurias condonare iis posse, qui fuissent in se officiosi: id ipsum, quod commemorassent, officium vtilius Pharnaci fuisse, qui prouidisset, ne vinceretur, quam sibi, cui Dii inmortales victoriam tribuissent. Itaque se magnas et graues iniurias ciuium Romanorum, qui in Ponto negotiati essent, quoniam in integrum restituere non posset, concedere Pharnaci: nam neque interfectis amissam vitam, neque exsectis virilitatem restituere posse: quod quidem supplicium grauius morte ciues Romani subissent. Ponto vero decederet confestim, familiasque publicanorum remitteret, ceteraque restitueret sociis ciuibusque Romanis, quae penes eum essent. Si fecisset, iam tunc sibi mitteret munera ac dona, quae, bene rebus gestis, Imperatores ab amicis accipere consuessent: miserat enim Pharnaces coronam auream. His responsis datis, legatos remisit.

71. At Pharnaces, omnia liberaliter pollicitus, quum festinantem ac properantem Caesarem speraret libentius etiam crediturum suis promissis, quam res pateretur, quo celerius honestiusque ad res magis necessarias proficisceretur, (nemini enim erat ignotum, plurimis de caussis ad vrbem Caesarem reuo-

nam neque — posse. vid. dicta ad c. 41. *M.*

amissam vitam. Dubitat temere Ruben. Elect. 1, 32. idne sit Latinum? et, quia Appianus Ciu. 2, 91. et Dio 42, 46. in ea re *Amisi* (vrbis) meminere, ita hic quoque legi suadet. Sed obstant codd. et alibi quoque *vita amissa* occurrit. Phaedrus etiam fab. 3, 11. simili modo *damnum amissi corporis* obiectum eunucho refert.

properantem. In codd. omnibus est *praecurrentem*, sine sensu. *M.* De codd. Scaligeri et Cuiacii res dubia. In quodam legitur *procurrentem*. Priorem lectionem tuetur Goduinus, quia nil intersit inter *properare* et *festinare*. Contrarium docet Gellius e Catone 16, 14. Cicero etiam Phil. 9, 3 habet *properans festinansque*. dein sufficit saltem, Caesarem saepe synonyma iungere. V. not. ad G. 2, 20. 7, 39.

cari,) lentius agere, decedendi diem postulare longiorem, pactiones interponere, in summa, frustrari coepit. Caesar, cognita calliditate hominis, quod aliis temporibus natura facere consueuerat, tunc necessitate fecit adductus, vt celerius omnium opinione manum confereret.

72. Zela est oppidum in Ponto, positu ipso, vt in plano loco, satis munitum: tumulus enim naturalis, veluti manu factus, excelsiore vndique fastigio, sustinet murum. Circumpositi sunt huic oppido magni multique, intercisi vallibus, colles: quorum editissimus vnus, qui, propter victoriam Mithridatis et infelicitatem Triarii detrimentumque exercitus nostri, superioribus locis atque itineribus paene coniunctus oppido, magnam in illis partibus habet nobilitatem: nec multo longius milibus passuum tribus abest ab Zela. Hunc locum Pharnaces, veteribus paternorum felicium castrorum refectis operibus, copiis suis omnibus occupauit.

73. Caesar, quum ab hoste milia passuum quin-

Zela. Sic veteres libri, etiam Strabo (12. p. 560. *Ζῆλα*) et Ptolemaeus 5, 6. et Plutarchus in Caes. cap. 60. Stephanus *Ζῆλα* Armeniae, *Ζίηλα* Cappadociae adtribuit. Quidam neutro genere, Plutarchus feminino dixit. Plinius H. N. 6, 3. *Ziela* scripsit. *Cellarius.* Dauisius addidit, apud Dionem Cass. 42, 47 *Ζῆλαν* scribi. Oud. ad Wesselingii notas in Hieroclis synecdemum (p. 701 in Anton. itinerar.) lectores amandauit, vbi Zela in nostro loco defenditur, excluso altero Ziela. In Pliniano loco editio Harduini *Zela* habet. *M.*.

vnus. Scotium vocat Appianus Mithr. c. 120.

Triarius, a Lucullo, Tigranem Armenium persequente, in Ponto relictus, ingenti clade a Mithridate adflictus est. Appian. B. Mithrid. cap. 89. p. 231. et c. 120. p. 254. Plutarch. Lucull. c. 35. *Cellarius.*

superioribus locis — oppido. Haec verba non suo loco posita, sed post verbum *nobilitatem* coulocanda puto. Porro *superioribus locis atque itineribus* suspicor dictum esse pro, *itineribus per superiora loca* s. iuga, vt adeo editissimus ille collis paene coniunctus fuerit oppido, quia iter ab eo inde ad oppidum vsque fuit per superiora loca s. iuga. Sic et Wagnerus in versione Germanica expressit. *M.*

nec multo. Leg. *non m.* Procurrit ergo oratio in hunc modum: *quorum editissimus vnus, (qui, propter victoriam Mithridatis, inf. Tr, detrimentumque*

que castra posuisset videretque eas valles, quibus Regia castra munirentur, eodem interuallo sua castra munituras, si modo ea loca hostes priores non cepissent, quae multo erant propiora Regis castris; aggerem comportari iubet intra munitiones. Quo celeriter conlato, proxima nocte, vigilia quarta, legionibus omnibus expeditis, inpedimentisque in castris relictis, prima luce, neque opinantibus hostibus, eum ipsum locum cepit, in quo Mithridates secundum proelium aduersus Triarium fecerat. Huc omnem comportatum aggerem e castris seruitia agerent iussit, ne quis ab opere miles discederet, quum spatio non amplius mile passuum intercisa vallis castra hostium diuideret ab opere incepto Caesaris castrorum.

74. Pharnaces, quum id repente prima luce animaduertisset, copias suas omnes pro castris instruxit, quas, interposita tanta locorum iniquitate, consuetudine magis peruulgata militari credebat instrui Caesar; vel ad opus suum tardendum, quo plures in ar-

exercitus nostri, magnam in illis partibus habet nobilitatem,) superioribus locis atque itineribus paene coniunctum oppido, non multo — *Zela. M.*

Huc omnem — iussit. In his non habemus, opinor, genuinam manum scriptoris. Habent codd. alii *comportari;* alii *agerentur;* alii *agi;* alii *seruitiaque agi.* Quia tamen Oudendorpius sic, vt edidit, consensu MSS. legendum dicit: sequar hanc lectionem ita, vt *agerent* in *agere* mutem. *Agere aggerem,* rarior loquendi modus, significat, adferre, aduehere, quocumque modo fieri potest adportare materiam aggeris faciundi. *M.* Petauii codex, *agerent iussit.* Sic II. 27. *incendent iussit.* Dein *agere aggerem* hic et H. 7. vt *agere vineas* G. 2, 12. Inepte Iurinius dabat *comportari aggerem per seruitia iussit.* Cellarius: *comportari aggerem e castris seruitiaque agi* (inpelli) *iussit.* Cf. Oud. ad Suet. Ner. c. 22.

intercisa vallis, h. e. interiecta. Sed *intercisum* non est interiectum; potius id dicitur *intercisum,* quod interuallo seiunctum et diuisum est ab altero. v. Ind. Aut ergo h. l. verbo abvsus est scriptor; aut agnoscenda erit hypallage; aut, traiectis verbis, legetur, *intercisa* (disiuncta) *castra hostium vallis div. M.* Cf. et c. 72.

magis peru. mil. cons. Subaudi, quam quod reuera proelio decertare statuisset. Clarke

mis tenerentur; vel ad ostentationem Regiae fiduciae, ne munitione magis, quam manu, defendere locum Pharnaces videretur. Itaque deterritus non est, quo minus, prima acie pro vallo instructa, reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces, inpulsus siue loci felicitate; siue auspiciis et religionibus inductus, quibus obtemperasse eum postea audiebamus; siue paucitate nostrorum, qui in armis erant, comperta; quum more operis quotidiani magnam illam seruorum multitudinem, quae aggerem portabat, militum esse credidisset; siue etiam fiducia veterani exercitus sui, quem XXII in acie conflixisse, et vicisse legati eius gloriabantur; simul contemtu exercitus nostri, quem pulsum a se, Domitio Duce, sciebat, inito consilio dimicandi, descendere praerupta valle coepit. Cuius aliquamdiu Caesar inridebat inanem ostentationem et eo loco militum coartationem, quem in locum nemo sanus hostis subiturus esset: quum interim Pharnaces eodem gradu, quo praerupta in proelium descenderat valle, adscendere aduersus arduum collem instructis copiis coepit.

75. Caesar, incredibili eius vel temeritate, vel

temere τῷ *magis* substitui iubet *satis*. Similis locus Af. 48.

fiducia veterani exercitus. Codd. et edd. vet. inepte *fiducia veterana.*

quem XXII in acie confl. Inseritur vulgo *cum legione XXII.* Sed ista duo verba absunt a tribus codicibus, quorum vnus est ex optimis. Iam Scaliger tollenda censuerat verba. Tum est falsum, Pharnacem cum legione secunda et vicesima conflixisse (conf. cap. 34. 40). Et, quae tandem esset gloriatio, vnam legionem vicisse? Monuerant ergo viri docti, sensum esse hunc: quem vicies et bis in acie conflixisse gloriabantur. *M.* Vitium adeo manifestum Caesari male tribuitur. deleni auctoritate codicum.

sanus hostis. Τὸ *hostis* deleri vult Bentl.

quo praerupta — valle.

fiducia commotus, neque opinans inparatusque obpressus, eodem tempore milites ab operibus vocat, arma capere iubet, legiones obponit aciemque instruit: cuius rei subita trepidatio magnum terrorem adtulit nostris. Nondum ordinibus instructis, falcatae Regiae quadrigae permistos milites perturbant; quae tamen celeriter multitudine telorum obprimuntur. Insequitur has acies hostium et clamore sublato confligitur, multum adiuuante natura loci, plurimum Deorum inmortalium benignitate: qui quum omnibus casibus belli intersunt, tum praecipue eis, quibus nihil ratione potuit administrari.

76. Magno atque acri proelio comminus facto, dextro cornu, quo veterana legio sexta erat conlocata, initium victoriae natum est. Ab ea parte quum in procliue detruderentur hostes; multo tardius, sed tamen, iisdem Diis adiuuantibus, sinistro cornu mediaque acie totae profligantur copiae Regis: quae quam facile subierant iniquum locum, tam celeriter, gradu pulsae, premebantur loci iniquitate. Itaque multis militibus partim interfectis, partim suorum ruina obpressis, qui velocitate effugere poterant, armis

Sic e coniectura quidem Oud. edidit; probabili tamen et felici, (vt in magna varietate lectionis) nec nimis recedente a codd. scriptura. In vulg. edd. est, *quo in praeruptam descenderat vallem*, omissis verbis *in proelium*. *M.* Sed plurimi codd. et edd. vet. haec verba habent.

ab operibus vocat. Iurinius *ab opere reuocat.* Non opus.

falcatae quadrigae. Liu. 37, 41. Curt. 4, 9. et 15. *Cellarius.* Add. Diod. Sic. 17, 53. p. 530.

casibus belli. Leg. *bellicis*, quia omnes codd. habent *bellis*. *M.* Bentlei. *subitis belli.* frustra. Sic enim periret antithesis. Plantinus iam dedit *belli.*

Ab ea parte. Hic primus distinctionem maiorem posuit Dauisius.

tamen proiectis, vallem transgressi, nihil ex loco superiore inermes proficere poterant. At nostri, victoria elati, subire iniquum locum munitionesque adgredi non dubitarunt. Defendentibus autem iis cohortibus castra, quas Pharnaces praesidio reliquerat, celeriter castris hostium sunt potiti. Interfecta multitudine suorum, aut capta, Pharnaces cum paucis equitibus profugit: cui nisi castrorum obpugnatio facultatem adtulisset liberius profugiendi, viuus in Caesaris potestatem adductus esset.

77. Tali victoria toties victor Caesar incredibili est laetitia adfectus, quod maximum bellum tanta celeritate confecerat; quodque subiti periculi recordatio est laetior, quod victoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Ponto recepto, praeda omni Regia militibus condonata, postero die cum expeditis equitibus ipse proficiscitur; legionem sextam decedere ad praemia atque honores accipien-

inermes. Alii *inermi*, vt G. 1, 40. C. 1, 68.

toties victor. Glossam hoc sapit. Manutius malit legere *potius.*

est laetitia adfectus. Illo quidem tempore vsus est nobilissima illa voce: *Veni, vidi, vici.* Plutarch. Caes. cap. 50. Dio Cass. 42, 48. Appian. B. C. 2, 91. p. 485. De celeritate confecti huius belli vid. Sueton. Iul. 35. *M.*

quodque — laetior. Vulgo: *eratque sub. peric. recordatione laetior*, ex emendatione. *M.* praepostera scil. Receptam lectionem iam inuenias in cod. Regio et edd. ver.

Viniciano. Ita nomen in titulis et numis legitur. *Viniciae* gentis numos in Consularibus videsis apud Vaillant aliosque. Alios h. l. *Vinciano*, alii *Minutio* habent. Mox vulgo *reliquit.*

in Asiam, prouinciam Romanam, quae Proconsularis Asia dicta est. *Cellarius.*

distribuit. alii *disposuit.*

a quo — scripsimus. Alii *quo.* quod potest admitti. V. Cortius ad Sall. Iug. 21.

scripsimus. c. 26. *M.*

Bospori, tractus, qui supra

dos in Italiam iubet: auxilia Deiotari domum remittit: duas legiones cum Caelio Viniciano in Ponto relinquit.

78. Ita per Gallograeciam Bithyniamque in Asiam iter facit, omniumque earum prouinciarum de controuersiis cognoscit, et statuit, iura in Tetrarchas, Reges, ciuitates distribuit. Mithridatem Pergamenum, a quo rem feliciter celeriterque gestam in Aegypto supra scripsimus, Regio genere ortum, disciplinis etiam Regiis educatum, (nam Mithridates, Rex Asiae totius, propter nobilitatem Pergamo paruulum secum absportauerat in castra multosque tenuerat annos) Regem Bospori constituit, quod sub imperio Pharnacis fuerat; prouinciasque Populi Romani a barbaris atque inimicis Regibus, interposito amicissimo Rege, muniuit. Eidem Tetrarchiam [legibus] Gallograecorum iure gentis et cognationis adiudicauit, occupatam et possessam paucis ante annis a Deiotaro. Neque tamen vsquam

Pontum Euxinum a Bosporo Cimmerio ad Colchos excurrit, et Regnum Bosporanum vocatur, quem Pharnaces beneficio Pompeii, victo Mithridate patre, acceperat. *Cellarius.* Appian. B. Mithr. c. 114. p. 251. *M.*

quod (Regnum) *sub imper.* *M.*

[*legibus*]. Hoc verbum interpretes delendum censent, inclusitque vncis iam Casaubonus ad Strabon. 13. p. 625. Sed si Deiotaro neque legibus, neque moribus concessa fuit (c. 67): poterit dici legibus adiudicata alii. *M.*

iure gentis et cognationis. Si Casaubonus l. d. verum vidit, mater Mithridatis huius fuit filia vnius e Tetrarchis Galliae. Conf. Victorium var. lect. 3. 23. *M.* Oudend. forsan *iure gentis et legibus cognationis.*

occupatam et possessam. Haud dubie fuit ea pars, quam cap. 67. ceteri Tetrarchae questi sunt Deiotaro neque legibus, neque moribus, concessam esse. Vnam quidem partem Gallograeciae paterno iure tenebat Deiotarus. vid. Strabo p. 547. Locum Cic. de Diuin. 2, 37. Casaubonus iam contulit. *M.*

diutius moratus est, quam necessitas vrbanarum seditionum pati videbatur. Rebus feliciſſime celerrimeque confectis, in Italiam celerius omnium opinione venit.

vrban. seditionum. Conf. c. 65. *M.*

in Italiam — venit. His circiter temporibus, Pompeio devicto, Aegypto subacta Asiaque pacata, et metus et adulatio Romae decreuit Caesari non modo statuas, coronas, aliaque id genus plura; sed etiam summam potestatem de bello et pace statuendi, Consulatum in quinquennium, Dictaturam in annum et plura, quae infinitam dominationem magis magisque firmarunt. Dio Caſſ. 42, 19. 20. Quae vero Caesar tum maxime, victo Pharnace redux, egerit, quomodo pecunias conraserit, militum turbas sedauerit, plebem sibi conciliauerit, honores distribuerit, ea idem narrat ibid. c. 50. seq. *M.*

A. HIRTII
DE
BELLO AFRICANO
LIBER SINGVLARIS

Incertum auctorem esse, didicimus a Suetonio in Iul. Caes. c. 56. Ergo nomina *Oppii*, *Hirtii*, *Caesaris*, in codicibus praefixa, vel incerta, vel falsa sunt. Cf. ad init. libri octaui de B. G. et libri de B. Alex. Iusto Lipsio (Elect. 2, 22) hic liber, vt Brantius monuit, inter pleraque Romana scripta simplicitate, puritate et omnis generis virtutibus eminere visus est, et dignior Caesare, quam ipsi illi commentarii de bello Gallico et ciuili. Cui sententiae equidem subscribere non sustineo, qui plura verba, a Caesaris oratione abhorrentia, anacolutha duriora, negligentiamque non gratam ei inesse sciam. vid. c. 25. Vel illud *interim* nonne ad taedium vsque occurrit? Ac profecto, si quis recens a Caesaris commentariis ad hunc librum accesserit, is, opinor, diuersitatem non exiguam dictionis sentiet. Guischardus, qui non orationem, sed rem examinauit, et cuius sententiam suis locis indicaui, etsi scriptoris peritiam agnoscit: tamen saepius de obscura breuitate conquestus est, multa examinaturis rem relicta esse censuit, et quaedam adeo alienae manus additamenta sibi reperisse visus est. *M.*

Et huic libro Hirtii nomen praefixit Oudendorpius more recepto; quumque vulgo ita citari soleat, idem mihi faciundum putaui. Guischardus censet, *Hirtii* hoc opus a *Iulio Celso* subpletum et sub incudem reuocatum, qui hinc inde barbara miscuerit.

A. HIRTII
DE
BELLO AFRICANO
LIBER SINGVLARIS

ARGVMENTVM

Cap. 1. *Caesar in Africam profectus* 2—6. *Adrumetum frustra tentat. ad Ruspinam castra locat.* 7. *Illi Leptis se dedit, quo* 8. *auxilia conuocat.* 9—11. *de frumento sibi prospicit.* 12—19. *cum Labieno aliquoties confligit.* 20. 21. *in castris ad Ruspinam copias auget, arma, victum parat.* 22. 23. *Catonis, Vticae Praesidis, hortatu Pompeius filius Mauritaniam, Bodugis Regnum, inuadit. Ascurum frustra obsidet.*
Cap. 24. *Scipio, Labienus et Petreius copias iungunt. Caesar graui annona laborat.* 25. *Iubam Regem, suis auxilio egressum, Sitius et Rex Bochus reuerti cogunt.* 26. *Caesar de aduentu suo Afros certiores reddit, auxilia parat.* 27. *Scipio elephantos condocefacit.* 28. *Titios fratres, a Virgilio captos, Scipio trucidat.* 29. *Leptim frustra obpugnat Labienus.* 30—32. *Pugnam cum Scipione vitat Caesar. Gaetulos in partes suas trahit Numidasque.* 33. *Achilla ciuitate in deditionem recepta a Messio et* 34. *Cercina insula a Sallustio, frumento auxiliisque Caesar augetur.* 35. *Gaetuli. Scipionis speculatores, apud Caesarem remanent. Multi eius gentis ad eum transeunt.* 36. *Tisdra legatos de deditione ad eum mittit. Sitius castellum in Numidia vi expugnat.*
Cap. 37—42. *Ad Ruspinam Caesar et Scipio dimicare tentant nec audent.* 43. *Considius Achillae obsidionem deserit; Adrumetum se recipit.* 44—46. *Naues Caesaris ab hostibus interceptae. Veteranos captos, incassum sollicitatos, caedi iubet Scipio.* 47. *Saxea grandine subitoque imbre Caesariani vexantur. Pilorum cacumina ardent.*

De bello Africano. Alias *Africo*, vt C. 2, 32.

Cap. 48. *Iuba ad Scipionem auxilia adducit.* 49—52. *Caesar prope Vzitam cum hoste prospere pugnat.* 53. *Legiones nona et decima ex Sicilia aduenlunt.* 54. *Militares Praefectos cum dedecore ab exercitu remouet Caesar.* 55. *Contra Gaetulos desciscentes Iuba partem exercitus in Regnum remittit.* 56. 57. *Caesariani cum Scipionis militibus conloquuntur. Aquinio, cum Saserna confabulanti, silentium inponit Iuba.* 58—64. *Inter Vzitam et Adrumetum varia statim fortuna pugnatur; tandem victor euadit Caesar.* 65—73. *Framentandi studio dimicatur. Zetam Caesar capit. suos, quo modo contra elephantos pugnandum, docet.* 74. *Vaccam oppidum, Caesari fauens, Iuba diripit deletque.* 75—77. *Ad Sarsuram accedit Caesar eamque capit. Mox et Thobenam.* 78. *Proelium ad Tegeam.*

Cap. 79—88. *Caesar, ad Thapsum victor, accedit ad Vticam, qua, Catone vi sibi inlata mortuo, potitur per L. Caesarem.* 89—90. *Ipse Q. Ligario vitam concedit. Vticam venit, incolarum partem mulcta adficit.* 91. 92. *Iubam Zamenses oppido excludunt.* 93. *Considius Tisdra fugit. Virgilius se dedit victori.* 94. *Iuba et Petreius voluntaria morte pereunt.* 95. *P. Sitius Saburam interficit, Iubae Praefectum. Faustus et Afranius pereunt.* 96. *item Scipio ad Hipponem Regium.* 97. *Caesar Zamae et Vticae bona hostium vendit. Numidiam prouinciam facit. Thapsitanis, Adrumetinis, Leptitanis, Tisdritanis mulctam inponit, ciuitates a rapina defendit.* 98. *Carales in Sardiniam, mox et Romam, transit.*

Caesar itineribus iustis confectis, nullo die intermisso, a. d. XIIII. Kal. Ian. Lilybaeum peruenit, statim-

itineribus iustis. vid. ad B. C. 3, 76. *M.*

a. d. XIIII. Kal. Ian. Annus fuit 707 P. V. C. Temporis vero ratione tum vehementer perturbata, efficitur, hunc diem, qui nunc a. d. XIIII. Kal. Ian. dicitur, fuisse e vera ratione tricesimum Septembris, vt Vsserius in Annal. ad a. m. 3958. et Guischardus (Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains T. 2., p. 244), aliique plures monuerunt. Tractat autem Guischardus illo loco vniversum hoc bellum Africanum permultis; repetenda partim narratione scriptoris nostri, partim ita omnibus examinandis ac diiudicandis, vt prudentia Caesaris et dexteritas adpareat, atque pluribus etiam locis huius libri lux adfundatur. *M.*

Guischardi duae editiones exstant, altera formae in 4to. à la Haye 2 Vol. 1758. altera in 8vo. Berlin 4 tom. 1774. Locus hic ex edit. 2da citatus in edit. priore exstat t. 2. p. 179. Secutus tunc plane fuit Guischardus Vsserium, sed, re adcuratius perpensa, in opere a. 1773 sub titulo, Mémoires critiques et historiques sur plusieurs points d'antiquités militaires, Berolini emisso, p. 387. temporum horum rationem ex professo tractauit, vbi istum diem *a. d. XIIII.*

que oſtendit, ſeſe naues velle conſcendere, quum non amplius legionem tironum haberet vnam, equites vix ſexcentos. Tabernaculum ſecundum litus ipſum conſtituit, vt prope fluctus verberaret. Hoc eo conſilio fecit, ne quis ſibi morae quidquam fore ſperaret, et vt omnes in dies horasque parati eſſent. Incidit per id tempus, vt tempeſtates ad nauigandum idoneas non haberet; nihilo tamen minus in nauibus remiges militesque continere et nullam praetermittere occaſionem profectionis; quum praeſertim ab incolis eius prouinciae nunciarentur aduerſariorum copiae, equitatus infinitus, legiones Regiae quatuor, leuis armaturae magna vis, Scipionis legiones decem, elephanti CXX, claſſesque eſſe complures; tamen non deterrebatur, animoque et ſpe confidebat. Interim in dies et naves longae adaugeri et onerariae complures eodem concurrere et legiones tironum conuenire, in his veterana legio quinta, equitum ad duo milia.

2. Legionibus conlectis ſex et equitum duobus milibus, vt quaeque prima legio venerat, in naues longas inponebatur, equites autem in onerarias. Ita maiorem partem nauium antecedere iuſſit et inſulam petere Aponianam, quae non abeſt a Lily-

Kal. Ian. ad vigeſimum ſecundum Octobris refert. Reſpice ad Chronologiam praefationi noſtrae ſubiunctam.

Lilybaeum. Vulgo *in L.*

equites. Vulgo *equitesque.*

vet. legio quinta. Haec legio, indice Guiſchardo in Mém. crit. p. 317. ex iis fuit, quas ſuo ſumtu Caeſar conſcripſerat in Gallia teſte Suetonio c. 24. qui eam Gallico vocabulo *Alaudam* dictam refert. Guiſchardus per iocum vel inuidiae faciendae cauſſa ſic nominatam perhibet. Apud Ciceronem id nominis iam occurrit Phil. 1, 8. 5, 5. ad Att. ep. 16, 8. Cf. et Gruter. p. 559.

inſulam Aponianam. Cluuerio (Sicil. 2, 15) videtur *Aeguſa* eſſe, vna e tribus, quae obiacent Lilybaeo. Alii *Paconiam* Ptolemaei putant eſſe, quae vero longius a Lilybaeo, et extra viam Africanam ſita eſt. *Cellar.* In cod. Leid. primo *Apononiam* legitur, teſte Oudend. Guiſchardus (Mémoires militaires T. 2. p. 247) eſſe putat eam, quae nunc Flavagnana dicitur. *M.*

quae non abeſt a Lilybaeo. Lectio corrupta et ſine ſenſu. In quibusdam codd. ne additur quidem *non*; in aliis vero etiam *eſt* pro *abeſt* legitur. Sed nihil horum ferri poteſt. Ergo vel

haec: ipſe parum commoratus, bona paucorum vendit publice: deinde Allieno Praetori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus praecipit et de reliquo exercitu celeriter inponendo. Datis mandatis, ipſe nauem conſcendit a. d. VI Kal. Ian. et reliquas naves ſtatim eſt conſecutus. Ita vento certo celerique nauigio vectus, poſt diem quartam cum longis paucis nauibus in conſpectum Africae venit: namque onerariae reliquae praeter paucas, vento diſperſae atque errabundae, diuerſa loca petierunt. Clupeam claſſe praeteruehitur, deinde Neapolim: complura praeterea caſtella et oppida non longe a mari relinquit.

3. Poſtquam Adrumetum acceſſit, vbi praeſidium erat aduerſariorum, cui praeerat C. Conſidius, et, a Clupeis ſecundum oram maritumam cum equitatu Adrumeti, Cn. Piſo cum Maurorum circiter tribus milibus adparuit: ibi paulliſper Caeſar ante portum commoratus, dum reliquae naues conuenirent, exponit exercitum; cuius numerus in praeſentia fuit peditum III milia, equitum CL; caſtriſque ante oppidum poſitis, ſine iniuria cuiusquam conſedit; cohibetque omnes a praeda. Oppidani interim mures

cum Cluuerio et Cellario legetur: *quae non longe abeſt a Lilybaeo;* vel cum Ciacconio et Dauiſio dicemus, in illo *non* latere numeri notam, quae diſtantiam inſulae a Lilybaeo indicaverit. *M.* Sub particula *non* heic et apud Celſum p. 214 latere *II M.* i. e. *duo milia* vel *duobus milibus* ſuſpicatur Dauiſ. Heinſius *I M.* i. e. *vno miliario.*

ipſe parum comm. Sic codex Dauiſii, idque videtur verum: vulgo, *ibique commoratus*: ſed rurſus vnus codex omittit haec *ibique commoratus*: quidam *ibique* omittunt. *M.* Bentl. velit *perumper.*

inponendo. Datis. Tollit punctum Clarkius, vt ſequentia iungat. non male, puto. Aſt Oud. *datis mandatis* gloſſema eſſe putat.

a. d. VI. Kal. Ian. die XXXI. Octobris. V. Chronol.

vbi praeſid. Sic e codd. Goduinus et Oud. Vulgo *ibi.*

et, a Clupeis. Male coniunctionem damnat Dauiſius.

Adrumeti, Cn. Piſo. In mira codd. varietate legerim: *Adrumetum profectus Cn. Piſo cum Mauris circ.* — — Addidi verbum *profectus;* cetera omnia in codd. exſtant. *M.* Contra Oud. arbitratur, *cum equitatu Adrumeti* (pro quo malit *Adru-*

armatis complent: ante portam frequentes consident ad se defendendum: quorum numerus duarum legionum intus erat. Caesar, circum oppidum vectus, natura loci perspecta, redit in castra. Non nemo culpae eius inprudentiaeque adsignabat, quod neque certum locum gubernatoribus praefectisque, quem peterent, praeceperat; neque, vt mos ipsius consuetudoque superioribus temporibus fuerat, tabellas signatas dederat, vt in tempore, iis perlectis, locum certum peterent vniuersi. Quod minime Caesarem fefellerat: namque nullum portum terrae Africae, quo classes decurrerent, pro certo tutum ab hostium praesidio fore suspicabatur; sed fortuitu oblatam occasionem egressus aucupabatur.

4. L. Plancus interim Legatus petit a Caesare, vti sibi daret facultatem cum Considio agendi, si posset aliqua ratione perduci ad sanitatem. Itaque, data facultate, litteras conscribit et eas captiuo dat perferendas in oppidum ad Considium. Quo simul atque captiuus peruenisset litterasque, vt erat mandatum, Considio porrigere coepisset, priusquam acciperet ille, *Vnde*, inquit, *istas?* Tum captiuus: *Imperatore a Caesare.* Tunc Considius,

metino) spectare ad Considium; proinde post *Adrumeti* comma ponit. sequor. Iurinius, legi suadet: *a CL sec. or. m. Cn. Piso cum equitum Maur. c. tr. m. adp.* omissis quae intersunt.

ibi paulisper. Male ante *ibi* distinctio maior erat posita, quam Oud. sustulit.

equitum CL. Alii *D.*

antem portam. Codd. male *portum.* Mox Iurinius *consi-stunt.*

neque certum locum — peterent. Hunc sensum res ipsa facit necessarium: codices tamen *circum locum* pro *certum locum*, et *quid* pro *quem* exhibent. *M.*

vt mos ipsius consuetudoque. Alii *more ipsius consuetudo.*

fortuitu. Ita Cic. de Offic. 1, 29. Plaut. Aulul. 2, 1, 41. Non ergo opus cum Oudend. ex Leid. 1. reponere *fortuito casu.* Id non tolerabile videtur Iurinio ob sequens *occasionem.*

Imperatore a Caesare. Sic Dauisius quidem voluit legi, et ante eum, vt monuit Oud. iam Casp. Barthius (Aduers. 16, 5): sed non possum probare. Nam primo Latina consuetudo non fert hunc ordinem verborum. Quis, quaeso, interrogatus, a quo Catilina eiectus sit, responderit: Consule a Cicerone? Miror, talia scriptoribus obtrudi.

Vnus est, inquit, *Scipio Imperator hoc tempore Populi Romani*. Deinde in conspectu suo captiuum statim interfici iubet litterasque nondum perlectas, sicut erant signatae, dat homini certo ad Scipionem perferendas.

5. Postquam, vna nocte et die ad oppidum consumta, neque responsum vllum a Considio dabatur; neque ei reliquae copiae succurrebant; neque equitatu abundabat; et ad oppidum obpugnandum non satis copiarum habebat et eas tironum; neque primo aduentu conuulnerari exercitum volebat; et oppidi egregia munitio et difficilis ad obpugnandum erat accessus; et nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis subpetias venire; non est visa ratio ad obpugnandum oppidum commorandi, ne, dum in ea re Caesar esset occupatus, circumuentus a tergo ab equitatu hostium laboraret.

6. Itaque, castra quum mouere vellet, subito ex oppido erupit multitudo atque equitatus subsidio vno tempore eis casu succurrit, qui erat missus ab Iuba ad stipendium accipiendum, castraque, vnde Caesar egressus iter facere coeperat, occupant et eius agmen extremum insequi coeperunt. Quae res quum animaduersa esset, subito legionarii consistunt, et equites, quamquam erant pauci, tamen contra tantam multitudinem audacissime concurrunt. Accidit res incredibilis, vt equites minus trigenta Galli Maurorum

Deinde nullus codex habet *Imperatore*; sed in iis est vel *immo*, vel *ymo*. Rursus vulgata lectio, *Venio a Caesare*, nullo codice nititur; sed est ex emendatione. Equidem non video, quid illi *immo* faciam: suspicor tamen, post verba *Vnde istas?* aliquid excidisse. Scilicet, cum ille quaesisset: *Vnde istas?* et addidisset: *A Scipione?* (et poterat hoc quaerere, quia aliquem e suis militibus videbat) captiuus respondit: *Immo a Caesare*. Sic et responsio Considii apta erit, vnum Scipionem esse Imperatorem; et, quia nunc comperit, eum captum ab hostibus esse, quia e Caesaris castris venerit, iubet illico interfici. *M*. Istud *imo* ortum videtur e voce *Imp*. quod visum Davisio et Oudend. Sed Celsus simpliciter *a Caesare*. Hoc placet Cellario, qui occisum credit captiuum, quod Considius suspicaretur de vrbis traditione agere litteras.

equitum duo milia loco pellerent vrguerentque in oppidum. Poſtquam repulſi et coniecti erant intra munitiones, Caeſar iter conſtitutum ire contendit. Quod quum ſaepius facerent, et modo inſequerentur, modo rurſus ab equitibus in oppidum repellerentur: cohortibus paucis ex veteranis, quas ſecum habebat, in extremo agmine conlocatis, et parte equitatus, iter leniter cum reliquis facere coepit. Ita, quanto longius ab oppido diſcedebatur, tanto tardiores ad inſequendum erant Numidae. Interim in itinere ex oppidis et caſtellis legationes venire, polliceri frumentum paratosque eſſe, quae imperaſſet, facere. Itaque eo die caſtra poſuit ad oppidum Ruſpinam Kalendis Ianuariis.

7. Inde mouit et peruenit ad oppidum Leptin, liberam ciuitatem et immunem. Legati ex oppido veniunt obuiam; libenter ſe omnia facturos, quae vellet, pollicentur. Itaque, Centurionibus ad portas oppidi et cuſtodiis inpoſitis, ne quis miles in oppidum introiret, aut iniuriam faceret cuipiam incolae, non longe ab oppido ſecundum litus facit caſtra. Eodem naues onerariae et longae nonnullae caſu aduenerunt; reliquae, vt eſt et nunciatum, incertae locorum Vticam verſus petere viſae ſunt. Interim Caeſar a mari non digredi, neque mediterranea petere propter nauium errorem, equitatumque in

Vnus — Romani, Ergo nulla Caeſaris mandata agnoſco. *M.*

ſignatae. Sic et Valer. Max. 6, 5, 6. Nepos Pelop. 3, 2.

tironum. Cf. c. 1. *M.*

acceſſus. Alii *adſcenſus.*

ad ſtipend. accip. a Scipione. cf. c. 8. *M.*

vrguerentque. Quidam codd. *fugarentque*, quod Oud. recte videtur gloſſema. *M.*

Kal. Ianuariis, h. e. die 13 Octobris anni P. V. C. 707, vt ad cap. 1. ex Vſſerii annalibus monui. *M.* Potius V Nouembris. V. Chronol. Ceterum haec *Kal. Ian.* male ab aliis trahuntur ad ſequentia. *Kalendae Ianuariae* intelliguntur anni 708. qui confuſionis.

Leptin paruam eſſe, quia haec a Ptolemaeo vicina Ruſpinae et Adrumeto dicitur, monuit Cellarius. Cf. ad B. C. 2, 38. *M.*

incertae locorum, neſcientes, quae loca peterent: Caeſar enim non conſtituerat certum locum, quem peterent, vt eſt c. 3. *M.*

nauibus omnem continere, vt arbitror, ne agri vastarentur; aquam in naues iubet comportari. Remiges interim, qui aquatum e nauibus exierant, subito equites Mauri, neque opininantibus Caesarianis, adorti, multos iaculis conuulnerauerunt, nonnullos interfecerunt: latent enim in insidiis cum equis inter conualles et subito exsistunt, non vt in campo comminus depugnent.

8. Caesar interim in Sardiniam nuncios cum litteris et in reliquas prouincias finitumas dimisit, vt sibi auxilia, commeatus, frumentum, simul atque litteras legissent, mittenda curarent; exoneratisque partim nauibus longis, Rabirium Postumum in Siciliam ad secundum commeatum arcessendum mittit. Interim cum decem nauibus longis ad reliquas naues onerarias conquirendas, quae deerrassent, et simul mare tuendum ab hostibus iubet proficisci. Item C. Sallustium Crispum Praetorem ad Cercinam insulam versus, quam aduersarii tenebant, cum parte nauium ire iubet: quod ibi magnum numerum frumenti esse audiebat. Haec ita imperabat, ita vnicuique praecipiebat, *vti, fieri posset nec ne, locum excusatio nullum haberet; nec moram tergiuersatio.* Ipse interea, ex perfugis et incolis cognitis conditionibus

continere. scil. coepit. Alii *contineri.* Sed v. et c. 25.

exsistunt. Reliquae lectiones, *exsiliunt*, *exeunt*, sunt interpretamenta. *M.* Optimi codd. *exsistunt.* i. e. *comparent.* V. Ind. Iurinius velit *exsistunt noui et.*

non vt — depugnent. Legerim: *non, vt in campo* (vt fieri solet in planicie), *comminus depugnant.* *M.* Bene, credo. Nam sermo est de more equitum Maurorum consueto.

secund. commeatum. v. Ind. *M.*

Interim cum decem nau. In verbo *interim* Dauisius et Clarkius latere putant nomen hominis, quem Caesar iussit proficisci. *M.* Hominis nomen, quod praecedenti *Rabirio* et seq. *Sallustio* respondeat. forsan aderat *Vatinium*, de quo A. 44.

ita vnicuiq. Alii *itaque.*

vti, fieri — haberet. Leg. cum Dauisio et Clarkio e cod. Regio: *vt, si fieri posset, ne* (immo, *nec*) *locum excusatio vllum haberet —.* *M.* Consentiunt et alii codd. et edd. vet. vt omnino credam ita legendum. Quaerit tamen Oud. quid

Scipionis, et qui cum eo contra se bellum gerebant, miserari, (Regium enim equitatum Scipio ex prouincia Africa alebat.) tanta homines esse dementia, vt malint Regis esse vectigales, quam cum ciuibus in patria in suis fortunis esse incolumes.

9. Caesar a. d. III. Non. Ian. castra mouet: Leptique sex cohortium praesidio cum Saserna relicto, ipse rursus, vnde pridie venerat, Ruspinam cum reliquis copiis conuertit ibique, sarcinis exercitus relictis, ipse cum expedita manu proficiscitur circum villas frumentatum oppidanisque imperat, vt plaustra iumentaque omnia sequantur. Itaque magno frumenti inuento numero, Ruspinam redit. Hoc eum idcirco existimo fecisse, vt marituma oppida post se ne vacua relinqueret, praesidioque firmata ad classim receptacula muniret.

10. Itaque, ibi relicto P. Saserna, fratre eius, quem Lepti proximo oppido reliquerat, cum legione, iubet comportari ligna in oppidum quam plurima: ipse cum cohortibus septem, quae ex veteranis legionibus in classe cum Sulpicio et Vatinio rem gesserant, ex oppido Ruspina egressus, proficiscitur ad portum, qui abest ab oppido milia passuum duo, ibique classem sub vesperum cum ea copia conscendit. Omni-

tum singulare hic in Caesare notetur? Cf. c. 26.

loc. excus. nullam. Conf. cap. 26.

ex prouincia. Sic codd. Alii *in pr.* male.

vt malint. Ita codd. Vulgo *mallent.*

vectigales. Scipio Iubae stipendium ad equites alendos soluebat. Cf. c. 6. *M.*

a. d. III. Non. Ian. i. e. VII. Non.

Hoc eum — fecisse. Codd. *recepisse.* Ergo legetur cum Dauisio: *Huc eum — recepisse se. M.* Non spernit hoc Oud. Ipse tamen suspicatur leg. *repetisse hoc* (oppidum).

ad classim recept. Leg. *ad classis* (vel *classium*) *receptacula. M.* Hoc probat Oudend. sed vulgatum retinet. Intellige: *quo se recipere posset.*

conscendit, omnibus — consilium, qui magno — sollicit. Sic locus distinguendus et legendus e cod. Dauisii. *tristimonia* e codd. reuocauit Oud. pro vulg. *tristitia. M.* Contra sentio cum Oud. distinguendum post *conscendit.* neque opus isto *qui.* Sic et alibi struuntur ablatiui absolute. Cf. not. ad

Tt

bus in exercitu inſciis et requirentibus Imperatoris conſilium, magno metu ac triſtimonia ſollicitabantur. Parua enim cum copia, et ea tironum, neque omni expoſita, in Africa contra magnas copias, et inſidioſae nationis, equitatumque innumerabilem, ſe expoſitos videbant; neque quidquam ſolatii in praeſentia, neque auxilium in ſuorum conſilio animum aduertebant, niſi in ipſius Imperatoris vultu, vigore, mirabilique hilaritate; animum enim altum et erectum prae ſe gerebat. Huic adquieſcebant homines, et in eius ſcientia et conſilio omnia ſibi procliuia omnes fore ſperabant.

11. Caeſar, vna nocte in nauibus conſumta, iam caelo albente, quum proficiſci conaretur, ſubito nauium pars, de qua timebat, ex errore eodem conferebatur. Hac re cognita, Caeſar celeriter de nauibus imperat omnes egredi atque armatos in litore reliquos aduenientes milites exſpectare. Itaque, ſine mora nauibus eis in portum receptis, et aduectis militum equitumque copiis, rurſus ad oppidum Ruſpinam redit atque, ibi caſtris conſtitutis, ipſe cum cohortibus expeditis triginta frumentatum eſt profe-

G. 7, 4. et A. 17. vbi *his pulſis — — adplicauerunt.* Dein apud Petron. c. 63. etiam legitur *in triſtimonia* (vel *triſtimonio*) *eſſe.* Citatur et ex Naevio apud Feſtum: *triſtimonium* (*triſtimoniam*) *deturbat ex animo.*

et inſidioſae nat. ſcil. *et eas quidem inſ. n.*

vigore. Liu. 7, 4. *naturalis vigoris.*

procliuia. Alii *procliua.*

vti nihil. Sic codices: vulgo, *ne illi. M.* Terent. Andr. 1, 2, 30. *nihil me fallis.* vbi vid. Donat.

anteceſſores. Sueton. Vit. 17. *anteceſſores agminis.* Cf. Ind.

Hac re cognita, Caeſar —. Sequitur narratio, de qua Guiſchardi iudicium (Mém. milit. T. 2. p. 196. vel T. 2. p. 273) adſcripſi: *Tout le récit que fait Hirtius de cette action, eſt extrêmement embrouillé, et l'on ne peut le comprendre qu'après une longue méditation.* Paullo poſt (p. 288) ſcriptorem rurſus dicit ſummam rei ita ſtrinxiſſe, vt lectoribus multa cogitanda et explicanda relinqueret. Ac dedit ille vir doctus operam, vt, quoad fieri poſſet, peritis rei militaris omnem modum atque rationem rei gerendae demonſtraret: ſed cum ſuo cuidam aduerſario non omnia probaſſet, vberius ea defen-

ctus. Ex eo est cognitum Caesaris consilium, illum cum classe nauibus onerariis, quae deerrassent, subsidio ire clam hostibus voluisse, ne casu inprudentes suae naues in classem aduersariorum inciderent: neque eam rem eos voluisse scire, qui in praesidiis relicti sui milites fuissent, vti nihil propter suorum paucitatem et hostium multitudinem metu defioerent.

12. Interim, quum iam Caesar progressus esset a castris circiter milia passuum tria, per speculatores et antecessores equites nuntiatur ei, copias hostium haud longe ab sese visas. Et hercule cum eo nuncio puluis ingens conspici coeptus est. Hac re cognita, Caesar celeriter iubet equitatum vniuersum, cuius copiam habuit in praesentia non magnam, et sagittarios, quorum paruus numerus, ex castris arcessi, atque ordinatim signa se leniter consequi: ipse antecedere cum paucis armatis. Iamque, quum procul hostis conspici posset, milites in campo iubet galeari et ad pugnam parari. Quorum omnino numerus fuit triginta cohortium, cum equitibus quadringentis et sagittariis CL.

13. Hostes interim, quorum Dux erat Labienus,

dit in altero opere (Mémoires critiques et historiques T. 4. p. 180), vbi narrationem hanc a c. 12 vsque ad 17 vertit et interpretatus est. *M.*

sagittarios — arcessi. Sic codd. boni. Addiderim *erat* post *numerus*. Vulgo: *sag. quorum paruus e castris exierat numerus, arc. M.* Alii *arcessiri*. v. Ind.

ordinatim, ordinibus instructis, *rangés en bataille.* Guischardus (T. 4. p. 185 sqq.) *M.* Adde Mém. crit. p. 512. Inde *densi ordines*, *une bataille rangée sur beaucoup de profondeur*, cuius contrarium *rari ordines*.

galeari. In itinere galeas adpendebant ad humerum dextrum ante pectus. Sic in columna Traiana sistuntur.

cum equitibus CCCC. Guischard. in Mém. mil. Vol. 2. p. 197. ch. 8. legi iubebat *MCCCC.* quia mox de vniuerso equitatu dixerat; habuerat autem in Sicilia MM equites et maxima pars aduenerat. Verum in Mém. crit. p. 511. firmat vulgatum, non intelligendum scil. nisi de iis equitibus, quos secum habuit prius, quam reliquos e castris arcessiuerat ob Labieni accessum.

sagittariis CL. Numerum CL felici coniectura addidit Oudendorpius, quia in codd. inter verba *sagittariis* et *Hostes* legitur *et* seu *ei*. *M.*

et duo Pacidii, aciem dirigunt mirabili longitudine, non peditum, sed equitum, confertam; et inter eos leuis armaturae Numidas et sagittarios pedites interposuerant et ita condensauerant, vt procul Caesariani pedestres copias arbitrarentur; et dextrum ac sinistrum cornu magnis equitum copiis firmauerant. Interim Caesar aciem dirigit simplicem, vt poterat, propter paucitatem: sagittarios ante aciem constituit: equites dextro sinistroque cornu obponit, et ita praecipit, vt prouiderent, ne multitudine equitatus hostium circumuenirentur: existimabat enim, se cum pedestribus copiis acie instructa dimicaturum.

14. Quum vtrimque exspectatio fieret, neque Caesar se remoueret, et cum suorum paucitate contra magnam vim hostium artificio magis, quam viribus, decernendum videret; subito aduersariorum equitatus sese extendere et in latitudinem promouere collesque complecti et Caesaris equitatum extenuare simulque ad circumeundum comparare se coeperunt. Caesariani equites eorum multitudinem aegre sustinebant. Acies interim mediae quum concurrere conarentur, subito ex condensis turmis pedites Numidae leuis armaturae cum equitibus procurrunt et inter legionarios milites iacula coniiciunt. Hic, quum Caesariani in eos inpetum fecissent, illorum equites refugiebant: pedites interim resistebant, dum equites rursus, cursu renouato, peditibus suis succurrerent.

Pacidii. Alii *Pacidei.*

Caesar ac. dir. simpl. *Il rangea ses troupes sur une seule ligne.* Guischard. T. 4. p. 191. vel Vol. 2. p. 198. Cf. Af. B. c. 57. *M.*

se remoueret. Sic e codd. et edd. vet. emendauit Scaliger. Vulgo *moueret.*

colles complecti, ita circuire, vt essent simul colles in eo spatio, quod ille extensus equitatus occupabat. *M.*

equitatum extenuant, cogunt eum se extendere in latitudinem, ne stet amplius densus. *M.*

ex condensis turmis. Guischard h. l. intelligit totam aciem peditum equitumque. Mémoir. mil. T. 2. p. 200.

pedites Numidae. forsan *pedites* e glossa; nam in codd. quibusdam deest.

legion. milites. Sic cod. Davisii: reliqui codices et edd.

15. Caesar, nouo genere pugnae oblato, quum animum aduerteret, ordines suorum in procurrendo turbari, (pedites enim, dum equites longius ab signis persequuntur, latere nudato, a proximis Numidis iaculis vulnerabantur; equites autem hostium pilum militis cursu facile vitabant) edicit per ordines, ne quis miles ab signis quatuor pedes longius procederet. Equitatus interim Labieni, suorum multitudine confisus, Caesaris paucitatem circumire conatur: equites Iuliani pauci, multitudine hostium defessi, equis conuulneratis, paullatim cedere: hostis magis magisque instare. Ita puncto temporis omnibus legionariis ab hostium equitatu circumuentis, Caesarisque copiis in orbem compulsis, intra cancellos omnes coniecti pugnare cogebantur.

16. Labienus in equo, capite nudo, versari in prima acie; simul suos cohortari, nonnumquam legionarios Caesaris ita adpellare: *Quid tu*, inquit, *miles tiro, tam ferocilus es? Vos quoque iste verbis infatuauit. In magnum mehercule vos periculum inpulit. Misereor vestri.* Tum miles: *Non sum*, inquit, *tiro, Labiene; sed de legione X veteranus.* Tum Labienus: *Non agnosco*, inquit, *signa decumanorum.* Tum miles: *Iam me, qui sim, intelliges:* simul cassidem de capite deiecit, vt cognosci ab eo posset, atque ita pilum, viribus contortum, dum in Labienum mittere contendit, equi grauiter

vet. *pedites.* Sed et *milites* et *pedites* est recentius assumendum. *M.*

in orbem compulsis — pugnare. ex omni parte pugnare. *se battre de front, sur ses flancs et sur ses derrieres.* Guischard. Mém. mil. Vol. 2. p. 202. Male reddiderant D'Ablançourt, Wailly etc.

intra cancellos coniecti, cincti, inclusi. — Atque hoc tempus Caesari per omnem vitam vnum omnium periculosissimum fuit. *M.* Simili metaphora vtitur Cic. pro Quinctio c. 10. et de Orat. 1, 12.

Tum miles etc. Haec narratiuncula iure suspecta est Guischardo l. c. p. 203.

cognosci. Alii *agnosci.* Servius ad Aen. 8, 155. *agnoscimus nouos; cognoscimus antiquos.*

aduerso pectori adfixit, et ait: *Labiene, decumanum militem, qui te petit, scito esse.* Omnium tamen animi in terrorem coniecti, et maxime tironum: circumspicere enim Caesarem, neque amplius facere, nisi hostium iacula vitare.

17. Caesar interim consilio hostium cognito, iubet aciem in longitudinem quam maximam porrigi, et alternis conuersis cohortibus; vt vna post alteram ante signa tenderet. Ita coronam hostium dextro sinistroque cornu mediam diuidit; et vnam partem ab altera exclusam equitibus intrinsecus adortus cum peditatu, telis coniectis in fugam vertit; neque longius progressus, veritus insidias, se ad suos recipit. Idem altera pars equitum peditumque Caesaris facit. His rebus gestis ac procul hostibus repulsis conuulneratisque, ad sua praesidia sese, sicut erat instructus, recipere coepit.

18. Interim M. Petreius et Cn. Piso cum equitibus Numidis MC electis, peditatuque eiusdem generis satis grandi, ex itinere recta subsidio suis occurrunt. Atque hostes, suis ex terrore firmatis rursusque renouatis animis, legionarios, conuersis equitibus se recipientes, nouissimos adoriri et inpedire coeperunt, quo minus in castra se reciperent. Hac re animad-

alternis — tenderet. Haec ego non intelligo propter ignorationem rei militaris. Diligenter rem exsecutus est Guischardus (Mém. mil. Vol. 2. p. 198—207. vel T. 2. p. 279—288), e cuius disputatione intellexi, nimiam breuitatem scriptoris necessario ei obscuram esse, qui rem ignorat. *M.* Praemissa praepositio *et* notat *et quidem*, vt c. 10.

adortus cum ped. Haec verba vulgo male seiunguntur.

ad sua praesidia. cap. 18. dicit, *ad castra. M.*

sicut erat instructus. Sicut habebat aciem instructam.

Cn. Piso. De hoc vid. Tacit. Ann. 2, 43.

MC. In omnibus codd. CCC scriptum est. *M.* Ita et edd. vet. Med. 1473 et Ven. 1482 aliaeque. Contra Ven. 1517 habet *MC.* quod magis conuenit cum iis, quae cap. seq. narrantur.

Atque hostes. Alii *At.*

perseuer. q. cursum tardiora. Alii *tardiorem.* Sed *tardiora* bene Scal. e cod. Vrsini. Con-

versa, Caesar iubet signa conuerti et medio campo redintegrari proelium. Quum ab hostibus eodem modo pugnaretur, nec comminus ad manus rediretur, Caesarisque equites iumenta, ex nausea recenti, siti, languore, paucitate, vulneribus defatigata, ad insequendum hostem perseuerandumque cursum tardiora haberent, dieique pars exigua iam reliqua esset: cohortibus equitibus(que) circumdatis, cohortatus imperat, vt vno ictu contenderent, neque remitterent, donec vltra vltimos colles hostes repulissent atque eorum essent potiti. Itaque signo dato, quum iam hostes languide tela negligenterque mitterent, subito inmittit cohortes turmasque suorum: atque, puncto temporis hostibus nullo negotio campo pulsis, post collemque deiectis, nacti locum atque ibi paullisper commorari, ita vti erant instructi, leniter se ad suas recipiunt munitiones: itemque aduersarii, male accepti, tum demum se ad sua praesidia contulerunt.

19. Interim, ea re gesta et proelio diremto, ex aduersariis perfugae plures ex omni genere hominum, et praeterea intercepti hostium complures equites peditesque: ex quibus cognitum est hostium consilium, eos hac mente et conatu venisse, vti nouo

sentiunt et alii. *Perseuerare* etiam actiue accipitur. Iustin. 2, 6. *perseuerata inedia.* Cic. pro Quinctio 1, 24. *te ipsum id perseuerare.*

cohortibus equitibusque circumdatis. An, circumstantibus, cingentibus Caesarem? *M.* Oud. mallet *circumitis*, si liceret per codd. vt C. 3, 94. *acies circumita.* Istud *que* additum *equitibus* esse a manu librarii, clare patet, iudice Guischardo p. 207 qui locum sic reddit: *chaque cohorte étoit flanquée de la cavalerie.* Verum in Mém. crit. p. 525. istud *que* sensui non obstare censet, qua de re dubitare licet.

cohortatus. Addidit hoc e codd. Oud. Posset abesse. Idem mallet omitti *imperat, vt*, et legi *cohortatur.*

vno ictu, omnes vno eodemque ictu telorum, vna omnes, vno inpetu. *M.* V. Ind.

perfugae plures. Deest verbum, quo illud *perfugae* referatur. *Oud.* Gudius censet leg. *perfugere*, quod placet Oud. ni deleas *et* ante *praeterea.*

atque inusitato genere proelii tirones legionariique pauci perturbati, Curionis exemplo, ab equitatu circumuenti obprimerentur: et ita Labienum dixisse pro concione, *tantam sese multitudinem auxiliorum aduersariis subministraturum, vt etiam caedendo in ipsa victoria defatigati vincerentur, atque a suis superarentur:* quippe qui sine illorum fide sibi confideret; primum, quod audierat, Romae legiones veteranas dissentire, neque in Africam velle transire; deinde, quod triennio in Africa suos milites consuetudine retentos fideles sibi iam effecisset, maxima autem auxilia haberet Numidarum equitum leuisque armaturae. Praeterea ex fuga proelioque Pompeiano Labienus, quos secum a Brundisio transportauerat, equites Germanos Gallosque, ibique postea ex hibridis libertinis seruisque conscripserat, armauerat equoque vti frenato condocuerat. Praeterea

tirones leg. Oud. leg. putat: *tirones legionarii paucique sagittarii*, vel *veterani.*

Curionis exemplo. B. Ciu. 2, 40. *Dauisius.*

Labienum dix. Omnes codices habent *Iubam.* Sed Iuba aliquamdiu post venit. Cf. cap. 25. *M.* Edd. vet. etiam *Iubam.* Sed Ven. 1517 *Labienum.* Celsus p. 218. *Iubam*, additque *nouum genus victoriae et stulta Regis cogitatio.* Dignior sane fuerit barbaro Rege quam Labieno, iudice Bentleio. Mihi videtur temporum ratio turbata et ea vox Iubae alia occasione audita.

quippe qui — — multitudine. Vix duo codices in lectione huius loci conspirant, ac singuli propemodum singulas varietates exhibent. Vulgatam, *in multitudine sibi confidere*, Oudendorpius dubitat latinitati consentaneam; et caret hic loquendi modus exemplis. Etsi ergo nihil certi a me quidem dici potest; tamen verbum *multitudine* sine dubio spurium est, et in prioribus verbis codices constanter habent, vel *qui non illorum*, vel *qui nullo illorum. M.* Vox *multitudine* a multis codd. abest. Optimus Leid. 1. habet *quippe quis in illorum fide sibi conf.* Vnde Oud. conficit, *q. qui sine ill. fide sibi conf.* Cur autem sibi (viribus suis) confideret, ex seq. patet. Sequor. Vulgo legitur *q. qui in illorum sibi confideret multitudine.*

leg. vet. dissentire. Promissa illis praemia Caesar, nondum finito bello, dare noluerat. Inde Romae seditionem mouerunt. Appian. 2, 92. p. 485. *M.*

Labienus. Nomen hoc e codd. addidit Oud. Habent et edd. Rom. Med. Vascos. etc. Contra deest in edd. Ven. 1482. et 1517. et in Aldinis, vnde sequentes neglexere.

Regia auxilia, elephantes centum et viginti, equitatusque innumerabilis: deinde, legiones conſcriptae ex cuiusquemodi genere amplius duodecim. Hac ſpe atque ea audacia inflammatus Labienus, cum equitibus Gallis Germanisque MDC, Numidarum ſine frenis octo milibus, praeterea, Petreiano auxilio adhibito, equitibus MC, peditum ac leuis armaturae quater tanto, ſagittariis ac funditoribus hippotoxotisque compluribus. Hic copiis pridie Non. Ian. poſt diem tertium, quam Africam adtigit, in campis planiſſimis puriſſimisque ab hora diei quincta vsque ad ſolis occaſum eſt decertatum. In eo proelio Petreius grauiter ictus ex acie receſſit.

20. Caeſar interim caſtra munire diligentius, praeſidia firmare maioribus copiis, vallumque ab oppido Ruſpina vsque ad mare deducere et a caſtris alterum eodem, quo tutius vltro citroque commeare auxilia-

hibridis, ex patre Romano et matre peregrina natis. *Glandorpius*. Vox iſta diuerſimode ſcribitur. rectius forſan *hybridis* a Gr. ὕβρις, quod contumelioſa iſta origo haberetur. Colerus noſtro loco vocem *hibridis* tanquam gloſſema delendam cenſet, quo nomine reprehenditur ab Oud. ad Suet. Aug. cap. 19.

duodecim milibus. Verbum *milibus* ſtare non poſſe, poſt Lipſium (Elect. 2, 22) monuit Cellarius: nam Labienus habuit legiones amplius duodecim. Sic pro *generis* cum quibusdam codd. legetur *genere*, et intelligetur *hominum*. *M.* Scilicet legitur vulgo *ex cuiusque generis ampl. duod. milibus*. Sed *milibus* deeſt a codd. tribus citatis a Goduino et pro *generis* codd. Petau. et Noruic. habent *genere*. Sic Cellarii lectio habet quo ſe tueatur, eamque recipio. Nec inprobat Oud.

atque ea audacia. Tolletur *ea*, quod a tribus Oudendorpii codd. abeſt. *M.*

Numidarum ſine frenis. Sic ſoliti. Cf. Sil. 1, 125.

quater tanto. Hoc dedit Clarke e codd. firmauit Oud. ex aliis. Vulgo legebatur *tantis*.

pridie Non. Ian. Eſt dies 16 Octobris, vt Vſſerius in Annal. p. 478 monuit. De cauſa vid. ſupra ad c. 1. *M.* Potius VIII Nouembris. Cf. Chronol.

Africam adtigit ſcil. Caeſar? quod nomen h. l. male omiſſum eſt, vt omnino periodus tota perturbatior: *His copiis Labienus — eſt decertatum*. *M.* *Labienus — eſt decertatum*. Ἀνακόλουθον, quale et c. 125. item C. 3, 19. Cui volupe fuerit, videat; quo modo totum hunc locum refingat Iurinius.

commeare. Quidni potius e codd. *commeatus auxiliaque?* ſublatis verbis, *ſine periculo*. *M.*

que fine periculo fibi fuccurrere poffent: tela tormentaque ex nauibus in caftra comportare: remigum partem ex claffe, Gallorum, Rhodiorum epibatarumque armare et in caftra euocare, vti, fi poffet, eadem ratione, qua aduerfarii, leuis armatura interiecta inter equites fuos interponeretur: fagittariisque ex omnibus nauibus, Ityreis, Syriis et cuiusque generis ductis in caftra compluribus, frequentabat fuas copias: (audiebat enim, Scipionem poft diem tertium eius diei, quo proelium factum erat, adpropinquare, copias fuas cum Labieno et Petreio coniungere, cuius copiae legionum octo, et equitum trium milium effe nunciabantur) officinas ferrarias inftruere, fagittas telaque, vti fierent complura, curare, glandes fundere, fudes comparare, litteras in Siciliam nunciosque mittere, vt fibi crates materiemque congererent ad arietes, cuius inopia in Africa effet: praeterea ferrum plumbumque mitteretur. Et animum etiam aduertebat, frumento fe in Africa, nifi inportatitio, vti non poffe: priore enim anno, propter aduerfariorum dilectus, quod ftipendiarii aratores milites effent facti, meffem non effe factam: praeterea ex omni Africa frumentum aduerfarios in pau-

comportare. fcil coepit.

Syriis. Alii *Syris*, vt vulgo.

frequentabat. augebat, frequentes reddebat. fic Suet. Aug. 46. *Italiam XXVIII coloniarum numero frequentauit.* Colum. R. R. 10, 213. *frequentet prole noua mundum.*

fagittas etc. Ita Terent. Andr. prol. *populo vt placerent, quas feciffet, fabulas.* Syllepfis. Id quum non intelligerent, dederunt *fagittae*

inportatitio. bene fic codd. Alii *inportato.*

ftipendiarii aratores, qui colunt agros ea lege, vt tributum annuum foluant. v. Ernefti Clau. Cic. in *Stipendiarius* et *Arator. M.*

ea pauca. Tò *ea* addidit Oud. e codd.

aliqu. frum. num. Verbum *numerum* tolli vult Clarkius, quia verbo *aliquantulum* boni auctores vix vt adiectiuo vtantur: et abeft a cod. Leid. primo; adfcriptum tamen ab alia manu eft. In plerisque vero codd. legitur *aliquantum num. frum.* quod verum puto, et, vt rarius, mutatum. Exempla conlegit Oud. ad B. C. 1, 67. *M.* Vbi codd. *aliquanto detrimento.*

ad ternas. Sic pro vulg. *alternas*, quod et cod. Leid. pr.

ca oppida et bene munita comportasse, omnemque regionem Africae exinanisse frumento: oppida, praeter ea pauca, quae ipsi suis praesidiis tueri poterant, reliqua dirui atque deleri; et eorum incolas intra sua praesidia coegisse commigrare; agros desertos ac vastatos esse.

21. Hac necessitate Caesar coactus, priuatos ambiendo et blande adpellando aliquantulum frumenti numerum in sua praesidia congesserat et eo parce vtebatur. Opera interim ipse quotidie circumire et ad ternas cohortes in statione habere, propter hostium multitudinem. Labienus saucios suos, quorum maximus numerus fuit, iubet in plostris deligatos Adrumetum deportari. Naues interim Caesaris onerariae errabundae male vagabantur, incertae locorum atque castrorum suorum: quas singulas scaphae aduersariorum complures adortae incendebant atque expugnabant. Hac re nunciata, Caesar classes circum insulas portusque disposuit; quo tutius commeatus subportari posset.

22. M. Cato interim, qui Vticae praeerat, Cn. Pompeium filium multis verbis adsidueque obiurgare non desistebat. *Tuus*, inquit, *pater istuc aetatis*

exhibet, scribi voluit Lipsius (Mil. Rom. 5, 8. p. 262), quem secutus est Oud. Ceteri codd. vel *ad trans*, vel *ad tras*, vel *ad terras*, vel *alteras* habent. *M.* Praep. *ad* sic vsurpatur et alibi. V. ad G. 8, 4.

deligatos, quorum vulnera fasciis deligata erant: nam *vulnus* et *membrum deligare* et e Celso notum est, et dixit Quinctilianus 2, 17, 9 et alibi. Quidni ergo saucius dicatur *deligatus?* Miror, interpretes cogitasse de sauciis vel constrictis hostiliter, vel adligatis, ne excuterentur. Ceterum a paucis codd. abest hoc verbum. *M.*

incendebant atque expugnabant. Alii *incenderant atque expugnauerant.* Lips. malebat *inscenderant.*

Caesar. sic Clarke et Oud. e codd. et edd. vet. Vulgo *Caesari.*

M. Cato. Etiam hic post Pharsalicam pugnam in Africam effugit, interque Pompeianos semper fuit magnae auctoritatis. Sed cum oblatum sibi imperium non suscepisset, ne Scipioni Proconsuli eripuisse videretur: effecit, vt Pompeiani, non optimo duce Scipione vsi, eo facilius vincerentur. Vticam quidem, cui praeerat, egregie muniuit, omni bellico adparatu instruxit, ducen-

quum esset et animaduertisset, Rempublicam ab audacibus sceleratisque ciuibus obpressam, bonosque aut interfectos, aut exsilio multatos, patria ciuitateque carere, gloria et animi magnitudine elatus, priuatus atque adolescentulus, paterni exercitus reliquiis conlectis, paene obpressam funditus et deletam Italiam urbemque Romanam in libertatem vindicauit: idemque Siciliam, Africam, Numidiam, Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit. Quibus ex rebus sibi eam dignitatem, quae est per gentes clarissima notissimaque, conciliauit; adolescentulusque atque Eques Romanus triumphauit. Atque ille non ita amplis rebus patris gestis, neque tam excellenti maiorum dignitate parta, neque tantis clientelis nominisque claritate praeditus, in Rempublicam est ingressus: tu contra, et patris nobilitate et dignitate et per te ipse satis animi magnitudine diligentiaque praeditus, nonne eniteris et proficisceris ad paternas clientelas, auxilium tibi Reique publicae atque optimo cuique efflagitatum?

23. His verbis hominis grauissimi incitatus adolescentulus, cum nauiculis cuiusquemodi generis triginta, inibi paucis rostratis, profectus ab Vtica est in Mauritaniam, Regnumque Bogudis est ingressus; expeditoque exercitu, numero seruorum, liberorum, duorum milium, cuius partem inermem, partem armatam habuerat, ad oppidum Ascurum accedere coepit: in quo oppido praesidium fuit Re-

doque bello Caesarem debilitari voluit; sed Scipio non obtemperauit. Plutarch. in Caton. c. 56. sqq. *M.*

ab audac. scil. ciu. Mario, Cinna, Carbone. *Cellar.* Pro *audacibus* in codd. legitur vel *arduis*, vel *nardiis*, vel *varduis*. Ergo nescimus, quid scriptor ipse h. l. dederit. *M.*

clariss. notiss. Edd. vet. *rarissima clarissimaque.*

triumphauit. Cic. Leg. Man. 12. 21. *Cellarius.*

parta. Deleri vult Scal. sed codd. seruant.

gium. Pompeio aduueniente, oppidani, vsque eo passi propius accedere, donec ad ipsas portas ac murum adpropinquaret, subito eruptione facta, prostratos perterritosque Pompeianos in mare passim nauesque compulerunt. Ita re male gesta, Cn. Pompeius filius naues inde auertit, neque postea litus adtigit classemque ad insulas Baleares versus conuertit.

24. Scipio interim cum iis copiis, quas paullo ante demonstrauimus, Vticae grandi praesidio relicto, profectus, primum Adrumeti castra ponit: deinde paucos dies ibi commoratus, noctu itinere facto, cum Petreii et Labieni copiis se coniungit: atque, vnis castris factis, tria milia passuum longe considunt. Equitatus interim eorum circum Caesaris munitiones vagari atque eos, qui pabulandi aut aquandi gratia extra vallum progressi essent, excipere; ita omnes aduersarios intra munitiones continere. Quare Caesariani graui annona sunt conflictati, ideo, quod nondum neque ab Sicilia, neque ab Sardinia commeatus subportatus erat; neque per anni tempus in mari classes sine periculo vagari poterant, neque amplius milia passuum sex terrae Africae quoquo versus tenebant pabulique inopia premebantur. Qua necessitate coacti veterani milites equitesque, qui multa terra marique bella confecissent et periculis inopiaque tali saepe essent conflictati, alga e litore conlecta et aqua dulci eluta et ita iumentis esurientibus data, vitam eorum producebant.

inibi paucis rostr. in quibus erant paucae rostratae, *M.* Iurin. velit *in his* vel *in iis.*

numero seruorum. Cod. Petau. *ad numerum*, vt G. 1, 15.

propius accedere. Vulgo inferunt *eum*, quod in variis codd. deest.

vnis castris. Codd. Louan. *aeriis*, vnde Heins. *alteris*. Cod. Leid. *binis*.

tria milia passuum longe, trium milium passuum intervallo a Caesare. *Clarkius.*

et ita. Hae voculae in aliis desunt.

25. Dum haec ita fierent, Rex Iuba, cognitis Caesaris difficultatibus copiarumque paucitate, non est visum, dari spatium conualescendi augendarumque eius opum. Itaque, comparatis equitum magnis peditumque copiis, subsidio suis, egressus e Regno, ire contendit. P. Sitius interim et Rex Bochus, coniunctis suis copiis, cognito Regis Iubae egressu, propius eius Regnum copias suas admouere, Cirtamque, oppidum eius Regni opulentissimum, adorti paucis diebus pugnando capiunt et praeterea duo oppida Gaetulorum: quibus quum conditionem ferrent, vt oppido excederent idque sibi vacuum traderent conditionemque repudiassent, postea ab eis capti interfectique sunt omnes. Inde progressi, agros oppidaque vexare non desistunt. Quibus rebus cognitis, Iuba, quum iam non longe ab Scipione atque eius Ducibus abesset, capit consilium, satius esse, sibi suoque Regno subsidio ire, quam, dum alios adiuturus proficisceretur, ipse suo Regno expulsus, forsitan vtraque re expelleretur. Itaque rursus se recipere atque

Rex Iuba — non est visum. Perquam durum ἀνακόλουθον. *M.* Cf. not. ad c. 19. Ita et apud Plautum Poen. 3, 3, 46. *Tu, si te Dii amant, agere tuam rem occasio est.* In loco hoc nostro Cellarius legi iubet *Regi Iubae.* Recte, puto sic planus erit periodi nexus.

P. Sitius, Italia pulsus, exsilium in Mauritania tolerauit et conlectis aliis exsulibus ac manu quadam a Boccho inpetrata, Caesari auxilio venit, nullo ab eo beneficio adfectus. Dio Cassius 43, 3. *Cellarius.*

Bochus. Hoc nomen, propter locos Dionis 43, 3. et Appiani Ciu. 2, 96. p. 488, recepit Oud. e codicibus, etsi in edd. quibusdam *Bogud* legebatur. *M.* Huius mentio fit c. 13 et de B. Al. c. 59. Sed heic sequendi meliores codd. cum auctoribus Graecis.

conditionemque repudiassent. Videt quidem vnusquisque, haec verba de oppidanis intelligenda esse; scriptor tamen non est diligens, qui in vna eademque periodo de diuersis subiectis, vt scholae loquuntur, tamquam de vno eodemque scribit, nec diserte significat, quid de quoque dicat. *M.*

satius esse etc. Malit Oud. *satius esse sibi, suo Regno —.*

vtraque re, et Regno suo, et obportunitate auxilii aliis ferendi. *M.*

recipere. Sic boni codd. et ex more Hirtii. Cf. c. 71. Vulgo *recepit.*

auxilia etiam ab Scipione abduxit, ſibi ſuisque rebus timens, elephantisque triginta relictis, ſuis finibus oppidisque ſubpetias profectus eſt.

26. Caeſar interim, quum de ſuo aduentu dubitatio in prouincia eſſet, neque quisquam crederet, ipſum, ſed aliquem Legatum cum copiis in Africam veniſſe, conſcriptis litteris circum prouinciam, omnes ciuitates facit de ſuo aduentu certiores. Interim nobiles homines ex ſuis oppidis profugere et in caſtra Caeſaris deuenire et de aduerſariorum eius crudelitate acerbitateque commemorare coeperunt. Quorum lacrimis querelisque Caeſar commotus, quum antea conſtitiſſet in ſtatiuis caſtris, aeſtate inita, cunctis copiis auxiliisque actis, bellum cum aduerſariis ſuis gerere inſtituit, litterisque celeriter in Siciliam ad Allienum et Rabirium Poſtumum conſcriptis et per catafcopum miſſis, *vt ſine mora aut vlla excuſatione hiemis ventorumque quam celerrime exercitus ſibi transportaretur: Africam prouinciam perire funditusque euerti ab ſuis inimicis: quod niſi celeriter ſociis ſo-*

conſtitiſſet. Alii *ſtare conſtituiſſet.* Lipſius coniectabat *aeſtiuare conſtituiſſet.*

copiis — actis. Hoc e tribus codd. recepit Oud. et defendit exemplo e libris de B. G. 8, 7. Ceteri codd. habent *agitis*, *auctis*, *cogitatis*, *aggregatis*; quaedam edd. *accitis.* Mihi placet cum Dauiſio, *coactis.* *M.* Gronou. ad Liu. 6, 28. ex optimis membranis malit loco cit. e G. 8, 7. *ageret* loco τοῦ *adduceret.*

litterisque cel. Delendum eſt *que.* De Allieno cf. c. 2. De Rabirio, c. 8. *M.* Encliticam delet Clarke.

catafcopum h. l. non puto eſſe hominem ſpeculatorem et exploratorem; ſed nauigium ſpeculatorium, vt de B. G. 4, 26 dicitur. Non modo enim Gellius (N. A. 10, 26) inter nauigiorum genera nominat *catafcopium*, quod aut nihil differt a *catafcopo*, aut adeo, ſi Graeca origo (κατάσκοπος) ſpectetur, in *catafcopum* mutandum eſt; ſed et Iſidorus (Orig. 19, 1), *Scafa*, inquit, *quae κατάσκοπος, nauigium eſt, quod Latine ſpeculatorium dicitur.* Hunc Iſidori locum debeo Ciacconio ad h. l. Quod autem Ciceronis quoque locum (ad Att. 5. 11) huc referunt, id fruſtra fit, quia ibi non niſi ex quorumdam emendatione *catafcopium* legitur. *M.*

aut vlla excuſatione. Nimium hoc omnino; ſed moribus Caeſaris ſatis conueniens. Cf. c. 8. Pro *aut* alii *ac.*

ret subuentum, praeter ipsam Africam terram nihil, ne tectum quidem, quo se reciperent, ab illorum scelere insidiisque reliquum futurum. Atque ipse in tanta erat festinatione, et exspectatione, vt postero die, quam misisset litteras nunciumque in Siciliam, classem exercitumque morari diceret, dies noctesque oculos mentemque ad mare dispositos directosque haberet. Nec mirum: animaduertebat enim, villas exuri, agros vastari, pecus diripi, trucidari, oppida castellaque dirui deserique, principes ciuitatum aut interfici, aut in catenis teneri, liberos eorum obsidum nomine in seruitutem abripi; iis se in miseriis suamque fidem implorantibus auxilio propter copiarum paucitatem esse non posse. Milites interim in opere exercere, castra munire, turres, castella facere molesque iacere in mare non intermittere.

27. Scipio interim elephantos hoc modo condocefacere instituit. Duas instruxit acies: vnam funditorum contra elephantos, quae quasi aduersariorum locum obtineret et contra eorum frontem aduersam lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos constituit: post illos autem aciem suam instruxit, vt, quum ab aduersariis lapides mitti coepissent et elephanti perterriti se ad suos conuertissent, rursus a sua acie lapidibus missis, eos conuerterent aduersus hostem; quod aegre tardeque fiebat: rudes

Atque ipse. Sic boni codd. Alii coniunctionem omittunt.

dispositos. Alii *depositos*, vt Cic. Phil. 13, 11. *in — mentum mentemque depôneres*, et Horat. Od. 1, 36, 17. *oculos deponere in.*

trucidari. Vulgo *trucidarique*, cui vitio operarum in ed. Cellarii iungitur *oppida.* Cod. Petau. *homines trucidari.*

iis se in miseriis. Alii *iis se miseris.*

lapillos minutos. Sic c. 54. *paruula caussula.* V. et Cic. Tusc. 3, 1. Cf. Sanctii Min. 1, 10. et Ind. in *paruulus.*

rudes elephanti, qui nondum proeliis interfuerunt, postquam longo demum tempore, et aegre quidem, potuerunt condocefieri, tamen, cum ventum est ad proelium, et suis et hostili aciei sunt periculosi. Fortassis hic est sensus loci. Pro *rudes* habent

enim elephanti, multorum annorum doctrina vsuque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur.

28. Dum haec ad Rufpinam ab vtrisque Ducibus administrantur, C. Virgilius, Praetorius, qui Thapso oppido maritumo praeerat, quum animaduertisset, naues singulas cum exercitu Caesaris, incertas locorum atque castrorum suorum, vagari, occasionem nactus, nauem, quam ibi habuit actuariam, militibus complet et sagittariis et eidem scaphas de nauibus adiungit ac singulas naues Caesarianas consectari coepit. Et, quum plures adortus esset, pulsus fugatusque inde discessit. Sed quum nec sic desisteret periclitari, forte incidit in nauem, in qua erant duo Titii, Hispani adolescentes, Tribuni legionis quintae, quorum patrem Caesar in Senatum legerat, et cum his T. Salienus, Centurio legionis eiusdem, qui M. Messallam Legatum obsederat Messanae et seditiosissima oratione apud eum est vsus; idemque pecuniam et ornamenta triumphi Caesaris retinenda et custodienda curauerat et ob has caussas timebat sibi. Hic propter conscientiam peccatorum suorum persuasit adolescentibus, ne repugnarent seseque Virgilio transderent. Itaque deducti a Virgilio ad Scipionem, custodibus transditi et post diem tertium sunt interfecti. Qui quum ducerentur ad necem, petisse dicitur maior Titius a Centurionibus, vti se priorem,

quidam codd. *audes*; editiones vero *audere*. *M.* E bonis codd. Scal. recepit *rudes*.

Thapso. alii *Thapsi.*

adortus. Leg. e codd. vestigiis: *Et, quum plures adortus esset, pulsus — discessit. Sed quum nec sic desisteret. M.* Emendationem, Oud. probatam, recepi. Tò *esset* in omnibus codd. et edd. vet. legitur. *Discessit, sed q. nec sic des.* in Leid. 1. Vulgo legitur *adortus, pulsus — discessisset, nec tamen desisteret.*

Titii. Vulgo *Titi.* Sed mox *maior Titius.*

Salienus. Cf. c. 54. *M.*

et seditios. — est vsus. Delendum *et* atque *est* in hoc commate, propter codd. et ipsam serem orationis. *M.*

idemque. Alii *ideoque.*

pecuniam. Vulgo *et pec.*

quam fratrem, interficerent; idque ab eis facile impetrasse atque ita esse interfectos.

29. Turmae interim equitum, quae pro vallo in stationibus esse solebant, ab vtrisque Ducibus, quotidie minutis proeliis inter se depugnare non intermittunt: nonnumquam etiam Germani Gallique Labienani cum Caesaris equitibus, fide data, inter se conloquebantur. Labienus interim cum parte equitatus Leptim oppidum, cui praeerat Saserna cum cohortibus tribus, obpugnare, ac vi inrumpere conabatur: quod ab defensoribus, propter egregiam munitionem oppidi et tormentorum multitudinem, facile et sine periculo defendebatur. Quod vbi saepius eius equitatus facere non intermittebat et quum forte ante portam turma densa adstitisset; scorpione accuratius misso, atque eorum Decurione percusso, et ad decumanam defixo, reliqui perterriti, fuga se in castra recipiunt. Quo facto postea sunt deterriti oppidum tentare.

30. Scipio interim fere quotidie non longe a suis castris passibus CCC instruere aciem ac, maiore diei

ab vtrisque Ducibus, ex partibus vtriusque Ducis. *Clarkius.* Iurin. malit *partibus.* non opus.

depugnare. Sic codd. probi. V. Ind. Vulgo *pugnare.*

Saserna. Cf. c. 9. *M.*

cum coh. tribus. Supra cap. 9. sex habuisse narratur, sed *tres* potuere a Caesare alio esse abductae. Ceterum quidam habent *quatuor.*

et quum. Τὸ *et* reiicit Iurinius.

scorpione. de B. G. 7, 25. *M.* Heic non est machina, sed telum ea missum. Cf. Gesner. in thes. L. L.

ad decumanam. Cum in quibusdam codd. legatur *ad terram;* in pluribus vero *ab decuma*, *a decumana*, *ad decumam*, *de decuma*: incertam esse lectionem intelligimus. Illi vehementer errant, qui *decumanam* interpretantur simpliciter scutum, quia scuta magna dicta fuerint decumana. Quasi vero, quia fluctus, pomum, et alia dicuntur decumana propter magnitudinem, ideo verbum decumana per se significet pomum, fluctum et alia. Et quid scutum permagnum ad equitem? *M.*

reliqui perterriti — recipiunt. Guischardus (Mém. milit. Vol. 2. p. 220. vel T. 2. p. 305) caussam hanc fugiendi adpellat ridiculam, omninoque narrationem de hac obpugnatione censet esse omni ex parte obscuram, et ab eodem interpolatam, a quo multos huius libri locos ita

parte consumta, rursus se in castra recipere. Quod quum saepius fieret, neque ex Caesaris castris quisquam prodiret, neque propius eius copias accederet; despecta patientia Caesaris exercitusque eius, vniuersis copiis productis elephantisque turritis triginta ante aciem instructis, quam latissime potuit porrecta equitum peditumque multitudine, vno tempore progressus, haud ita longe a Caesaris castris constitit in campo.

31. Quibus rebus cognitis, Caesar iubet milites, qui extra munitiones processerant, quique pabulandi, aut lignandi, aut etiam muniendi gratia vallem petierant, quique ad eam rem opus erant, omnes intra munitiones minutatim modesteque sine tumultu aut terrore se recipere atque in opere consistere: equitibus autem, qui in statione fuerant, praecipit, vt vsque eo locum obtinerent, in quo paullo ante constitissent, donec ab hoste missum telum ad se perueniret: quod si propius accederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent. Alii quoque equitatui edicit, vti suo quisque loco paratus arma-

corruptos esse addendo, detrahendo, explicando existimat (p. 214), vt nullo modo potuerint vel a perito rei, vel a teste ac spectatore belli huius sic conscribi. *M.*

non longe. Leg. *non longius*, vt Dauisius monuit. *M.* Clarke negatiuam expunctam cupit. Oudend. hariolatur, *passus CCC* esse explicationem verborum *non longe*.

vniuersis copiis. Ante haec verba intruditur *in* codd. et edd. vet. *Iuba* vel *Iubae*. male. Is enim in Regnum se receperat.

quique pabul. — — opus erant. Haec non sunt satis perspicua; nec leguntur vbiqis eodem modo: *vallem* quidem codd. constanter habent, etsi in edd. quibusdam *vallum* legitur; item *quique* altero loco in codd. scribitur, cum in edd. passim *quaeque* legatur; sed deinde in codd. est, *ad eius rei opus erant*, aut *ad eam rem*, aut *ad ea*. Si vallem petierunt muniendi gratia, contulerunt se in eam, vt inde materiam valli et aggeris comportarent in castra. Verba *quique ad eam rem opus erant*, Oud. intelligit de lixis calonibusque, qui vna cum militibus extra munitiones processerint. Cohaerebit ergo, *milites, qui — processerant, quique — petierant:* ab his diuersi erunt ceteri, qui ad pabulandum lignandumque opus erant. *M.* Clarkius leg. suspicabatur, *vallum exierant*, nimis audacter.

vti suo q. loco. Vulgo *vti q. s. l.* minus scite.

tusque praesto esset. At haec non ipse per se coram, quum de vallo prospecularetur; sed mirabili peritus scientia bellandi, in Praetorio sedens, per speculatores et nuncios imperabat, quae fieri volebat: animaduertebat enim, quamquam magnis essent copiis aduersarii freti, tamen saepe a se fugatis, pulsis perterritisque, et concessam vitam, et ignota peccata; quibus rebus numquam tanta suppeteret ex ipsorum inertia conscientiaque animi victoriae fiducia, vt castra sua adoriri auderent. Praeterea ipsius nomen auctoritasque magna ex parte eorum exercitus minuebat audaciam: tum egregiae munitiones castrorum et valli fossarumque altitudo et extra vallum stili caeci, mirabilem in modum consiti, vel sine defensoribus aditum aduersariis prohibebant. Scorpionum, catapultarum, ceterorumque telorum, quae ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Atque haec propter exercitus sui praesentis paucitatem et tirocinium praeparauerat; non, hostium vi et metu commotus, patientem se timidumque hostium opinioni praebebat. Neque idcirco copias, quamquam erant paucae tironumque, non educebat in aciem, quod victoriae suorum diffideret;

At haec. Malim cum edd. nonnullis, *ad haec*, i. e. praeterea. *M.*

prospecularetur. Alii *perspeculabantur.* sed istud optimi codd. dant et edd. vet.

peritus scientia. Sic et Vitruu. 1, 1. *peritus artibus.* Lactant. Diu. Inst. 5, 1. *omni genere litterarum peritus.* Nec ergo opus emendatione. Cf. et Gronou. ad Gell. 4, 8.

ignota peccata. condonata. Terent. Ad. 3, 4, 28. *ignotum est, tacitum est.*

quibus rebus, in quibus rebus, quae cum ita essent. *M.*

inertia, pulsi fugatique erant; *animi conscientia*, veniam impetrauerant. *M.*

stili non videntur differre a stimulis et liliis, de B. G. 7, 73. descriptis: suntque *caeci*, quia non possunt cerni. v. Ind. *M.* *coeci.* vt apud Virg. Aen. 6, 30. *coeca vestigia.* Cf. Non. Marc. 6, 7.

patientem e c. 30 scribendum esse, Ciacconius docuit, etsi omnes codd. habent *sapientem*, quod est alienum ab h. l. *M.* Celsus etiam hic: *pauore sapientiam amplecti.*

gloria exsultatioque, gestiens gloriatio. *M.*

in secundo commeatu. vid. cap. 8. *M.*

sed referre arbitrabatur, cuiusmodi victoria esset futura: turpe enim sibi existimabat, tot rebus gestis tantisque exercitibus deuictis, tot tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis aduersariorum suorum, ex fuga conlectis, se cruentam adeptum existimari victoriam. Itaque constituerat, gloriam exsultationemque eorum pati, donec sibi veteranarum legionum pars aliqua in secundo commeatu occurrisset.

32. Scipio interim, paullisper, vt ante dixi, in eo loco commoratus, vt quasi despexisse Caesarem videretur, paullatim reducit suas copias in castra et, concione aduocata, de terrore suo desperationeque exercitus Caesaris verba facit et, cohortatus suos, victoriam propriam se eis breui daturum pollicetur. Caesar iubet milites rursus ad opus redire et, per caussam munitionum, tirones in labore defatigare non intermittit. Interim Numidae Gaetulique diffugere quotidie ex castris Scipionis et, partim in Regnum se conferre, partim, quod ipsi maioresque eorum beneficio C. Marii vsi fuissent Caesaremque eius adfinem esse audiebant, in eius castra perfugere cateruatim non intermittunt. Quorum ex numero electis hominibus inlustrioribus, Gaetulis, et litteris ad

de terrore suo. quem ipse Caesarianis incusserat. Sic Phaedrus 2, 8. *venatorum fugere necem.*

victoria propria, vt et c. 82 dicitur, est, si verbi vis spectetur, quae non communicatur cum hostibus, h. e. iis non contingit, nec contingere potest: si res et sensus, intelligitur ea, quae nobis eripi non potest, cuius spem alter habere non potest, ideoque nobis certa et explorata. Sic cap. 61 *gaudium proprium*, quod nobis tantum contingit, cuius non potest alter particeps fieri. Erit ergo interdum idem, quod *perpetuum*; sed neque in se, quasi haec esset significatio verbi, neque omnibus in locis. *M.*

Numidae. Hanc vocem glossae deberi putat Dauis. desumtam e cap. 35 et 61.

beneficio C. Marii, in bello Iugurthino. *Cellarius.* Conf. cap. 35. *M.*

adfinem. V. Plut. in Mario c. 6. et in Caes. c. 1. Malerem negat Celsus p. 220.

electis hom. inlustr. Gaetulis. Verbum vltimum deleuerim. Omnino codd. et edd. multum variant, veluti qui pro ablatiuis semel exhibent accusatiuum, aut *electos homines*, aut *inlustres Getulos*, vt (id quod vidit

ſuos ciues datis, cohortatus, vti manu facta ſe ſuosque defenderent et, ne ſuis inimicis aduerſariisque dicto audientes eſſent, mittit.

33. Dum haec ad Ruſpinam fiunt, legati ex Achilla, ciuitate libera, etiam vndique ad Caeſarem veniunt, *ſeque paratos, quaecumque imperaſſet et libenti animo facturos* pollicentur: *tantum orare et petere ab eo, vt ſibi praeſidium daret, quo tutius id et ſine periculo facere poſſent: ſe et frumentum, et quaecumque res eis ſubpeteret, communis ſalutis gratia ſubminiſtraturos.* Quibus rebus facile a Caeſare inpetratis, praeſidioque dato, C. Meſſium, Aedilitia functum poteſtate, Achillam iubet proficiſci. Quibus rebus cognitis, Conſidius Longus, qui Adrumeti cum duabus legionibus et equitibus ſeptingentis praeerat, celeriter, ibi parte praeſidii relicta, cum octo cohortibus ad Achillam ire contendit. Meſſius, celerius itinere confecto, prior Achillam cum cohortibus peruenit. Conſidius interim, quum ad vrbem cum copiis acceſſiſſet et animaduertiſſet, praeſidium

Oud.) Syntaxi ſuccurrerent. Lectio, a viro illo docto recepta, eſt in tribus codd. bonis. *M.* Similis verborum ſtructura G. 7, 4. et ſupra c. 18.

Achilla. Nusquam huius nominis ciuitas adparet in Africa. Non ergo dubitant eruditi, eſſe *Achollam* Strabonis (lib. 17. p. 831), Liuii (33, 48), Stephani, in eodem litore ſitam, quo Ruſpina, Lepris, Thapſus. Accedit, quod et Strabo *ἐλευθέραν πόλιν* dicit. *Cellar.* In quibusdam edd. eſt *Acilla.* — Guiſchardus (Mém. mil. Vol. 2. p. 221. vel T. 2. p. 304.) ex ipſa re ac ratione itineris, quod Conſidius hoc capite Adrumeto Achillam feciſſe dicitur, negat, illam Achollam Strabonis poſſe h. l. intelligi. Adparet etiam e cap. 43, Achillam et Adrumetum longe disſitas fuiſſe et Achillam in vicinia Thapſi quaeri non poſſe. *M.* Ni fallor, ſuccurrit hic Plinius 5, 4, qui procul a Thapſo in Zeugitana triginta liberis oppidis adcenſet *Acolitanum.* Fuerit ergo duplex *Acholla* ſ. *Achilla* (nam et apud Liuium legebatur *Acyla* et apud Steph. *Achylla*) altera Strabonis, Liuii, Stephani in Syrtica et Byzacena; altera Caeſaris et Plinii in Zeugitana; iſta in littore; haec in interiore plaga. Haec erit, qua deſerta per Regnum Iubae Adrumetum ſe recepiſſe Conſidius ſcribitur c. 43.

etiam vndique. Nimis laxe hoc dictum videtur Phil. Rubenio (Elect. 2, 4): nec Fuluii Vrſini codex, in quo *et iam* legitur, rem explicat. Quapropter coniicit Rubenius, *et in-*

Caesaris ibi esse, non ausus periculum suorum facere, nulla re gesta pro multitudine hominum, rursus Adrumetum se recipit: deinde, paucis post diebus equestribus copiis ab Labieno adductis, rursus Achillitanos, castris positis, obsidere coepit.

34. Per id tempus C. Sallustius Crispus, quem paucis ante diebus missum a Caesare cum classe demonstrauimus, Cercinam peruenit. Cuius aduentu C. Decimius, Quaestorius, qui ibi cum grandi familiae suae praesidio praeerat commeatui, paruulum nauigium nactus conscendit ac se fugae commendat. Sallustius interim Praetor, a Cercinitanis receptus, magno numero frumento inuento, naues onerarias, quarum ibi satis magna copia fuit, complet atque in castra ad Caesarem mittit. Allienus interim Proconsul e Lilybaeo in naues onerarias inponit legiones XIII et XIV et equites Gallos DCCC, funditorum sagittariorumque mile, ac secundum commeatum in Africam mittit ad Caesarem: quae naues, ventum secundum nactae, quarto die in portum ad Rufspinam,

muni legendum. *Cellar.* Probat iure Oudend.

paratos. Placet Dauisii coniectura, *parato*, vt ad *animo* referatur. *M.* Perperam teste Oud. omnes codd. habent *paratos.* Planius certe fuerit *parato.* Sed Hirtius etiam G. 8, 28. habet *animo parati* et Al. 45. *paratior animis.* et infra c. 41. *paratum certo animo.* forsan in nostro loco coniunctio *et* reiicienda foret.

Achillam. Alii *ad Achillam*, vt G. 1, 6. *ad Geneuam.*

Considius. Cf. c. 3. *M.*

periculum suorum facere. Vulgata, *periculo suo rem facere*, ferri nequit. *M.* Emendauit Oud. e codd. Cf. c. 79.

Achillitanos. Sic codd. et edd. vet. Plinio *Acolitani* dicendi. Apud Grut. p. 512. occurrunt *Aquillitani*; forsan iidem cum nostris.

demonstrauimus. Conf. cap. 8. *M.*

C. Decimius. Alii *Decumius*, *Decius.* Dein post *Quaestorius* addunt quidam *vir.* Non opus.

familiae suae. seruos suos militiam facere iusserat, vt Cato seruorum dilectum habuit cap. 36, et saepenumero his temporibus factum est. *M.*

Cercinitanis. Sic cod. Petau. nam Cercina minor dicta *Cercinitis.* V. Plin. 5, 7. Vulgo *Cercinatibus.*

Allienus Proconsul. Sed c. 2. dictus est Praetor. Ergo ex compendio scribendi PR. videtur per errorem ortum esse verbum *Proconsul. M.*

secundum commeatum. Cf. cap. 8. *M.*

vbi Caesar castra habuerat, incolumes peruenerunt. Ita Caesar, duplici laetitia ac voluptate vno tempore auctus, frumento auxiliisque, tandem suis exhilaratis annonaque leuata, sollicitudinem deponit, legiones equitesque, ex nauibus egressos, iubet ex languore nauseaque reficere; dimissos in castella munitionesque disponit.

55. Quibus rebus Scipio, quique cum eo erant, commirari et requirere: C. Caesarem, qui vltro consuesset bellum inferre ac lacessere proelio, subito commutatum non sine magno consilio suspicabantur. Itaque ex eius patientia in magnum timorem coniecti, ex Gaetulis duos, quos arbitrabantur suis rebus amicissimos, magnis praemiis pollicitationibusque propositis, pro perfugis speculandi gratia in Caesaris castra mittunt. Qui simul ad eum sunt deducti, petierunt, vt sibi liceret sine periculo verba proloqui. Potestate facta, *Saepenumero*, inquiunt, *Imperator, complures Gaetuli, qui sumus clientes C. Marii et propemodum omnes ciues Romani, qui sunt in legione quarta et sexta, ad te voluimus in tuaque praesidia confugere; sed custodiis equitum Numidarum, quo id sine periculo minus faceremus, impediebamur. Nunc, data facultate, pro speculatoribus missi ab Scipione, ad te cupidissime venimus, vt perspiceremus, num quae fossae aut insi-*

tandem suis exhil. — equitesque. Sic Dauisius edidit, secutus suum codicem, in quo haec ipsa leguntur, praeterquam quod ibi *hilaratus*, et *annonaeque leuata sollicitudine* exstat. Vulgata lectio fuit: *tandem suis exhilaratis, annonaeque leuata sollicitudine, deponit legiones, equitesque* —. Sed, quod et Oud. monuit, *legiones deponere* quid erit? *M.*

reficere. Iurin. praemitti vult *se. comites, mirari.* Pro his duobus verbis legendum est e codd. quibusdam et edd. ant. *commirari. M.* Quidni sequamur codices? Oud. et hoc visum, etsi non receperit. Saltem id *comites* plane est otiosum. Nec obstat, quod alibi non legatur. Egregium sane et ἀνάλογον verbum est. Iurinius velit *commoti*, vt c. 57.

Potestate facta etc. Tota haec narratio suspecta est Guischardo.

C. Marii. Cf. c. 32. *M.*

diae elephantis ante castra portasque valli factae essent, simulque consilia vestra contra easdem bestias comparationemque pugnae cognosceremus atque ei renunciaremus. Qui, conlaudati a Caesare stipendioque donati, ad reliquos perfugas deducuntur: quorum orationem celeriter veritas comprobavit. Namque postero die ex legionibus iis, quas Gaetuli nominauerunt, milites legionarii complures ab Scipione in castra Caesaris perfugerunt.

56. Dum haec ad Ruspinam geruntur, M. Cato, qui Vticae praeerat, dilectus quotidie libertinorum, Afrorum, seruorum denique et cuiusquemodi generis hominum, qui modo per aetatem arma ferre poterant, habere atque sub manum Scipionis in castra submittere non intermittit. Legati interim ex oppido Tisdrae, in quo tritici modium milia CCC comportata fuerant a negotiatoribus Italicis aratoribusque, ad Caesarem venere, *quantaque copia frumenti apud se sit*, docent; simulque orant, *vt sibi praesidium mittat, quo facilius et frumentum et copiae suae conseruentur*. Quibus Caesar in praesentia gratias agit *praesidiumque breui tempore se missurum* dixit; cohortatusque ad suos ciues iubet proficisci. P. Sitius iterim, cum copiis Numidiae fines ingressus, eastellum, in monte loco munito locatum, in quod Iuba belli gerendi gratia et frumentum et

ab Scipione. Sic frequenter. V. c. 25. et passim.

veritas comprobauit. Dauis. mallet *exitus.* Sed et G. 5, 58. *fortuna comprobat.*

M. Cato. Cf. c 22. *M.*

sub manum, promte, celeriter Cf. Sueton. Aug. 49. *M.* Alii hic et apud Sueton. *sub manu*, vt apud. Cic. ad fam. 10, 23. frequentius tamen dicitur *ad manum.*

Tisdrae. Alii *Tisdro*, *M.*

in quo. Alii *in quod.* Dein pro *modium* alii *modia* per adpositionem vel subaudito *ad*, vt C. 2, 18. Sed istud cod. Leid. 1. et Scal.

aratoribus. Cf. c. 20. *M.*

copiae suae. commeatus, cibaria. V. Ind.

Sitius. Cf. cap. 25. *M.*

castellum — locatum — est potitus. Sic codd. boni: vulgo, *castello locato* ex emendatione non necessaria. *Potiri aliquid*, tralatitium est. Vtrum

res ceteras, quae ad bellum vſui ſolent eſſe, comportauerat, vi expugnando eſt potitus.

57. Caeſar poſtquam legionibus veteranis duabus, equitatu, levique armatura, copias ſuas ex ſecundo commeatu auxerat, naues ſex onerarias ſtatim iubet Lilybaeum ad reliquum exercitum transportandum proficiſci: ipſe VI Kal. Febr. circiter vigilia prima imperat, ſpeculatores adparitoresque omnes vt ſibi praeſto eſſent. Itaque, omnibus inſciis neque ſuſpicantibus, vigilia tertia iubet omnes legiones ex caſtris educi atque ſe conſequi ad oppidum Ruſpinam verſus, in quo ipſe praeſidium habuit, et quod primum ad amicitiam eius acceſſit. Inde paruulam procliuitatem digreſſus, ſiniſtra parte campi propter mare legiones ducit. Hic campus mirabili planitie patet milia paſſuum quindecim; quem iugum ingens, a mari ortum neque ita praealtum, velut theatri efficit ſpeciem. In hoc iugo colles ſunt excelſi pauci; in quibus ſingulae turres ſpeculaeque ſingulae perueteres erant conlocatae: quarum apud vltimam praeſidium et ſtatio fuit Scipionis.

58. Poſtquam Caeſar ad iugum, de quo docui, adſcendit atque in vnumquemque collem turres caſtellaque facere coepit (atque ea minus ſemihora effecit) et poſtquam non ita longe ab vltimo colle turrique fuit, quae proxima fuit caſtris aduerſariorum,

in monte, an *in montis loco* ſcribendum ſit, dubium eſt per codices, qui fere *montes* habent. *M.* In vulgata lectione durus nimium eſt ablatiuorum concurſus.

VI Kal. Febr. Is eſt ſextus Nouembris dies, monente Vſſerio in Annal. loco cit. ad c. 1. *M.* Sic et Guiſchard. Vol. 2. p. 227. Verum in Mém. crit. p. 388. oſtendit, intelligendum eſſe XXIX. Nouembris.

paruulam procliuitatem. An per *paru. procliu.*? *M.*

conlocatae. Editio Ven. praemittit *ante.*

atque in vnumq. Vocem *atque* hic notare ſtatim, vt alias nonnunquam (v. ad C. 2, 42) putat Dauiſ. vel deleri iubet, falſus eo, quod non adtendit, *πρόταϲιν* continuari ad verba *paullisper commoratus.*

atque ea minus ſemihora effecit. Hoc propemodum incredibile eſt, etiamſi ſingula ca-

in qua docui esse praesidium stationemque Numidarum; paullisper commoratus, perspectaque natura loci, equitatu in statione disposito, legionibus opus adtribuit, brachiumque medio iugo ab eo loco, ad quem peruenerat, vsque ad eum, vnde egressus erat, iubet dirigi ac muniri. Quod postquam Scipio Labienusque animaduerterunt, equitatu omni ex castris educto acieque equestri instructa, a suis munitionibus circiter passus mile progrediuntur pedestremque copiam in secunda acie, minus passus CD a castris suis, constituunt.

59. Caesar in opere milites adhortari neque aduersariorum copiis moueri. Quum iam non amplius passuum MD inter hostium aciem suasque munitiones esse animaduertisset intellexissetque, ad impediendos milites suos et ab opere depellendos hostem propius accedere, necesseque haberet, legiones a munitionibus deducere; imperat turmae Hispanorum, ad proximum collem propere adcurrerent praesidiumque inde deturbarent locumque caperent; eodemque iubet leuis armaturae paucos consequi subsidio. Qui missi celeriter, Numidas adorti, partim viuos capiunt, nonnullos equites fugientes conuulneranerunt locoque sunt potiti. Postquam id Labienus animaduertit, quo celerius iis auxilium ferret, ex acie instructa equitatus sui prope totum dextrum cornu auertit atque suis

stella singulis semihoris effecta dicamus, etiamsi peruereres turres, quae iam aderant, quodammodo reaedificatas aptatasque putemus. Guischardus (Mém. mil. Vol. 2. p. 228. vel T. 2. p. 314) haec verba censet adsuta, non modo propter difficultatem efficiendorum huiusmodi operum; sed et ideo, quia hoc spatio ne ad collem quidem perveniri potuerit, nedum tanta opera perfici. *M.*

effecit. Male alii *efficit.*

castris aduersariorum. Heic *castra* sensu latiori sumi vult Guischard. Mém. mil. Vol. 2. p. 226. pro toto ambitu terrarum ab hostibus occupatarum et speciatim ea parte, quae proxima fuit Caesari.

brachium. vid. Ind. *M.*

ped. copiam. Sic Virg. 2, 564. Silius 11, 267. v. Ind.

ad prox. c. prop. adcurrerent. Vulgo *vt ad.* Sed coniunctio in codd. Scal. et Leid.

fugientibus subpetias ire contendit. Quod vbi Caesar conspexit, Labienum ab suis copiis longius iam abscessisse: equitatus sui alam sinistram ad intercludendos hostes inmisit.

40. Erat in eo campo, vbi ea res gerebatur, villa permagna, quatuor turribus exstructa, quae Labieni prospectum inpediebat, ne posset animum aduertere, ab equitatu Caesaris se intercludi. Itaque non prius vidit turmas Iulianas, quam suos caedi a tergo sensit. Ex qua re subito in terrorem conuerso equitatu Numidarum, recta in castra fugere contendit. Galli Germanique, qui restiterant, ex superiore loco et post tergum circumuenti, fortiterque resistentes, conciduntur vniuersi. Quod vbi legiones Scipionis, quae pro castris erant instructae, animum aduerterunt: metu ac terrore obcaecatae, omnibus portis in sua castra fugere coeperunt. Postea, Scipione eiusque copiis campo collibusque exturbatis atque in castra compulsis, quum receptui Caesar cani iussisset equitatumque omnem intra suas munitiones recepisset, campo purgato, animaduertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui partim eius auctoritatem erant ex Gallia secuti, partim pretio pollicitationibusque adducti ad eum se contulerant; nonnulli, qui ex Curionis proelio capti conseruatique parem gratiam in fide partienda praestare voluerant. Ho-

1. deficit. Cf. not. ad G. 4, 16. Pro *adcurrerent* alii *occurrerent.* Cf. Ind.

iam abscessisse. Oudend. id *iam* addidit e codd.

villa — turribus exstructa. Inde factum est, vt eiusmodi domus, in qua essent vna pluresue turres ad prospiciendum, ipsa quoque turris diceretur. v. Intt. Tibulli 1, 8, 19. Ernesti ad Sueton. Neron. c. 38. *M.* Exemplo sunt *Turris Stratonis* in Palaestina, *Caesaris* in Apulia, *Libysonis* in Sardinia etc.

Curionis proelio. B. C. 2, 40 sqq. *M.*

fide partienda. Partiebantur fidem, quia antea Curioni, adeoque partibus Caesaris, nunc Scipioni, adeoque Pompeianis se addixerant. *Oud.*

paratum certe animo. Vid. not. ad c. 33.

rum corpora, mirifica specie amplitudineque, caesa toto campo ac prostrata diuerse iacebant.

41. His rebus gestis, postero die Caesar ex omnibus praesidiis cohortes eduxit atque omnes suas copias in campo instruxit. Scipio, suis male acceptis, occisis conuulneratisque, intra suas continere se munitiones coepit. Caesar, instructa acie, secundum infimas iugi radices, propius munitiones leniter accessit. Iamque minus mile passuum ab oppido Vzita, quod Scipio tenebat, aberant legiones Iulianae, quum Scipio, veritus, ne oppidum amitteret, vnde aquari reliquisque rebus subleuari eius exercitus consuerat, eductis omnibus copiis, quadruplici acie instructa ex instituto suo, prima equestri turmatim directa, elephantisque turritis interpositis armatisque, subpetias ire contendit. Quod vbi Caesar animaduertit, arbitratus, Scipionem ad dimicandum paratum ad se certo animo venire, in eo loco, quo paullo ante commemoraui, ante oppidum constitit suamque aciem mediam eo oppido texit; dextrum sinistrumque cornu, vbi elephanti erant, in conspectu patenti aduersariorum constituit.

42. Quum iam prope solis occasum Caesar exspectauisset, neque ex eo loco, quo constiterat, Scipionem progredi propius se animaduertisset; locoque magis se defendere, si res coegisset, quam in campo

quo p. ante commemoraui. Alii *quem* vel *quod*, sed boni codd. *quo* per Graecam antiptosin, cuius exempla dant Sanct. et Perizon. in Mineru. 4, 12. Vnum addo ex Plaut. Curc. 5, 49. *Istum, quem quaeris, ego sum.* Conf. et Pareus in Lex. Plaut. et not. mox ad c. 96.

ante oppidum constitit, non Caesar; sed Scipio. Cf. c. 42. Est ergo scriptoris negligentia, quod non satis distinxit, nominibus addendis, de quo quidque diceretur. Sed talia plura sunt et in hoc libro et alibi. *M.* Lacunam subpleri iubet Clarke sic: *at ille in eo loco.* Rectius, litterula mutata, Oudend *is eo loco.* Sic vitium non Hirtii, sed librariorum esse videtur et locus erit sanatus.

patenti. Haec vox in quibusdam codd. deest.

comminus consistere audere; non est visa ratio propius accedendi eo die ad oppidum, quoniam ibi praesidium grande Numidarum esse cognouerat, hostesque mediam aciem suam oppido texisse; sibique difficile factu esse intellexit, simul et oppidum vno tempore obpugnare, et in acie in cornu dextro ac sinistro ex iniquiore loco pugnare, praesertim quum milites a mane diei ieiuni sub armis stetissent defatigati. Itaque reductis suis copiis in castra, postero die propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones.

43. Interim Considius, qui Achillam octo cohortibus stipendiariis Numidis Gaetulisque obsidebat, vbi C. Messius cohortibus praeerat, diu multumque expertus, magnisque operibus saepe admotis, et iis ab oppidanis incensis, quum proficeret nihil, subito nuncio de equestri proelio adlato commotus, frumento, cuius in castris copiam habuerat, incenso, vino, oleo, ceterisque rebus, quae ad victum parari solent, corruptis, Achillam, quam obsidebat, deseruit atque, itinere per Regnum Iubae facto, copias cum Scipione partitus, Adrumetum se recepit.

44. Interea ex secundo commeatu, quem a Sicilia miserat Allienus, nauis vna, in qua fuerat Q. Cominius et L. Ticida Eques Romanus, ab residua classe quum errauisset delataque esset vento ad Thapson, a Virgilio scaphis nauiculisque actuariis excepta est

in cornu. Alii *cornu.* Mox pro *ex iniquiore* alii *et iniq.* vel *et ex iniq.*

Considius. c. 33. vnde patebit, vulgo male legi, *Achillam et octo cohortes stipendiarias. M.* Conrexit Dauis. e codd. Iurin. putat leg. *cohortibus et stipendiariis.*

vbi C. Messius coh. praeerat. Leg. *vbi C. Messius praeerat.* Quidquid his in codd. additur, est interpolatio: additur autem sic, vt vel *vbi C. M. cohortibus pr.*, vel *vbi C. M. parte Caesaris cohortibus praeerat praesidio missis*, vel *vbi C. Messius qui coh. praeerat*, legatur. Comparetur modo cap. 33, et adparebit, illa esse adsumenta interpretantium marginalia. *M.*

Achillam — deseruit. Vid. ad cap. 33. *M.*

recepit. Alii *recipit.*

Allienus. Cf. c. 34. *M.*

et ad Scipionem deducta. Item altera nauis trieris ex eadem classe, errabunda ac tempestate ad Aegimurum delata, a classe Vari et M. Octauii est capta, in qua milites veterani cum vno Centurione et nonnulli tirones fuerunt: quos Varus, adseruatos sine contumelia, deducendos curauit ad Scipionem. Qui postquam ad eum peruenerunt et ante suggestum eius constiterunt, *Non vestra,* inquit, *sponte vos, certo scio, sed illius scelerati vestri Imperatoris impulsu et imperio coactos, ciues et optimum quemque nefarie consectari. Quos quoniam fortuna in nostram detulit potestatem, si, id quod facere debetis, Rempublicam cum optimo quoque defendetis, certum est, vobis vitam et pecuniam donare. Quapropter, quid sentiatis, proloquimini.*

45. Hac habita oratione, Scipio, quum existimasset, pro suo beneficio sine dubio ab iis gratias sibi actum iri, potestatem iis dicendi fecit. Ex eis Centurio legionis quartae decimae, *Pro tuo,* inquit, *summo beneficio, Scipio, tibi gratias ago,* (*non enim Imperatorem te adpello*) *quod mihi vitam incolumitatemque, belli iure capto, polliceris: et forsan isto vterer beneficio, si non ei summum scelus adiungeretur. Egone contra Caesarem, Imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, eiusque exercitum, pro cuius dignitate victoriaque amplius XXXVI annis depugnaui, aduersus armatusque*

Virgilius. Cf. c. 28. *M.*

trieris. Sic cod. vet. Vulgo *triremis.*

defendetis. Sic cod. Vrsini. Vulgo *defenditis.*

amplius XXXVI annis. Quia vero Caesar nondum per sex et triginta annos exercitibus praefuerat, sed inde ab eius Praetura sedecim anni nunc effluxerant: multi post Glandorpium monnerunt, XVI legendum esse. Aliis placuit, XIV legi. — De Centurione hoc cf. Valer. Max. 3, 8, 7. *M.* Vbi Centurio hic *Titius* in aliis codd., in aliis *Pontius* vocatur. Colerus inde *Titum Pontium* efficit. Ceterum, qui vulgatum numerum tuentur, non ad ipsum Caesarem, sed ad veteranum eius exercitum censent referendum. Ast XVI firmat Goduinus e cod. Victorii. Dein pro *annis* alii *annos.* parum refert.

consistam? Neque ego istud facturus sum, et te magnopere, vt de negotio desistas, adhortor. Contra cuius enim copias contendas, si minus antea expertus es, licet nunc cognoscas. Elige ex tuis cohortem vnam, quam putas esse firmissimam, et constitue contra me: ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes potestate, non amplius decem sumam: tunc ex virtute nostra intelleges, quid ex tuis copiis sperare debeas.

46. Postquam haec Centurio praesenti animo adversus opinionem eius est locutus, ira percitus Scipio atque animi dolore incensus adnuit Centurionibus, quid fieri vellet; atque ante pedes Centurionem interficit reliquosque veteranos a tironibus iubet secerni. *Abducite*, inquit, *istos nefario scelere contaminatos et caede ciuium saginatos.* Sic extra vallum deducti sunt et cruciabiliter interfecti. Tirones autem iubet inter legiones dispertiri et Cominium

cruciabiliter. Vox suspecta Dodwello in Diss. de Iulio Celso. sed ea iam vsus Plautus Pseud. 4, 1, 40.

in salo. Ex hac phrasi auctorem Africanum et his temporibus iuniorem fuisse auguratur Dodwellus; verum sic plane Corn. Nepos Them. 8. et Plin. 9, 44 (67).

longisque nauibus. Iurin. delet *longis.* hae scil. in statione erant, vt istis essent praesidio.

Virgiliarum signo confecto. Veteres dicunt, *sidus confectum* esse tum, cum certum cursum absoluit et, ad quam metam certo tempore peruenire et solet et debet, ad eam peruenit. Sic a Plinio (H. N. 2, 41.) *sidus cum tempestatibus confici* dicitur, h. e. tempestas esse tum, cum sidus certum cursum absoluit: vbi vid. Harduinus. Idem alibi (H. N. 16, 24. v. 56.) dicit: *Hoc argumento intelligitur sidus confectum*, h. e. solem peruenisse eo, quo cum peruenit, solstitium est. (Poteram addere, loquendi modum fluxisse inde, quia etiam tempus anni certum, atque dies, veluti aequinoctium, solstitium, bruma, dicuntur confecta tum, cum dies, qui sensim sensimque adpropinquauit, iam plane adest: vt Columella de re rust. 9, 14 aliquoties locutus est.) Igitur etiam haec verba: *Virgil. s. confecto*, significare debent, postquam Virgiliae certum cursum absoluerant et ad metam certam peruenerant: et cum tempus, quo sidus conficitur, hominibus sit nota, qua aliquid adesse, aut futurum aut suscipiendum esse agnoscant, etiam h. l. talis nota a scriptore expressa est. Quem ergo cursum Virgiliae illo tempore, quo haec procella ingruit, absoluerant?

cum Ticida in conspectum suum prohibet adduci. Qua ex re Caesar commotus, eos, quos in stationibus cum longis nauibus apud Thapsum custodiae caussa in salo esse iusserat, vt suis onerariis longisque nauibus praesidio essent, ob negligentiam ignominiae caussa dimittendos ab exercitu, grauissimumque in eos edictum proponendum curauit.

47. Per id tempus fere Caesaris exercitui res accidit incredibilis auditu. Namque Virgiliarum signo confecto, circiter vigilia secunda noctis, nimbus cum saxea grandine subito est exortus ingens. Ad hoc autem incommodum accesserat, quod Caesar non, more superiorum Imperatorum, in hibernis exercitum continebat, sed in tertio quartoque die, procedendo

et ad quam metam venerant? et cuius rei nota fuit ille cursus absolutus? Scilicet peruenerant eo, vt mane, cum diluculo, occiderent. Nam procella haec e vera ratione anni, in Nouenbrem incidit (v. ad c. 37.); et annus fuit sextus atque quadragesimus ante aeram christianam (v. Vsserii Annal. l. c. ad c. 37.); et regio, vbi res accidit, est Tunetanum et Algeriense Regnum. Iam docuerunt me periti, in illa regione, illo anno, die decimo Nouembris Virgilias mane occidisse: et Guischardus (Mémoires militaires Vol. 2. p. 252. vel T. 2. p. 549) vndecimum Nouembris edit. Ergo hoc vno sensu nunc Virgiliae confectae dicuntur, quia ad hanc vsque metam sui cursus peruenerant, vt cum diluculo occiderent. Sed et quaerendum est, quaenam haec fuerit temporis notatio. Igitur veteres, quotiescumque de hoc occasu (matutino) Virgiliarum loquuntur (alius enim, praeter hunc, non est mense Nouembri), toties hoc faciunt, e populari ratione, signum ineuntis hiemis. (vid. Plin. H. N. 18, 74. et tabulas in Pontederae antiquitatibus Graecis ac Latinis p. 192. 339; vbi etiam p. 205 de hoc Virgiliarum occasu plura disseruntur.) Si quis ergo veterum aliquid euenisse dicat post hunc Virgiliarum occasum, idem est, vt si diceret, *sub initium hiemis*. Quare verbis his, *Virg. s. confecto*, tempus anni; et reliquis, *vigilia secunda*, tempus diei signatur. — Dauisius commendat disputationem Ashtoni in bibl. liter. no. 8. art. 3. quam nancisci non potui. *M.* Guischardus in Mém. crit. p. 389. itidem XI. Nou. adsignat. *Virgiliae*, rectius *Vergiliae*. alias Pleiades. Loco nostro quidam codd. habent *vigiliarum*, quod Goduinus temere propugnat, quum sequatur *circ. vigilia secunda*.

saxea grandine. alii *saxorum*. Forsan pondus moles que grandinis cum saxis similitudinem hanc peperit. Notum de cetero Liuii et aliorum *lapidibus pluit*. Quid quod nostro aeuo lapidea pluuia sudo quoque coelo celebrata.

superiorum Imper. Marcland. in Explic. vett. auct. p. 279. legi mauult *sup. temporum*. Idem iam Glandorpio visum erat. *M.*

in tertio etc. Praeter morem

propiusque hostem accedendo, castra communiebat; opereque faciendo, milites se circumspiciendi non habebant facultatem. Praeterea ita ex Sicilia exercitum transportauerit, vt, praeter ipsum militem et arma, neque vas, neque mancipium, neque vllam rem, quae vsu militi esse consueuit, in naues imponi pateretur. In Africa autem non modo sibi quidquam non adquisierant aut parauerant; sed etiam propter annonae caritatem ante parata consumserant. Quibus rebus adtenuati, oppido perquam pauci sub pellibus adquiescebant: reliqui, ex vestimentis tentoriolis factis atque arundinibus scopisque contextis, permanebant. Itaque, subito imbre grandineque consecuta, grauati pondere, tenebris aquaque omnes

hic intrusa praepositio. Clarke malit *quartone*.

vsu. Datiuus pro *vsui*. Cf. not. ad G. 1, 16

In Africam. Sic quidem plures codices; sed malim nunc cum paucis, *in Africa*. Etsi scio, talia permutari; debet tamen esse modus et ratio permutationis: quae si non est, vitium est, non permutatio. *M.* Sequor Clarkium, qui vitium sustulit. Oud. *in* heic reddit per *intra*.

oppido perquam pauci. Pro his omnibus e cod. Leid. primo legetur, *quam pauci*, h. e. quam paucissimi. Exempla vid. in Ind. in *quam*. Hoc alius explicauit per *oppido pauci*; alius adscripto *perquam pauci*: e quibus interpretamentis male conflata est vulgata, *oppido perquam pauci*. *M.*

scopis. In Leidensi primo est *copiis*, quod sensum non habet: in Leid. sec. *coriis*; sed paucis illo tempore pelles et coria subpetebant: in edd. ant. est *arundinum sopits*, quae lectio vtcumque ferri posset, nisi in codd. omnibus, praeter vnum, *arundinibus* scriberetur. Est ergo verisimilis Lipsii (de mil. Rom. 5, 5) opinio, cui videtur legendum; *arundinibus storiisque* (cf. B. C. 2, 9); id quod loco Liuii (30, 3) firmatur, vbi *Numidae hibernacula arundine texunt, et storia tegunt*. Vulgata vero lectio, *scopis*, monente Oudendorpio, Scaligero eiusque codici debetur, quam defendere velle malae foret sedulitatis. Scilicet dixerit aliquis, scopam esse plantam, descriptam a Plinio (H. N. 25. extr.), a Bauhino autem (in Pinace p. 470) ruscorum generi adnumeratam, et Linneo ruscum aculeatum dictam; viderique homines fasciculis illius rusci vsos ad differciendas aut reuinciendas arundines. Sed plura hic dispicienda essent de solo natali et magnitudine plantae, antequam aliquid cum specie veri dici posset. Adquiescamus ergo Lipsii coniectura et exemplo, quod e Liuio protuli. *M.* Salmas. ad Spartianum Hadr. 10, emendabat *topiis*, sed haec ex elegantiori hortorum cultu huc transferre nihil adtinet. Sub *scopis*

subruti disiectique, nocte intempesta, ignibus exstinctis rebusque ad victum pertinentibus omnibus corruptis, per castra passim vagabantur, scutisque capita contegebant. Eadem nocte quintae legionis pilorum cacumina sua sponte arserunt.

48. Rex interim Iuba, de equestri proelio Scipionis certior factus, euocatusque ab eodem litteris, praefecto Sabura cum parte exercitus contra Sitium relicto, vt secum ipse aliquid auctoritatis adderet exercitui Scipionis ad terrorem Caesaris, cum tribus legionibus equitibusque frenatis octingentis, Numidis sine frenis, peditibusque leuis armaturae grandi numero, elephantisque triginta egressus e regno, ad Scipionem est profectus. Postquam ad eum peruenit,

Hammerus noster, vir eruditus, naturalis historiae Professor, frondes, surculos, sarmenta, virgulta, ramalia intellegi autumat.

permanebant. pernoctabant.

Itaque, subito — nocte —. Milites non dici possunt *subruti.* Sunt et variae lectiones, veluti *grauata — omnia subruta disiectaque*, vt ad tentoria referatur: bene: vnus habet *tenebrarum:* vnus *aquamque:* pro *omnes* in tribus est *vel.* Ergo facile quidem adparet, tentoria grauata et subruta et disiecta esse pondere et aqua, militesque misere circumerrasse; sed ipsa verba scriptoris, ipsa series periodi et syntaxis non constat. Potuisset ita scribere, vt Oud. suspicatur: *Itaque — grauatis pondere tentoriis, aquarumque vi subrutis disiectisque, omnes nocte —:* an ita scripserit, dubium est. *M.*

subito imbre. Ed. vet. *nimbo.* Celsus *nimbus lapideo imbre diffusus est.*

pilorum cacumina arserunt. Frequens huius miraculi mentio apud veteres. V. Liu. 22, 25. 33, 26. Seneca Nat. Q. 1, 1. Rationem physicam nunc vulgus nouit.

contra Sitium. Cf. c. 25. *M.*

vt secum — Caesaris. Sic edidit Oud. quae nec est lectio neque certa, (nam *ipse* abest a codice bono; in alio, et ipso bono, *ad terrorem* legitur; in tribus non optimis *ac terrore*) neque perspicua; tamen vir ille doctus multo pressius secutus est codicum vestigia, quam ceteri editores, qui varie interpolando hanc lectionem procuderant; *vt sic, quum ipse aliquid auctoritatis haberet, exercitus Scipionis a terrore Caesaris liberaretur, cum tribus —.* Fortasse legi poterit: *vt secum aliquid auctoritatis accederet exercitui Scipionis ad terrorem Caesaris. M.* Saltem *ad terrorem* restituendum est ex cod. Leid. 1. quod et Oudendorpio visum, etsi seruarit. *ac terrorem*, vbi credo legendum fore *Caesari*, non *Caesaris.* Istud *liberaretur* intrusit Beroaldus ad sensum complendum.

leuis armaturae. Hoc Oud. e cod. Noruic. Cf. c. 14. 59. 69. Vulgo *eius.* nullo sensu.

castris Regiis seorsum positis, cum eis copiis, quas commemoraui, haud ita longe a Scipione consedit. (Erat in castris Caesaris superiori tempore magnus terror; et, exspectatione copiarum Regiarum, exercitus eius magis suspensiore animo ante aduentum Iubae commouebatur: postquam vero castra castris contulit, despectis eius copiis, omnem terrorem deponit. Ita, quam antea absens habuerat auctoritatem, eam omnem praesens dimiserat.) Quo facto cuiuis facile fuit intellectu, Scipioni additum animum fiduciamque Regis aduentu: nam postero die vniuersas suas Regisque copias, cum elephantis sexaginta productas in aciem, quam speciosissime potuit, instruxit: ac, paullo longius progressus ab suis munitionibus, haud ita diu commoratus, se recepit in castra.

49. Caesar postquam animaduertit, Scipioni auxilia fere, quae exspectasset, omnia conuenisse, neque moram pugnandi vllam fore, per iugum summum cum copiis progredi coepit et brachia protinus ducere et castella munire, propiusque Scipionem capiendo loca excelsa occupare, contendit. Aduersarii, magnitudine copiarum confisi, proximum collem occupauerunt atque ita longius sibi progrediendi eripuerunt facultatem. Eiusdem collis occupandi gratia Labienus consilium ceperat et, quo propiore loco fuerat; eo celerius occurrerat.

50. Erat conuallis, satis magna latitudine, altitu-

Caesaris. In codd. quibusdam et edd. vet. male *Scipionis*

et, exspectatione — commouebatur. Huius quoque loci scriptura perturbata est. Lege, ad ductu codicum: *Erat — terror et exspectatio cop. Regiarum; exercitusque eius suspensione animi ante adu. sic commouebatur.* M. Sic et Iurinius.

cuiuis fac. f. int. Oud. e codd. addidit *cuius.* Alii *intellectum.*

capiendo. Fortasse delendum hoc verbum. *Oud.* Danis. coniectabat *gradiendo.* Iurinius *accedendo.*

sibi progred. Leg. *ibi progrediendi.* Nam hostes non sibi, sed Caesari facultatem progrediendi eripuerunt: atqui hoc sensu dicendum fuisset *ei,* si scriptor pronomen voluisset addere. Sed non addidit, cui facultas

dine praerupta, crebris locis speluncae in modum subrutis, quae erant transgredienda Caesari ante, quam ad eum collem, quem capere volebat, perueniretur; vltraque eam conuallem oliuetum vetus, crebris arboribus condensum. Hic quum Labienus animaduertisset, Caesarem, si vellet eum locum occupare, prius necesse esse conuallem oliuetumque transgredi, eorum locorum peritus in insidiis cum parte equitatus leuique armatura consedit: et praeterea post montem collesque equites in occulto conlocauerat, vt, quum ipse ex improuiso legionarios adortus esset, ex colle se equitatus ostenderet et, re duplici perturbatus Caesar eiusque exercitus, neque retro regrediundi, neque vltra procedendi oblata facultate, circumuentus concideretur. Caesar, equitatu ante praemisso, inscitus insidiarum quum ad eum locum venisset, abusi siue obliti praeceptorum Labieni, siue veriti, ne in fossa ab equitibus obprimerentur, rari ac singuli de rupe prodire et summa petere collis: quos Caesaris equites consecuti partim interfecerunt, partim viuorum sunt potiti: deinde protinus collem petere contenderunt atque eum, decusso Labieni praesidio, celeriter occupauerunt. Labienus cum parte equitum vix fuga sibi peperit salutem.

51. Hac re per equites gesta, Caesar legionibus opera distribuit atque in eo colle, quo erat potitus, castra muniuit. Deinde ab suis maximis castris per

procedendi sit erepta, quia lector ipse potest intelligere. *M.* Putarim scriptum fuisse *illi*, vnde librarii oscitantia factum *ibi* et tandem repetita vltima littera vocis praeced. *sibi*. Aliis placet, pronomen relatiuum pro demonstratiuo poni. Qua de re v. Sanctius et Perizon, in Min. 2, 12. contra quos pugnat Clarke ad G. 1, 20 et ad h. l.

gratia. Hoc tolli vult Clarkius. *Idem collis* nunc est, idem ille, quem Caesar occuparat, vt Clarkius vidit. *M.*

erant transgredienda. Alii *transeunda*, scil. loca. Male Scaliger *erant transgrediendae.*

abusi. Verbum corruptum. Glandorpius efici vult. *M* Davis. putat leg. *isti* vel *hostes.* Goduinus *Labieniani.* Sed tum pro *Labieni*, quod sequitur, dicturus fuisset Hirtius *Ducis sui.* Iurinius legi vult *Numidae.*

medium campum, e regione oppidi Vzitae, quod inter sua castra et Scipionis in planitie positum erat tenebaturque a Scipione, duo brachia instituit duci et ita erigere, vt ad angulum dextrum sinistrumque eius oppidi conuenirent. Id hac ratione opus instruebat, vt, quum propius oppidum copias admouisset, obpugnareque coepisset, tecta latera suis munitionibus haberet, ne, ab equitatus multitudine circumuentus, ab obpugnatione deterreretur; praeterea, quo facilius conloquia fieri possent et, si qui perfugere vellent, id quod antea saepe acciderat magno cum eorum periculo, tum facile et sine periculo fieret. Voluit etiam experiri, quum propius hostem accessisset, haberetne in animo dimicare. Accedebat etiam ad reliquas caussas, quod is locus depressus erat, puteique ibi complures fieri poterant: aquatione enim longa et angusta vtebantur. Dum haec opera, quae ante dixi, fiebant a legionibus, interim pars acie ante opus instructa sub hoste stabat. Equites barbari leuisque armaturae proeliis minutis comminus dimicabant.

52. Caesar ab eo opere quum iam sub vesperum copias in castra reduceret, magno incursu, cum omni equitatu leuique armatura, Iuba, Scipio, Labienus, in legionarios impetum fecerunt. Equites Caesariani, vi vniuersae subitaeque hostium multitudinis pulsi, parumper cesserunt: quae res aliter aduersa-

erigere. Immo, *dirigere*, vt Lipsius vidit. Est autem *dirigere* h. l. nihil nisi certa linea et ad locum certum ducere, vt c. 56. *brachia promouere vsque ad locum*, *M.* Oud. inuerso ordine leg. putat *erigere et ita duci.* Dauis. *ducere.* sic et Iurin. Sed nota nostro et sueta ista variatio.

instruebat. Sic et G. 8, 41. *vineas et aggeres instruere.*

conloquia fieri possent. Cf. cap. 56. De *aqu. angusta* vid. Ind.

vtebantur. Sic codd. Vulgo *vtebatur.*

pars acie, pro *aciei*, forma antiqua. *M.* Cf. G. 2, 23. Res ipsa intelligitur e c. 58.

armaturae. Iurin. *armatura.* Cf. not. ad c. 69.

in legionarios. Non in legionarios, sed in equites impetum fecerunt, vt ex sequentibus

riis cecidit. Namque Caesar, ex medio itinere copiis reductis, equitibus suis auxilium tulit: equites autem, aduentu legionum animo addito, conuersis equis in Numidas, cupide insequentes dispersosque, impetum fecerunt atque eos conuulneratos vsque in castra Regia repulerunt multosque ex iis interfecerunt. Quod ni in noctem proelium esset coniectum, puluisque vento flatus omnium prospectu obfecisset, Iuba cum Labieno capti in potestatem Caesaris venissent, equitatusque cum leui armatura funditus ad internecionem deletus esset. Interim incredibiliter ex legionibus quarta et sexta Scipionis milites diffugere, partim in castra Caesaris, partim in quas quisque poterat regiones peruenire: itemque equites Curioniani, diffisi Scipioni eiusque copiis, complures se eodem conferebant.

53. Dum haec circum Vzitam ab vtrisque Ducibus administrantur, legiones duae, nona et decima, ex Sicilia nauibus onerariis profectae, quum iam non longe a portu Ruspinae abessent, conspicatae naues Caesarianas, quae in statione apud Thapsum stabant, veriti, ne in aduersariorum, vt insidiandi gratia ibi commorantium, classem inciderent, inprudentes vela in altum dederunt ac, diu multumque iactati, tandem multis post diebus siti inopiaque confecti, ad Caesarem perueniunt.

54. Quibus legionibus expositis, memor in Italia

sit manifestum. Iulius Celsus p. 223, *vt equitatum eius inuaderent*. Vnde *in equites* vel *equitatum* rescribendum. *Dawis.* Recepit hoc Clarkius. Contra Oud. non mutat, ratus latere *Iulianos*, vt c. 40, legitur vel simile quid.

vento flatus. Insuetum *flatus*. Iurin. malit *sublatus*.

prospectu. Dat. antiquus, vt *magistratu* G. 1, 16. *vsu* mox cap. 47. Codd. quidam *prospectibus*. Alius *prospectum abstulisset*, glossa.

Iuba cum Labieno capti. Syllepsis, cuius exempla dat Sanctius in Mineru. 4, 10. vbi et Perizon.

equites Curioniani. Cf. c. 40. *M.* Legebatur *Curiani*. Emendauit Lips. Elect. 2, 22.

conspicatae. Edd. vet. *conspicati*, per syllepsin.

pristinae licentiae militaris ac rapinarum certorum hominum, paruulam modo caussulam nactus Caesar, quod C. Auienus, Tribunus militum decimae legionis, nauem commeatu familia sua atque iumentis occupauisset, neque militem vnum ab Sicilia sustulisset, postero die de suggestu, conuocatis omnium legionum Tribunis Centurionibusque, *Maxime vellem*, inquit, *homines suae petulantiae nimiaeque libertatis aliquando finem fecissent, meaeque lenitatis, modestiae, patientiaeque rationem habuissent. Sed quoniam ipsi sibi neque modum, neque terminum constituunt; quo ceteri dissimiliter se gerant, egomet ipse documentum more militari constituam. C. Auiene, quod in Italia milites Populi Romani contra Rempublicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti; quodque mihi Reique publicae inutilis fuisti, et pro militibus tuam familiam iumentaque in naues inposuisti; tuaque opera militibus tempore necessario Respublica caret; ob eas res ignominiae caussa ab exercitu meo te remoueo, hodieque ex Africa abesse, et, quantum potest, proficisci iubeo. Itemque te, A. Fontei, quod Tribunus militum seditiosus malusque ciuis fuisti, ab*

paruulam caussulam, sic c. 65. *nauigiolum paruulum*, v. Ind.

nauem commeatu. Leg. *nauem pro comm.* Sensus est, ab Auieno nauem, loco commeatus, h. e. militum transportandorum (vid. Ind. in *commeatus*), repletam esse seruis eius ac iumentis. Sic mox disertis verbis: *pro militibus familiam iumentaque in naues inposuit*. Hanc emendationem puto esse certam, etsi nemo de ea monuit. *M.* Recte sentire Morum, puto. mod. codd. addicerent. Bentlei. iam coniectarat.

ab Sicilia sustulisset, inpositos nauibus deduxisset. *M.*

se gerant. Hoc *se* a bonis codd. abesse testatur Gronouius Obseru. 4, 14. Sed alii boni seruant

C. Auiene. Vet. edd. praemittunt *Quapropter.*

mil. P. R. contra Remp. Ex mente Gron. l. c. legi posset *milites contra R. P. R.* Sed et Vell. 2, 16 habet *exercitus P. R.*

inutilis. Sic pro *noxio* Terent. And. 1, 5, 52. Ouid. Met. 13, 38. Nepos 2, 7. Cf. Scioppius Verisim. 1, 20.

tuaque opera, per id, quod tu fecisti. Hunc sensum qui non viderant, mox *militibusque* edi-

exercitu dimitto. T. Saliene, M. Tiro, C. Clusinas, quum, ordines in meo exercitu beneficio non virtute consecuti, ita vos gesseritis, vt neque bello fortes, neque pace boni aut vtiles fueritis, et magis in seditione concitandisque militibus aduersus vestrum Imperatorem, quam pudoris modestiaeque fueritis studiosiores; indignos vos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis, missosque facio, et, quantum potest, abesse ex Africa iubeo. Itaque tradidit eos Centurionibus; et singulis non amplius singulos additos seruos in naui imponendos separatim curauit.

55. Gaetuli interim perfugae, quos cum litteris mandatisque a Caesare missos supra docuimus, ad suos ciues perueniunt; quorum auctoritate facile adducti, Caesarisque nomine persuasi, a Rege Iuba desciscunt celeriterque cuncti arma capiunt contraque Regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis, Iuba, distentus triplici bello, necessitateque coactus, de suis copiis, quas contra Caesarem adduxerat, sex cohortes in fines Regni sui mittit, quae essent praesidio contra Gaetulos.

56. Caesar, brachiis perfectis, promotisque vsque

derant, quasi Respublica diceretur caruisse et opera studioque Auieni et militibus. *M.*

q. potest. Alii *potes.* Oud. malit *pote*, vt ap. Varronem, Ciceronem, poetas.

Saliene. Cf. c. 28. *M.*

in meo exerc. benef. Forsan *in exercitu, meo beneficio.*

aduersus vestrum Imperatorem. Hic puto excidisse verbum *elaborauerit is*, aut simile quid. Est autem *concitandisque militibus* scriptura codd. omnium, etsi vulgata lectio erat *concitandi milites.* Porro *aduersus vestrum* est e Ciacconii emendatione, ante quem *aduersario-rum nostrorum* s. *vestrorum* legebatur. *M.* Non opus subpleto verbo, vt fulciatur *in seditione* (concitanda); siquidem et Petronius c. 52. *studiosus in argento.* Bentl. velit *et seditionis concitandique militis.*

quant. potest. Hic rursus alii *potestis.* Oud. malit *pote.*

singulis non a. singulos. Alii *singulos n. a. singulis additis seruis.*

in naui. Sic codd. vel *naue.* Mihi videtur lineola supra vocalem omissa.

docuimus. cap. 52. *M.*

necessitateque. Sic codd. Vulgo enclitica deest.

eo, quo telum ex oppido adiici non poſſet, caſtra munit: baliſtis ſcorpionibusque crebris ante frontem caſtrorum contraque oppidum conlocatis, defenſores muri deterrere non intermittit: eoque quinque legiones ex ſuperioribus caſtris deducit. Qua facultate oblata, illuſtriores notiſſimique conſpectum amicorum propinquarumque efflagitabant atque inter ſe conloquebantur. Quae res quid vtilitatis haberet, Caeſarem non fallebat. Namque Gaetuli ex equitatu Regio nobiliores, equitumque praefecti, quorum patres cum Mario ante meruerant, eiusque beneficio agris finibusque donati, poſt Sullae victoriam ſub Hiempſalis Regis erant poteſtate dati, occaſione capta, nocte, iam luminibus accenſis, cum equis calonibusque ſuis circiter mile perfugiunt in Caeſaris caſtra, quae erant in campo proxime Vzitae locata.

57. Quod poſtquam Scipio, quique cum eo erant, cognouerunt, quum commoti ex tali incommodo eſſent, fere per id tempus M. Aquinium cum C. Saſer-

eo, quo. Sic Dauiſ. e codd. Alii *eo vt* vel *eo quod.*

adiici. Codd. et edd. vet. *abiici*, male. Cf. G. 4, 23.

Hiempſalis. Hic Hiempſal II. eſt Iubae Regis pater. *Cellar.*

poteſtate dati, occaſ. capta. Leid. 1, et ed. Flor. *accepta.* Oud. coniicit ſcriptum fuiſſe *data occaſione, nocte.* Sic et Bentl. In lectione vulgata legendum foret *poteſtatem.*

proxime Vzitae locata. In omnibus codd. eſt, *proxime locum Vzitae.* Fortaſſe Hirtius nihil ſcripſerat, niſi *proxima*, et cetera interpolando addita ſunt, e quibus editores id, quod nunc in textu eſt, efformarunt. *M.*

ſermonem nuncius ad ſe. Nuncius Scipioni refert ſermonem Aquinii ad ſe, ad ipſum illum nuncium. Si verbis aliter poſitis legeretur, *cum nih. m. eius ſermonem ad ſe nuncius referret*, omnia forent plana. Vidit ſenſum Clarkius. *M.*

ſed reſtare — peragere. Haec ſunt ipſa verba Aquinii. Dixit itaque: *ſed reſtabo* — — quaſi vellet dicere: Mandet, quid velit, Scipio; non curo, ſed perſiſtam et manebo hic, vt reliqua peragam in conloquio. *Oudendorp.* In edd. vulg. eſt: *referret, reſtaretque.* Sed Oudend. bonos codd. ſecutus eſt. *M.* *ſed reſtare, vt.* Alii *diceretque vt*, vel *reſtaretque vt.* Hoc Cellarius recepit, hoc ſenſu: tanquam Scipionis mandatum nuncius Aquinio adtulerit, *vt reſtaret et reliqua perageret.* Dauiſ. coniectabat, prius ſcriptum fuiſſe *ad Sc.* i. e. *ad Scipionem.* E vulgato Bentl. expiſcatur lectionem hanc: *Q. n. m. etiam, nuncio ad Scipionem reuertente, reſtaret, vt* —.

na conloquentem viderunt. Scipio mittit ad Aquinium, *nihil adtinere, eum cum aduersariis conloqui.* Quum nihilo minus eius sermonem nuncius ad se referret, *sed restare, vt reliqua, quae vellet, perageret;* viator praeterea ab Iuba ad eum est missus, qui diceret, audiente Saserna: *Vetat te Rex conloqui.* Quo nuncio perterritus discessit et dicto audiens fuit Regi. Vsu venisse hoc ciui Romano, et ei, qui a Populo Romano honores accepisset, incolumi patria fortunisque omnibus, Iubae barbaro potius obedientem fuisse, quam aut Scipionis obtemperasse nuncio, aut, caesis eiusdem partis ciuibus, incolumem reuerti malle! Atque etiam superbius Iubae factum non in M. Aquinium, hominem nouum paruumque Senatorem, sed in Scipionem, hominem illa familia, dignitate, honoribus praestantem. Nam, quum Scipio sagulo purpureo ante Regis aduentum vti solitus esset, dicitur Iuba cum eo egisse, *non oportere illum eodem vti vestitu, atque ipse vteretur.*

ciui Romano. Post haec verba edd. vulg. addunt *miror*, contra codd. optimos. Monuerunt Dauisius et Oud. infinitiuum etiam h. l. absolute positum esse, vt in sermone admirantis et indignantis. Poterit ergo intelligi, *estne credibile, hoc vsu venisse?* *M.* Simile exemplum ap. Iustinum 2, 14. Lucan. 5, 695. item supra G. 2, 27.

honores accepisset. Mox dicitur Senator. *M.*

eiusdem partis, in qua fuit ille ipse ciuis Romanus. *incolumem reuerti*, a Caesare seruatum potius in patriam redire, quam Iubae beneuolentiam captare. Sed Oud. monet; haec verba *caesis — malle* tantummodo in Leidensi primo exstare; in aliis quibusdam et edd. primis esse *Caesaris* pro *caesis*, quod in se sensu caret; sed si addatur, in aliis rursus duobus hoc verbum *Caesaris* legi, illa vero omnia, *ei. part. ciu. inc. reu. m.*, penitus abesse, facile oritur suspicio interpolationis; estque nobis sensus horum verborum, *aut caesis — malle*, incertus. *M.*

Atque etiam — factum, scil. exstat; narratur. *M.*

paruum Senatorem. Dauisius noue dictum putat et librario tribuit, vultque *pedarium Sen.* legi, de quo Gell. N. A. 3, 18. Contra Oud. in Addendis bene defendit eo, quia Horatius in Epod. 4, 15. dixit, *in primis magnus Eques.* *M.*

sagulo purpureo, paludamento. Cf. B. G. 7, 88. — Plutarchus in Caton. c. 57. etiam notat superbiam Iubae, qui aliquando in conloquio cum Scipione et Catone suam sellam

Itaque factum est, vt Scipio ad album sese vestitum transferret et Iubae, homini superbissimo inertissimoque, obtemperaret.

58. Postero die vniuersas omnium copias de castris omnibus educunt et, supercilium quoddam excelsum nacti, non longe a Caesaris castris aciem constituunt atque ibi consistunt. Caesar item producit copias celeriterque iis instructis ante suas munitiones, quae erant in campo, constitit; sine dubio existimans, vltro aduersarios, quum tam magnis copiis auxiliisque Regis essent praediti promtiusque prosiluissent, ante se concursuros, propiusque se accessuros. Equo circumuectus legionesque cohortatus, signo dato, accessum hostium aucupabatur; ipse enim a suis munitionibus longius non sine ratione non procedebat, quod in oppido Vzitae, quod Scipio tenebat, hostium erant cohortes armatae; eidem autem oppido ad dextrum latus eius cornu erat obpositum; verebaturque, ne, si praetergressus esset, ex oppido eruptione facta, ab latere eum adorti conciderent. Praeterea haec quoque eum caussa tardauit, quod erat locus quidam perinpeditus ante aciem Scipionis, quem suis inpedimento ad vltro occurrendum fore existimabat.

59. Non arbitror esse praetermittendum, quemadmodum exercitus vtriusque fuerint in aciem instructi.

mediam poni voluerit; a Catone tamen ita sit conrectus, vt, transpositis sellis, Scipio medius sederet. Conqueritur idem Plutarchus de adulatione, qua Scipio captarit Iubae fauorem. *M.*

factum est, Addunt alii *illico*.

supercilium, locus editus, collis. Cf. Virg. Georg. 1, 108. et Gesneri thesaurum. Etiam Graece sic dicitur *ὀφρύς*, de quo multis egit Wetstenius ad Euang. Lucae 4, 29. *M.*

eidem autem oppido etc. Iurin. haec ita refingit: *sed. a. oppido ad latus, dextrum eius cornu.*

eum adorti. Iurin. coniicit *aperto.*

quemadmodum, — instructi, Hunc quoque locum tractauit Guischardus (Mém. mil. Vol. 2. p. 246. vel T. 2. p. 340), suamque explicationem ab aduersarii dubitationibus ita defendit (Mém. crit. et histor. p. 529. vel T. 4. p. 226), vt cap. 60. totum verteret et propemodum verbum de verbo interpretaretur, et in altero libro tabula aeri incisa illustraret. Inde ergo rei cogno-

Scipio hoc modo aciem direxit. Conlocabat in frontes suas et Iubae legiones: postea autem Numidas in subsidiaria acie ita extenuatos et in longitudinem directos, vt procul simplex esse acies media ab legionariis militibus videretur; in cornibus autem duplex esse existimabatur. Elephantos dextro sinistroque cornu conlocauerat, aequalibus inter eos interuallis interiectis: post autem elephantos armaturas leues Numidasque substituerat auxiliares. Equitatum frenatum vniuersum in suo dextro cornu disposuerat; sinistrum enim cornu oppido Vzita claudebatur, neque erat spatium equitatus explicandi. Praeterea Numidas leuisque armaturae infinitam multitudinem ad dextram partem suae aciei opposuerat, fere interiecto non minus mile passuum spatio; et ad collis radices magis adpulerat longiusque ab aduersariorum suisque copiis promouerat: id hoc consilio, vt, quum acies duae inter se concurrissent initio certaminis, paullo longius eius equitatus circumuectus ex inprouiso clauderet multitudine sua exercitum Caesaris atque perturbatum iaculis configeret. Haec fuit ratio Scipionis eo die proeliandi.

60. Caesaris autem acies hoc modo fuit conlocata, vt ab sinistro eius cornu ordiar et ad dextrum perueniam. Habuit in sinistro cornu legionem VIIII, VIII;

scendae studiosi adiumentum sibi petent. *M.* Pro *fuerint*, quod codd. dant, alii *fuerant*.

ab legionariis. Delendum est *ab*. Acies media Scipionis videbatur legionariis Caesaris esse simplex. *M.* Dauis. interpolata putat haec verba *ab leg. mil.* Clarke pro *ab* vult *ex.* Iutin. explicat *post legionarios milites.* Guischardi explicationem, Vol. 2. p. 246. sequitur Morus.

Praeterea Numidas. Alii *Propterea* vel *Postea.*

ordiar — legionem. Haec ita sunt mutilata in codicibus, vt necessario coniectura subueniendum fuerit lectioni. Eam ex parte protulit ingenium Rhellicani, quae est sensim recepta in editiones. Res ipsa declarat, nihil aliud scribi ab Hirtio potuisse. Est autem in Leid. pr. *ordinaret perueniam. Habuit legionem IX, VIII in sinistro cornu, XX, XXXVIII*, ceteris omissis. In aliis est, *ordinaret ad dextrum legionem IX et VIII. in sinistro cornu XXX, XXXVIII.* Nec in reliquis numeris consentiant codd. et edd. ant. Tum verba, *ipsum autem*

in dextro cornu XXX, XXVIII; XIII, XIIII, XXVIIII, XXVI in media acie; ipſum autem dextrum cornu, ſecundam aciem fere, in earum legionum parte cohortium conlocauerat; praeterea ex tironum legionibus paucas adiecerat. Tertiam autem aciem in ſiniſtrum ſuum cornu contulerat, et vsque ad aciei ſuae mediam legionem porrexerat, et ita conlocauerat, vti ſiniſtrum ſuum cornu triplex eſſet. Id eo conſilio fecerat, quod ſuum dextrum latus munitionibus adiuvabatur; ſiniſtrum autem, equitatus hoſtium multitudini vti reſiſtere poſſet, laborabat, eodemque ſuum omnem equitatum contulerat: et, quod ei parum confidebat, praeſidio his equitibus legionem quintam praemiſerat leuemque armaturam inter equites interpoſuerat. Sagittarios varie paſſimque, locis certis maximeque in cornibus, conlocauerat.

61. Sic vtrorumque exercitus inſtructi, non plus paſſuum trecentorum interiecto ſpatio, quod forſitan ante id tempus acciderat nunquam, quin dimi-

— *conlocauerat*, quis non videt ſenſu deſtituta eſſe? Itaque Guiſchardus (Mém. milit. Vol. 2. p. 249. vel T. 2. p. 344. et Mém. crit. et hiſt. p. 530. vel T. 4. p. 237) dicit, ex hac diverſitate lectionum locum ſibi videri ſic conſtituendum: *Habuit in ſiniſtro cornu legionem IX. VIII. In dextro cornu XXX, XXVIII. In media acie XIII, XIIII, XXVIIII, XXVI. In media autem acie ipſum dextrum cornu; ſecundam aciem fere — conlocauerat.* Itaque verba, *in media acie*, a librariis altero loco omiſſa putat. Iam hanc lectionem, ab ſe conſtitutam, ita vertit: *La neuvieme et la huitieme étoient à l'aile gauche. La trentieme et la vingt-huitieme à la droite. La treizieme, la quatorzieme, la vingt-neuvieme, la vingt-ſixieme dans le corps de bataille. Mais l'aile droite étoit encore compriſe dans ſon corps de bataille, et il ſe ſervoit de ſa ſeconde ligne pour en former la droite à la place des cohortes qui avoient été attribuées au corps de bataille.* Quodſi verbulum de lectione addere licet, in extremis verbis, *in par. leg. par. coh. conlocauerat*, nondum eſſe lectionem genuinam puto. *M.* Röſch in Comment. über die Comment. des Cäſar. p. 108 conſentit cum Guiſchardo *in media acie* bis legendum eſſe, verum negat octauam legionem adfuiſſe in acie, quippe quae cap 62. demum aduenilſe fertur cum ſeptima. Itaque ſic legi vult: *in ſin. cornu leg. VIIII et X* (cf. c. 53); *in d. c. XXX et XXIX: in m. acie XIII, XIV, XXVIII et XXVI. In m. autem acie etc.* Sed

raretur, a mane vsque ad horam decimam diei perſtiterunt. Iamque Caeſar dum exercitum reducere intra munitiones ſuas coepiſſet, ſubito vniuerſus equitatus vlterior Numidarum Gaetulorumque ſine frenis ad dextram partem ſe mouere propiusque Caeſaris caſtra, quae erant in colle, ſe conferre coepit; frenatus autem Labieni eques in loco permanere legionesque distinere: quum ſubito pars equitatus Caeſaris cum leui armatura, contra Gaetulos iniuſſu ac temere longius progreſſi paludemque transgreſſi, multitudinem hoſtium pauci ſuſtinere non potuerunt; leuique armatura deſerti ac pulſi conuulneratique, vno equite amiſſo, multis equis ſauciis, leuis armaturae XXVII occiſis, ad ſuos refugerunt. Quo ſecundo equeſtri proelio facto, Scipio laetus in caſtra nocte copias reduxit. Quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decreuit: namque poſtero die Caeſar cum parte equitatus ſui Leptim, frumenti gratia, miſit. In itinere praedatores equites Numidas

ipſum conſulat lector. Alia proponit Iurinius.

et vsque ad — porrexerat. Locum Guiſchardus (p. 530 vel Tom. 4. p. 243) ſic vertit: *Ayant transporté ſa troiſieme ligne à ſon aile gauche, il prolongea cette aile jusqu'à la légion qui partageoit la gauche de ſon corps de bataille. M.* Lipſ. malebat: *ad aciei ſuae mediae legiones.*

adiuuabatur. Cellar. ex Vrſini codice *adiuuaretur.* Deturbato h. l. v. Oud.

praeſidio — praemiſerat, il plaça devant la cavalerie ſa cinquieme légion pour la protéger. Nec incommode confert Guiſchardus hanc Feſti deſcriptionem: *Praeſidium eſt, quod pro vtilitate et ſalute alicuius auxilii gratia praeponitur; ſubſidium, quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus. M.*

forſitan. Sic codd. Vulgo *forte.*

horam decimam. Eſt circiter tertia aut quarta pomeridiana. Mox pro *dum* legendum eſt *quum. M.*

equitatus vlterior, quem, vt eſt c. 59, Scipio longius a ceteris copiis promouerat. *M.*

pars equitatus — progreſſi: Syntheſis. Plane ſic Salluſt. Iug. 60.

proprium gaudium. vid. ad c. 32. *M* Praemiſſum *Quod* perperam damnat Scaliger; valet idem quod *ſed*, iudice Daniſio. Verum nec hoc neceſſe. Relatiuum eſt et bene poſitum.

cum parte equit. Leg. *quum partem* (ſic quidam codd.) *equitatus — miſiſſet* (ſic vnus cod.) *in itinere — M.* Idem placet

Gaetulosque ex improuiso adorti circiter centum partim occiderunt, partim viuorum potiti sunt. Caesar interim quotidie legiones in campum deducere atque opus facere vallumque et fossam per medium campum ducere, aduersariorumque excursionibus iter obsicere non intermittit. Scipio item munitione contra facere et, ne iugo a Caesare excluderetur, adproperare. Ita Duces vtrique et in operibus occupati erant et nihilo minus equestribus proeliis inter se quotidie dimicabant.

62. Interim Varus classem, quam antea Vticae hiemis gratia subduxerat, cognito legionis VII et VIII ex Sicilia aduentu, celeriter deducit illamque Gaetulis remigibus epibatisque complet; insidiandique gratia ab Vtica progressus, Adrumetum cum LV nauibus peruenit. Cuius aduentus inscius Caesar, L. Cispium cum classe XXVII nauium ad Thapsum versus in stationem, praesidii gratia commeatus sui, mittit:

Dauisio. Vulgatum retinet Clarke, subaudito *milites*. Oudend. subintelligit *frumentatores*. Verba *frumenti gratia* a codd. variis exulant.

iter obsicere. Vel *iter* deleo, vel *ita* lego. *Dauisius*. Idem sentit Oud. item Bentl. *Itineri hostium obsicere* Sall. habet c. 52. Transitiue dici posse censet Cellarius, quia passiue apud Lucret. 2, 155. *officiuntur corpuscula*. et 4, 767. *Corporis offensi sensus*.

ab Vtica. Adiecit Oudend. e codd.

ad Thapsum. Ita codd. vet.

promontorium. edd. vet. praemittunt *propius*.

nactus, cum classe nauium longarum. Sic paulo ante. *M*.

Reliqua classis nauium onerariarum. Sic diserte paulo post. Aliis aliter videtur, quia verba *cum classe* in edd. quibusdam paulo ante ponuntur ante verbum *promontorium*, et ante verbum *se* absunt, vnde post alios Oud. sic legit: *Aquila, temp. iactatus, cum classe promontorium sup. n. potuit. Atque ang. — nactus, se* (nauem suam) *long. a p. rem. Reliqua —*. *M*. Ruhnk. Elect. 2, 4. non adtendit ad classis nauium longarum et onerariarum discrimen; inde factum, vt contradictionem in hoc loco deprehendere sibi videretur.

in oppido. alii *in oppidum*.

ex perfuga. alii *ex perfugis*.

ex Cothone. Verbum hoc etiam cap. 63 occurrit. Si Seruium (ad Virg. Aen. 1, 425) et Festum (in *Cothones*, seu, vt quaedam edd. vitiose exhibent, *Catones*) audiamus, iuxta hunc portus, in mari interiores, arte et manu facti, adpellantur Cothones; et iuxta Seruium Cothones sunt portus non naturales, sed arte et manu facti

itemque Q. Aquilam cum XIII nauibus longis Adrumetum eadem de caussa praemittit. Cispius, quo erat missus, celeriter peruenit: Aquila, tempestate iactatus, promontorium superare non potuit, atque angulum quemdem tutum a tempestate nactus, cum classe se longius a prospectu remouit. Reliqua classis in salo ad Leptim, egressis remigibus passimque in littore vagantibus, partim in oppido victus sui mercandi gratia progressis, vacua a defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfuga cognitis, occasionem nactus, vigilia secunda Adrumeto ex Cothone egressus, cum primo mane Leptim vniuersa classe vectus, naues onerarias, quae longius a portu in salo stabant, incendit et penteres duas vacuas ac defensoribus, nullo repugnante, cepit.

63. Caesar interim celeriter per nuncios in castris, quum opera circuiret, certior factus, quae aberant a portu milia passuum sex, equo admisso, omissis om-

cuiusmodi fossitios portus Salmasius (ad Solin. pag. 794) a Latinis fossas, a Graecis χαράδρας dictos esse monuit. Sin vlterius quaeramus, non abhorret a vero coniectura Cellarii, (ad quam ipsam fere Salmasius inclinat) existimantis, Adrumetinos suum hoc nauale Cothonem dixisse, ad similitudinem Cothonis Carthaginiensis. Scilicet e Strabone (17. p. 832 sq.) scimus, vicinum fuisse Carthagini τὸν Κώθωνα, quam dicit esse insulam rotundam, canali cinctam, et vtrimque naualia habentem. Quem quidem locum Appianus (Punic. p. 57. ed. Steph.) sic describit: intra vnum portuum Carthaginiensium fuisse insulam, atque cum portum tum insulam habuisse crepidines, in quibus fuerint naualia. Satis ex his intelligi potest, qui fuerit Cothon Carthaginiensis, siue totum illud opus omnino; siue nauale, quod ibi fuit; siue cur nalis dictus sit Cothon: potuit enim vsus verbi variari; nec mirum est, alios etiam, ob Carthaginiensis operis similitudinem, suum nauale Cothonem nominasse. His certiora de nomine non habeo; et sufficit, rem omnino intellexisse. Interpretes nostri loci locis Seruii, Festi et Strabonis iam vsi erant. Illud non bene fieri putem, si quis Graecum verbum κώθων comparet, et similitudinem figurae poculi suspicetur nominis caussam esse: quidni enim Carthaginensis Cothon Punicum, aut omnino orientis verbum fuerit? id quod intrepretibus Stephani Byz. in Καρχηδὼν iam in mentem venerat. — De situ loci Shawianum iter conferendum est T. 1. P. 237. M. Ed. Angl. p. 19. Ibi nomen ducitur e Phoenicio *katham*, incidere: Cf. et Bochartus Geogr. S. P. 2. 1, 24.

cum pr. mane. Sic boni codd.

penteres. Alii *pentiremes*, *penteremes.*

nibus rebus, celeriter peruenit Leptim: ibique hortatus, omnes vt se naues consequerentur, primum ipse nauigiolum paruulum conscendit; in cursu Aquilam, multitudine nauigiorum perterritum atque trepidantem, nactus, hostium classem sequi coepit. Interim Varus, celeritate Caesaris audaciaque motus, cum vniuersa classe, conuersis nauibus, Adrumetum versus fugere contendit. Quem Caesar in milibus passuum quatuor consecutus, recuperata quinqueremi cum omnibus suis epibatis atque etiam hostium custodibus CXXX, in ea naue captis, triremem hostium proximam, quae in repugnando erat commorata, onustam remigum epibatarumque cepit; reliquae naues hostium promontorium superarunt atque Adrumetum in Cothonem se vniuersae contulerunt. Caesar eodem vento promontorium superare non potuit atque, in salo in ancoris ea nocte commoratus, prima luce Adrumetum accedit ibique, nauibus onerariis, quae erant extra Cothonem, incensis, omnibusque reliquis aliis aut subductis, aut in Cothonem compulsis, paullisper commoratus, si forte vellent classe dimicare, rursus se recepit in castra.

64. In ea naue captus est P. Vestrius, Eques Romanus, et P. Ligarius, Afranianus, quem Caesar in Hispania cum reliquis dimiserat et postea se ad Pompeium contulerat; inde ex proelio effugerat in Africamque ad Varum venerat: quem ob periurium perfidiamque Caesar iussit necari; P. Vestrio autem, quod eius frater Romae pecuniam imperatam nume-

hortatus. Alii *moratus*; sed, vt monuit Oudend. huic celeritati Caesaris mora non conuenit. *M.* Vulgo *moratus* in codd. et edd. vet. Sed Noruic. cod. *hortatur*, vnde Clarke bene *hortatus.* Iurin. malit *neque moratus*, non ita male. tum Bentl. post *consequerentur* addi iubet, *imperat*; *ipse.* non opus.

contendit. Alii *coepit.*

reliquis aliis. Deleuerim *aliis. M.*

Afranianus, qui sub Afranio, Pompeii Legato, in Hispania militauerat. *Cellarius.*

dimiserat. Conf. B. C. 1,

rauerat et quod ipſe ſuam cauſſam Caeſari probaue-rat, ſe, a Naſidii claſſe captum, quum ad necem duceretur, beneficio Vari eſſe ſeruatum, poſtea facultatem ſibi nullam datam tranſeundi, ignouit.

65. Eſt in Africa conſuetudo incolarum, vt in agris et in omnibus fere villis ſub terra ſpecus condendi frumenti gratia clam habeant atque id propter bella maxime hoſtiumque ſubitum aduentum praeparent. Qua de re Caeſar certior per indicem factus, tertia vigilia legiones duas cum equitatu mittit ab caſtris ſuis milia paſſuum decem atque inde magno numero frumenti onuſtos recipit in caſtra. Quibus rebus cognitis, Labienus, progreſſus a ſuis caſtris milia paſſuum ſeptem per iugum et collem, per quem Caeſar pridie iter fecerat, ibi caſtra duarum legionum facit; atque ipſa quotidie, exiſtimans, Caeſarem eadem ſaepe frumentandi gratia commeaturum, cum magno equitatu leuique armatura inſidiaturus locis idoneis conſedit.

66. Caeſar interim de inſidiis Labieni ex perfugis certior factus, paucos dies ibi commoratus, dum hoſtes quotidiano inſtituto, ſaepe idem faciendo, in negligentiam adducerentur, ſubito mane imperat, porta decumana legiones ſe octo veteranas cum parte equitatus ſequi; atque, equitibus praemiſſis, neque opinantes inſidiatores ſubito, in conuallibus latentes, leui armatura concidit circiter quingentos; reliquos in fugam turpiſſimam coniecit. Interim Labienus cum vniuerſo equitatu fugientibus ſuis ſubpetias occurrit.

86. 87. *M.* *et poſtea.* ſubdi *qui.*

a Naſ. claſſe. Sic Oud. e cod. Vrſini. Vulgo praepoſitio deeſt.

Naſidii. Cf. B. C. 2, 3. *M.*

recipit. Alii *recepit*, ſueta variatione temporis.

atque ipſe. Heic male interponunt *ibi* contra codd. bonos et edd. vet.

conſedit. Alii *conſidet.* melius *conſidit.* vt 7, 58. 79. *Oud.*

octo veteranas. Caeſar modo ſeptem veteranas ſecum habebat. legendum ergo putat Iuxinius VII vel III vel IV.

Cuius vim multitudinis quum equites pauci Caesariani iam sustinere non possent, Caesar instructas legiones hostium copiis ostendit. Quo facto perterrito Labieno ac retardato, suos equites recepit incolumes. Postero die Iuba Numidas eos, qui, loco amisso, fuga se receperant in castra, in cruce omnes subfixit.

67. Caesar interim, quoniam frumenti inopia premebatur, copias omnes in castra conducit; atque praesidio Lepti, Ruspinae, Achillae relicto, Cispio Aquilaeque classe transdita, vt alter Adrumetum, alter Thapsum mari obsiderent, ipse castris incensis, quarta noctis vigilia, acie instructa, inpedimentis in sinistra parte conlocatis, ex eo loco proficiscitur et peruenit ad oppidum Agar; quod a Gaetulis saepe antea obpugnatum summaque vi per ipsos oppidanos erat defensum. Ibi in campo castris vnis positis, ipse frumentatum circum villas cum parte exercitus profectus, magno inuento hordei, olei, vini, fici numero, pauco tritici, atque recreato exercitu, redit in castra. Scipio interim, cognito Caesaris discessu, cum vniuersis copiis per iugum Caesarem subsequi coepit atque ab eius castris milia passuum sex longe, trinis castris dispartitis copiis, consedit.

68. Oppidum erat Zeta, quod aberat ab Scipione milia passuum decem, ad eius regionem et partem castrorum conlocatum, a Caesare autem diuersum ac

Cispio Aquilaeque. Cf. c. 62. *M.*

pauco tritici. Insolens hoc. Cod. Doru. habet *parum*, Leid. 1. *paruo.*

milia passuum sex. Iurinius vult *octo* ob ea, quae sequenti capite traduntur; verum non ita praecise ista definienda sunt.

ad eius regionem — conlocatum. Haec mihi non sunt satis perspicua; puto tamen commode versa esse in itinere Shawiano T. 1. p. 265. (ed. Angl. p. 116.) *Zeta étoit située près du territoire de Scipion, et près de laquelle il y avoit un corps de son armée. M.* Nomen a *zeith*, oliua, quasi olinetum, deriuatur. Cf. Bochart. l. c. ad c. 62. et supra c. 50. In codd. *Zetta.*

conlocatum. Rectius forsan

remotum, quod erat ab eo longe millia passuum XVIII. Huc Scipio legiones duas frumentandi gratia misit. Quod postquam Caesar ex perfuga cognouit, castris ex campo in collem ac tutiora loca conlocatis, atque ibi praesidio relicto, ipse quarta vigilia egressus, praeter hostium castra proficiscitur cum copiis et oppidum potitur. Legiones Scipionis comperit longius in agris frumentari et, quum eo contendere conaretur, animaduertit, copias hostium iis legionibus occurrere subpetias. Quae res eius impetum retardauit. Itaque, capto C. Mutio Regino, Equite Romano, Scipionibus familiarissimo, qui ei oppido praeerat, et P. Atrio, Equite Romano de conuentu Vticensi, et camelis duobus et viginti Regis adductis, praesidio ibi cum Oppio Legato relicto, ipse se recipere coepit ad castra.

69. Quum iam non longe a castris Scipionis abesset, quae eum necesse erat praetergredi, Labienus Afraniusque, cum omni equitatu leuique armatura ex insidiis adorti, agmini eius extremo se obferunt, atque ex collibus primis exsistunt. Quod postquam Caesar animaduertit, equitibus suis hostium vi oppositis, sarcinas legionarios in aceruum iubet comportare atque celeriter signa hostibus inferre. Quod postquam coeptum est fieri, primo impetu legionum equitatus et leuis armatura hostium nullo negotio loco pulsa et deiecta est de colle. Quum iam Caesar exi-

conlatis, vt Al. 61. vbi codd. quoque habent *conlocata*.

Mutio Regino. Variatur hic mire. *Mincio. Minnia, Ninnio* etc. Rectius forsan *Mucius* scriberetur. *Regini* meminit Cic. ad Att. 10, 12. alias *Basilus* vel *Basillus* vocatur. vid. Orosius 6, 15.

adductis. Iurinius malit *abductis*, bene.

adorti. Dauis. malebat *oborti*. Iurinius *coorti*. non opus.

exsistunt. Alii *exeunt*. Sed vid. Ind.

coll. primis. An *proximis?* M.

sarcinas. Intellige non inpedimenta legionum, quibus in hac expeditione non fuit opus, sed sarcinas frumenti et aliorum cibariorum, quibus erat potitus Zetae. Sic Guischard Mém. milit. Vol. 2. p. 261.

ſtimaſſet, hoſtes pulſos deterritosque finem laceſſendi facturos, et iter coeptum pergere coepiſſet; iterum celeriter ex proximis collibus erumpunt atque eadem ratione, qua ante dixi, in Caeſaris legionarios impetum faciunt Numidae leuisque armaturae, mirabili velocitate praediti, qui inter equites pugnabant et vna pariterque cum equitibus accurrere et refugere conſueuerant. Quum hoc ſaepius facerent et Iulianos proficiſcentes inſequerentur et refugerent, ſtantes propius non accederent et ſingulari genere pugnae vterentur, eosque iaculis conuulnerare ſatis eſſe exiſtimarent; Caeſar intellexit, nihil aliud illos conari, niſi vt ſe cogerent, caſtra in eo loco ponere, vbi omnino aquae nihil eſſet; vt exercitus eius ieiunus, qui a quarta vigilia vsque ad horam decimam diei nihil guſtaſſet, ac iumenta ſiti perirent.

70. Quum iam ad ſolis occaſum eſſet, et non totos centum paſſus in horam [IV] eſſet progreſſus; equitatu ſuo propter equorum interitum extremo agmine remoto, legiones inuicem ad extremum agmen euocabat. Ita vim hoſtium, placide leniterque procedens, per legionarium militem commodius ſuſtinebat. Interim equitum Numidarum copiae dextra ſiniſtraque per colles praecurrere coronaeque in modum cingere multitudine ſua Caeſaris copias; pars agmen extremum inſequi. Caeſaris autem non amplius tres aut

leuisque armaturae. Edd. vet. *leuis.* Codd. quidam *armatura.* Alterutrum rectius. Cf. not. ad c. 51.

et refugerent. Fortaſſis excidit aliquid, legendumque eſt, *conuerſos refugerent.* Cf. c. 70. Sic tria dicuntur, quae dicenda erant: inſequuntur proficiſcentes, refugiunt conuerſos, non accedunt propius ſtantes. Edd. vulg. habent, *inſtantes*, vt *refugere inſtantes* cohaereat; e correctione. *M.*

horam decimam. Ea eſt circiter quarta pomeridiana. *M.*

in horam [IV]. Haec eſſet circiter decima antemeridiana. Quorſum ergo diceret, quousque *mane* Caeſar eſſet progreſſus, cum iam eſſet ad ſolis occaſum? Veriſſima lectio eſt codd. Leidenſis primi et Scaligerani, *in horam*, h. e. in horas ſingulas, et numeri nota delenda eſt. Alii habent *in horis IV*, quod et ipſum ferri poteſt: eſt enim,

quatuor milites veterani si se conuertissent et pila viribus contorta in Numidas infestos coniecissent, amplius duum milium numero ad vnum terga vertebant ac rursus ad aciem passim, conuersis equis, se conligebant atque in spatio consequebantur et iacula in legionarios coniiciebant. Ita Caesar, modo procedendo, modo resistendo, tardius itinere confecto, noctis hora prima omnes suos ad vnum in castris incolumes, sauciis decem factis, reduxit. Labienus, circiter trecentis amissis, multis vulneratis ac defessis instando omnibus, ad suos se recepit. Scipio interim legiones productas cum elephantis, quos ante castra in acie terroris gratia in conspectu Caesaris conlocaverat, reducit in castra.

71. Caesar contra eiusmodi hostium genera copias suas, non vt Imperator exercitum veteranum victoremque maximis rebus gestis, sed vt lanista tirones gladiatores condocefacere: quo pede se reciperent ab hoste, et quemadmodum obuersi aduersariis, et in quantulo spatio resisterent; modo procurrerent, modo recederent comminarenturque inpetum; ac prope, quo loco et quemadmodum tela mitterent, praecipit. Mirifice enim hostium leuis armatura anxium exercitum nostrum atque sollicitum habebat: quia et equites deterrebat proelium inire propter equorum interitum, quod eos iaculis interficiebant; et legiona-

intra spatium quatuor horarum. *M.*

extremo agmine remoto, ex agmine extremo remouet, discedere iubet. — Etiam in hoc capite, omninoque hac narratione c. 68—71. Guischardus sibi visus est manum interpolatricem detexisse: negat enim, haec ita, vt scripta sunt, ab homine militaris rei perito scribi, ac ne fieri quidem sic potuisse. vid. Mémoires milit. Vol. 2. p. 262. T. 2. p. 362. *M.*

in castris. Sic codd. Rectius foret *in castra*, vt ediderе Vascos. et Steph.

praecipit. Alii *praeciperet*, *praeciperent*, vnde Dauis. vult *praecipere*, vt respondeat τῷ *condocefacere*. sed solemnis Hirtio temporum variatio.

interficiebant — defatigabant. Pluralis pendet a conlectiuo. Scal. e cod. suo et Vrsini dat *interficiebat — defatigabat.*

rium militem defatigabant propter velocitatem: grauis enim armaturae miles simul atque ab his infectatus constiterat, in eosque inpetum fecerat, illi veloci cursu facile periculum vitabant.

72. Quibus ex rebus Caesar vehementer commouebatur; quia, quodcumque proelium quoties erat commissum, equitatu suo sine legionario milite hostium equitatui leuique armaturae eorum nullo modo par esse poterat. Sollicitabatur autem his rebus, quod nondum hostium legiones cognouerat, et quonam modo sustinere se posset ab eorum equitatu leuique armatura, quae erat mirifica, si legiones quoque accessissent. Accedebat etiam haec caussa, quod elephantorum magnitudo multitudoque militum animos detinebat in terrore: cui vni rei tamen inuenerat remedium. Namque elephantos ex Italia transportari iusserat, quo et miles noster speciemque et virtutem bestiae cognosceret et cui parti corporis eius telum facile adigi posset; ornatusque ac loricatus quum esset elephantus, quae pars eius corporis nuda sine tegmine relinqueretur, vt eo tela coniicerentur; praeterea, vt iumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem, consuetudine capta non reformidarent. Quibus ex rebus largiter erat consecutus; nam et milites

insectatus. Sic *sector* passiue accipitur. V. Vossius de anal. 3, 6.

Quibus ex rebus — quoties — Quaecumque hic occurrunt variae lectiones, (vel abest *quia*, vel *commotus* legitur, vel *veh. comm. quia quodc.* omittitur) eae sunt vel ab emendandi studio, vel, vt omissio plurium verborum, a festinatione librarii. *M.*

autem. Dauis. malit *item.*

ex Italia. Sic scribendum esse, Ciacconius ad h. l. et Lipsius (Elect. 2, 22) docuerunt: nam constantem codd. et vett. edd. lectionem, *in Italiam*, redarguit non modo res ipsa, sed et locus Dionis Cassii (43, 4), vbi disertis verbis est, Caesarem et milites et elephantos *ex Italia* arcessiisse. Hoc omnes fere interpretes monuerunt. *M.* Operam ludit Geduinus, qui vitiosam lectionem propugnat.

adigi posset. Sic bene codd. et edd. vet. Male Scal. *adiici.*

sine tegmine. Videtur interpretamentum. *M.*

captarum. Si elephanti capti erant a Caesare, cur ex Italia transportat? Leg. e cod. Dauisii, *capta:* sic iumenta dicuntur capta esse consuetudine, ne reformidarent bestias. *M.* Bene

beſtias manibus pertractabant earumque tarditatem cognoſcebant, equitesque in eos pila praepilata coniiciebant; atque in conſuetudinem equos patientia beſtiarum adduxerat.

73. Ob has cauſſas, quas ſupra commemoraui, ſollicitabatur Caeſar, tardiorque et conſideratior erat factus et ex priſtina bellandi conſuetudine celeritateque exceſſerat. Nec mirum. Copias enim habebat in Gallia, bellare conſuetas locis campeſtribus, et contra Gallos, homines apertos minimeque inſidioſos, qui per virtutem, non per dolum, dimicare conſueruнt: tum autem erat ei laborandum, vt conſuefaceret milites, hoſtium dolos, inſidias, artificia cognoſcere et, quid ſequi, quid vitare conueniret. Itaque, quo haec celerius conciperent, dabat operam, vt legiones non in vno loco contineret, ſed per cauſſam frumentandi huc atque illuc raptaret; ideo quod hoſtium copias ab ſe ſuoque veſtigio non diſceſſuras exiſtimabat. Atque poſt diem tertium productas adcuratius ſuas copias ſicut inſtruxerat, propter hoſtium caſtra praetergreſſus, aequo loco inuitat ad dimicandum. Poſtquam eos abhorrere videt, reducit ſub veſperum legiones in caſtra.

74. Legati interim ex oppido Vacca, quod finitu-

ſic Morus et Bentl. Male *capta* referunt alii ad *conſuetudine*.

largiter erat conſecutus. Vel intelligetur, vel addetur, *quod optauerat*. Monuit Cellarius. *M.* Scal. delenda putat haec, *quibus ex rebus*. Dauiſ. mallt *quibus haec rebus*. Clarke ellipticam locutionem elegantem pronuntiat.

praepilata, non cuſpide praefixa, ſed obtuſo acumine. et inſtar pilae rotundo. Lipſii Poliorc, 4, 4. *Cellar.* Eo ſenſu *praepilata* dicit *miſſilia* Liu. 26, 51. et *haſtas praepilatas* Plin. 8, 6. Idem 9, 30 (51) metaphorice *cornua locuſtarum praepilata* dicit et Quinct. 5, 12, 17. *declamationes praepilatas* exercitii gratia inſtitutas.

patientia beſtiarum, dum coguntur equi perpeti indolem beſtiarum, adducantur in conſuetudinem earum. *M.* In codd. variis et edd. vet. legitur *atque in conſ. equos ipſarum beſtiarum add.* ſenſu vel ſic ſatis apto.

non per dolum. Multos tamen Gallorum dolos ipſe Caeſar in ſuis commentariis deſcripſit. *M.*

Vacca. Vrbs Africae propriae diſcernenda ab alia cognomine in Numidia, de qua Salluſt. Iug. 29. 47.

mum fuit Zetae, cuius Caesarem potitum esse demonstrauimus, veniunt; petunt et obsecrant, *vt sibi praesidium mittat; se res complures, quae vtiles bello sint, administraturos.* Per idem tempus, Deorum voluntate studioque erga Caesarem, transfuga suos ciues facit certiores, *Iubam Regem celeriter cum copiis suis, antequam Caesaris praesidium eo perueniret, ad oppidum adcucurrisse atque, adueniente multitudine circumdata, eo potitum; omnibusque eius oppidi incolis ad vnum interfectis, dedisse oppidum diripiendum delendumque militibus.*

75. Caesar interim, lustrato exercitu a. d. XII Kal. Apriles, postero die productis vniuersis copiis, progressus a suis castris milia passuum quinque, a Scipionis circiter duum milium interiecto spatio, in acie constitit. Postquam satis diuque aduersarios, a se ad dimicandum inuitatos, supersedere pugnae animaduertit, reducit copias. Postero die castra mouet atque iter ad oppidum Sarsuram, vbi Scipio Numidarum habuerat praesidium frumentumque comportauerat, ire contendit. Quod vbi Labienus animaduertit, cum equitatu leuique armatura agmen eius extremum carpere coepit: atque ita lixarum mercato-

Zetae. Codd. et edd. vet. *Zettae.* pro quo ante Scal. legebatur *Vzitae.*

demonstrauimus, c. 68. *M.*

Deorum. Vulgo, *de eorum,* sine sensu: et *Deorum* codd. satis firmant. *M.* Confert Dauis. hunc locum cum Al. c. 75. et mox eum c. 82. Non tamen video, quomodo haec cum narrato Vaccensium tristi fato conueniant. Iurinius ideo legi optat: *de eorum vol. stud. que erga C. transfuga Scipionem facit cert,* tum post *adcucurrisse* addi iubet *cognitum est* vel quid simile. Lipsius El. 2, 22. locum interpolatum iudicabat.

suos ciues, h. e. Vaccenses legatos, qui cum Caesare erant. *Cellarius.*

a. d. XII. Kal. Apr. Est dies 21. Ianuarii iuxta Vsserii Annales ad a. m. 3958. Sed ex ratione Guischardi in Mém. milit. Vol. 2. p. 266. vel Tom. 2. p. 368. erit dies 17. Decembris. vid. ad cap. 1. *M.* Sed in Mém. crit. p. 390. XII. Febr. ponit.

progressus. Sic Rhellicanus voluit legi, et editores e codd. quibusdam receperunt: nam al-

rumque, qui plostris merces portabant, interceptis sarcinis, addito animo, propius audaciusque accedit ad legiones; quod existimabat, milites sub onere ac sub sarcinis defatigatos pugnare non posse. Quae res Caesarem non fefellerat: namque expeditos ex singulis legionibus tricenos milites esse iusserat. Itaque eos, in equitatum Labieni immissos, turmis suorum subpetias mittit. Tum Labienus, conuersis equis, signorum conspectu perterritus, turpissime contendit fugere, multis eius occisis, compluribus vulneratis. Milites legionarii ad sua se recipiunt signa atque iter inceptum ire coeperunt. Labienus per iugum summum collis dextrorsus procul subsequi non desistit.

76. Postquam Caesar ad oppidum Sarsuram venit, inspectantibus aduersariis interfecto praesidio Scipionis, quum suis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio, euocato Scipionis, qui ibi praeerat, atque a multitudine circumuento interfectoque, oppido potitur; atque ibi frumento exercitui dato, postero die ad oppidum Tisdram peruenit, in quo Considius per id tempus fuerat cum grandi praesidio cohorteque sua gladiatorum. Caesar, oppidi natura perspecta, atque inopia ab obpugna-

terum, *processus*, quod plerique codd. habent, in illius aetatis scriptore vix defendi potest, etsi Cellarius e Scribonio Largo defendit, qui *processam aetatem* dixerat. *M.* Sall. etiam Iug. 21. *eo processum (est)*.

superſedere pugnae. Leg. *pugna*, vt Latinitas flagitat. *Dauisius*.

iter — ire. Sic et c. 6. et mox hoc ipso capite.

Sarsuram. Codd. quidam *Sasurram*. Differt omnino a *Sasura* Ptolemaei 4, 3. Conf. Cellarius N. O. A. 4, 4, 1, 29.

habuerat praesidium. Leg. e cod. Dauis. *habebat*: nam eo ipso tempore praesidium ibi erat. c. 76. *Dauisius*. Verum et alibi plusquamperfectum pro imperfecto positum reperitur, vt c. 76. 88. 89.

sub sarcinis. Sic et G. 3, 24.

procul subsequi. Vulgo, *procul milites subsequi*. *M.* contra codd. et edd. vet.

P. Cornelio, euocato Scip. Iurinius *P. Cornelio Scipione euocato*.

atque inopia. Lipsius (Elect. 2, 22) *aquae inopia* legi vult, quod locus castrorum, de quo

tione eius deterritus, protinus profectus circiter milia passuum quatuor ad aquam facit castra atque, inde quarto die egressus, redit rursus ad ea castra, quae ad Agar habuerat. Idem facit Scipio atque in antiqua castra copias reducit.

77. Thabenenses interim, qui sub ditione et potestate Iubae esse consuessent, in extrema eius Regni regione maritima locati, interfecto Regio praesidio, legatos ad Caesarem mittunt; rem a se gestam docent; petunt orantque, vt suis fortunis Populus Romanus, quod bene meriti essent, auxilium ferret. Caesar, eorum consilio probato, Marcium Crispum Tribunum cum cohorte et sagittariis tormentisque compluribus praesidio Thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus omnibus milites, qui aut morbo inpediti, aut, commeatu dato, cum signis non potuerant ante transire in Africam, ad milia IV, equites CD, funditores sagittariique mile, vno commeatu Caesari occurrerunt. Itaque cum his copiis et omnibus legionibus eductis, sicut erat instructus, octo milibus passuum ab suis castris, ab Scipionis vero quatuor milibus passuum longe constitit in campo.

78. Erat oppidum infra castra Scipionis, nomine Tegea, vbi praesidium equestre circiter CD numero habere consuerat. Eo equitatu dextra sinistraque di-

proxime dicitur, suadet. *Cellar.* Alii intelligunt inopiam rerum ad obpugnandum necessarium, facit. Alii *facit.*

rem a se gestam. Haec est coniectura Lipsii Elect. 2, 22. Omnes codices, *rem male gestam*: inepte prorsus. *Dauisius.* Codd. Reg. et Vossii firmant coniecturam Lipsii. Emendatum iam dedere Vascos. Gryph. etc.

Pop. Rom. Legebatur male *praesio* vel de *Populo Rom.* Emendauit R. Steph. e codd.

Marcium. Sic codd. Vascos. et Steph. Sic et Cic. Phil. 11, 12. et Vell. 2, 69. Apud Appianum C. 3, 77. erat *Minucius.* Mendum sustulit eruditus editor nostras.

commeatu dato, data venia ad suos vel alio abeundi a signis. *Cellar.* Mox *vnus commeatus* est, multitudo vna venientium, *ein Transport. M.*

octo mil. p. — quatuor mil. p. Iurin. legi iubet *sex — duobus* et hoc praeceperat c. 75. Sed certe non est operae pretium ad haec minuta descendere. In numero *II* variant codd.

recto ab oppidi lateribus; ipse, legionibus ex castris eductis atque in iugo inferiore instructis, non longius fere mile passus ab suis munitionibus progressus, in acie constitit. Postquam diutius in vno loco Scipio commorabatur et tempus diei in otio consumebatur; Caesar equitum turmas suorum iubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere inpressionem; leuemque armaturam, sagittarios funditoresque eodem submittit. Quod vbi coeptum est fieri et equis concitatis Iuliani inpetum fecissent; Pacidius suos equites exporrigere coepit in longitudinem, vt haberent facultatem turmas Iulianas circumfundi et nihilo minus fortissime acerrimeque pugnare. Quod vbi Caesar animaduertit, trecentos, quos ex legionibus habere expeditos consueuerat, ex proxima legione, quae ei proelio in acie constiterat, iubet equitatui succurrere. Labienus interim suis equitibus auxilia equestria submittere sauciisque ac defatigatis integros recentioribusque viribus equites subministrare. Postquam equites Iuliani CD vim hostium, ad quatuor milia numero, sustinere non poterant, et a leui armatura Numidarum vulnerabantur minutatimque cedebant: Caesar alteram alam mittit, qui satagentibus celeriter occurrerent. Quo facto sui sublati vniuersi, in hostes inpressione facta, in fugam aduer-

Typographi vitio Oud. editio recentior habet *IX*.

Tegea. Non est eadem cum *Tege* Ptolem. v. Cellarius l. c.

CD numero. Egregie hoc sic constituit Dauis. In quibusdam cod. legitur *MM* siue *duo milia*, in aliis deest *numero*.

circumfundi. Sic e codd. Oud. edidit. Est idem, quod circumfundere se circa turmas. Vulgo, *circumfundere*. *M.* Infinitiuus loco gerundii non raro. V. G. 7, 26 et 71. Dein accusatiuus pro datiuo, vt C. 3, 61. *praesidia circumduxit.* Ouid. Metam. 4, 360. *iuuenem circumfunditur.*

quos ex legionibus — consueuerat. vid. c. 75. *M.*

ex proxima leg. — constiterat. Leg. *ex legione, quae proxima ei proelio in ac. const.* Proelium est illa velitatio equestris, quae nunc fit. Ergo legionem, quae in acie (instructa) stat proxima illi velitationi, iubet Caesar succurrere equitatui. *M.* Pro *proelio* alii *praesidio*.

sublati, animo elati. *M.*

sarios dederunt, multis occisis, compluribus vulneratis: insecuti per tria milia passuum, vsque in colles hostibus adactis, se ad suos recipiunt. Caesar in horam decimam commoratus, sicut erat instructus, se ad sua castra recepit, omnibus incolumibus: in quo proelio Pacidius, grauiter pilo per cassidem caput ictus, compluresque Duces, ac fortissimus quisque, interfecti vulneratique sunt.

79. Postquam nulla conditione cogere aduersarios poterat, vt in aequum locum descenderent legionumque periculum facerent; neque ipse propius hostem castra ponere propter aquae penuriam se posse animaduertebat; aduersarios non eorum virtute confidere, sed aquarum inopia fretos despicere se intellexit: pridie Non. Apr. tertia vigilia egressus ab Agar, XVI milia nocte progressus, ad Thapsum, vbi Virgilius cum grandi praesidio praeerat, castra ponit, oppidumque eo die circumuenire coepit locaque idonea opportunaque complura praesidiis occupare; hostes ne intrare ad se ac loca interiora capere possent. Scipio interim, cognitis Caesaris consiliis, ad necessitatem adductus dimicandi, ne per summum dedecus fidissimos suis rebus Thapsitanos et Virgilium amitteret, confestim Caesarem per superiora loca consecutus, milia passuum octo a Thapso binis castris consedit.

caput ictus. Graecismus.

animaduertebat. Sic codd. Petau. et Noruic. Vulgo *animaduerteret*. Dein Iunnius legi vult *et aduersarios*.

non eorum virtute, non sua ipsorum virt. *Cellar.* Non hic *sua* legitur, quia ad Caesarem referri posse videbatur.

aq. inopia. Alii *copia*, scil. a parte Scipionis.

pridie Non. Apr. Vsserius in Annal. l. cit. ad cap. 75. haec quarto Februarii diei adsignat. *M.* Guischard. XXVIto eius mensis.

XVI milia. Addunt vulgo *passuum*, quod a Leid. 1. et Petau. abest.

amitteret. Alii *desereret*, glossa. Iurin. *abiiceret.*

consedit. Alii *contendit.*

stagnum salinarum. Ambitum eius definit itineris Shawiani descriptio Tom. 1. p. 144. *M.* Ed. Angl. p. 147.

80. Erat stagnum salinarum, inter quod et mare angustiae quaedam non amplius mile et quingentos passus intererant; quas Scipio intrare et Thapsitanis auxilium ferre conabatur: quod futurum Caesarem non fefellerat. Namque pridie in eo loco castello munito, ibique trino praesidio relicto, ipse cum reliquis copiis lunatis castris Thapsum operibus circummuniuit. Scipio interim, exclusus ab incepto itinere, supra stagnum, postero die et nocte confecto, coelo albente, non longe a castris praesidioque, quod supra commemorauimus, MC passibus, ad mare versus consedit et castra munire coepit. Quod postquam Caesari nunciatum est, milite ab opere deducto, castris praesidio Asprenate Proconsule cum legionibus duabus relicto, ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit: classisque parte ad Thapsum relicta, reliquas naues iubet post hostium tergum quam maxime ad litus adpelli signumque suum obseruare; quo signo dato, subito clamore facto, ex improuiso hostibus auersis incuterent terrorem, vt perturbati ac perterriti respicere post terga cogerentur.

81. Quo postquam Caesar peruenit et animaduertit aciem pro vallo Scipionis, elephantosque dextro sinistroque cornu conlocatos et nihilo minus partem militum castra non ignauiter munire; ipse, acie triplici

trino praesidio. Lectio incerta: quidam libri scripti et editi pro *trino* exhibent *magno*; Scaligeri codex habet *III;* et Leid. pr. *cohortibus tribus.* Ergo putat Oud. legi posse, *cohortium trium praesidio. M.*

confecto. Vulgo, *confecta.* Mox pro *passibus* legitur *passus. M.*

non longe. Negationem tollit Clarke. Danis. malit *longius*, retenta negatione.

milite ab op. deducto. Sic codd. Sed vulgo *milites ab op. deductos.*

Proconsule dicitur, qui Proconsulari imperio est, licet modo sit Propraetor. Sic c. 87. Et ita saepe *Propraetore* de Quaestore, vel eo, qui nullum gessit magistratum. *Oud.*

aciem pro vallo Scip. Clarkius cum Glandorpio addi vult *instructam*; sed subauditur. Alii alia e varietate codicum exsculpunt. Vulgata lectio bene habet.

conlocata, legione decima secundaque dextro cornu, octaua et nona sinistro, obpositis quinque legionibus in quarta acie, ante ipsa cornua quinis cohortibus contra bestias conlocatis, sagittariis, funditoribus in vtrisque cornibus dispositis, leuique armatura inter equites interiecta, ipse pedibus circum milites concursans, virtutesque veteranorum proeliaque superiora commemorans blandeque adpellans, animos eorum excitabat. Tirones autem, qui numquam in acie dimicassent, hortabatur, *vt veteranorum virtutem aemularentur eorumque famam, nomen, locumque, victoria parta, cuperent possidere.*

82. Itaque in circumeundo exercitum animaduertit, hostes circa vallum trepidare, atque vltro citroque pauidos concursare et, modo se intra portas recipere, modo inconstanter inmoderateque prodire. Quum idem a pluribus animaduerti coeptum esset; subito Legati euocatique obsecrare Caesarem, *ne dubitaret signum dare: victoriam sibi propriam a Diis inmortalibus portendi.* Dubitante Caesare atque eorum studio cupiditatique resistente, sibique, eruptione pugnari, non placere clamitante, et etiam atque etiam aciem sustentante, subito dextro cornu, iniussu Caesaris, tubicen a militibus coactus canere coepit. Quo facto, ab vniuersis cohortibus signa in hostem coepere inferri; quum Centuriones pectore aduerso resisterent vique continerent milites, ne iniussu Imperatoris concurrerent, nec quidquam proficerent.

secundaque. Iurin. dat *septimaque*, quia *secunda* non erat in Africa.

obpositis quinque legionibus. Nunc addendum esse *in media acie*, et sic pergendum, *in quarta acie ante ipsa — conlocatis*, ostendit Guischardus. Vid. Mémoires crit. et histor. T. 4. p. 238. Sed iam ante eum hoc monuerat Glandorpius ad h. l. Ceteri interpretes omnes neglexerant. *M.* Discedit ab hac sententia Roesch in opere laud. p. 114. et verbis *in quarta acie*, quae inepte heic posita censet, substituit *in media acie.* tum pergit *ad ipsa c.* quod habent edd. vet.

victoriam propr. v. c. 52. *M.*]

eruptione. Probat Oud. coniecturam Schelii ad Hygin. p.

83. Quod postquam Caesar intellexit, incitatis militum animis resisti nullo modo posse, signo Felicitatis dato, equo admisso, in hostem contra principes ire contendit. A dextro interim cornu funditores sagittariique concita tela in elephantos frequentes iniiciunt. Quo facto, bestiae, stridore fundarum lapidumque deterritae, sese conuertere et suos post se frequentes stipatosque proterere et in portas valli semifactas ruere contendunt. Item Mauri equites, qui in eodem cornu cum elephantis erant, praesidio deserti, principes fugiunt. Ita celeriter bestiis circumitis, legiones vallo hostium sunt potitae et, paucis acriter repugnantibus interfectis, reliqui concitati in castra, vnde pridie erant egressi, confugiunt.

84. Non videtur esse praetermittendum de virtute militis veterani quintae legionis. Nam, quum in sinistro cornu elephantus, vulnere ictus et dolore concitatus, in lixam inermem inpetum fecisset, eumque sub pede subditum, deinde genu innixus, pondere suo, proboscide erecta vibrantique, stridore maximo premeret atque enecaret, miles hic non potuit pati, quin se armatum bestiae obferret. Quem postquam elephantus ad se telo infesto venire animaduertit, relicto cadauere, militem proboscide circumdat atque in sublime extollit armatum. Qui in eiusmodi periculo quum constanter agendum sibi videret, gladio proboscidem, qua erat circumdatus, caedere, quantum viribus poterat, non destitit: quo dolore adductus

81. *inruptione*, quia Caesar iam e castris exierat. *M.*

signo Felic. dato. Tesseram suis dedit verbum *Felicitas.* *Cellarius.*

fundarum lapidumque. Cod. Dorv. et edd. vet. *fundarum saxorum plumbique.*

deterritae. Alii *perterritae.*

cum elephantis etc. Sic codd. vet. In aliis *cum* deest; vnde editores *praesidio* trahunt ad *erant*, vt *elephantis* sit datiuus.

quintae legionis. Conf. not. ad c. 2.

proboscide. Codd. quidam *promuscide.* Sic et in codd. Plinii.

armatum. Alii *armatus*, perinde est.

qua erat circumd. bene refertur ad proboscidem. Alii *quo.*

elephantus, milite abiecto, maximo cum ſtridore curſuque conuerſus ad reliquas beſtias ſe recepit.

85. Interim Thapſo qui erant praeſidio, ex oppido eruptionem porta marituma faciunt et, ſiue vt ſuis ſubſidio occurrerent, ſiue vt, oppido deſerto, fuga ſalutem ſibi pararent, egrediuntur; atque ita per mare vmbilici fine ingreſſi, terram petebant: qui a ſeruitiis puerisque, qui in caſtris erant, lapidibus pilisque prohibiti terram adtingere, rurſus ſe in oppidum receperunt. Interim, Scipionis copiis proſtratis paſſimque toto campo fugientibus, confeſtim Caeſaris legiones conſequi, ſpatiumque ſe non dare colligendi. Qui poſtquam ad ea caſtra, quae petebant, perfugerunt, vt, refectis caſtris, rurſus ſeſe defenderent, Ducem aliquem requirunt, quem reſpicerent, cuius auctoritate imperioque rem gererent. Qui poſtquam animaduerterunt, neminem eſſe ibi praeſidio, protinus, armis abiectis, in Regia caſtra fugere contendunt. Quo poſtquam peruenerunt, ea quoque ab Iulianis teneri vident. Deſperata ſalute, in quodam colle conſiſtunt atque, armis demiſſis, ſalutationem more militari faciunt. Quibus miſeris ea res paruo praeſidio fuit. Namque milites veterani, ira et dolore incenſi, non modo, vt parcerent hoſti, non poterant adduci, ſed etiam ex ſuo exercitu inluſtres vrba-

pararent. Alii *parerent*, vt cap. 50.

vmbilici fine. Conf. Ind. in *finis.* *M.* i. e. tenus. V. not. ad G. 7, 47.

a ſeruitiis. a ſeruis. Sic Sall. Cat. 24. Flor. 3, 21, 11.

Ducem requirunt. Nam Afranius, Scipio, alii, aufugerant. Cf. cap. 91. 96. Dio Caſſ. 43, 9, 10. *M.*

armis abiectis, non omnibus, ſed quae inpedimento fugae erant, ſcuto maxime: nam ſequitur, *armis demiſſis ſal. fac.* Ergo habuerunt adhuc quaedam arma. *Cellarius.*

ea quoque. Sic codd. et edd. vet. Alii addunt *ipſi*, vnde Oud. coniectat leg. *ipſa.*

armis demiſſis. Male alii *dimiſſis.* De iſta ſalutatione vid. Iſidor. Orig. 1, 35. Cf. Lucan. 4, 173. Stat. Theb. 12, 401.

auctores moderandae irae conſeruandorumque hoſtium. Videat ſenſum Rhellicanus. *M.*

inpunitatis ſpe eſt in codd. Noruic. et Petau. Vulgo neglexerunt *ſpe*, et *inpunitate* poſuerunt. —De inſigni hoc proelio

nos, quos auctores adpellabant, complures aut vulnerarunt, aut interfecerunt: in quo numero fuit Tullius Rufus, Quaestorius, qui, pilo transiectus consulto a milite, interiit item Pompeius Rufus, brachium gladio percussus, nisi celeriter ad Caesarem adcucurrisset, interfectus esset. Quo facto complures Equites Romani Senatoresque perterriti ex proelio se receperunt, ne a militibus, qui ex tanta victoria licentiam sibi adsumsissent inmoderate peccandi, inpunitatis propter maximas res gestas spe, ipsi quoque interficerentur. Itaque ii omnes Scipionis milites, quum fidem Caesaris inplorarent, inspectante ipso Caesare et a militibus deprecante, eis vti parcerent, ad vnum sunt interfecti.

86. Caesar trinis castris potitus, occisisque hostium decem milibus fugatisque compluribus, se recepit, quinquaginta militibus amissis, paucis sauciis, in castra ac statim ex itinere ante oppidum Thapsum constitit, elephantosque LXIV ornatos armatosque cum turribus ornamentisque capit, captos ante oppidum instructos constituit: id hoc consilio, si posset Virgilius, quique cum eo obsidebantur, rei male gestae suorum indicio a pertinacia deduci. Deinde ipse Virgilium adpellauit inuitauitque ad deditionem suamque lenitatem et clementiam commemorauit. Quem

cf. Plutarch. Caes. c. 53. qui ab aliis negare tradit, Caesarem ipsi conflictui interfuisse, quoniam tum maxime, cum aciem instruxerit, correptus epileptico morbo, deportatus sit in locum remotum. Appianus (2, 96. p. 488) vix operae pretium fecit: adeo paucis verbis tantam rem complexus est. Etiam Dio Cassius (43, 7. 8.) festinat. Guischardus (Mém. milit. Vol. 2. p. 274. vel T. 2. p. 380) queritur, Hirtium, aut quicumque demum libri huius auctor fuerit, in hoc proelio describendo non satis diligentem fuisse: adspersis enim quibusdam minutiis, neglectoque eorum indicio, vnde de tota re iudicium ferri posset, esse effectum, vt non nisi aliquid de hoc proelio cognosceremus. *M.*

ii omnes milites. In variis edd. *ii* male deest.

trinis castris Afranii, Iubae, Scipionis. Plutarch. d. l. sic describit: Scipionem constitisse ad lacum (conf. c. 80), et reliquisse in castris aliis Iubam (cf. c. 85), in aliis Afranium (quod factum esse tum videtur, cum Thapsum mouit, cap. 78. extr. castra vero

postquam animaduertit responsum sibi non dare, ab oppido recessit. Postero die, Diuina re facta, concione aduocata, in conspectu oppidanorum milites conlaudat: totumque exercitum veteranum donauit, praemia fortissimo cuique ac bene merenti pro suggestu tribuit: ac statim inde digressus, Rebilo Proconsule cum tribus ad Thapsum legionibus et Cn. Domitio cum duabus Tisdrae, vbi Considius praeerat, ad obsidendum relictis, M. Messalla Vticam ante praemisso cum equitatu, ipse eodem iter facere contendit.

87. Equites interim Scipionis, qui ex proelio fugerant, quum Vticam versus iter facerent, perueniunt ad oppidum Paradae. Vbi quum ab incolis non reciperentur, ideo quod fama de victoria Caesaris praecucurrisset, vi oppido potiti, in medio foro lignis coaceruatis omnibusque rebus eorum congestis, ignem subiiciunt atque eius oppidi incolas cuiusque generis aetatisque viuos constrictosque in flammam coniiciunt atque ita acerbissimo adficiunt supplicio: deinde protinus Vticam perueniunt. Superiore tempore M. Cato, quod in Vticensibus propter beneficium legis Iuliae parum suis partibus prae-

videntur intelligi, vnde pridie erant egressi. c. 83. extr.) *M.*

recessit. Alii *discessit*, quod praeferunt Clarke et Oud. quia Caesar progrediens vrbem reliquit obsessam.

Rebilo. Alii *Rebullo*, *Rebillo* etc. Notus *C. Caninius Rebilus*, Legatus in Gallia. G. 7, 83.

Proconsule. cf. ad c. 80. *M.*

Vticam — contendit. Ardebat enim Caesar cupiditate Catonis, qui Vticae praeerat, viui capiendi (Plutarch. Caes. 54): et confugerant Vticam permulti e Scipionis exercitus (vid. mox c. 88. et Dio Cassius 43, 10). *M.*

Paradae. Alii *Paradam.* Strabo l. 17. p. 831. *Φαρὰν*, Celsus *Pardam* vocat.

quod Vticensibus — parum in suis partibus — Leg. *quod in Vtic. — parum suis partibus.* Hanc admonitionem Faerni protulit Ciacconius; Clarkius et Oud. probant; et loquitur ipsa res. *M.* In re tam manifesta quid adtinet errorem seruare intactum? transposita praepositione vlcus sanaui. Lipsius iam notarat.

propter benef. leg. Iuliae de libertate, ciuitatibus prouinciarum antea liberis conseruanda. Cic. in Pison. c. 16: *Lege Caesaris iustissima atque optima populi liberi plane et vere*

sidiis esse existimauerat, plebem inermem oppido eiecerat et ante portam Bellicam castris fossaque paruula dumtaxat munierat, ibique custodiis circumdatis, habitare coegerat: senatum autem oppidi custodia tenebat. Eorum castra ii equites adorti expugnare coeperunt, ideo quod eos partibus Caesaris fauisse sciebant, vt, eis interfectis, eorum pernicie dolorem suum vlciscerentur. Vticenses, animo addito ex Caesaris victoria, lapidibus fustibusque equites repulerunt. Itaque posteaquam castra non potuerant potiri, Vticam se in oppidum coniecerunt atque ibi multos Vticenses interfecerunt domosque eorum expugnauerunt ac diripuerunt. Quibus quum Cato persuadere nulla ratione quiret, vt secum oppidum defenderent et caede rapinisque desisterent; et, quid sibi vellent, sciret; sedandae eorum inportunitatis gratia singulis HS C diuisit. Idem Sulla Faustus fecit ac de sua pecunia largitus est: vnaque cum iis ab Vtica proficiscitur atque in Regnum ire contendit.

88. Complures interim ex fuga Vticam perueniunt. Quos omnes Cato conuocatos, vna cum trecentis, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerant, hortatur, vt seruitia manumitterent oppidum-

erant liberi. Sic post Rhellicanum Cellarius h. l. explicat. Sperabant igitur, vt Fabricius ad Dion. Caff. 43, 10 dicit, se libertatem lege Caesaris seruaturos. *M.*

existimauerat. Alii *existimaret* vel *existimabat.*

expugnare. Potius *obpugnare.* *Iurinius.*

castra — potiri. Alii *castris.*

quum Cato — quiret. Quaedam de his sunt in Plutarch. Caton. c. 62. 63. *M.*

HS C. Non est in antiquis libris *HS*; vix tamen intelligi potest aliud, quam *sestertios centum*, idque confirmat Petau. codex, in quo *C. sestertia* legitur, quod tamen modum excedit. *M.* Cf. not. ad Af. 48.

in Regnum. H. l. Regnum pro Regno Iubae κατ᾽ ἐξοχὴν ponitur, vt c. 92. 93. *Dauis.* Ergo neque *Regnum Iubae* legendum, neque *Iubae* pro *ire* ponendum est. Conf. ad cap. 95. *M.*

cum trecentis. Erant Romani ciues, in Africa mercaturam et foenus exercentes, quorum consilio et opera Cato vtebatur. Cf. c. 90. Plutarch. Cat. cap. 59. 61. *Cellar.* Omnino Plutarchus illo loco studia conatusque Catonis et omnem rem diligenter persecutus est. *M.*

que defenderent. Quorum quum partem adsentire, partim animum mentemque perterritam atque in fugam destinatam habere intellexisset; amplius de ea re agere destitit nauesque iis adtribuit, vt, in quas quisque partes vellet, proficisceretur. Ipse, omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Caesari, qui tum ei pro Quaestore fuerat, commendatis, et sine suspicione, vultu atque sermone, quo superiore tempore vsus fuerat, quum dormitum isset, ferrum intro clam in cubiculum tulit atque ita se transiecit. Qui quum anima nondum exspirata concidisset et, inpetu facto in cubiculum ex suspicione, medicus familiaresque continere atque vulnus obligare coepissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime diuellit atque animo praesenti se interemit. Quem Vticenses, quamquam oderant partium gratia, tamen propter eius singularem integritatem et, quod dissimillimus reliquorum Ducum fuerat, quodque Vticam mirificis operibus munierat turresque auxerat, sepultura adficiunt. Quo interfecto, L. Caesar, aliquid sibi ex ea re auxilii ratus, conuocato populo, concione habita, cohortatur omnes, vt portae aperirentur: se in

in fugam. Vulgo male *in fuga.* contra codd. bonos et edd. vet.

ita se transiecit. De morte Catonis vtique legendus Plutarchus d. l. cap. 67 sqq. Nempe curatis omnibus publicis priuatisque negotiis, balneo vitur; tum coena, in qua cum philosophis multa de sapientis libertate disputat; sic cubitum it. Ibi gladio desiderato, quem filius remouerat, (nam multa erat suspicio necis, quam Cato inferre sibi moliretur) tamdiu seruis instat, donec ei adferatur, atque vnum seruorum recusantium pugno percutit. Dum ergo Platonis Phaedonem legit, obdormiscit; expergefactus varia mandat, remotisque omnibus tandem se transiicit. *M.*

Qui quum. Alii *Qui dum.* minus recte.

concidisset. E lecto decidit, quia vulnus non satis alte descenderat in ventrem. Ergo strepitus acciuit eos, qui ante cubiculum erant. *M.*

continere scil. vulnus. Cod. Norvic. *cum tenere.* vnde Dauis. *eum tenere.* Quod mox sequitur *vulnus,* deleri vult Iurinius.

se interemit, non repetito ictu; sed quia fascias et vulnus diuulserat. Conferri potest Appianus 5, 98. p. 489. sq. Dio Cass. 43, 11. qui eum cognomen Vticensis tulisse addit, quia et

C. Caesaris clementia magnam spem habere. Itaque, portis patefactis, Vtica egressus, Caesari Imperatori obuiam proficiscitur. Messalla, vt erat imperatum, Vticam peruenit omnibusque portis custodias ponit.

89. Caesar interim, a Thapso progressus, Vscetam peruenit, vbi Scipio magnum frumenti numerum, armorum, telorum ceterarumque rerum, cum paruo praesidio habuerat. Id adueniens potitur: deinde Adrumetum peruenit. Quo quum sine mora introisset, armis, frumento pecuniaque considerata, Q. Ligario, C. Considio filio, qui tum ibi fuerant, vitam concessit. Deinde eodem die Adrumeto egressus, Liuineio Regulo ibi cum legione relicto, Vticam ire contendit. Cui in itinere fit obuius L. Caesar et subito se ad genua proiecit vitamque sibi, neque amplius quidquam, deprecatur: cui Caesar facile et pro sua natura, et pro instituto, concessit; item Caecinae, C. Ateio, P. Atrio, L. Cellae, patri et filio, M. Eppio, M. Aquinio, Catonis filio, Damasippique liberis ex sua consuetudine tribuit; circiterque luminibus accensis Vticam peruenit atque extra oppidum ea nocte mansit.

Vticae obiit, et ab Vticensibus publice sepultus est. Reliquos scriptores multos nominare, non adtinet. *M.*

auxerat. Ed. Ven. *euexerat.* Bentl. malit *turribus auxerat.*

L. Caesar — pararet. Optime Petauianus: *L. Caesar, aliquid sibi ex ea re auxilii ratus:* quod reponendum arbitror. *Oud.* In aliis quibusdam est: *vt aliquid sibi ea res auxiliaretur.* Vulgata est e cod. Vrsini, et est vera. *M.* Oud. in edit. secunda lectionem, quae placuerat, exhibet. Melior videtur quam vulgata, quae sic habet: *vt aliquid sibi ex ea re auxilii pararet,* sequor Oud.

C. Caesaris. Praenomen addidit Oud. e codd.

Messalla. Cf. c. 86. *M.*

Vscetam. Videtur esse Ptolemaei Οὐζηκία, oppidum mediterraneum. *Cellar.*

Q. Ligario, pro quo Ciceronis oratio exstat. *Cellarius.* Mox alii male *Considii.* Tum *fuerant* Dauis. e cod. Noruic. consentiunt alii. Vulgo *fuerat.*

item Caecinae. Leg. *idem:* nam sequitur *tribuit.* Mox *noctem* post *circiterque* a plurimis libris abest. *M.* Additum ab iis, qui non adtenderant, *circiter* etiam aduerbialiter poni posse. Sed sic iam Caesar G. 2, 32. Cf. Sall. Cat. 56. Varro R. R. 3, 10, vbi *circiter duo-*

90. Postero die mane in oppidum introiit; concioneque aduocata, Vticenses incolas cohortatus, gratias pro eorum erga se studio agit; ciues autem Romanos negotiatores et eos, qui inter trecentos pecunias contulerant Varo et Scipioni, multis verbis accusatos, de eorum sceleribus longiore habita oratione, ad extremum, vt sine metu prodirent, edicit: *se eis dumtaxat vitam concessurum; bona quidem eorum se venditurum, ita tamen, qui eorum bona sua redemisset, se bonorum venditionem inducturum et pecuniam multae nomine relaturum, vt incolumitatem retinere posset.* Quibus metu exsanguibus de vitaque ex suo promerito desperantibus, subito oblata salute, libentes cupidique conditionem acceperunt: petieruntque a Caesare, vt vniuersis trecentis vno nomine pecuniam imperaret. Itaque bis millies sestertio his inposito, vt per triennium sex pensionibus Populo Romano soluerent, nullo eorum recusante ac se eodem die demum natos praedicantes, laeti gratias agunt Caesari.

91. Rex interim Iuba, vt ex proelio fugerat, vna cum Petreio interdiu in villis latitando, tandem, nocturnis itineribus confectis, in Regnum peruenit atque ad oppidum Zamam, vbi ipse domicilium, con-

bus mensibus. Deleui ergo *noctem* secutus codd. cum Oud. De tempore Censoribus ita cap. 24: *Post id sequitur tempus, quod dicimus luminibus accensis; antiqui prima face dicebant.*

in oppidum introiit. Sic codd.

trecentos. Cf. c. 88. *M*

ita tamen, qui. Vulgo, *ita tamen, vt, qui* —. Sed *vt* auctoribus codd. quibusdam bonis et edd. antiquioribus sustulit Oud. nec admittit syntaxis. Legerim: *ita tamen, si quis* —. *M.* Inepta foret repetitio particulae *vt*, quae in fine periodi recurrit, vbi male vulgo legitur *possent*.

bona sua. Leg. *bona ipse sua*, quia codd. boni et edd. vet. habent, *bona ipsa sua*. Monuerunt Clarkius et Oudend. *M*.

inducturum, aboliturum. Vt enim, qui scripsit, scriptum stilo conuerso inducit, h. e. delet: sic, qui decreuit, decretum inducit, h. e. irritum facit et abolet. Habent autem, teste Oud., codd. optimi *inducturum*, pro quo in aliis est *indicturum*, sensu plane contrario. *M.*

iuges, liberosque habebat, quo ex cuncto Regno omnem pecuniam cariſſimasque res comportauerat, quodque inito bello operibus maximis munierat, accedit. Quem oppidani, antea rumore exoptato de Caeſaris victoria audito, ob has cauſſas oppido prohibuerunt, quod, bello contra Populum Romanum ſuſcepto, in oppido Zamae lignis congeſtis, maximam in medio foro pyram conſtruxerat; vt, ſi forte bello foret ſuperatus, omnibus rebus eo coaceruatis, dehinc ciuibus cunctis interfectis eodemque proiectis, igne ſubiecto, tum demum ſe ipſe inſuper interficeret atque vna cum liberis, coniugibus, ciuibus, cunctaque gaza Regia cremaretur. Poſtquam Iuba ante portas diu multumque primo minis pro imperio egiſſet cum Zamenſibus; deinde, quum ſe parum proficere intellexiſſet, precibus quoque oraſſet, vti ſe ad ſuos Deos penates admitterent; vbi eos in ſententia perſtare animaduertit, nec minis nec precibus ſuis moueri, quo magis ſe reciperent; tertio petit ab eis, vt ſibi coniuges liberosque redderent, vt ſecum eos absportaret. Poſtquam ſibi nihil omnino oppidanos reſponſi reddere animaduertit, nulla re ab iis inpetrata, ab Zama diſcedit, atque ad villam ſuam cum M. Petreio paucisque equitibus ſe confert.

incolumitatem, vitam. Sic et c. 95. *M.*

bis millies. Abeſt *bis* a codd. bonis: erit ergo hoc incertum. Illud conſtat, alteram lectionem, *mille ſeſtertiis inpoſitis*, falſam eſſe, quia ſumma foret nunc perexigua. Gronouio (de ſeſtert. 2, 3.) legendum videtur, *millies ſeſtertio his* (vel *bis*) *inpoſitu*. Cf. Graeuius ad Cic. ad Diu. 11, 10. *M.* Verior et moderatior ſumma videtur Oud. ſi deleatur *bis*.

ſe eodem die d. n. Bentl. bene malit *ſe eo demum die n.* Cicero reditus ſui diem *natalem* dicit in Or. pro red. 11. et ad. Att. 3, 20. et *παλιγγενεσίαν* ad Att. 6, 6.

Zamam. Alii *Zamae.*

Q. oppidani, antea etc. Sic codd. boni. Vulgo τὸ *antea*, legitur ante *oppidani*.

Zamae. Alii *Zama.*

interficeret. Celſus *ſuperiaceret.* Bentl. *iniiceret.*

gaza. Vox Perſica. v. Seru. ad Virg. Aen. 1, 123. et 2, 763. vbi male negat in plurali quoque vſurpari. Cf. Horat. Od. 1, 29.

92. Zamenſes interim legatos de iis rebus ad Caeſarem Vticam mittunt petuntque ab eo, *vti ante, quam Rex manum conligeret, ſeſeque obpugnaret, ſibi auxilium mitteret: ſe tamen paratos eſſe, ſibi quoad vita ſubpeteret, oppidum ſeque ei reſeruare.* Legatos conlaudatos Caeſar domum iubet antecedere ac ſuum aduentum praenunciare. Ipſe, poſtero die Vtica egreſſus, cum equitatu in Regnum ire contendit. Interim in itinere ex Regiis copiis Duces complures ad Caeſarem veniunt orantque, vt ſibi ignoſcat. Quibus ſubplicibus venia data, Zamam perueniunt. Rumore interim perlato de eius lenitate clementiaque, propemodum omnes Regni equites Zamam perueniunt ad Caeſarem ab eoque ſunt metu periculoque liberati.

93. Dum haec vtrobique geruntur, Conſidius, qui Tisdrae cum familia ſua, gladiatoria manu, Gaetulisque praeerat, cognita caede ſuorum, Domitiique et legionum aduentu perterritus, deſperata ſalute, oppidum deſerit ſeque clam cum paucis barbaris pecunia onuſtus ſubducit atque in Regnum fugere contendit; quem Gaetuli, ſui comites, in itinere, praedae cupidi, concidunt ſeque in quascumque potuere partes conferunt. C. interim Virgilius, poſtquam

venia data, Zamam perueniunt. Iurinius mauult *peruenit*, ſcil. Caeſar. rectius, credo.

Conſidius. c. 86. *M.*

Domitiique adu. Cf. c. 86.

Virgilius. ibid. *M.*

intuliſſe. Alii *adtuliſſe.*

Sitius. c. 36. 48. *M.*

nullas, quae ſibi. Sic codd. et edd. vet. Sed recentiores *qui.* Leid. 1. ita: *nullas; ipſe ſibi ſuisque lib. a Con.*

coenatus. Sic Rubenius (Elect. 1, 10) vulgatum *conatus* emendauit, probantibus Dauiſio et Oud. (coniectarat et Gruterus). Et eſt neceſſe, vt ſic legatur, ſiue Florum (4, 2, 69) audiamus, quem Cellarius contulit; ſiue Appianum (C. 2, 100. p. 490), qui Iubam et Petreium in coenaculo (ἐπὶ τῇ διαίτῃ) mutuis ſe caedibus interemiſſe dicit. *M.* Mutuam caedem teſtantur et M. Seneca Suaſ. 7, et L. Seneca de Prouid. 2. Contra in Liuiana epitome 114, et apud Florum l. c. Petreius Iubam ſeque interfeciſſe ſcribitur. Vnde in noſtro loco Rubenius reponebat *Iubam Petreius.* Sed in re incerta nil mutandum. Quid, quod Sextus Rufus in breuiario c. 4. *Iubam mortem ſibi propria manu conſciuiſſe dicit?* Porro bene Barthius Adu. 16, 5. monet

terra marique clausus se nihil proficere intellexit, suosque aut interfectos aut fugatos, M. Catonem Vticae sibi ipsum manus intulisse, Regem vagum ab suisque desertum ab omnibus adspernari, Saburam eiusque copias ab Sitio esse deletas, Vticae Caesarem sine mora receptum, de tanto exercitu reliquias esse nullas, quae sibi suisque liberis prodessent; a Caninio Proconsule, qui eum obsidebat, fide accepta, seque et sua omnia et oppidum Proconsuli transdit.

94. Rex interim Iuba, ab omnibus ciuitatibus exclusus, desperata salute, quum iam coenatus esset cum Petreio, vt per virtutem interfecti esse viderentur, ferro inter se depugnant: atque firmior inbecilliorem Iuba Petreium facile ferro consumsit. Deinde ipse sibi quum conaretur gladio transiicere pectus, nec posset, precibus a seruo suo inpetrauit, vt se interficeret, idque obtinuit.

95. P. Sitius interim, pulso exercitu Saburae, Praefecti Iubae, ipsoque interfecto, quum iter cum paucis per Mauritaniam ad Caesarem faceret, forte incidit in Faustum Afraniumque, qui eam manum habebant, qua Vticam diripuerant, iterque in Hispaniam intendebant et erant numero circiter MD. Itaque celeriter nocturno tempore insidiis dispositis, eos

Petreium inbecilliorem dici in loco nostro et *firmiorem Iubam*; vnde mirum non sit, si iste ab hoc *consumtus ferro* dicatur. Redeo ad *coenatus*. Hoc temere damnat Scaliger. Muretus dabat *q. iam omnia conatus esset*. Glandorp. et Goduinus reponebant *conuiuatus*.

inpetrauit, inpetrare coepit: alias redundarent verba, *idque obtinuit. M.*

in Faustum. Conf. cap. 87 extr. *M.*

qua Vticam diripuerant. An, *quae Vticam diripuerat?* Nam si Sulla Faustus huic manui equitum de sua pecunia largitus est, ne diriperent Vticam (cap. 87): non dici potest ipse per hos equites diripuisse Vticam. *M.* Imo vero Vticae direptae nusquam heic mentio; itaque graue vlcus huic loco inhaerere videtur. Accedit, quod et sequentia parum apte cohaereant.

iter in Hispaniam. Sed c. 87. in Iubae Regnum se contulisse hi omnes dicuntur: et hoc postulat res, quia, profecti Vtica, nunc obuiam fiunt aduersariis in Mauritania. Quare cum codex Leid. primus, qui est e melioribus, non habeat haec verba, *iterque in H. int.*, iure ea possunt suspecta dici. Nostri

prima luce adortus, praeter paucos equites, qui ex primo agmine fugerant, reliquos aut interficit, aut in deditionem accipit; Afranium et Faustum viuos capit cum coniuge et liberis. Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus et Afranius interficiuntur; Pompeiae cum Fausti liberis Caesar incolumitatem suaque omnia concessit.

96. Scipio interim cum Damasippo et Torquato et Plaetorio Rustiano, nauibus longis, diu multumque iactati, quum Hispaniam peterent, ad Hipponem Regium deferuntur, vbi classis P. Sitii per id tempus erat: a qua pauciora ab amplioribus circumuenta nauigia deprimuntur; ibique Scipio cum quibus paullo ante nominaui, interiit.

97. Caesar interim, Zamae auctione Regis facta bonisque eorum venditis, qui ciues Romani contra Populum Romanum arma tulerant, praemiisque Zamensibus, qui de Rege excludendo consilium ceperant, tributis, vectigalibusque Regiis abrogatis, ex Regnoque prouincia facta, atque ibi Crispo Sallustio Proconsule cum imperio relicto, ipse Zama egressus

haec praetermittere, quia nemo monuit; vt alii quoque quaerant. *M.*

dissensione in exercitu orta. Sed Florus (4, 2, 90) et Eutropius (6, 18) Caesaris iussui tribuunt. Suetonius (Iul. c. 75) dubitat. *Cellarius.*

Pompeiae. Est Pompeii Magni filia, quae Fausto, Sullae Dictatoris filio, nupserat. *Cellar.* Appianus C. 2, 100. p. 490. *M.*

Pl. Rustiano. Vrsinus mallet *Cestiano*, quia Plaet. Cestianus in NN. famil. occurrit; sed is in partibus Caesaris stetit. V. Al. c. 24. Glandorp. in onomastico *Rusticanum* dicit. In codd. quibusdam legitur *Rusticiano* vel *Rusciano.*

Hispaniam peterent. Ibi Pompeius filius erat, colligens copias aduersus Caesarem. Dio Cass. 43. 9. *M.*

cum quibus. Graecismus. Sic Oud. et Leid. 1. Ita C. 3, 15. *Cum essent in quibus demonstraui angustiis.* Cf. et notata supra ad c. 41.

interiit. Se ita confodit, vt inter ictum corpus in mare praecipitaretur. Appian. l. c. *M.*

contra Populum Romanum, h. e. contra Caesarem. *M.*

abrogatis. Leid. 1. offert *erogatis*, i. e. inpensis in illos ad praemia. Id vnice verum pronuntiat Oud. In ed. tamen secunda retinuit vulgatum.

Sallustio. Cf. cap. 34. Est autem is, cuius historia belli Catil. et Iug. hodienum exstat. Prouinciam foede expilauit per-

Vticam se recepit. Ibi bonis venditis eorum, qui sub Iuba Petreioque ordines duxerant, item Thapsitanis HS vicesies, conuentui eorum HS tricesies; Adrumetinis HS tricesies, conuentui eorum HS quinquagies, multae nomine inponit: ciuitates bonaque eorum ab omni iniuria rapinisque defendit. Leptitanos, quorum superioribus annis bona Iuba diripuerat, et ad Senatum questi per legatos, atque arbitris a Senatu datis sua receperant, tricies centenis milibus pondo olei in annos singulos multat, ideo quod initio, per dissensionem principum, societatem cum Iuba inierant eumque armis, militibus, pecunia iuuerant. Tisdritanos, propter humilitatem ciuitatis, certo numero frumenti multat.

98. His rebus gestis, Idibus Iun. Vticae classem conscendit et post diem tertium Carales in Sardiniam peruenit. Ibi Sulcitanos, quod Nasidium eiusque classem receperant, copiisque iuuerant, HS centies multat; et pro decumis octauas pendere iubet bonaque paucorum vendit et ante diem III. Kal. Quinct. naues conscendit; et a Caralibus secundum terram

petuamque famae maculam adspersit. Dio Cass. 43, 9. Conf. Fabricii bibl. latin. lib. 1. cap. 9. *M.* Edd. vet. addunt *P. R. Proconsule.*

item, similiter. Nempe hoc quoque poena adfecit. *M.* Alii *itemque.* In multis codd. deest et abesse commode potest, ni quid hic, quod cum Clarkio putat Oud. deficiat.

HS vicesies. Vulgo *HS XX milia.* Quia vero codd. et edd. primae non habent illud *milia*, sed tantum notas numerorum: post Gland. Oud. edidit *vicesies*, *tricesies* etc. laudauitque Gronouii locum de pec. vet. 3, 2. *M.*

Adrumetinis. Sic Leid. 1. Vulgo *Adrumetanis.* Sed altera forma sueta scriptoribus et lapidibus. Cf. Grut. thes. inscr. p. 362 et 1092.

Leptitanos. Conf. B. C. 2, 38. *M.*

et ad Senatum. Leg. *et qui ad Senatum.* Deinde deleuerim *atque.* *M.* Omnino sic planior locus foret. Oud. putat subaudiri *qui*, et citat c. 68. et G. 4, 3. tum cod. Cuiac. habet *arbitrio a S. dato.*

pondo. Sic Ciaccon. bene. Vulgo *ponderis* vel *ponderibus.* Cf. Gronou. de pec. vet. 2, 5.

Idibus Iun. die 14. Aprilis. Mox *ante d. III. Kal. Quinct.* est dies 29. Aprilis. vid. Vsserii Annales l. c. ad cap. 75. *M.* Guischard Mém. crit. p. 392. adsignat VI. et XXI. Maii. Ceterum codd. antiquiores habent *ante diem IV. Kal. Quinct.*

prima luce adortus, praeter paucos equites, qui ex primo agmine fugerant, reliquos aut interficit, aut in deditionem accipit; Afranium et Faustum viuos capit cum coniuge et liberis. Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus et Afranius interficiuntur; Pompeiae cum Fausti liberis Caesar incolumitatem suaque omnia concessit.

96. Scipio interim cum Damasippo et Torquato et Plaetorio Rustiano, nauibus longis, diu multumque iactati, quum Hispaniam peterent, ad Hipponem Regium deferuntur, vbi classis P. Sitii per id tempus erat: a qua pauciora ab amplioribus circumuenta nauigia deprimuntur; ibique Scipio cum quibus paullo ante nominaui, interiit.

97. Caesar interim, Zamae auctione Regis facta bonisque eorum venditis, qui ciues Romani contra Populum Romanum arma tulerant, praemiisque Zamensibus, qui de Rege excludendo consilium ceperant, tributis, vectigalibusque Regiis abrogatis, ex Regnoque prouincia facta, atque ibi Crispo Sallustio Proconsule cum imperio relicto, ipse Zama egressus

haec praetermittere, quia nemo monuit; vt alii quoque quaerant. *M.*

dissensione in exercitu orta. Sed Florus (4, 2, 90) et Eutropius (6, 18) Caesaris iussui tribuunt. Suetonius (Iul. c. 75) dubitat. *Cellarius.*

Pompeiae. Est Pompeii Magni filia, quae Fausto, Sullae Dictatoris filio, nupserat. *Cellar.* Appianus C. 2, 100. p. 490. *M.*

Pl. Rustiano. Vrsinus mallet *Cestiano*, quia Plaet. Cestianus in NN. famil. occurrit; sed is in partibus Caesaris stetit. V. Al. c. 24. Glandorp. in onomastico *Rusticanum* dicit. In codd. quibusdam legitur *Rusticiano* vel *Rusciano.*

Hispaniam peterent. Ibi Pompeius filius erat, colligens copias aduersus Caesarem. Dio Cass. 43. 9. *M.*

cum quibus. Graecismus. Sic Oud. et Leid. 1. Ita C. 3, 15. *Cum essent in quibus demonstraui angustiis.* Cf. et notata supra ad c. 41.

interiit. Se ita confodit, vt inter ictum corpus in mare praecipitaretur. Appian. l. c. *M.*

contra Populum Romanum, h. e. contra Caesarem. *M.*

abrogatis. Leid. 1. offert *erogatis*, i. e. inpensis in illos ad praemia. Id vnice verum pronuntiat Oud. In ed. tamen secunda retinuit vulgatum.

Sallustio. Cf. cap. 34. Est autem is, cuius historia belli Catil. et Iug. hodienum exstat. Prouinciam foede expilauit per-

Vticam se recepit. Ibi bonis venditis eorum, qui sub Iuba Petreioque ordines duxerant, item Thapsitanis HS vicesies, conuentui eorum HS tricesies; Adrumetinis HS tricesies, conuentui eorum HS quinquagies, multae nomine inponit: ciuitates bonaque eorum ab omni iniuria rapinisque defendit. Leptitanos, quorum superioribus annis bona Iuba diripuerat, et ad Senatum questi per legatos, atque arbitris a Senatu datis sua receperant, tricies centenis milibus pondo olei in annos singulos multat, ideo quod initio, per dissensionem principum, societatem cum Iuba inierant eumque armis, militibus, pecunia iuuerant. Tisdritanos, propter humilitatem ciuitatis, certo numero frumenti multat.

98. His rebus gestis, Idibus Iun. Vticae classem conscendit et post diem tertium Carales in Sardiniam peruenit. Ibi Sulcitanos, quod Nasidium eiusque classem receperant, copiisque iuuerant, HS centies multat; et pro decumis octauas pendere iubet bonaque paucorum vendit et ante diem III. Kal. Quinct. naues conscendit; et a Caralibus secundum terram

petuamque famae maculam adspersit. Dio Caff. 43, 9. Conf. Fabricii bibl. latin. lib. 1. cap. 9. *M.* Edd. vet. addunt *P. R. Proconsule.*

item, similiter. Nempe hos quoque poena adfecit. *M.* Alii *itemque.* In multis codd. deest et abesse commode potest, ni quid hic, quod cum Clarkio putat Oud. deficiat.

HS vicesies. Vulgo *HS XX milia.* Quia vero codd. et edd. primae non habent illud *milia*, sed tantum notas numerorum: post Gland. Oud. edidit *vicesies, tricesies* etc. laudquitque Gronouii locum de pec. vet. 3, 2. *M.*

Adrumetinis. Sic Leid. 1. Vulgo *Adrumetanis.* Sed altera forma sueta scriptoribus et lapidibus. Cf. Grut. thes. inscr. p. 362 et 1092.

Leptitanos. Conf. B. C. 2, 38. *M.*

et ad Senatum. Leg. *et qui ad Senatum.* Deinde deleuerim *atque. M.* Omnino sic planior locus foret. Oud. putat subaudiri *qui*, et citat c. 68. et G. 4, 3. tum cod. Cuiac. habet *arbitrio a S. dato.*

pondo. Sic Ciaccon. bene. Vulgo *ponderis* vel *ponderibus.* Cf. Gronou. de pec. vet. 2, 5.

Idibus Iun. die 14. Aprilis. Mox *ante d. III. Kal. Quinct.* est dies 29. Aprilis. vid. Vsserii Annales l. c. ad cap. 75. *M.* Guischard Mém. crit. p. 392. adsignat VI. et XXI. Maii. Ceterum codd. antiquiores habent *ante diem IV. Kal. Quinct.*

prouectus, duodetricesimo die, eo quod tempestatibus in portubus cohibebatur, ad vrbem Romam venit.

prouectus. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *profectus.*

Romam venit. Ibi quatuor triumphos egit, de Gallis, Pharnace, Aegypto, Iuba (Appianus C. 2, 101. p. 491. Vellei. Patero. 2, 56. Dio Caff. 43, 19): Senatum, milites et populum oratione (Dio ibid. 15—19), praemiis, largitionibus, ludis deleniuit: censum egit (Plutarch. Caes. 55.): alios honores, propemodum nimios, sibi decretos accepit, alios plane inmodicos declinauit (Dio Caff. 43, 14): multis de caussis clementiae laudem tulit: perturbatam denique temporum annorumque rationem digessit (Fabricius ad Dion. Caff. 43. 26). Interea praemisit C. Didium cum classe in Hispaniam aduersus Pompeii filios (Dio 43, 14. 28). — Equidem vt in hoc quoque Africano bello Caesaris prudentiam, celeritatem, patientiam et fortitudinem admiror, ita tamen persentisco, eum fortunae illo tempore permultum debuisse: adeo nihil bene cessit eius aduersariis; adeo saepe, cum videretur vel propter copiarum paucitatem, vel rerum temporumque difficultatem, facile penitusque deleri posse, saluus euasit. Sed nimirum placuerat prouidentiae Diuinae, hanc Romanarum rerum conuersionem hoc potissimum tempore efficere. —Liceat hoc quoque monere, multa esse in Shawiani itineris descriptione, quae huius libri geographiam inlustrent, maxime vbi T. 1. de Regno Tunetano exponitur: vnde haec excerpsi: Adrumetum non esse hodiernum *Hamamet*, sed potius *Herkla* (p. 204. 237); Sarsuram esse nunc *Surseff* (p. 265), Ruspinam vero *Sahaleel* (p. 242); Agar cum *Boohadiar*, Leptin paruam cum *Lemta*, Thapsum cum *Demase* (p. 245), Cercinam cum *Querkynes* (p. 248), Zetam cum *Menzil*, Vaccam cum *Monzil Heire* (p. 264), Tegeam cum *Iimmel* (p. 265), Tisdram cum *Iemme* (p. 266) comparari posse. — Vnum addam: si quis cum extremis praesertim huius libri, satis illis ad similitudinem Caesarianae orationis compositis, comparauerit caput 19 aut 25, vel alium locum, ab illa facilitate longe remotum, hunc miraturum esse, vnius eiusdemque scriptoris in eodem libro tam diuersum reperiri genus dicendi; aut adeo in suspicionem additamentorum mutationumue venturum, quarum caussa hodie quidem detegi nequeat. Legi poterit Dodwelli dissertatio de auctore huius libri, quam huic editioni praemittendam curaui. *M.* Plut. in Caes. c. 55. tres triumphos Caesaris refert; Vell. l. c. quinque. Loca ex Shawiano itinere citata leguntur in ed. Anglica inde a p. 105 ad p. 117. *Vaccam* nunc *Bejam* dici refert p. 92.

DE
BELLO HISPANIENSI
LIBER SINGVLARIS
INCERTI AVCTORIS

Pharnace superato, Africa recepta, qui ex iis proeliis cum adolescente Cn. Pompeio profugissent, quum et vlterioris Hispaniae potitus esset; dum Caesar muneribus dandis in Italia detinetur, quo facilius praesidia contra compararet Pompeius, in fidem vniuscuiusque ciuitatis confugere coepit. Ita partim precibus, partim vi, bene magna comparata manu, prouinciam vastare. Quibus in rebus nonnullae ciuitates sua sponte auxilia mittebant, item nonnullae portas

Pharnace superato. Cf. B. Al. c. 76. Quod autem in cod. Leid. pr. est, *Scipione superato*, hoc vtrum vulgato praeferam, an emendationi potius tribuam, non satis scio. Si *Scipione superato* legitur, optimè cohaeret cum superiore libro extremo, vbi de Scipione victo et Africa recepta narratum est. Sin Scipionis nomen ab emendatione eius est, qui non tam ad remotiora (B. Al. 76), quam proxima respiciendum esse existimaverit, ideoque *Pharnace superato*, antiquior lectio videtur: fortasse cum Dauisio dici poterit, breuiter h. l. repeti, quae nuper Alexandrino bello in Ponto, et nuperrime in Africa gesta sint. Sed praeplacet Leidensis libri, eiusque boni, lectio. Cur enim scriptor, si summam rerum gestarum repetere voluit, neglecto bello Alexandrino grauiore, videatur bellum, in Ponto gestum, idque et conatu et effectu multo expeditius, nominare voluisse? *M.* Librum male quidam ἀκέφαλον esse volunt.

qui ex iis proeliis — profugissent. Ex his proeliis, quibus Africa recepta est, nemo cum Pompeio effugit: nam Pompeius iam ante proelium ad Thapsum, quo Scipio victus est (B. Afr. c. 83. seqq.), discesserat, vt mox dicam. Sed ex his proeliis multi ad *hunc Pompeium* in Hispaniam fugerunt. Et sic vertit Wagnerus. — Deinde, quid fecerunt hi, qui profugerant? Non sequitur verbum, quod referatur ad hos, qui profugerant, positumque est hoc comma sine nexu. Nam quod infra sequitur *vastare*, id non ad hos, sed ipsum Pompeium pertinet. — Denique, quo vtitur couiunctiuo *profugissent*, id saepe fit ab hoc scriptore hoc modo, (vt c. 13. *Valgius, cuius frater in castris fuisset.* c. 19. *turris, quae nostra fuisset.* c. 32. *Pompeius, qui Cordubae fuisset.*) vbi nulla caussa coniunctiui vsurpandi adparet. Exempla Cellarius ad c. 11. conlegerat. *M.* Clarke subpleri vult *cum iis, qui — profugissent.* Gruterus in cod. Petau. inuenit *cum multi ex.* Hoc ego recipiendum et totum locum paucis mutatis ita refingendum puto: *cum multi ex iis proeliis ad adolescentem Cn. Pompeium profugissent, qui vlterioris H. potitus esset, Caesar mun. dandis in It. detinetur. Pompeius, quo fac. praesidia contra (istum) compararet, in fidem vn. ciu. conf. coepit.* Ita non amplius erit hiulca oratio.

Cn. Pompeio. His, taedio rei ab se male gestae, Africa relicta, ad Baleares insulas se con-

contra cludebant. Ex quibus si qua oppida vi ceperat, quum aliquis ex ea ciuitate optime de Cn. Pompeio merit. ciuis esset, propter pecuniae magnitudinem aliqua ei inferebatur caussa, vt, eo de medio sublato, ex eius pecunia latronum largitio fieret. Ita paucis commodis hoste hortato, maiores augebantur copiae. Ob hoo crebris nunciis in Italiam missis, ciuitates contrariae Pompeio auxilia sibi depostulabant.

2. C. Caesar Dictator III, designatus IV, multis itineribus ante confectis, quum celeri festinatione ad

verterat (B. Afr. 22. 23), vt Hispaniae opibus vteretur, in qua permulti Pompeiani supererant, atque etiam exercitus contra Caesarem comparabatur. Sed morbo conreptus in insulis illis aliquamdiu haerere coactus est. A quo morbo postquam conualuerat, in Hispaniam venit, estque magnis hominum studiis exceptus, et Imperator salutatus. Dio Cass. 43, 29. 30. *M.*

vlterioris Hispaniae potitus. Legendus est Dio Cass. 43, 28—32. *M.*

muneribus dandis. vid. ad cap. vlt. de B. Afr. *M.*

detinetur. Codd. Leid. *detineretur.* minus bene. Alii *distineretur.* pessime.

in fidem — coepit. Et hoo a Dione Cassio describitur, et Iulius Celsus in vita Caes. p. 238. sic loquitur: *precando, fortunam suam miserando, patris memoriam renouando. M.*

vastare. Qui ni fauere nolebant, hos quocumque modo in suam potestatem redegit. Dio Cass. 43, 30. — Post *vastare* vulgo additur *coepit. M.* Non habent codd.

item simpliciter nectit, vt *porro, rursus, etiam. M.*

portas contra cludebant. Abest *contra* a vulgg. Sed cf. c. 27. *M.* Restituit e codd. Clarke. Sed superius *contra* recte ab editoribus quibusdam esse reiectum, vult Oud. Mea quoque pace ibi omitti posset *contra* (*istum*). *Cludebant* Scalig. e cod. suo et Vrsini.

quum aliquis ex ea ciuitate. etiamsi quis de Cn. Pomp. (patre) bene meritus esset. *M.* Potius *de C. Caesare* legendum putat Oudend. cui totus nexus fauet.

inferebatur caussa. Phaedr. fab. 1. *iurgii caussam intulit.*

Ita paucis commodis. An, *Ita haud paucis commodis? M.*

hoste hortato. Quisquis erat hostis Caesaris, adliciebatur his commodis, vt se Pompeianis aggregaret. *M.* Barbariem in *hortato* adgnoscunt. Contra sentit Gellius 15, 13. Cf. et Vossius de Analog. 3, 6. Nulla defensione dignum iudicat Bentleius.

Ob hoc recepit Oud. quia in Petau. cod sic est, in aliis tantum *hoc.* Vulgo *ideoque. M.*

nunciis in Italiam missis. Legati Caesaris, in Hispaniam praemissi (c. 2.), eum monebant, vt aduentum accelerarct. Dio Cass. 43, 31. *M.*

designatus IV. Omnes codd. *designatus Dictator IV*, praeter Petauianum, in quo tantummodo *C. Caesar Dictator IV* legitur. Oud. videtur legendum:

bellum conficiendum in Hispaniam venisset, legati Cordubenses, qui a Cn. Pompeio discesserant, Caesari obuiam veniunt: a quibus nunciabatur, *nocturno tempore oppidum Cordubam capi posse, quod nec opinantibus aduersariis eius prouinciae potitus esset, simulque tabellarii capti essent, qui a Cn. Pompeio dispositi omnibus locis essent, quo certiorem Cn. Pompeium de Caesaris aduentu facerent.* Multa praeterea verisimilia proponebant. Quibus rebus adductus, quos Legatos ante exercitui praefecerat, Q. Pedium et Q. Fabium Maximum, de suo aduentu facit certiores, vt, quem sibi equitatum ex prouincia fecissent, praesidio mitterent. Ad quos celerius, quam ipsi opinati sunt, adpropinquauit, neque, vt ipse voluit, equitatum sibi praesidio habuit.

3. Erat idem temporis Sextus Pompeius frater, qui cum praesidio Cordubam tenebat, quod eius prouinciae caput esse existimabatur: ipse autem Cn. Pompeius adolescens Vliam oppidum obpugnabat, et fere iam aliquot mensibus ibi detinebatur. Quo ex oppido, cognito Caesaris aduentu, legati, clam praesidia

Dictator III, designatus Consul IV: et hoc confirmat locus Plutarchi in Caes. cap. 56. *M.* Cf. Pighium ad a. 708. et numos Caesaris.

multis itineribus — venisset. Lectio haec non est satis certa, et eius tanta varietas, vt ne constitui quidem possit. Res est haec, vt Dio Cass. 43, 32. et Appianus C. 2, 108. p. 492. tradunt, tam inusitatam itineris celeritatem fuisse, vt Caesar, relicta in itinere parte exercitus, longissimam viam vicesimo septimo die absolueret, omnibusque inprouisus adesset. *M.* Coniicit Oud. *multis in vrbe rebus ante confectis.* Codd. *venisset.* Vulgo *conuenisset.*

discesserant, defecerant. *M.*

eius prouinciae. Sic codd. Vulgo *prouincia.*

simulque captos tabellarios, qui —. Sic Oud. Sed vellem, seruasset lectionem codd. Noru. et Petau. quae est haec: *simulque tabellarii capti essent, qui — dispos. erant, vt cert.* Sed vulgata, *simulque, quod tabellarii a Cn. P. — — locis essent, qui,* et manca et sensu destituta est. *M.* Lectionem istam codd. recepi; nec ea mutata erat opus. Vulgata ineptam rationem dat, cur Corduba capi posset, *quod tabellarii essent dispositi, qui de Caesaris aduentu Pompeium facerent certiorem.*

vt, quem sibi — —. Codd. Petau. et Noruic. exhibent: vt

Cn. Pompeii, Caesarem quum adissent, petere coeperunt, vti sibi primo quoque tempore subsidium mitteret. Caesar eam ciuitatem omni tempore optime de Populo Romano meritam esse sciens, celeriter sex cohortes secunda vigilia iubet proficisci pariqne equites numero: quibus praefecit hominem eius prouinciae notum, et non parum scientem, L. Iunium Paciecum. Qui quum ad Cn. Pompeii praesidia venisset, incidit idem temporis, vt tempestate aduersa vehementique vento adflictaretur aditus: quem vis tempestatis ita obscurabat, vt vix proximum agnoscere posses. Cuius incommodum summam vtilitatem ipsis praebebat. Ita, quum ad eum locum venerunt, iubet binos equites incendere et recta per aduersariorum praesidia ad oppidum contendere: mediisque eorum praesidiis quum quaereretur, qui essent, vnus ex nostris respondit: *vt sileat verbum facere; nam id temporis conari ad murum accedere, vt oppidum capiant:* et partim tempestate inpediti vigiles non poterant diligentiam praestare, partim illo responso deterrebantur. Quum ad portam adpropin-

sibi cum equitatu, qui ex prouincia fuissel, praesidio essent. Ac ita lego. *Dauisius.* Vulgatum confirmat Doruillianus; quod non temere muto. *Oud.* Ceteri codd. valde discrepant. *M.*

neque, vt ipse. Vulgo *atque, vt ipse*, contra libros bonos et ipsam rem. *M.*

Vliam. Sic NN. et lapides. Contra codd. male *Vllam.*

clam praesidia. Sic Scal. e codd. Sic et Plautus et Terentius. Alii *praesidio.*

sex cohortes. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *XI.*

notum. peritum. Sic Phaedrus 1, 11. *ignotos fallit, notis est derisui.* Plautus Pseud. 2, 4, 29. *noui, notis praedicas.*

adflictaretur; quem vis —. In Leid. sic est, *aditusque vis.* Ciacconius ait, in suo etiam addi *aditus.* Opinor legendum, *adflictaretur aditus, quem —.* Haec sunt verba Oud. qui mox mauult *posses. M.* Quia Dorvillii codex habet *possis.* Vulgo legitur *posset.* In locis adeo corruptis sequendi sunt codices, quantum potest, maxime.

iubet binos equ. incedere. Res est plana. Altera lectio, *conscendere*, videtur ab iis inuecta, qui equitem *incedentem* ferre non possent; nec poterit defendi, nisi cum Heinsio legatur, *iubet binos* (equitem cum pedite) *equum conscendere*, vt c. 4. *M.*

respondit: vt —. Miram Latinitatem! *M.* Barbaries mera.

quaſſent: ſigno dato, ab oppidanis ſunt recepti, et pedites equitesque, clamore facto, dispoſitis ibi partim, qui remanſere, eruptionem in aduerſariorum caſtra fecerunt. Sic illud quum inſcientibus accidiſſet, exiſtimabat magna pars hominum, qui in iis caſtris fuiſſent, ſe prope captos eſſe.

4. Hoc miſſo ad Vliam praeſidio, Caeſar, vt Pompeium ab ea obpugnatione deduceret, ad Cordubam contendit; ex quo itinere loricatos viros fortes cum equitatu ante praemiſit: qui, ſimul in conſpectum oppidi ſe dederunt, in equis recipiuntur. Hoc a Cordubenſibus nequaquam poterat animum aduerti. Adpropinquantibus, ex oppido bene magna multitudo ad equitatum concidendum quum exiſſent, loricati, vt ſupra ſcripſimus, ex equis deſcenderunt et magnum proelium fecerunt, ſic vti ex infinita hominum multitudine pauci in oppidum ſe reciperent. Hoc timore adductus Sextus Pompeius litteras fratri miſit, vt celeriter ſibi ſubſidio veniret, ne prius Caeſar Cordubam caperet, quam ipſe illo veniſſet. Ita Cn. Pompeius, Vlia prope capta, litteris fratris excitus, cum copiis ad Cordubam iter facere coepit.

5. Caeſar, quum ad flumen Baetim veniſſet, ne-

partim, qui remanſere. An, *poſſim, qui remanerent?* Sed nihil efficitur emendatione. Tanta eſt varietas verborum, *ſunt recepti — eruptionem*, vt nihil definiri poſſit. *M.*

in equis recip. Leg. *in equos recip.* Equites receperunt viros loricatos in equos ſuos. Lege modo ea, quae ſequuntur. Propter varietatem lectionis poterit etiam, *equis recipiuntur*, legi, modo ſenſu hoc, vt ſit, *in equos. M.* Rectius hoc, quam quod vult Goduinus, *ex equis.* Alii codd. *cum equis.*

corbes demiſit. De hac ratione faciendi pontis apud veteres multa diſputauit Guiſchardus (Mém. crit. et hiſt. p. 48. vel T. 1. p. 116) vbi p. 124. et noſter locus tractatur, et ex Arriano (de exp. Alex. 5, 7. p. 327. ed. Blanc.) et Suida in *Ζεῦγμα* inluſtratur. Scilicet, vt pauciſſimis ſummam Eunapiani loci apud Suidam tradam, corbes illi loco ancorarum fuerant. Nam demiſſi ex naue in flumium, adligati ſunt fune ex naui, vt fere ancora ex naui adligata eſſe ſolet. Sic conficitur ſerie nauium, per flumen deinceps nexarum, pons temporarius. *M.*

Tenebant — bipartito. Haec, quia ſunt conrupta, non poſſunt intelligi. Abſunt adeo haec omnia a cod. Regio, Norwicenſi,

que propter altitudinem fluminis transire posset, lapidibus corbes plenos demisit. Ita insuper ponte facto, copias ad castra tripartito transduxit. Tenebant aduersus oppidum e regione pontis trabes, vt supra scripsimus, bipartito. Huc quum Pompeius cum suis copiis venisset, ex aduerso pari ratione castra ponit. Caesar, vt eum ab oppido commeatuque excluderet, brachium ad pontem ducere coepit. Pari idem conditione Pompeius. Hic inter Duces duos fit contentio, vter prius pontem occuparet: ex qua contentione quotidiana minuta proelia fiebant, vt modo hi, modo illi superiores discederent. Quae res quum ad maiorem contentionem venisset, ab vtrisque comminus pugna inita, dum cupidius locum student tenere, propter pontem coangustabantur et fluminis ripas adpropinquantes coangustati praecipitabantur. Hic alteri alteris non solum mortem morti exaggerabant, sed tumulos tumulis exaequebant. Ita diebus compluribus cupiebat Caesar, si qua conditione posset, aduersarios in aequum locum deducere et primo quoque tempore de bello decernere.

6. Id quum animaduerteret aduersarios minime velle, quo sideo a via retraxerat, vt in aequum de-

Petaniane. *Tendebant* in quibusdam edd. (quod alius esse vult, *in tentoriis erant*; alius trabes tendere coniungit) est ab emendatione. *M.* Dauis. *tendebant — tripertito.* illud iam ed. Steph. hoc cod. Thuaneus. Clarke *tenebant — castra tripartito.* Sed Leid. 1. *tenebat*, quod praefert Oud. relatum ad Caes. legitque *tenebat — castra — tripertito.*

vt supra scripsimus. i. e. mox. Sic bene cohaerent omnia. Ceterum tota periodus in aliis deficit.

Pari idem. Leg. cum Vrsino, *item. M.* Sed *idem* intelligitur, quod Caesar.

vter. Alii *qui*, *quis.* Conf. Vossius Anal. 4, 2.

pugna inita, dum. Leg. e cod. Norvic. *pugna fiebat, in qua dum —.* Haec lectio est dupliciter corrupta: nam, omisso *fiebat*, transiit *in qua* in *iniqua*, et hoc Ciacconius in *inita* mutauit. *M.* Ita iam Vascosanus.

Id quum. Hoc *id* e codd. et edd. vet. addidit Dauis.

a via retraxerat. Reclamantibus omnibus, quos viderim, libris, lego, *ab Vlia retr.* Haec sunt Ciacconii verba. Cf. c. 4. *M.* Oud. legi suadet *quos Cordubam ab Vlia retraxerat.*

duceret, copiis flumen transductis, noctu iubet ignes fieri magnos. Ita firmissimum eius praesidium Ateguam proficiscitur. Id quum Pompeius ex perfugis rescisset, ea die per viarum angustias carra complura multosque lanistas retraxit et ad Cordubam se recepit. Caesar munitionibus Ateguam obpugnare et brachia circumducere coepit. Cuius rei Pompeio quum nuncius esset adlatus, eo die proficiscitur. Cuius in aduentum, praesidii caussa, Caesar complura castella occupauit, partim vbi equitatus, partim vbi pedestris copia in statione et in excubitu castris praesidio esse possent. Hic in aduentu Pompeii incidit, vt matutino tempore nebula esset crassissima. Itaque in illa obscuratione cum aliquot cohortibus et equitum turmis circumcludunt Caesaris equites et concidunt, sic, vt vix in ea caede pauci effugerent.

7. Insequenti nocte castra sua incendit Pompeius et trans flumen Salsum per conualles castra inter duo oppida, Ateguam et Vcubim, in monte constituit. Caesar in munitionibus ceterisque, quae ad oppidum

Ita firmissimum — id est, vt ego quidem existimo: Caesar Ateguam, quod erat firmissimum Pompeii praesidium, proficiscitur. *Clarkius.* De hac obsidione v. Frontin. 3, 14.

per viarum angust. MS. Norvic. exhibet: *per viar. difficultatem et angustias,* quae sana et sincera est lectio. *Davisius.* Et ex hac ceterae omnes sunt depravatae, veluti, *ea die nactus facultatem angust.* aut, *ea die nactus facultatem per viarum angustias. M.*

multosque lanistas. Sic codd. et edd. priores, teste Oud. Ac saepe sunt in libris de ciuili bello familiae gladiatoriae commemoratae, quas vnus et alter coegerat militiam facere; sed quorsum etiam lanistae? Nam nunc milites erant, neque ad rem gladiatoriam exercebantur. Et quorsum multi lanistae? Et cur horum nominatim mentio fit? Praefero igitur vulgatum, *multasque balistas*, a quocumque demum inuectum sit. Lipsius *lixas* voluit legi. *M.*

partim vbi equitatus, partim vbi. Sic tres codd. boni. Ceterae lectiones ex hac detortae sunt. *M.*

pedestris copia. Sic Dauis. e codd. Norv. Vulgo *pedestres copiae.*

circumcludunt. Ambiguum est, vtrum Pompeiani Caesaris equites circumcluserint, an Caesariani Pompeianos. At cum praecedentia, tum subsequentia, magis arguunt, Pompeianos a Caesarianis concisos esse. Modo enim ait, castella a Caesare in

obpugnandum opus fuerunt, aggerem vineasque agere instituit. Haec loca sunt montuosa et natura edita ad rem militarem; quae planitie diuiduntur Salso flumine, proxime tamen Ateguam, vt ad flumen sint circiter passuum duo milia. Ex ea regione oppidi in montibus castra habuit Pompeius, in conspectu vtrorumque oppidorum, neque suis ausus est subsidio venire. Aquilas et signa habuit tredecim legionum; sed, ex quibus aliquid firmamenti se existimabat habere, duae fuerunt vernaculae, quae a Trebonio transfugerant; vna, facta ex coloniis, quae fuerunt in his regionibus; quarta fuit Afraniana ex Africa, quam secum adduxerat; reliquae ex fugitiuis auxiliares consistebant: nam, de leui armatura et equitatu, longe et virtute et numero nostri erant superiores.

8. Accedebat huc, vt longius bellum duceret Pompeius, quod loca sunt edita et ad castrorum munitiones non parum idonea. Nam fere totius vlterioris Hispaniae regio, propter terrae fecunditatem, inopem difficilemque habet obpugnationem et non

hoc occupata esse, vt Pompeii insultum reprimeret: mox subiungitur, Pompeium fugisse, quod minime facturus fuerat, si qualicumqné victoria potitus esset. *Rhellicanus.* Quare sub initium periodi legetur, *eum* (non, *cum*) *aliquot coh.* vt Goduinus monuit. Sed, si hic sensus est, plane repugnat loco Dionis Cass. 43, 33. qui Pompeio feliciter cessisse conatum narrat. *M.*

aggerem vineasque agere. Cf. not. ad G. 2, 12. A. 73.

natura edita ad rem militarem. Hoc ipse scriptor c. 8 explicat, dum plenius dicit, *M.*

vernaculae. Caesari victori traditae erant (de B. C. 2, 20), qui eis Longinum praefecit et, hoc mortuo, Trebonium: a quo defecerunt et rursus caussam Pompeii tueri susceperunt. Dio Cass. 43, 29. *M.* Iurinius legendum putat *duae fuerunt* (scil. veteranae), *quae a Trebonio transfugerant* (v. A. 64) *et vernacula*, de qua deinceps c. 10. 12. 20.

ex fugitiuis auxiliares consist. Barbara locutio, iudice Dodwello. Dauis. malit *in.* Sed praepositio posset abesse. Iurin. dat *ex fugitiuis et auxiliaribus constabant.*

de leui armatura, quod adtinet leuem armat. *M.*

propter terrae fecunditatem. Monuit Dauisius, praeeunte Lipsio, *infecunditatem*, et paulo post *non nimis copiosam aqu.* legendum videri, et confert Strabon. l. 3. in. *M.* Si *fecunditatem* retinere malis, intelligi

minus copioſam aquationem. Hic etiam propter barbarorum crebras excurſiones omnia loca, quae ſunt ab oppidis remota, turribus et munitionibus retinentur et, ſicut in Africa, rudere, non tegulis teguntur; ſimulque in his habent ſpeculas et propter altitudinem longe lateque proſpiciunt. Item oppidorum magna pars eius prouinciae montibus fere munita et natura excellentibus locis eſt conſtituta, vt ſimul aditus adſcenſusque habeat difficiles. Ita ab obpugnationibus natura loci distinentur, vt ciuitates Hiſpaniae non facile ab hoſte capiantur: id quod in hoc contigit bello. Nam, vbi inter Ateguam et Vcubim, quae oppida ſupra ſunt ſcripta, Pompeius habuit caſtra conſtituta in conſpectu duorum oppidorum, ab ſuis caſtris circiter milia paſſuum quatuor grumus eſt excellens natura, qui adpellatur caſtra Poſtumiana: ibi praeſidii cauſſa caſtellum Caeſar habuit conſtitutum.

9. Pompeius, qui eodem iugo tegebatur loci natura et, quod remotum erat a caſtris Caeſaris, animaduertebat loci difficultatem, et, quod flumine Salſo intercludebatur; non eſſe commiſſurum Caeſarem, vt in tanta loci difficultate ad ſubſidium ſubmitten-

poteſt de terra gleboſa, frumento, frugibus ferendis apta, aggeribus ſtruendis minus idonea. *Oud.*

retinentur ab incolis in poteſtate, defenduntur. *M.*

rudere. B. Alex. c. 1. *M.*

distinentur hoſtes. *M.*

ab hoſte. Alii *ab hoſtibus.*

id quod in h. contigit bello. Sic Clarke e codd. Cf. not. ad C. 5, 45. Vulgo *quod accidit.*

grumus. V. Ind. Etymon. Nonius Marc. ducit a *congerie* et aggerem interpretatur. *Grumorum tumulos* dicit Vitruu. 8. 3. V. et infra c. 24.

qui eodem. Alii *quod.*

intercludebatur. Poſt verbum hoc intelligendum erit, *putabat,* quod eruendum eſt e ſuperiore *animaduertebat.* *M.*

ad ſubſidium ſubmittendum ſe mitteret. Miro loquendi ratio, cum potius *demittere ſe* ad duram conditionem dicatur, qui difficilem rem ſuſcipit, ſeque periculo exponit. Sed in cod. Norv. et Petau. legitur, *ad ſubſidium veniret;* quamquam nec hoc ſatis Latinum eſt. *M.* Alii *committendum. ſe mitteret.* fere vt Germ. *ſich anſchicken.* Alias *ferre ſe, dare ſe, reportare ſe.* Cf. cap. 4. Sed aliud hic latet, Oud. indice.

caſtellum obp. coepit etc. Haec

dum se mitteret. Ista fretus opinione, tertia vigilia profectus, castellum obpugnare coepit, vt laborantibus succurreret. Nostri, quum adpropinquassent, clamore repentino telorumque multitudine iactus facere coeperunt, vti magnam partem hominum vulneribus adficerent. Quo peracto, quum ex castello repugnare coepissent, et maioribus castris Caesaris nuncius esset adlatus, cum tribus legionibus est profectus et, quum ad eos adpropinquasset, fuga perterriti multi sunt interfecti, complures capti; in quibus duo * multi praeterea armis exuti fugerunt; quorum scuta sunt relata octoginta.

10. Insequenti luce Arguetius ex Italia cum equitatu venit. Is signa Saguntinorum retulit quinque, quae ab oppidanis cepit. Suo loco praeteritus est, quod equites ex Italia cum Asprenate ad Caesarem venissent. Ea nocte Pompeius castra sua incendit et ad Cordubam versus iter facere coepit. Rex, nomine Indo, qui cum equitatu suas copias adduxerat, dum cupidius agmen aduersariorum insequitur, a vernaculis legionariis exceptus est et interfectus.

11. Postero die equites nostri longius ad Cordu-

ita scripta sunt, vt non satis adpareat, quis, quid, quomodo fecerit aut perpessus sit. Omnes explicationes non tam in verbis sunt, quam importatae. *castellum* vt est Caesarianorum, ita qui sint *laborantes*, et vbi, ex verbis non potest cognosci. *Nostri* sunt, obsessi a Pompeio. Ergo, *quum adpropinquassent* non ad nostros, sed Pompeianos referendum est, *quum Pompeiani adprop.* nisi *Nostris quum adpropinquasset* legere malimus. *M.* Clarke explicat ita: *Castellum* (Caesaris) *obpugnare coepit Pompeius, vt laborantibus* (Ateguanis a Caesare obsessis) *succurreret. Nostri* (in castello), *quum adpropinquassent* (Pompeiani) etc. p. p. legi vult *maioribus castris Caesari.*

*duo * multi.* Videtur excidisse *Tribuni* vel *Centuriones* vel quid simile.

Saguntinorum. Ergone hos in itinere obpressit? *M.*

Suo loco — venissent. Inexplicabilis locus. Alii habent *praeterritus* aut *perterritus.* Asprenas quidam B. Afr. c. 8. commemoratus est. *M.* Scalig. dedit *praeteritus* e cod. Vrsini. Mox *sua* adiecit Oud. e codd. et edd. vet.

vernaculi sunt Pompeiani: c. 7. Ergo ille Rex Indo Caesarem adiuuit. *M.*

bam versus profecuti sunt eos, qui commeatus ad castra Pompeii ex oppido portabant; ex iis capti L cum iumentis ad nostra adducti sunt castra. Eodem die Q. Marcius, Tribunus militum qui fuisset Pompeii, ad nos transfugit, et noctis tertia vigilia in oppido acerrime pugnatum est, ignemque multum miserunt, sic vt omne genus, quibus ignis per iactus solitus est mitti, exerceretur. Hoc praeterito tempore, C. Fundanius, Eques Romanus, ex castris adversariorum ad nos transfugit.

12. Postero die ex legione vernacula milites sunt capti ab equitibus nostris duo, qui dixerunt, se servos esse. Quum venirent, cogniti sunt a militibus, qui antea cum Fabio et Pedio fuerant et a Trebonio transfugerant. Eis ad ignoscendum nulla est data facultas et a militibus nostris interfectis sunt. Idem temporis capti tabellarii, qui a Corduba ad Pompeium missi erant perperamque ad castra nostra peruenerant, praecisis manibus missi sunt facti. Pari consuetudine, vigilia secunda ex oppido ignem multum telorumque multitudinem iactando, bene magnum tempus consumserunt compluresque vulneribus adfecerunt. Praeterito noctis tempore, eruptionem in legionem sextam fecerunt, quum in opere nostri distenti essent acriterque pugnare coeperunt: quorum vis repressa a

profecuti. Sic codd. et edd. vet. Alii *persecuti.*

in oppido. Ategua. Forsan leg. *ex oppido.*

omne genus (telorum), *quibus* —. Cf. B. Al. 14. de malleolo. *M.* Verbum *exerceretur* dedit Dauis. e cod. Noruic. et e Petau. Oud. Alii, omisso verbo, legunt *sicut et omne genus.* In voce *quibus* est synthesis.

cum Fabio. Alii *Badio*, *Babio* etc. Dein leg. forsan *cum Trebonio.*

Idem temporis. Sic codd. et c. 3 et 20. Vulgo *Eodem tempore.*

Pari consuetudine, qua et antea vsi erant, c. 11.

superiore loco defend. ipsa altitudo loci, e quo pugnabant, defensionem eorum faciliorem reddebat aduersus hostes, in inferiore loco vrbem obpugnantes. *M.*

Ii, *quum.* Sic Dauis. e cod. Noru. Legebatur prius *L*, i. e. quinquaginta.

tamen virtute — repulsi —. Nihil deest; quaedam potius redundant. Legerim: *tamen virt. mil. nostrorum, qui in-*

nostris, etsi oppidani superiore loco defendebantur. Ii, quum eruptionem facere coepissent, tamen virtute militum nostrorum, qui inferiore loco premebantur, repulsi aduersarii bene multis vulneribus adfecti in oppidum se contulerunt.

13. Postero die Pompeius ex castris suis brachium coepit ad flumen Salsum ducere: et, quum nostri equites pauci in statione fuissent a pluribus reperti, de statione sunt deiecti et occisi tres. Eo die A. Valgius, Senatoris filius, cuius frater in castris Pompeii fuisset, omnibus suis rebus relictis, equum conscendit et fugit. Speculator de legione secunda Pompeiana captus a militibus et interfectus est: idemque temporis glans missa est, inscripta, *quo die ad oppidum capiendum accederent, sese scutum esse positurum.* Qua spe nonnulli, dum sine periculo murum adscendere et oppidum potiri posse se sperant, postero die ad murum opus facere coeperunt et bene magna prioris muri pars deiecta est*. Quo facto ab oppidanis, ac si suarum partium essent, conseruati, missos facere loricatos; quique praesidii caussa praepositi oppido a Pompeio essent, orabant. Quibus respondit Caesar, *se conditiones dare, non accipere consueuisse.* Qui quum in oppidum reuertissent, relato responso, clamore sublato, omni genere telo-

feriore loco premebantur, repulsi aduers. —. *M.* Recte. Sic dedi. Legebatur ita: *nostrorum* qui, etsi* et ante *repulsi* repetebatur *tamen*, otiose. Clarke lacunam replendam putabat verbo *reiiciebantur* vel simili.

ducere. Sic Noruic. et Petau. cod. Alii *facere.* Vtrumque recte dicitur. *M.*

glans. Cf. not. ad G. 5, 43.

sese — positurum. Is, qui glandem inscripserat, de se vno scripserat: *Scutum ponam:* poteratque ex vnius professione coniectura de reliquorum voluntate simili fieri. Non male tamen Lipsio placuit: *posituros. M.*

sperant. Alii *sperarent.*

deiecta est. Quia in reliquis huius loci modus rei gestae non satis adparet, haud dubie h. l. aliquid excidit. Inde asteriscus in edit. Oud. *M.*

conseruati. Capti et ab oppidanis conseruati.

Qui quum. Alii *Illi*, forsan *Ii quum.* Mox alii *reuersi essent.* Cod. Noru. *oppido reuertissent*, eodem sensu. Sic c. 16. *oppido represserunt.*

runt emisso, pugnare pro muro toto coeperunt: propter quod fere magna pars hominum, qui in castris nostris essent, non dubitarunt, quin eruptionem eo die essent facturi. Ita corona circumdata, pugnatum est aliquandiu vehementissime, simulque ballista missa a nostris turrem deiecit: qua aduersariorum, qui in ea turre fuerant, quinque deiecti sunt et puer, qui ballistam solitus erat obseruare.

14. Eo praeterito tempore, Pompeius trans flumen Salsum castellum constituit: neque a nostris prohibitus, falsaque illa oppinione gloriatus est, quod prope in nostris partibus locum tenuisset. Item insequenti die eadem consuetudine dum longius prosequitur, quo loco equites nostri stationem habuerant, aliquot turmae cum leui armatura, inpetu facto, loco sunt deiectae et, propter paucitatem nostrorum equitum, simul cum leui armatura inter turmas aduersariorum protritae. Hoc in conspectu vtrorumque castrorum gerebatur: et maiore Pompeiani exsultabant gloria, longius quod, nostris cedentibus, prosequi coepissent. Qui quum aliquo loco a nostris recepti essent, vt consuessent, ex simili virtute clamore facto, auersati sunt proelium facere.

15. Fere apud exercitus haec est equestris proelii consuetudo: quum eques ad dimicandum, dimisso equo, cum pedite congreditur, nequaquam par ha-

falsaque. Potius *falsa* e Noruic. et Petau. cod. *M.*

simul cum leui armatura. Sic libri boni. Vulgo *simulque l. a.* male. *M.* Hic verba *simul cum leui armatura* abundare videntur, e superioribus repetita.

aliquo loco. Lips. malit *aequo loco.*

recepti. Glanderpius malit *excepti.*

ex simili virtute. Quid hoc sibi vult? Vtrum ad superiora referendum, *nostri eos exceperant simili virtute*, non cesserunt iis? An clamorem dicuntur sustulisse propter similem nostrorum virtutem? quia nostros videbant et ipsos audere aliquid. *M.*

equitibus — venissent. Glandorp. addi volebat *auxilio.* Vossius dabat *subuenissent.* Sed Oud. notat; *alicui venire* pro *aduenire* in vtramque partem sumi. Iustin. 15, 4. *Ptolemaeo*

betur. Id quod in hoc accidit certamine. Quum pedites, ex leui armatura lecti, ad pugnam, equitibus nostris nec opinantibus, venissent, idque in proelio animaduersum esset, complures ex equis descenderunt. Ita exiguo tempore eques pedestre, pedes equestre proelium facere coepit, vsque eo, vt caedem proxime a vallo fecerint. In quo proelio aduersariorum ceciderunt CXXIII, compluresque armis exuti, multi vulneribus adfecti in castra sunt redacti: nostri ceciderunt III; saucii XII pedites, equites V. Eius diei insequenti tempore, pristina consuetudine pro muro pugnari coeptum est. Cum bene magnam multitudinem telorum ignemque nostris defendentibus iniecissent, nefandum crudelissimumque facinus sunt adgressi, in conspectuque nostro hospites, qui in oppido erant, iugulare et de muro praecipites mittere coeperunt, sicuti apud barbaros: quod post hominum memoriam numquam est factum.

16. Huius diei extremo tempore a Pompeianis et clam nostros tabellarius est missus, vt ea nocte turres aggeremque incenderent et tertia vigilia eruptionem facerent. Ita igne telorumque multitudine iacta, quum bene magnam partem muri consumsissent, portam, quae e regione et in conspectu Pompeii castrorum fuerat, aperuerunt copiaeque totae eruptionem fecerunt secumque extulerunt calcatas ad fossas com-

Africae pars sorte venit. Phaedrus fab. 2. *maius ne veniat malum.*

redacti. Sic et c. 34. Leid. 2. *reducti.* Heinsius volebat *reiecti.*

hospites. ciues, qui eos receperant.

[*ad*] *nostros tabellarius.* Hoc *ad* sensu plane nullo additur, quare necessario reiiciendum est. Mens auctoris manifesta est: *a Pompeianis* (Pompeii exercitu extra vrbem) *clam nostros tabellarius* (in oppidum) *missus est.* Haec sunt Clarkii ad h. l. verba, quem secuti sunt Dauisius et Oud. Videtur Cellarius quoque sensisse, in cuius editione est: *a Pompeianis et clam nostros. M.* Cellarium sequor. Putidum est, grauissimos errores seruare.

calcatas. Adparet, verbum esse deprauatum. In plerisque exemplaribus adscriptum est ad marginem, *crates,* quod vocabulum, vtpote rei militaris, huic loco recte quadrat. *Glanderp.*

plendas harpagones ad casas, quae stramentitiae ab nostris hibernorum caussa aedificatae erant, diruendas et incendendas; praeterea argentum et vestimenta,, vt, dum nostri in praeda detinerentur, illi, caede facta, ad praesidia Pompeii se reciperent: nam, quod existimabat, eos posse conatum efficere, nocte tota vltra ibat flumen Salsum in acie. Quod factum licet nec opinantibus nostris esset gestum, tamen, virtute freti, repulsos multisque vulneribus adfectos oppido represserunt praedaque et armis eorum sunt potiti viuosque aliquos ceperunt, qui postero die sunt interfecti. Eodemque tempore transfuga nunciauit ex oppido, Iunium, qui in cuniculo fuisset, iugulatione oppidanorum facta clamasse, *facinus se nefandum et scelus fecisse: nam eos nihil meruisse, quare tali poena adficerentur, qui eos ad aras et focos suos recepissent; eosque hospitium scelere contaminasse*: multa praeterea dixisse: qua oratione deterritos, amplius iugulationem non fecisse.

17. Ita postero die Tullius Legatus cum Catone Lusitano venit et apud Caesarem verba fecit: *Vtinam quidem Dii immortales fecissent, vt tuus po-*

Et hoc verius videtur, quam *culcitas*, quod Dauisius reponi voluit. *M.* *Calcata* est materia, sabulo, glarea et calce constans. Sic I. C. H. in Misc. Lips. nouis Vol. 3. p. 1666. Addit, Tongris olim *altam calciatam* dictam esse viam Romanam admirandi operis, siue *la haute chaussée*. Praestat haec iis, quae Oudend. adfert ad *culcitas*.

stramentitiae. Sic Scal. et cod. Vrsini. Vulgo *stramentis*, vt 8, 5.

existimabat: Pompeius. Monuit Clarkius. *M.*

ibat. An, *stabat?* Sic et Wagnerus vertit. *M.* Forsan pro *procedebat*.

oppido represserunt. i. e. in oppidum, vt Virg. 5, 451. *it clamor coelo.*

iugulatione facta. Cic. pro Caecina c. 14. *occisio facta.*

cum Catone Lus. Fortasse legendum, *cum C. Antonio Lus.* Illius enim c. 18, vt comitis Tullii, meminit. *Glandorpius.* Recepit *C. Antonio* Clarkius, bene, credo. Sed et Celsus habet *Catone* et codd. omnes. tum sequentis capitis initium mira confusione laborat.

qui neque — victoriam. Hoc acumen non satis capio. Iulius Celsus p. 140. initium et finem huius orationis repetit, deinde addit: *Multa praeter haec locutus est, quae scriptorum vi-*

tius miles, quam Cn. Pompeii, factus essem et hanc virtutis constantiam in tua victoria, non in illius calamitate, praestarem: cuius funestae laudes quippe ad hanc fortunam reciderunt, vt ciues Romani, indigentes praesidii, et propter patriae luctuosam perniciem dedamur hostium numero: qui neque in illius prospera acie primam fortunam, neque in adversa secundam obtinuimus victoriam: qui legionum tot inpetus sustentantes, nocturnis diurnisque operibus gladiorum ictus telorumque missus exspectantes, victi et deserti, a Pompeio, tua virtute superati, salutem a tua clementia deposcimus; petimusque, vt qualem te gentibus praestitisti, similem te in ciuium deditione praestes. Et qualem, ait, gentibus me praestiti, similem in ciuium deditione praestabo.

18. Remissis legatis, quum ad portam venisset Tib. Tullius et quum eum introeuntem C. Antonius insecutus non esset, reuertit ad portam et hominem adprehendit. Quod Tiberius quum fieri animaduertit, sinu pugionem eduxit et manum eius indicit. Ita refugerunt ad Caesarem. Eodemque tempore signifer

tio confusa vix intelligi possint. M.

gentibus exteris, Ponto, Aegypto, Gallograeciae. *M.*

Et qualem, ait, — praestabo. Haec omnia Dauisius demum e Thuaneo codice inseruit, reperitque etiam Clarkius in Regio. Sed et superiora in duobus codd. aliter leguntur: in Petau. est: *oramusque, vt clementiam, quam victis gentibus praebuisti, calamitosis ciuibus tuis non deneges. Cui Caesar, se non acerbiorem in ciues futurum, quam in hostes venia donatos fuerit, respondit.* Haec eadem Noruic. cod. sic exhibet: *vt clem. — — acerbiorem, in ciues fugatis:* ceteris plane omissis. Nonne ergo haec omnia additamenta post verbum *deposcimus* spuria iudicanda erunt? *M.*

Remissis legatis — ad Caesarem. Miram profecto rem, si sic gesta sit. Hanc obscuritatem bene disiicit codex ille Dauisii, in quo sic legitur: *Remissis legatis, quum ad portam venissent, Tib Tullius, quum introeuntem C. Antonium secutus non esset, reuertit ad portam* (scil. Antonius) — — *animaduertit, sinu pugionem eduxit, —.* Sed et porro *refugit* legendum est. *M.* Codd. Noru. et Petau. *venissent.* Reliqua bene Dauisius constituit. Sequerer, ni cum Cellario metuerem, ne quid desit.

sinu pug. eduxit. Ita codd.

de legione prima transfugit et nunciauit, quo die equeſtre proelium factum eſſet, e ſuo ſigno periſſe homines XXXV, neque licere caſtris Cn. Pompeii nunciari neque dici, periſſe quemquam. Seruus, cuius dominus in Caeſaris caſtris fuiſſet, vxoremque et filium in oppido reliquerat, dominum iugulauit et ita clam a Caeſaris praeſidiis in Pompeii caſtra diſceſſit et indicium glande ſcriptum miſit, per quod certior fieret Caeſar, quae in oppido ad defendendum compararentur. Ita litteris acceptis, quum in oppidum reuertiſſent, qui mittere glandem inſcriptam ſolebant, inſequenti tempore duo Luſitani fratres transfugae nunciarunt, quam Pompeius concionem habuiſſet: *quoniam oppido ſubſidio non poſſet venire, noctu ex aduerſariorum conſpectu ſe deducerent ad mare verſum*: vnum reſpondiſſe, *vt potius ad dimicandum deſcenderent, quam ſignum fugae oſtenderent*: eum, qui ita locutus eſſet, iugulatum. Eodem tempore tabellarii eius deprehenſi, qui ad oppidum veniebant, quorum litteras Caeſar oppidanis obiecit, et, qui vitam ſibi peteret, iuſſit turrem ligneam oppidanorum incendere: id ſi feciſſet, ei ſe promiſit omnia conceſſurum. Quod difficile erat fa-

laudati. Vulgo *ſimulque pug. eduxiſſet, manum.* Inde Oud. *ſimul pug. eduxit et.* Sed praeſtat lectio optimorum codd. probata Clarkio et Dauiſio.

ſuo ſigno. Leg. *e ſuo ſigno*, h. e. manipulo. *M.* Bene monitum. ſequor.

fuiſſet — reliquerat. Quanta haec eſt ſcribendi negligentia! *M.*

glande ſcriptum: vt cap. 13. *M.* Hic mentio omiſſa videtur eius, qui glandem miſit; nam ſeruus id non fecerit; aut pro *Caeſar* ſcribendum *Pompeius*, quod Clarkio placet, ni quid deſit.

Caeſar. Cur vero non dixit ipſe Caeſari tum, cum in eius caſtris fuit? *M.*

litteris acceptis. Quis accepit? Vnde? Quales? *M.*

qui mittere — ſolebant. Ergo nunc plures mittebant? Mihi totus locus obſcurus eſt: nihil ſatis diſtincte narratum reperire poſſum. Multa hic exciderunt, aut ſcriptor ſcribere quidem voluit, ſed non potuit. *M.* Alii *ſcriptam.*

deſcenderent, — oſtenderent. Videtur numerus ſingularis e duobus codd. ſemper conſpirantibus recipiendus. *M.*

eum, qui. Sic Oud. e codd. Vulgo *tum.*

obiecit. Codd. quidam ab-

ctu, vt eam turrem fine periculo quis incenderet. Ita * facturus de ligno, quum propius accessisset, ab oppidanis est occisus. Eadem nocte transfuga nunciauit, Pompeium et Labienum de iugulatione oppidanorum indignatos esse.

19. Vigilia secunda propter multitudinem telorum turris lignea, quae nostro fuisset, ab imo vitium fecit, vsque ad tabulatum secundum et tertium. Eodem tempore pro muro pugnatum acerrime, et turrim nostram, vt superiorem, incenderunt, idcirco, quod ventum oppidani secundum habuerunt. Insequenti luce materfamilias de muro se deiecit et ad nos transiliit dixitque, *se cum familia constitutum habuisse, vt vna transfugerent ad Caesarem; illam obpressam et iugulatam.* Hoc praeterea tempore tabellae de muro sunt deiectae, in quibus scriptum est inuentum: *L. Minatius Caesari. Si mihi vitam tribues, quoniam ab Cn. Pompeio sum desertus, qualem me illi praestiti, tali virtute et constantia futurum me in te praestabo.* Eodem tempore oppidanorum legati, qui antea exierant, Caesarem adierunt, *si sibi vitam concederet, sese insequenti die oppidum esse dedituros.* Quibus respondit, *se Cae-*

iecit, quod praefert Oud. eo sensu, quo G. 5, 48.

*Ita * facturus de ligno*. Res quidem vtcumque potest intelligi, aliquem ita facere, h. e. ligneam turrem incendere voluisse; sed nec vulgata lectio Latina, nec scriptura codicum, *ita fune crure de ligno*, sana est. *M.* Davis. coniicit: *Ita facturus turri ligneae quum propius access.* Lips. delebat *de ligno*, hoc mihi placet.

vt superiorem. An, vt eam, de qua ante dictum est? Sed ea non incensa est. Quo sensu igitur *superior* dicitur? *M.*

cum familia. Leg. *famula*, quia in Iul. Celso p. 241. est, *cum ancilla*. Monuit Dauisius. *M.* Phaedrus tamen etiam familiam de vno seruo, 3, 19.

Minatius. Hunc Pompeius praefecerat vrbico praesidio. Dio Cass. 43, 33. Add. Valer. Max. 9, 2, 4. vbi culpa omnis erga Ateguam crudelitatis, cuius exempla scriptor noster hactenus passim exposuit, in hunc Minatium Flaccum confertur. Aliis falso *Minutius*. *M.* Aliis *Munatius*. Sed v. Perizonii epistolam in Sylloge Burmanni t. 4. p. 788.

tribues. Sic codd. Vulgo *tribuis*.

futurum. poterat abesse. *M.* Vulgo additur *esse*.

sarem esse fidemque praestaturum. Ita, ante diem XI. Kalend. Martii oppido potitus, Imperator est adpellatus.

20. Quod Pompeius ex perfugis quum deditionem oppidi factam esse sciſset, castra mouit Vcubim versus, et circum ea loca castella disposuit et munitionibus se continere coepit. Caesar mouit et propius castra castris contulit. Eodem tempore mane loricatus vnus ex legione vernacula ad nos transfugit et nunciauit, Pompeium oppidanos Vcubenses conuocasse eisque ita imperauisse, vt, diligentia adhibita, perquirerent, qui essent suarum partium itemque aduersariorum victoriae fautores. Hoc praeterito tempore, in oppido, quod fuit captum, seruus est prehensus in cuniculo, quem supra demonstrauimus, dominum iugulasse: is viuus est combustus. Idemque temporis Centuriones loricati octo ad Caesarem transfugerunt ex legione vernacula, et equites nostri cum aduersariorum equitibus congressi sunt et saucii aliquot occiderunt ex leui armatura. Ea nocte speculatores prehensi serui tres et vnus ex legione vernacula. Serui sunt in crucem sublati, militi ceruices abscisae.

21. Postero die equites cum leui armatura ex adversariorum castris ad nos transfugerunt. Et eo tempore circiter XI equites ad aquatores nostros excu-

praestaturum. Sic codd. et edd. vet. Vulgo *praestiturum.* Alii *praebiturum.*.

Imperator. vid. ad B. C. 2, 26. *M.*

Quod Pomp. Vulgo, *Et Pomp.* Sed *quod* est, *in quo*, *qua in re*, et nectitur cum illo *quum*, vt *quod si*, *quod nisi.* v. Ind. *M.*

et circum ea l. Sic codd. Vulgo male *sed.*

ita imperauisse. Sic codd. et edd. vet.

Hoc praet. temp. Sic et c. 11 et 14, et mox 22.

in opp. quod fuit captum. Est Ategua, quam scriptor ab Vcubi discerni vult. — — De seruo erat cap. 15. 16. *M.*

in crucem. Alii *in cruce.*

militi. Cod. Vrsini *militibus.* Sed vnus modo captus miles. Tamen *ceruices* plurali numero dici possunt. Sic Terent. Heaut. 2, 2, 131. Imo olim nequidem singulari dicebatur *ceruix.* V. Quinctil. 8. 13. 35. et Varro L. L. 7. 5 et 19.

Ex equitibus. In Leidensi primo est, *e quibus.* *M.*

currerunt, nonnullos interfecerunt, item alios viuos abduxerunt. Ex equitibus capti sunt equites VIII. Insequenti die Pompeius securi percussit homines LXXIIII, qui dicebantur esse fautores Caesaris victoriae: reliquos in oppidum iussit deduci, ex quibus effugerunt CXX et ad Caesarem venerunt.

22. Hoc praeterito tempore, qui in oppido Ategua Bursauolenses capti sunt, legati profecti sunt cum nostris, vti rem gestam Bursauolensibus referrent, quid sperarent de Cn. Pompeio, quum viderent hospites iugulari, praeterea multa scelera ab iis fieri, qui praesidii caussa ab his reciperentur. Qui quum ad oppidum venissent, nostri, qui fuissent equites Romani et Senatores, non sunt ausi introire in oppidum, praeterquam qui eius ciuitatis fuissent. Quorum responsis vltro citroque acceptis et redditis, quum ad nostros se reciperent, qui extra oppidum fuissent, illi de praesidio insecuti ex auersione legatos iugularunt: duo reliqui, qui ex eis fugerunt, Caesari rem gestam detulerunt et speculatores ad oppidum Ateguam miserunt. Qui quum certum comperissent legatorum responsa, ita esse gesta, quemadmodum illi retulissent, ab oppidanis concursu facto, eum, qui legatos iugulasset, lapidare et ei manus intentare coeperunt: illius opera se perisse. Ita vix

in oppidum. Intellige *Vcubim.* Alii *versus opp.*

Bursauolenses. Ciaccon. vult *Vrsaonenses* ex cap. 26. *Vrsonenses* Glandorp. e Plinio 3, 1.

hospites iugulari. c. 15. *M.*

ab iis, qui — reciperentur, vt a Munatio. vid. ad cap. 19. *M.*

ad oppidum. scil. *Bursauolam.* Rhellicanus intelligebat *Ateguam*, sed inde venerant.

qui fuissent. Voluit dicere, *qui erant. M.*

ad nostros, qui extra opp. fuissent, qui substiterant extra oppidum. *M.*

miserunt. Bursauolenses miserunt speculatores Ateguam. Hunc sensum postulat series narrationis. Sed pessime neglexit scriptor dicere, *quis* miserit speculatores. *M.*

Qui quum certum comperissent de legatorum responsis, siue de his, quae ipsi nuper cum legatis essent conlocuti, ita gesta esset omnia. — Hic est sensus, aut saltem debet esse. *M.*

se perisse. subaudi *dicentes.*

periculo liberatus petiit ab oppidanis, vt ei liceret legatum ad Caesarem proficisci: illi se satisfacturum. Potestate data, quum inde esset profectus, praesidio comparato, quum bene magnam manum fecisset et nocturno tempore per fallaciam in oppidum esset receptus, iugulationem magnam facit; principibusque, qui sibi contrarii fuissent, interfectis, oppidum in suam potestatem recipit. Hoc praeterito tempore, serui transfugae nunciauerunt, oppidanorum bona vendi, nec cui extra vallum licere exire, nisi discinctum; idcircoque, ex quo die oppidum Ategua esset captum, metu conterritos complures profugere in Baeturiam, neque sibi vllam spem victoriae propositam habere; et, si qui ex nostris transfugerit, in levem armaturam coniici eumque non amplius XVI accipere.

25. Insequenti tempore Caesar castris castra contulit et brachium ad flumen Salsum ducere coepit. Hic dum in opere nostri distenti essent, complures ex superiore loco aduersariorum decucurrerunt: nec detinentibus nostris, multis telis iniectis complures vulneribus adfecere. Hic tamen, vt ait Ennius, *Nostri cessere parumper*. Itaque praeter consuetudinem quum a nostris animaduersum esset, cedere, Centu-

recipit. Alii *recepit.*

vendere. Boni codd. habent *vendi.* Recte. *M.* Recepi.

nec cui. Sic Dauis. bene Vulgo *ne.* Tum Dauis. Heins. alii *discincto.* Erat id alias inter poenas militares. V. Lipsius de mil. Rom 5, 18.

idcircoque. Alii *idcirco quod.*

et, si qui. Hoc *et* ex Vossii codice dedit Clarke post Glandorp. Vulgo *vt.*

non amplius XVI (assibus) *accipere* (haud dubie, in diem). Asses intelligi, vbi de militari stipendio sermo est, constat. vid. Taciti Ann. 1, 17. Lipsii Excursus ad h. l. siue potius Lipsii Electa 1, 2. An numerus XVI sit genuinus; cur vt exiguus h. l. tradatur; ea esse omnia obscura, ex ipso illo Lipsii loco intelligetur. *M.*

nec detinentibus nostris. Puto sensum esse, quum nostri eos detinere s. prohibere non possent. Al. *desinentibus:* sic sensus erit, quem Glandorpius vidit, Caesarianos non desiisse s. persitisse in muniendo. Et hoc verius est. *M.* Bentl. *renitentibus.*

Hic tamen — parumper. Sic

riones ex legione quinta flumen transgressi duo restituerunt aciem; acriterque eximia virtute plures quum agerent, ex superiore loco multitudine telorum alter eorum concidit. Ita, quum is compar proelium facere coepisset et, quum vndique se circumueniri animum aduertisset, parumper ingressus, pedem obfendit. Huius concidentis viri casu passim audito, quum complures aduersariorum concursum facerent, equites nostri transgressi interiore loco aduersarios ad vallum agere coeperunt. Ita, dum cupidius intra praesidia illorum student caedem facere, a turmis et leui armatura sunt interclusi. Quorum nisi summa virtus fuisset, viui capti essent: nam et munitione praesidii ita coangustabantur, vt eques, spatio intercluso, vix se defendere posset. Ex his vtroque genere pugnae complures sunt vulneribus adfecti, in quis etiam Clodius Aquitius: inter quos ita comminus est pugnatum, vt ex nostris, praeter duos Centuriones, sit nemo desideratus, gloria se efferentes.

24. Postero die ab Soricaria vtrorumque conuenere copiae. Nostri brachia ducere coeperunt. Pompeius quum animaduerteret, castello se excludi Aspauia, quod est ab Vcubi milia passuum V, haec res necessario deuocabat, vt ad dimicandum descenderet: ne-

Leidensis primus, nisi quod pro *tamen* est *dum.* Ceteri codd. sunt valde deprauati. Si quis eum Glandorpio *Hic tum* malit, erit dictum, vt *ibi tum* apud Ciceronem, vbi narrat, et transit ad aliud. *M.*

Ita, quum is —. Vitium est in verbo *is*, pro quo duo codd. habent *eis.* Sed ne sic quidem constat de sensu. Glandorpius maluit *alter* pro *ita.* *M.* Lipsius malit *vnus.* Oud. *Quum vnus eis compar.*

viri casu passim audito. Pro his est in tribus bonis codd. *temporis aequari fortis insignia.* Quis haec extriaet? Saltem talia incredibilem huius libri corruptionem et perantiquam arguunt. *M.*

interiore loco. Fortasse, *ex inferiore loco.* *M.*

a turmis. Sic codd. Alii *et turmis.*

eques — posset. Alii *equites — possent.*

Aquitius. Alii *Arquitius.* *Aquirius.*

vtrorumque. Alii *vtraeque.*

deuocabat. Ita libri boni. Vulgo, *vocabat.* *M.* Sic Phraedrus 1, 20. in re periculosa aptum verbum.

que tamen aequo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo excelsum tumulum capiebat, vsque eo, vt necessario cogeretur iniquum locum subire. Quo [de] facto, quum vtrorumque copiae tumulum excellentem petissent, prohibiti a nostris sunt, deiectique planitie. Quae res secundum nostris efficiebat proelium. Vndique autem cedentibus aduersariis, nostri magna in caede versabantur. Quibus mons, non virtus, saluti fuit: quo subsidio tunc, nisi aduesperasset, a paucioribus nostris omnique auxilio priuati essent: nam ceciderunt ex leui armatura CCCXXIIII, ex legionariis CXXXVIII, praeterquam quorum arma et spolia sunt adlata. ita pridie duorum Centurionum interitio hac aduersariorum poena est litata.

25. Insequenti die, pari consuetudine quum ad eumdem locum eius praesidium venisset, pristino illo suo vtebantur instituto: nam, praeter equites, nullo loco aequo se committere audebant. Quum nostri in opere essent, equitum copiae concursus facere coeperunt: simulque vociferantibus legionariis, quum locum efflagitarent, vt consueti insequi existimare possent, se paratissimos esse ad dimicandum, nostri ex humili conualle bene longe sunt egressi et planitie iniquiore loco constiterunt. Illi tamen procul dubio

grumo. V. not. ad c. 8.

planitie. An prisca forma pro *planitiei?* h. e. in planitiem. Certe hic est sensus. Dauisius *planitiae* eodem sensu maluit. *M.* Vt Virg. *it clamor coelo.* Cf. c. 13 et 16.

nostri magna. Verbum *nostri* dubium est, quia omnes Oud. codd. habent: *non parum magna* —. Ergo legerim: *Vnd. a ced. aduersariis, non parum magna in c. versabantur* (aduerfarii caedebantur), *quibus* —. Syntaxis esse debebat, *cedentes aduersarii versabantur:* sed saepe sic ablatiui absolute ponuntur, vt h. l., et passim monuerunt interpretes. *M.*

Quibus mons, Glandorp. et Goduinus malunt leg. *Hostibus.*

omnique auxilio. Haec delenda sunt. *M.*

praeterquam. Alii *praeter.* vt G. 1, 5.

interitionem dixit etiam Cic. Verr. 3, 54. Legerim: *ita pridie facta duorum Cent. int.* —. *M.*

nullo loco aequo. An *nulli?* vt sit nominatiuus: *nulli, praeter equites. M.*

et planit. in loco. Fortasse legendum, *et in planitiei aequiore loco.* Varietas est mul-

ad congrediendum in aequum locum non sunt ausi descendere, praeter vnum Antistium Turpionem, qui, fidens viribus, ex aduersariis sibi parem esse neminem agitare coepit. Hic, vt fertur Achillis Memnonisque congressus, Q. Pompeius Niger, Eques Romanus Italicensis, ex acie nostra ad congrediendum progressus est. Quoniam ferocitas Antistii omnium mentes conuerterat ab opere ad spectandum, acies sunt dispositae: nam inter bellatores principes dubia erat posita victoria, vt prope videretur finem bellandi duorum dirimere pugna. Ita auidi cupidique suarum quisque partium, * expertorum virorum fautorumque voluntas habebatur. Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorumque laudis insignis praefulgens opus caelatum, quorum * pugna esset prope profecto dirempta, nisi propter equitum * concessum, vt supra demonstrauimus, leuis armatura praesidii caussa non longe ab opere castrorum constitisset. Vt nostros equites in receptu, dum ad castra redeunt, aduersarii cupidius sunt insecuti, vniuersi, clamore facto, inpetum dederunt. Ita metu perterriti, quum in fuga essent, multis amissis, in castra se recipiunt.

26. Caesar ob virtutem turmae Cassianae donauit

tiplex, videturque res ipsa sequenda esse. *M.*

procul dubio coniunxerim cum *descendere*, vt sit, sine mora et cunctatione descendere. *M.*

praeter vnum Antistium. Ed. Ven. *vnus Antistius Turpio fid. vir.*

agitare, iactare. Sic codd. boni. Vulgo *cogitare*, quod est interpretamentum. *M.* Curt. 6, 4. eo sensu *agitare* dixit. Sic et Plin. pan. c. 4. Flor. 4, 2, 83.

Achillis Memnon. Horum singulare certamen ad Troiam, quo Memnon periit, copiose descriptum est a Quinto Calabro Paralipom. 2, 395 seqq. Adtigit etiam Dictys Cretensis 4, 6. *Cellar.* Haec comparatio claudicat. Aptior foret Aiacis et Hectoris, iudice Bentleio. Post vocem *congressus* punctum recte sustulit Oud.

acies sunt dispositae, stabant instructae, sed spectandi caussa, vt Liu. 1, 25. qui locus omnino quaedam habet huic nostro similia, vt nominatim *fautores*, qui fauentes spectant. — Sed locus est foede laceratus. *M.* Nec operae pretium est varietatem codicum referre. Exhibet eam Oudend.

concessum. An, *concursum?* Sic supra dixit. *M.*

milia XIII et Praefecto torques aureos V et leui armaturae milia X. Hoc die A. Baebius et C. Flauius et A. Trebillius, Equites Romani Astenses, argento prope tecti equites ad Caesarem transfugerunt; qui nunciarunt, Equites Romanos coniuraffe omnes, qui in castris Pompeii essent, vt transitionem facerent; serui indicio omnes in custodiam esse coniectos, e quibus, occasione capta, se transfugisse. Item hoc die litterae sunt deprehensae, quas mittebat Vrsaonem Cn. Pompeius. *S. V. G. E. V. Etsi, prout nostra felicitas, ex sententia aduersarios adhuc propulsos habemus, tamen, si aequo loco sui potestatem facerent, celerius, quam vestra opinio fert, bellum confecissem. Sed exercitum tironem non audent in campum deducere, nostrisque adhuc freti praesidiis bellum ducunt; nam singulas ciuitates circumsederunt; inde sibi commeatus capiunt. Quare et ciuitates nostrarum partium conseruabo et bellum primo quoque tempore conficiam. Cohortes in animo habeo ad vos mittere. Profecto nostro commeatu priuati, necessario ad dimicandum descendent.*

27. Insequenti tempore quum nostri temere in opere distenti essent, equites in olineto, dum lignantur, interfecti sunt aliquot. Serui transfugerunt, qui nunciauerunt, a. d. III. Nonarum Martii proelium, ad

tecti equites. Leg. *tectis equis* cum Glandorpio, aut *tecti equos* cum codice Dauisii. *M.* Hoc recepit Clarke.

Vrsaonem. Plin. 3, 1. *Vrso* dicta colonia, quae *Genua Vrbanorum.* Grut. p. 259. *Resp. Vrsonensium.* Cf. c. 22.

S. V. G. E. V. Si valetis, gaudeo: ego valeo. *M.* Sic Dolabella in Epp. Cic. 9, 9.

prout nostra felicitas, quae nostra est felicitas. *M.*

opinio fert. Sic cod. Noru. et ed. Rom. Vulgo *est* vel *fere est.*

nostris — praesidiis, nostris adminiculis belli gerendi, v. c. commeatu, quibus insidiantur, sperant se ducturos bellum. *M.*

circumsederunt. Ita Oud. e codd. et edd. vet. Vulgo *circumsidunt.*

in animo habeo. Vulgo *animo.*

proelium, ad Sorit. v. c. 24. Ergo vel *Soricaria*, vel *Soritia* vtroque loco ponendum erit. — Syntaxis loci est durior. *M.* Vulgo *proelio.* Alii *proelium affore.*

contra — constitit. Vulgo *circa.* Alii *constituit.*

Seritiam quod factum est, ex eo tempore metum esse magnum et Attium Varum circum castella praeesse. Eo die Pompeius castra mouit et contra Hispalim in olineto constitit. Caesar, priusquam eodem est profectus, luna hora circiter VI. visa est. Ita castris motis Vcubim, Pompeius praesidium, quod reliquit, iussit incenderent et, deusto oppido, in castra maiora se reciperent. Insequenti tempore Ventisponte oppidum quum obpugnare coepisset, deditione facta, iter fecit in Carrucam contraque Pompeium castra posuit. Pompeius oppidum, quod contra sua praesidia portas clausisset, incendit; milesque, qui fratrem suum in castris iugulasset, interceptus est a nostris et fusti percussus. Hinc itinere facto, in campum Mundensem quum esset ventum, castra contra Pompeium constituit.

28. Sequenti die quum iter facere Caesar cum copiis vellet, renunciatum est ab speculatoribus, Pompeium de tertia vigilia in acie stetisse. Hoc nuncio adlato, vexillum proposuit. Idcirco enim copias eduxerat, quod Versaonensium ciuitati fuissent fautores: antea litteras miserat, *Caesarem nolle in convallem descendere, quod maiorem partem exercitus tironem haberet.* Hae litterae vehementer confirmabant mentes oppidanorum. Ita, hac opinione fretus,

hora VI. Est ipse meridies. Narratur, vt prodigium. *M.*

iussit incend. Sic vnus cod. Alii *iussit vt incend.* Alii *iussit incendi.* Nomina vrbium, quae sequuntur, conrupta sunt. *Carula* placet Wesselingio ad Antonini itiner. p. 410. *M.*

contraque. Sic Clarkius e codd. Vulgo copula deest.

fusti percussus. De fustuario v. Polyb. 6, 35.

vexillum. vid. Ind. *M.*

quod Vrsaonensium ciuitatis qui fuissent fautores. Sic legendum puto. Sensus est, miserat literas his ciuitatis Vrs. (in ciuitate Vrs.), qui huius ciuitatis fautores Pompeii fuissent, h. e. erant, vt solet hic scriptor loqui. De litteris est c. 26. Ergo vtroque loco vel *Vrsaon.* vel *Versaon.* legetur; sed prius est rectius. Quia vero edd. vet. *Fausto* ante verbum *antea* inserunt, maluit Oud. *quod, qui Vrsa. ciu. praefuisset, Fausto, antea l. m.* Nihil certum est in hoc libro. *M.* V. not. ad c. 26.

exercitus tironem. Vulgo *exercitum*, vt cap. 26. Alii *tironum.*

totum ſe facere poſſe exiſtimabat: etenim et natura loci defendebatur et ipſius oppidi munitione, vbi caſtra habuit conſtituta. Namque, vt ſuperius demonſtrauimus, loca excellentia tumulis contineri; interim nulla planitia diuidit.

29. Sed ratione nulla placuit taceri id, quod eo incidit tempore. Planities inter vtraque caſtra intercedebat, circiter milia paſſuum quinque, vt auxilia Pompeii duabus defenderentur rebus, oppidi excelſi et loci natura. Hinc dirigens proxima planities aequabatur, cuius decurſum antecedebat riuus, qui ad eorum acceſſum ſummam efficiebat loci iniquitatem: nam paluſtri et voraginoſo ſolo currens erat ad dextrum. Et Caeſar, quum aciem directam vidiſſet, non habuit dubium, quin media planitie in aequum ad dimicandum aduerſarii procederent. Hoc erat in omnium conſpectu. Huc accedebat, vt locus illa planitie equitatum ornaret, et diei ſoliſque ſerenitas; vt mirificum et optandum tempus prope ab Diis inmortalibus illud tributum eſſet ad proelium committendum. Noſtri laetari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res fortunaeque omnium deducerentur, vt, quidquid poſt horam caſus tribuiſſet, in dubio poneretur. Itaque noſtri ad dimicandum procedunt, id quod aduerſarios exiſtimabamus eſſe facturos; qui ta-

totum facere, facere, quae vellet. Duker. de Latin. Iurisconſ. p. 353. *Oudend.* Scil. ea locutio apud Vlpianum occurrit. Apud Petronium c. 37. *Trimalchionis tapanta eſt.*

Namque — diuidit. Et haec conrupta ſunt. *M.* Reſpice ad C. 1, 43. et Af. 51. Mira h. l. eſt lectionis varietas.

planities aequabatur, aequa erat ſ. aequa procurrebat. Quid ſit dirigens, neſcio. *M.* Puto, recta, directa.

currens erat (vulg. *currebat*) *ad dextrum* (vulgo *dextram partem*) *Et.* Pro *partem Et* in codd. eſt *id quod.* Ergo legetur: *currens erat ad dextrum. Quod Caeſ. quum ac. dir.* Sic *quod quum* coniungitur. v. Ind. in *quod. M.* Vſus participii cum verbo ſubſtantiuo etiam optimis ſcriptoribus notus. vid. Cic. Orat. c. 13.

ornaret. Res poſtulat, *adiuvaret*, aut ſimile verbum. *M.* Credo, *iuuaret.*

ab Diis inmortal. Cf. A. c. 75. et Af. 74. et 82.

men a munitione oppidi mile passibus longius non audebant procedere: in quo sibi prope murum adversarii proeliandum constituebant. Itaque nostri procedunt. Interdum aequitas loci aduersarios efflagitabat, vt tali conditione contenderent ad victoriam: neque tamen illi a sua consuetudine decedebant, vt aut ab excelso loco, aut ab oppido, discederent. Nostri pede presso propius riuum quum adpropinquassent, aduersarii patrocinari loco iniquo non desinunt.

30. Erat acies XIII aquilis constituta, quae lateribus equitatu tegebatur, cum leui armatura milibus sex: praeterea auxiliares accedebant prope alterum tantum. Nostra praesidia LXXX cohortibus et VIII milibus equitum. Ita, quum in extrema planitie iniquum in locum nostri adpropinquassent, paratus hostis erat superior, vt transeundi superius iter vehementer esset periculosum. Quod quum a Caesare esset animaduersum, ne quid temere culpa sua secus admitteretur, eum locum definire coepit. Quod quum hominum auribus esset obiectum, moleste et acerbe accipiebant, se inpediri, quo minus proelium conficere possent. Haec mora aduersarios alacriores efficiebat, Caesaris copias timore inpediri ad committendum proelium. Ita se efferentes iniquo loco, sui

casus. Sic edidisse Scaligerum, monet Oud.: nam in codd. est *causas*, *curas*, *cras*. Quaedam edd. *p. hor. castris fieret*. *M.*

id quod. Alii *idque*.

in quo. An, *quod?* vt sit, quia. *M.* Mox *proeliandum* e cod. Norvic. dedit Dauis. e Petau. recepit Oud. Vulgo deest.

decedebant. Sic cod. Reg. Vulgo *discedebant*. Emendavit Dauis.

patrocinari (sibi) *loco in*. *M.*

Nostra praesidia (noster exercitus constitutus erat, h. e. constabat) *LXXX cohort.* *M.* Codd. quidam *cohortes* et *milia*.

transeundi. Duo illi codd. boni, fere conspirantes in hoc libro, habent *transire*. *M.* Alii *transeundum*.

secus ac voluerat, contra spem et exspectationem. *M.* Scalig. *sequius*.

locum definere erit, hunc locum facere et constituere terminum, ad quem vsque progrediantur. *M.*

potestatem faciebant, vt magno tamen periculo accessus eorum haberetur. Hic decumani suum locum, cornu dextrum, tenebant, sinistrum tertia et quinta legio itemque cetera auxilia et equitatus. Proelium clamore facto committitur.

31. Hic etsi virtute nostri antecedebant, aduersarii se e loco superiore defendebant acerrime, et vehemens fiebat ab vtrisque clamor telorumque missu concursus, sic, vt prope nostri diffiderent victoriae: congressus enim et clamor, quibus rebus maxime hostes conterrentur, in conlatu pari erant conditione. Itaque ex vtroque genere pugnae, quum parem virtutem ad bellandum contulissent, pilorum missu fixa cumulatur et concidit aduersariorum multitudo. Dextrum demonstrauimus decumanos cornu tenuisse: qui, etsi erant pauci, tamen propter virtutem magno adversarios timore eorum opera adficiebant, quod a suo loco hostes vehementer premere coeperunt, vt ad subsidium, ne ab latere nostri occuparent, legio adversariorum transduci coepta sit ad dextrum. Quae simul est mota, equitatus Caesaris sinistrum cornu premere coepit. At ii eximia virtute proelium facere incipiunt, vt locus in acie ad subsidium veniundi

vt magno — haberetur, vt, quamuis ad eos Caesariani accedere possent, at magno tamen id cum periculo fieret. *Clarkius.* Dauis. e codd. Noruic. *magno cum periculo.*

decumani. legio decima, quam Caesar maximi faciebat. v. G. 1, 40.

se — defendebant. Sic codd. Noru. et Petau. Alii *defendebantur.*

missu. Vulgo male *missus.*

diffiderent victoriae. De summa Caesaris in hoc proelio inopia et desperatione Plutarchus (Caes. cap. 56) haec narrat: vix ab eo milites compelli potuisse, vt perseuerarent in proelio, ipsumque dixisse, alias se de victoria, hoc die de vita certasse. Conf. Vellei. Paterc. 2, 55. Florus 4, 2, 82. Sueton. Iul. 56. Eadem leguntur in Appian. Ciu. 2, 104. p. 493. sed graui errore dicuntur, ad Cordubam accidisse, pro quo, in reliqua Appiani diligentia, *πρὸς Μοῦνδαν* necessario ponendum est: nam non modo ceteri omnes sic referunt, et constat ex omni historia, sed ipse Appianus dicit, hoc proelium commissum esse, postquam Pompeius Caesari metum et ignauiam exprobrauerat. Atqui hoc factum est per illas literas, de quibus paulo ante (c. 26), et quibus scriptor noster (c. 28) inritatum ad

non daretur. Ita, quum clamori esset intermixtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatus, inperitorum mentes timore praepediebat. Hic, vt ait Ennius, *Pes pede premitur, armis teruntur arma*, aduersariosque vehementissime pugnantes nostri agere coeperunt; quibus oppidum fuit subsidio. Ita ipsis Liberalibus fusi fugatique non superfuissent, nisi in eum locum confugissent, ex quo erant egressi. In quo proelio ceciderunt milia hominum circiter XXX et si quid amplius: praeterea Labienus, Attius Varus; quibus occisis vtrisque funus est factum: itemque equites Romani, partim ex vrbe, partim ex provincia, ad milia III. Nostri desiderati ad hominum mile, partim peditum, partim equitum, saucii ad quingentos. Aduersariorum aquilae sunt ablatae XIII et signa et fasces: praeterea Duces belli XVII capti sunt. Hos habuit res exitus.

32. Ex fuga hac quum oppidum Mundam sibi constituissent praesidium, nostri cogebantur necessario eos circumuallare. Ex hostium armis pro cespite cadauera conlocabantur, scuta et pila pro vallo, * insuper occisi et gladii et mucrones et capita hominum ordinata, ad oppidum conuersa vniuersa hostium ti-

proelium esse Caesarem monuit. Ergo Appianus de *Mundensi* pugna egit. Copiosus est de hoc proelio Dio Cass. 43, 36. 37. 38. *M.*

Itaque ex vtroque genere. Delendum *ex.* Sensus est: in vtroque genere pugnae, pedestri et equestri, parem eminuisse virtutem; sed Caesarianos pilis vicisse, h. e. pedites s. legiones Caesaris vicisse. *M.*

a suo loco. Codd. et edd. vet. habent. praepositionem, a recentioribus omissam.

occuparent in libris bonis: recte: *occuparentur* in vulgatis edd. plerisque. *M.*

crepitus. Leid. r. *strepitus.* Sed *crepitus* bene de armis. V. Oud. ad Obseq. de prodig. c. 104.

timore. Alii *timor.* non male.

Pes pede —. Brantius Homerum (Iliad. 13, 131) et Virgilium (Aen. 10, 361) iam comparauit. Cui non dictus Hylas? *M.* Paulus Merula in fragm. Ennii h. l. metrum restituere laborat; sed ad hoc in soluta oratione non semper adtenditur.

ipsis Liberalibus. Sic et Cic. ep. ad Diu. 12, 25. Incidebant in XVI. Kal. Apr. Cf. Ouid. Fast. 3, 713.

Ex hostium armis — coeperunt. Haec sunt misere discerpta. Scimus e Dione Cassio

poteſtatem faciebant, vt magno tamen periculo acceſſus eorum haberetur. Hic decumani ſuum locum, cornu dextrum, tenebant, ſiniſtrum tertia et quinta legio itemque cetera auxilia et equitatus. Proelium clamore facto committitur.

31. Hic etſi virtute noſtri antecedebant, aduerſarii ſe e loco ſuperiore defendebant acerrime, et vehemens fiebat ab vtrisque clamor telorumque *miſſu* concurſus, ſic, vt prope noſtri diffiderent victoriae: congreſſus enim et clamor, quibus rebus *maxime* hoſtes conterrentur, in conlatu pari erant conditione. Itaque ex vtroque genere pugnae, quum parem virtutem ad bellandum contuliſſent, pilorum miſſu fixa cumulatur et concidit aduerſariorum multitudo. Dextrum demonſtrauimus decumanos cornu tenuiſſe: qui, etſi erant pauci, tamen propter virtutem magno adverſarios timore eorum opera adficiebant, quod a ſuo loco hoſtes vehementer premere coeperunt, vt ad ſubſidium, ne ab latere noſtri occuparent, legio adverſariorum transduci coepta ſit ad dextrum. Quae ſimul eſt mota, equitatus Caeſaris ſiniſtrum cornu premere coepit. At ii eximia virtute proelium facere incipiunt, vt locus in acie ad ſubſidium veniundi

vt magno — haberetur, vt, quamuis ad eos Caeſariani accedere poſſent, at magno tamen id cum periculo fieret. *Clarkius.* Duiſ. e codd. Noruic. *magno cum periculo.*

decumani. legio decima, quam Caeſar maximi faciebat. v. G. 1, 40.

ſe — defendebant. Sic codd. Noru. et Petau. Alii *defendebantur.*

miſſu. Vulgo male *miſſus.*

diffiderent victoriae. De ſumma Caeſaris in hoc proelio inopia et deſperatione Plutarchus (Caeſ. cap. 56) haec narrat: vix ab eo milites compelli potuiſſe, vt perſeuerarent in proelio, ipſumque dixiſſe, alias ſe de victoria, hoc die de vita certaſſe. Conf. Vellei. Paterc. 2, 55. Florus 4, 2, 82. Sueton. Iul. 36. Eadem leguntur in Appian. Ciu. 2, 104. p. 493. ſed graui errore dicuntur, ad Cordubam accidiſſe, pro quo, in reliqua Appiani diligentia, πρὸς Μοῦνδαν neceſſario ponendum eſt: nam non modo ceteri omnes ſic referunt, et conſtat ex omni hiſtoria, ſed ipſe Appianus dicit, hoc proelium commiſſum eſſe, poſtquam Pompeius Caeſari metum et ignauiam exprobrauerat. Atqui hoc factum eſt per illas literas, de quibus paulo ante (c. 26), et quibus ſcriptor noſter (c. 28) irritatum ad

non daretur. Ita, quum clamori esset intermixtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatus, inperitorum mentes timore praepediebat. Hic, vt ait Ennius, *Pes pede premitur, armis teruntur arma*, aduersariosque vehementissime pugnantes nostri agere coeperunt; quibus oppidum fuit subsidio. Ita ipsis Liberalibus fusi fugatique non superfuissent, nisi in eum locum confugissent, ex quo erant egressi. In quo proelio ceciderunt milia hominum circiter XXX et si quid amplius: praeterea Labienus, Attius Varus; quibus occisis vtrisque funus est factum: itemque equites Romani, partim ex vrbe, partim ex provincia, ad milia III. Nostri desiderati ad hominum mile, partim peditum, partim equitum, saucii ad quingentos. Aduersariorum aquilae sunt ablatae XIII et signa et fasces: praeterea Duces belli XVII capti sunt. Hos habuit res exitus.

32. Ex fuga hac quum oppidum Mundam sibi constituissent praesidium, nostri cogebantur necessario eos circumuallare. Ex hostium armis pro cespite cadauera conlocabantur, scuta et pila pro vallo, * insuper occisi et gladii et mucrones et capita hominum ordinata, ad oppidum conuersa vniuersa hostium ti-

proelium esse Caesarem monuit. Ergo Appianus de *Mundensi* pugna egit. Copiosus est de hoc proelio Dio Cass. 43, 36. 37. 38. *M.*

Itaque ex vtroque genere. Delendum *ex*. Sensus est: in vtroque genere pugnae, pedestri et equestri, parem emiuuisse virtutem; sed Caesarianos pilis vicisse, h. e. pedites s. legiones Caesaris vicisse. *M.*

a suo loco. Codd. et edd. vet. habent. praepositionem, a recentioribus omissam.

occuparent in libris bonis: recte: *occuparentur* in vulgatis edd. plerisque. *M.*

crepitus. Leid. K. *strepitus.* Sed *crepitus* bene de armis. V. Oud. ad Obseq. de prodig. c. 104.

timore. Alii *timor.* non male.

Pes pede —. Brantius Homerum (Iliad. 13, 131) et Virgilium (Aen. 10, 361) iam comparauit. Cui non dictus Hylas? *M.* Paulus Merula in fragm. Ennii h. l. metrum restituere laborat; sed ad hoc in soluta oratione non semper adtenditur.

ipsis Liberalibus. Sic et Cic. ep. ad Diu. 12, 25. Incidebant in XVI. Kal. Apr. Cf. Ouid. Fast. 3, 713.

Ex hostium armis — *coeperunt.* Haec sunt misere discerpta. Scimus e Dione Cassio

morem, virtutisque insignia * proposita viderent, et vallo circumcluderentur aduersarii. * Ita Galli tragulis iaculisque oppidum ex hostium cadaueribus sunt circumplexi, obpugnare coeperunt. Ex hoc proelio Valerius adolescens Cordubam cum paucis equitibus fugit, Sex. Pompeio, qui Cordubae fuisset, rem gestam refert. Cognito hoc negotio, quos equites secum habuit, his, quod habuit secum pecuniae, distribuit; et oppidanis dixit, *se de pace ad Caesarem proficisci*; et secunda vigilia ab oppido discessit. Cn. Pompeius autem cum equitibus paucis nonnullisque peditibus ad nauale praesidium parte altera Carteiam contendit, quod oppidum abest a Corduba milia passuum CLXX. Quo quum ad octauum miliarium venisset, P. Caluitius, qui castris antea Pompeii praepositus esset, eius verbis nuncium mittit, *quum minus belle haberet, vt mitterent lecticam, qua in oppidum deferri posset.* Litteris missis, Pompeius Carteiam defertur. Qui illarum partium fautores essent, conueniunt in domum, quo erat delatus, (qui arbitrati sunt clanculum venisse,) vt ab eo, quae

(43, 38); congesta esse cadauera, vt, veluti vallum circa oppidum, coaceruarentur: ex Appiano c. 105. (p. 493), cadauera hastis adfixa esse terrae circa oppidum. *M.* Conf. Florus 4, 2, 85. Val. Max. 7, 6, 5. Celsus p. 245.

fugit. Sic boni codd. Vulgo *fugiens.*

Cognito hoc negotio, quos equites secum habuit, his, quod habuit secum pecuniae, distribuit. Sic legendum e Noruic. et Petau. *M.* Ita restitui locum. Legitur vulgo: *quos equites quod pec. secum habuit.*

mitterent lecticam. Sic codd. Vulgo *mitteret.* male. Subaudi *Carteienses.*

clanculum. Lipsius coniectabat *Caluitium*, de quo mox.

vellet. Sic codd. Vulgo male *vellent.*

Munda munit. circumdata. Editores nomen *Munda* contra codd. addiderunt. Bene, si historiam spectes: etsi fortasse non opus fuit: nam e cap. 32. satis intelligitur, post proelium Mundam esse cinctam. *M.*

Scapula iam ante, quam Cn. Pompeius in Hispaniam venerat, audita Scipionis ad Thapsum clade, a militibus in Hispania lectus est cum Aponio Dux, omnemque Hispaniam Baeticam a Caesare abduxit, posthaec se cum Pompeio coniunxit. Dio

vellet, de bello requirerent. Quum frequentia conveniſſet, de lectica Pompeius eorum in fidem confugit.

53. Caeſar, ex proelio Munda munitione circumdata, Cordubam venit. Qui ex caede eo refugerant, pontem occupauerunt. Quum eo eſſet ventum, conviciari coeperunt, *nos ex proelio paucos ſupereſſe: quo confugeremus?* Ita pugnare coeperunt de ponte. Caeſar flumen transiecit et caſtra poſuit. Scapula, totius ſeditionis familiae et libertinorum caput, ex proelio Cordubam quum veniſſet, familiam et libertos conuocauit, pyram ſibi exſtruxit, coenam adferri quam opimam imperauit, item optimis inſternendum veſtimentis: pecuniam et argentum in praeſentia familiae donauit. Ipſe de tempore coenauit, reſinam et nardum idemtidem ſibi infundit. Ita noviſſimo tempore ſeruum iuſſit et libertum, qui fuiſſet eius concubinus, alterum ſe iugulare, alterum pyram incendere.

34. Oppidani autem, ſimul Caeſar caſtra contra oppidum poſuit, diſcordare coeperunt vsque eo, vt

Caſſ. 43, 29. 30. v. Cic. ad D. 9, 13. *Familia* ſunt ſerui. *M.*

opimam. Codd. fere *optimam* habent manifeſto errore. Conf. Ind. in *quam. M.*

inſternendam. Leg. e bonis libris, *inſternendum*; vt ſit inperſonale, *imperauit*, *vt inſterneretur.* Alia lectio, *ſuperadditis*, eſt interpretamentum. Veſtimenta ſunt h. l. tapetes tricliniorum, veſtes ſtragulae. *M.*

de tempore, ante veſperum, quod alibi eſt *de die coenare* vnde tempeſtiua conuiuia. *M.*

reſinam et nardum. In aliis eſt, *vinum et nardum*; in aliis, *vinum, reſinam et nardum*; in aliis *ſicam* vel *ſitam.* Haec de lectione incerta: pauca de re, ſi modo de tantula re dicere operae pretium eſt. Si vinum et reſina coniungatur, vinum reſinatum intelligetur, quod Plinius (H. N. 14, 24. 16, 22. et 23, 24) eſſe dicit reſina et pice conditum mitigatumque. Sed non puto dici h. l. vini genus; verum Scapulam capiti infudiſſe vnguentum, vt eo delicatus coenaret; et, neglecto verbo *vinum*, deſcribi reſinam et nardum, h. e. reſinam nardi, adeoque vnguentum nardinum reſinoſius. Si quis in illo *ſicam* tricari velit, poterit *ſpicam* legere, vt ſpica et nardus ſit *ſpica nardi*, intelligaturque vnguentum, e ſpica nardi expreſſum. — De interitu Scapulae verbo dixit Ap-

clamor in castra nostra perueniret fere, inter Caesarianos et inter Pompeianos. Erant hic legiones, quae ex perfugis conscriptae; partim oppidanorum serui, qui erant a Sex. Pompeio manumissi, tunc in Caesaris aduentum descendere coeperunt. Legio XIII oppidum defendere coepit: nam, quum iam repugnarent, turres ex parte et murum occuparunt. Denuo legatos ad Caesarem mittunt, vt sibi legiones subsidio intromitteret. Hoc quum animaduerterent homines fugitiui, oppidum incendere coeperunt. Qui superati a nostris sunt interfecti, hominum milia XXII, praeterquam extra murum qui perierunt. Ita Caesar oppido potitus. Dum hic detinetur, ex proelio quos circummunitos superius demonstrauimus, eruptionem fecerunt et, bene multis interfectis, in oppidum sunt redacti.

55. Caesar Hispalim quum contendisset, legati deprecatum venerunt. Ita quum oppidum sese tueri dixisset, Caninium Legatum cum praesidio intromittit. Ipse castra ad oppidum ponit. Erat bene magnum intra Pompeianarum partium praesidium, quod Cae-

Appianus l. c. *M.* Oudend. malit pro *ficam* legere *stactam* vel *stactam resinam* i. e. stillaticiam.

perueniret fere. Sic bene ad id verbum retulit Oud.

conscriptae. Add. *fuerant* e cod. Noruic. *Dauisius.*

in Caesaris aduentum descendere. Quid hoc est? Ex loco Dionis Cassii 43, 39. video, oppidanos Caesari fauisse, manumissos ei restitisse et oppidum defendisse. Ergo saltem *descendere* in *defendere* mutandum est; sed plura essent porro mutanda, vt orationi sensus perspicuus tribui posset. Sufficit rem indicasse. *M.*

superius demostrau. cap. 35. Sunt Mundenses. *M.*

redacti. Ita et c. 15.

Ita quum opp. E codd. sic legendum: *Ita ad oppidum tuendum Can. leg. M. Tueri* praesens pro futuro. V. not. ad G. 2, 32.

Erat bene — proficiscitur. Et haec, mire in codd. variata, sic vtcumque constituerunt viri docti. Rem attigit Dio Cass. 43, 39. Quilibet videt, recepto Caesaris praesidio, Philonem clam profectum esse ad colligendum exercitum, eoque collecto

ſaris praeſidium receptum indignaretur, clam quemdam Philonem, illum, qui Pompeianarum partium fuiſſet defenſor acerrimus. Is tota Luſitania notiſſimus erat. Hic clam praeſidia Luſitaniam proficiſcitur et Caecilium Nigrum, hominem barbarum, ad Lenium conuenit; qui bene magnam manum Luſitanorum haberet. Rurſus in Hiſpalim oppidum denuo noctu per murum recipitur; praeſidium vigilesque iugulant, portas praecludunt, de integro pugnare coeperunt.

56. Dum haec geruntur, legati Carteienſes renunciarunt, quod Pompeium in poteſtatem haberent. Quod ante Caeſari portas praecluſiſſent, illo beneficio ſuum maleficium exiſtimabant ſe lucrifacere. Luſitani Hiſpali pugnare nullo tempore deſiſtebant. Quod Caeſar quum animaduerteret, ſi oppidum capere contenderet, vt homines perditi incenderent et moenia delerent, ita conſilio habito noctu, patitur Luſitanos eruptionem facere: id quod conſulto non exiſtimabant fieri. Ita erumpendo naues, quae ad Baetim flumen fuiſſent, incendunt. Noſtri dum in-

reuerſum noctu caedem Caeſarianorum feciſſe. *M*. Pro *intra* alii *intus*.

clam praeſidia. Alii *praeſidio*. Tum alii *in Luſitaniam*.

nomine Barbarum. Leg. *hominem barbarum*. Sic Glandorp. et Manutius ad h. l. *M*. Recte. recipio.

Rurſus. Clarke e codd. *Reverſus*.

Pompeium in poteſtatem haberent. Cf c. 32. *M*. Inſolens conſtructio *quod — haberent*. h. l. tantum occurrit in his libris; nam C. 1, 26. alia ſignificatione venit.

Hiſpali pugnare. Sic Norv. et Petav. Vulgo, *Hiſpalim obpugnare*: falſo. Nam Luſitani in vrbe erant, eamque defendebant, vt cap. 35. narratum eſt. Monuerat hoc etiam Cellarius poſt Goduinum. *M*. Glandorp. emendabat *Hiſpalim propugnare*.

vt homines perd. incend. h. e. futurum eſſe, vt homines perditi incenderent.

patitur — facere. Dio Caſſ. 43, 39. *Ἀμελέστερον προσεδρεύων ὁ Καῖσαρ, ἐλπίδα σφίσιν ὡς καὶ διαφυγεῖν δυνησομένοις παρέσχε· κἀκ τούτου περιορῶν δὴ τοὺς ἐκ τοῦ τείχους ἐξιόντας, ἐκείνους ἐλόχιζε καὶ ἀπώλλυε*. *M*.

erumpendo. Sic Leid. 1.

cendio detinentur, illi profugiunt et ab equitibus conciduntur. Quo facto, oppido recuperato, Astam iter facere coepit, ex qua ciuitate legati ad deditionem venerunt, Mundensesque, qui ex proelio in oppidum confugerant, quum diutius circumsiderentur, bene multi deditionem faciunt et, quum essent in legionem distributi, coniurant inter se, vt noctu signo dato, qui in oppido fuissent, eruptionem facerent: illi caedem in castris administrarent. Hac re cognita, insequenti nocte vigilia tertia tessera data, extra vallum omnes sunt concisi.

37. Carteienses Duces, dum Caesar in itinere reliqua oppida obpugnat, propter Pompeium dissentire coeperunt. Pars erat, quae legatos ad Caesarem miserat, pars, qui Pompeianarum partium fautores essent. Seditione concitata, portas occupant: caedes fit magna: saucius Pompeius naues XX occupat longas et profugit. Didius, qui Gadibus classi praefuisset, (ad quem simul nuncius adlatus est, confestim sequi coepit: partim peditatus et equitatus ad persequendum celeriter iter faciebant:) item quarto die, nauigatione confecta, consequitur eos. Quod inparati a Carteia profecti sine aqua fuissent, ad terram

Vulgo male *inrumpendo*. Vid. not. ad G. 7, 69.

detinentur. alii *distinentur.*

Carteienses Duces. Olim in edd. erat hoc nexum cum superiore capite, et legebatur hoc modo: *omnes sunt concisi Mundenses Duces. Caesar in itinere — obpugnat, quae pr. P. d. coep.* Sed Dauisium codex Noruic. admonuit, vt inde ederet: *omnes sunt concisi. Carteienses, dum Caesar — obpugnat, propter —.* Idem ex Petau. et Leid. pr. protulit Oud. nisi quod hi *Carteienses Duces*, vno verbo auctiorem locum, exhibent. Et sic iam Cellarius ediderat, conuenitque historiae. *M.*

pars, qui. Synthesis. E coniectura Glandorpii dederat Scaliger. firmauit Oudend. e codd. Leid.

Gadis. Leg. *Gadibus*, vt alii monuerunt. Didius classi Caesaris praefuit. cf. c. 40. et Dio Cass. 43, 18. 20. Quae sequuntur, in *partim* et *item* non videntur scripturae vitio carere. *Consequitur eos:* forsan eas, scil. naues Pompeii. *M.* Alii

adplicant. Dum aquantur, Didius classe occurrit, naues incendit, nonnullas capit. Pompeius cum paucis profugit et locum quemdam munitum natura occupat.

38. Equites et cohortes, quae ad persequendum missae essent, speculatoribus ante missis certiores fiunt: diem et noctem iter faciunt. Pompeius humero et sinistro crure vehementer erat saucius. Huc accedebat, vt etiam talum intorsisset: quae res maxime inpediebat. Ita lectica a turre, qua esset adlatus, in ea ferebatur. Lusitanus more militari, quum a Caesaris praesidio fuisset conspectus, celeriter equitatu cohortibusque circumcluditur. Erat accessus loci difficultas. Nam idcirco, quod propter suos a nostro praesidio fuisset conspectus, celeriter munitum locum natura, quem ceperat sibi Pompeius, quamuis magna multitudine deducti homines ex superiore loco defendere possent, subeunt. In aduentu nostri depelluntur telis: quibus cedentibus, cupidius insequebantur aduersarii et confestim tardabant ab accessu. Hoc saepius facto, animaduertebatur, nostro magno id fieri periculo. Opere circummunire instituit, pari autem et celeri festinatione circummunitiones in iugo

insequuntur. Cap. 39. et 40. legitur etiam *Gadibus.*

peditatus et equitatus — iter faciebant. Sic codd. Vulgo *peditatibus et equitatibus — iter faciens.*

quae — missae. Alii *qui — missi.*

Ita lectica. In Norn. et Petau. tantum haec leguntur: *ita in lectica ferebatur.* Fortasse sensus est, lecticam a turre (villa: v ad B. Afr. 40) adlatam esse, et in ea Pompeium gestatum, quasi scriptum fuerit: *Ita, lectica a turre quae esset adlata, in ea ferebatur.* Sed non est tanti, quaerere. Conf. cap. 32. *M.*

Lusitanus, milites Lusitani, Pompeium stipantes. Cf. cap. 40. *Clarkius.*

difficultas. Cod. Noruic. *difficilis.*

Nam idcirco —. Haec vsque ad finem capitis obscura, et varie deprauata sunt. *M.*

munitum locum. Alii *ad munitum locum.*

Opere circummun. inst. Codd.

gna munitione continebatur, sic, vt ipse locus non solum opere, sed etiam natura editus, ab obpugnando hoste abuerteret. Huc accedebat, vt aqua, praeterquam in ipso oppido Munda, circumcirca nusquam reperiretur propius milia passuum octo. Quae res magno erat adiumento oppidanis. Tum praeterea accedebat, vt agger materiesque, vnde solitae sunt turres agi, propius milia passuum VI non reperiebantur. Ac Pompeius, vt oppidi obpugnationem tutiorem efficeret, omnem materiem circum oppidum succisam intro congessit. Ita necessario deducebantur nostri, vt a Munda, quam proxime ceperant, materiem illo deportarent.

42. Dum haec ad Mundam geruntur et Vrsaonem, Caesar, quum a Gadibus ad Hispalim se recepisset, insequenti die, concione aduocata, commemorat, *initio Quaesturae suae eam prouinciam ex omnibus prouinciis peculiarem sibi constituisse et, quae potuisset eo tempore, beneficia largitum esse. Insequenti Praetura ampliato honore, vectigalia, quae Metellus inposuisset, a Senatu petisse et eis pecuniis prouinciam liberasse; simulque, patrocinio sus-*

ad obpugnandum hostem. Leg cum Goduino et Cellario, *ab obpugnando.* Pro *appeteret*, quod in codd. est, bene editores *auerteret* posuerunt. *M.* Vulgatum male defendit Clarkius. Emendationem recepi.

vt aqua — octo. Sic Oud. sed alii exhibuerant: *quod aqua, praeterquam in ipso oppido, non erat: nam circumcirca riuus nusquam reperiebatur —. M.* Oudend. secutus est codd. Norv. et Petau. *Vt* pro *quod* mox iterum occurrit, et quidem cum indicatiuo. *Riuus* abest ab edd. vet.

agi. Res *fieri* postulat. *M.*

reperiebantur. Huius syntaxeos culpam scriptori ipsi nemo, opinor, tribuet. *M.*

oppidi obpugnat Saltem *propugnationem* legetur, vt multi dixerunt. *M.* Codd. omnes habent *ad oppidum.* Latere quid putat Oud. Forte pro *tutiorem* legendum *lentiorem*, *diuturniorem.*

Quaesturae suae. Sueton. Iul.

cepto, multis legationibus ab se in Senatum inductis, simul publicas priuatasque caussas, multorum inimicitiis susceptis, defendisse: suo item in Consulatu absentem, quae potuisset, commoda prouinciae tribuisse: eorum omnium commodorum esse et inmemores et ingratos in se et in Populum Romanum, hoc bello et in praeterito tempore cognosse. Vos, iure gentium et ciuium Romanorum institutis cognitis, more barbarorum, Populi Romani magistratibus sacrosanctis manus semel et saepius adtulistis; et luce clara Cassium in medio foro nefarie interficere voluistis. Vos ita pacem semper odistis, vt nullo tempore legiones desitae Populi Romani in hac prouincia haberi. Apud vos beneficia pro maleficiis, maleficia pro beneficiis habentur. Ita neque in otio concordiam, neque in bello virtutem vllo tempore retinere potuistis. Priuatus ex fuga Cn. Pompeius adolescens a vobis receptus, fasces imperiumque sibi adripuit: multis interfectis ciuibus, auxilia contra Populum Romanum comparauit: agros prouinciamque vestro inpulsu depopulauit. In quo vos victores existimabatis? An, me dele-

c. 7. De Praetura ibid. c. 18. *Cellarius.*

legationibus. Vulgo male, *legibus. M.* Contra codd. et edd. vet.

publ. priuatasque caussas. Codd. et edd. vet. *publicis priuatisque caussis*, vbi subintelligendum *prouinciam defendisse.*

et ingratos. Codd. quidam addunt *eos.*

iure gentium. Hic inuitis codd. et edd. vet. intrudunt *inquit.*

semel et saepius. Sic codd. Sed vulgo, *saepe et saepius. M.*

Cassium. vid. B. Al. 52. *M.*

desitae. Sic codd. Petau. et Scaligeri. Vulgo *desint.*

imperium adripuit. Dio Cass. 43, 30. *M.*

prouinciamque. Sic Oud. e codd. et edd. vet. Vulgo *vestramque prouinciam.*

In quo vos.—. Quibus in rebus, quae cum ita essent, num vos victores fore sperabatis? *M.* Scal. male *in quas.*

to, non animum aduertebatis, decem habere legiones Populum Romanum, quae non solum vobis obsistere, sed etiam coelum diruere possent? quarum laudibus et virtute ***

animum aduertebatis. Vulgo *animaduertebatis.*

legiones. Codd. varii *lectas quidem legiones.*

coelum diruere. Haec iactantia est a Caesaris ingenio alienissima, et sunt haec verba recentius adsuta. Similiter in quibusdam libris antiquis inepte adsuitur: quarum laudibus et virtute *totus in orbe terrarum mundus exsultat.* Ceterum plures codices verbo indicant, multa hic deesse, vt adeo hic de bello Hispaniensi liber omnibus modis mutilus sit. — His rebus gestis, Caesar eas Hispaniae ciuitates, quae ipsum adiuuerant, agris, immunitate, iure ciuitatis ornauit; inimicas agris priuauit, iisque grauiora tributa constituit. Romam reuersus mense Octobri anni 709. P. V. C. (Vellei. Paterc. 2, 56), non sine inuidia de *ciuibus* victis triumphauit, cum antea (B. Afr. cap. vlt.) non nisi de exteris triumphos agere solitus fuisset. Dio Cassius 43, 39 — 43. *M.*

C. IVLII CAESARIS

F R A G M E N T A

C. IVLII CAESARIS
FRAGMENTA

EX LIBRIS EPISTOLARVM AD M. T. CICERONEM.

CAESAR IMP. S. D. CICERONI IMP.

Quum Furnium nostrum tantum vidissem, neque loqui neque audire me commode potuisset, quum properarem, atque essem in itinere, praemissis iam legionibus: praeterire tamen non potui, quin et scriberem ad te et illum mitterem, gratiasque agerem. etsi hoc officium et feci saepe, et saepius mihi facturus videor; ita de me mereris. in primis a te peto, quoniam confido me celeriter ad vrbem venturum, vt te ibi videam; vt tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum vti possim. Ad propositum revertar: festinationi meae breuitatique litterarum ignosces: reliqua ex Furnio cognosces. Vale. *Ex Cic. ad Attic.* 9, 6.

CAESAR IMP. CICERONI IMP. S.

Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil a me abesse longius crudelitate. atque ego quum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum, meum factum probari abs te, triumpho gaudio: neque illud me mouet, quod ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, vt mihi rursus bellum inferrent. nihil enim malo, quam et me mei similem esse, et illos sui. Tu velim mihi ad vrbem praesto sis, vt tuis consiliis atque opibus, vt consueui, in omnibus rebus vtar. Dolabella tuo nihil mihi scito esse iu-

cundius, hanc adeo habeo gratiam illi: neque enim aliter facere potuit. tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est beniuolentia. Vale. *Ex Cic. ad Attic.* 9, 16.

Reperitur et apud Iul. Celsum p. 186. Porro cf. C. 1, 23. 84. et Cic. ad Attic. 10, 4.

CAESAR IMP. CICERONI IMP. S.

Etsi te nihil temere, nihil inprudenter facturum iudicarem, tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimaui, et pro nostra beniuolentia petendum, ne quo progredereris proclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. namque et amicitiae grauiorem iniuriam feceris, et tibi minus commode consulueris, si non fortunae obsecutus videbere (omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur) nec caussam secutus (eadem enim tum fuit, quum ab eorum consiliis abesse iudicasti,) sed meum aliquod factum condemnasse: quo mihi grauius abs te nihil accidere potest: quod ne facias, pro iure nostrae amicitiae a te peto. Postremo, quid viro bono et quieto et bono ciui magis conuenit, quam abesse a ciuilibus controversiis? quod nonnulli quum probarent, periculi caussa sequi non potuerunt; tu, explorato et vitae meae testimonio, et amicitiae iudicio, neque tutius, neque honestius reperies quidquam, quam ab omni contentione abesse. XV. Kal. Mai. ex itinere. Vale. *Ex Cic. ad Attic.* 10, 8.

V. et ep. ad Att. 10, 9.

M. Orfium quem mihi commendas, vel Regem Galliae faciam, vel Leptae Legatum: si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem. *Ex Cic. ad Fam.* 7, 5.

Turnebus *vel Leptae delega*: Lambinus *vel Leptas delegabo*. Rutgersius V. L. 1, 5. *vel Leptide legatum*.

Neque pro cauto ac diligente se castris continuit. *Ex Charis. l.* 1. *col.* 101. *edit. Putschii.*

Quid quaeris, quid Caesar ad me scripserit? quod saepe, gratissimum sibi esse, quod quierim: oratque in eo vt perseuerem. *Ex Cic. ad Attic.* 8, 11.

De Tribunatu quod scribis, ego vero nominatim petiui Curtio, et mihi ipse Caesar nominatim Curtio paratum esse rescripsit. *Ex Cic. ad Quintum fr.* 3, 1, 5.

Quod quidem propemodum videor ex Caesaris litteris ipsius voluntate facere posse: qui negat neque honestius neque tutius mihi quidquam esse, quam ab omni contentione abesse. *Ex Cic. ad Attic.* 10, 9.

Caesar mihi ignoscit per litteras, quod non venerim seseque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior, quod scribit, secum Tullium et Servium questos esse, quia non idem sibi quod mihi remisisset. — sed tamen exemplum misi ad te Caesaris litterarum. *Ex Cic. ad Attic.* 10, 3.

Sestius apud me fuit et Theopompus, pridie venisse a Caesare narrabat litteras: hoc scribere, sibi certum esse Romae manere: caussamque eam adscribere, quae erat in epistola, ne se absente leges suae negligerentur, sicut esset neglecta sumtuaria. *Ex Cic. ad Attic.* 13, 7.

Conf. de lege sumtuaria Sueton. Iul. cap. 43. et Cic. ad fam. 9, 15.

Sed heus tu, celari videor a te, quomodonam, mi frater, de nostris versibus Caesar? Nam primum librum se legisse scripsit ad me ante: et prima, sic, vt neget se ne Graeca quidem meliora legisse. Reliqua ad quemdam locum ῥαθυμότερα, hoc enim vtitur verbo etc. *Ex Cic. ad Quintum fr.* 2, 16.

Ex Britannia Caesar ad me Kal. Sept. dedit litteras, quas ego accepi A. D. IV. Kal. Octob. satis commodas de Britannicis rebus: quibus, ne admirer, quod a te nullas acceperim, scribit, se sine te fuisse, cum ad mare accesserit, etc. *Ex Cic. ad Quintum fratr.* 3, 1.

Quum hanc iam epistolam complicarem, tabellarii a vobis venerunt A. D. XI. Kal. Sept. vicesimo die. O me sollicitum! quantum ego dolui in Caesaris suauissimis litteris! sed quo erant suauiores, eo maiorem dolorem illius ille casus adferebat. *Ex Cic. ad Quintum fr.* 3, 1, 5.

EX EPISTOLIS AD C. OPPIVM ET BALBVM CORNELIVM.

CAESAR OPPIO ET CORNELIO S.

Gaudeo mehercule vos significare litteris, quam valde probetis ea, quae apud Corfinium sunt gesta. consilio vestro vtar libenter, et hoc libentius, quod me sponte facere constitueram, vt quam lenissimum me praeberem, et Pompeium, darem operam, vt reconciliarem. tentemus hoc modo, si possumus omnium voluntates recuperare et diuturna victoria vti: quoniam reliqui diuturnitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere, praeter vnum L. Sullam, quem imitaturus non sum. haec noua sit ratio vincendi; vt misericordia et liberalitate nos muniamus. id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniunt; et multa reperiri possunt. De his rebus, rogo vos, vt cogitationem suscipiatis. Cn. Magium, Pompeii Praefectum, deprehendi: scilicet meo instituto vsus sum et eum statim missum feci. Iam duo Praefecti fabrûm Pompeii in meam potestatem venerunt et a me missi sunt. si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari, vt malit mihi esse amicus, quam iis, qui et illi et mihi

semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est, vt Resp. in hunc statum perueniret. *Ex Cic. ad Attic.* 9, 8.

Cf. C. 1, 23. 24. Mentio quoque huius epistolae fit apud Celsum p. 187.

CAESAR OPPIO ET CORNELIO S.

A. D. VII. Id. Mart. Brundusium veni: ad murum castra posui. Pompeius est Brundusii: misit ad me Cn. Magium de pace. quae visa sunt, respondi. hoc vos statim scire volui. Quum in spem venero, de compositione aliquid me conficere, statim vos certiores faciam. *Ex Cic. ad Attic.* 9, 13.

Habet et Celsus p. 188.

De Caesare fugerat me ad te scribere. Video enim, quas tu litteras exspectaris. Sed ille scripsit ad Balbum, fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat et mea, et Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse: vt ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam. sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quae rescripsit his verbis: *De Cicerone video te quiddam scripsisse, quod ego non intellexi: quantum autem coniectura consequebar, id erat huiusmodi, vt magis optandum quam sperandum putarem.* Itaque postea misi ad Caesarem eodem illo exemplo litteras. Iocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus etc. *Ex Cic. ad Quintum fr.* 2, 12.

Libri sunt epistolarum C. Caesaris ad C. Oppium et Balbum Cornelium, qui res eius absentis curabant. in his epistolis quibusdam in locis inueniuntur litterae singulariae, sine coagmentis syllabarum, quas tu putes positas incondite. nam verba ex his litteris confici nulla possunt. erat autem conuentum inter eos clandestinum, de commutando situ litterarum, vt

Ἐν ἐκείνῃ δὴ τῇ στρατείᾳ προςεξήσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἐξαρκεῖν, ὡς δὲ Ὄππιός φησι, καὶ πλείοσι. λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν, Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι. *Ex Plutarcho in Caes. c.* 17.

EX ORATIONIBVS IN FVNERE IVLIAE ET CORNELIAE.

Quaestor Iuliam amitam, vxoremque Corneliam, defunctas laudauit e more pro rostris. sed in amitae quidem laudatione de eius ac patris sui origine sic refert: *Amitae meae Iuliae maternum genus ab Regibus ortum, paternum cum Diis inmortalibus coniunctum est; nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges: quo nomine fuit mater; a Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas Regum, qui plurimum inter homines pollent, et caerimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt Reges. Ex Suelon. c.* 6.

Ὅτε τῆς Μαρίου γυναικὸς ἀποθανούσης, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτῆς, ἐγκώμιόν τε λαμπρὸν ἐν ἀγορᾷ διῆλθε καὶ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐτόλμησεν εἰκόνας Μαρίου προθέσθαι. *Ex Plutarcho in Caesare c.* 5. *qui addit:* τὸ μὲν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγους ἐπιταφίους διεξιέναι, πάτριον ἦν Ῥωμαίοις· νέαις δ' οὐκ ὂν ἐν ἔθει, πρῶτος εἶπε Καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἀποθανούσης.

EX ORAT. PRO BITHYNIS.

C. Caesar Pont. Max. in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio vsus est. *Vel pro hospitio Regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, M. Vinici, non potui: nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur; neque clientes sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus. Ex Gellio* 5, 13.

Quid ergo? syngraphae non sunt, sed res aliena est. *Ex Iulio Rufiniano de figuris. Edit. Rhetorum Capperon. p. 30.*

EX ORAT. PRO LEGE PLAVTIA.

Reperi tamen in oratione C. Caesaris, qua Plautiam rogationem suasit, *necessitatem* dictam pro *necessitudine*, id est, iure adfinitatis. verba haec sunt: *Equidem mihi videor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. Ex Gell. 15, 3. et Nonio in voce* Necessitas, 4, 523.

EX ORAT. IN CN. DOLABELLAM.

Caesar in Dolabellam actionis III. *ibi isti, quorum in aedibus fanisque posita, et honori erant, et ornatu.* In libris quoque Analogieis omnia istiusmodi sine *i* littera dicenda censet. *Ex Gell.* 4, 16.

Nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, vno et vigesimo Caesar Dolabellam, altero et vigesimo Asinius Pollio Catonem, non multo aetatem antecedens Caluus Vatinium, iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. *Ex Dialogo de oratoribus c.* 34.

Caeterum composita seditione ciuili, Cornelium Dolabellam Consularem, et triumphalem virum, repetundarum postulauit, absolutoque Rhodum secedere statuit. *Ex Sueton.* c. 4.

Diuus quoque Iulius, quam coelestis numinis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columen, vim facundiae propriae expressit, dicendo in adcusatione Cn. Dolabellae, quem reum agit; extorqueri sibi caussam optimam L. Cottae patrocinio. *Ex Valer. Max.* 8, 9.

Ne forte erretis et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse, in quem C. Caesaris orationes le-

plus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione. *Ex Sueton.* c. 55.

EX LIBRIS IN CATONEM.

Reliquit et *de Analogia* duos libros, et *Anticatones* totidem. *Suet.* c. 56.

EX LIB. I.

Caesar in *Anticatone priore: Vno enim excepto, quem alius modi atque omnis natura finxit, suos quisque habet caros. Priscianus bis l.* 6. 7 *et* 15.

INCERTA EX IISDEM.

Erunt officia antelucana, in quae incidere inpune ne Catoni quidem licuit. quem tamen C. Caesar ita reprehendit, vt laudet. describit enim *eos, quibus obuius fuerit, cum caput ebrii retexissent, erubuisse.* deinde adiicit: *putares, non ab illis Catonem, sed illos a Catone deprehensos.* Potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quam si ebrius tam venerabilis erat? nostrae tamen coenae vt adparatus et inpendii, sic temporis modus constet. neque enim hi sumus, quos vituperare ne inimici quidem possint, nisi vt simul laudent. *Ex Plin. epist.* 5, 12.

C. etiam Caesar, grauis auctor linguae Latinae, in *Anticatone: Vnius*, inquit, *adrogantiae, superbiaeque dominatuque. Ex Gell.* 4, 16.

DE C. IVLII CAESARIS IN CATONEM SCRIPTIS TESTIMONIA.

Qualis futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis: itaque misi librum ad Muscam, vt tuis librariis daret. volo enim diuulgari. *Ex Cic. ad Attic.* 12, 40.

Hirtii epistolam si legeris, quae mihi quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone. *Ex Cic. ad Attic.* 12, 41.

Quum mihi Balbus nuper in Lanuuino dixisset, se et Oppium scripsisse ad Caesarem, me legisse libros contra Catonem, et vehementer probasse. *Ex Cic. ad Attic.* 13, 50.

Quibus omnibus generibus vsus est nimis inpudenter Caesar contra Catonem meum. *Ex Cic. in Topic.* c. 25.

M. Ciceronis libro, quo Catonem coelo aequavit, quid aliud Dictator Caesar, quam rescripta oratione velut apud iudices, respondit? *Ex Tac. Annal.* 4, 34.

Hisque vsum C. Caesarem in vituperando Catone notauerit * Cicero. *Ex Quint.* 3, 7, 28.

* *in Topicis.*

Vt Catonem Tullius laudans: et duobus voluminibus Caesar accusans. *Ex Mart. Capell. lib.* 5.

- - - quam sint duo Caesaris *Anticatones.*
Ex Iuuen. Sat. 6, 337.

Caesar bello ciuili, cognita Catonis morte, cuius virtutem dialogo illo, qui inscribitur *Cato*, Cicero etiam laudauit, libros duos famosissimos in vitam Catonis edidit, quos *Anticatones* inscripsit. *Vetus schol. ad Iuuen. Sat.* 6, 337.

De illis Anticatonibus plura tradit Plut. in Caesare c. 54.

EX LIBRIS DE ANALOGIA.
AD M. T. CICERONEM.

Reliquit et *de Analogia* duos libros, etc. *Ex Suet.* c. 56.

EX LIB. I.

Quin etiam in maximis occupationibus quum ad te ipsum, inquit, in me intuens, de ratione Latine loquendi adcuratissime scripserit, primoque in libro dixerit, *verborum delectum originem esse eloquentiae*, tribueritque, mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit quam se dicere, laudem singularem: (nam scripsit his verbis, quum hunc nomine esset adfatus: *ac, si cogitata praeclare eloqui possent, nonnulli studio et vsu laborauerunt, cuius te paene principem copiae atque inuentorem, bene de nomine ac dignitate Populi Romani meritum esse existimare debemus*,) hunc facilem et quotidianum noluisse sermonem, nunc pro relicto est habendum. Tum Brutus, amice, hercule, inquit, et magnifice te laudatum puto, quem non solum principem atque inuentorem copiae dixerit, quae erat magna laus, sed etiam bene meritum de Populi Romani nomine et dignitate. *Ex Cic. in Bruto c.* 72.

C. Caesar ille perpetuus Dictator, Cn. Pompeii socer, a quo familia et adpellatio Caesarum deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris, quos ad M. Ciceronem *de Analogia* conscripsit, *arenas* vitiose dici existimabat, quod *arena* numquam multitudinis numero adpellanda sit, sicuti neque *coelum*, neque *triticum*. contra autem *quadrigas*, etiamsi currus vnus equorum quatuor iunctorum vnum sit, pluratiuo semper numero dicendas putat, sicut *arma*, et *moenia*, et *comitia*, et *inimicitias* etc. *Paullo post*: Tunc prolato libro *de Analogia* primo verba haec ex eo pauca memoriae mandaui, nam quum praedixisset, neque coelum, triticumue, neque arenam multitudinis significationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod vnam terram et plures terras, et vrbem et vrbes,*

et imperium et imperia dicamus? neque quadrigas in vnam nominis figuram redigere, neque arenam in multitudinis adpellationem conuertere possimus? Ex Gell. 19, 8.

Atque id, quod a C. Caesare, excellentis ingenii ac prouidentiae (*ita Gellius; Macrobius* prudentiae) viro in primo *de Analogia* libro scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, *vt tamquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum. Ex Gell.* 1, 10. *et Macrob. Saturn.* 1, 5.

EX LIB. II.

C. Caesar in libro *de Analogia* secundo, huius *die* et huius *specie* dicendum putat. *Ex Gell.* 9, 14.

Exempla vide de b. Gall. 2, 25. Af. 51. H. 24.

Panium Caesar *de Analogia* libro secundo dici debere ait, sed Verrius contra. nam *i* detracta *panum* ait dici debere. *Ex Charis. lib.* 1. *col.* 69.

Caesar *de Analogia* secundo: *fagos, populos, vlmos. Ex Charis. lib.* 1. *col.* 104.

Caesar *de Analogia* secundo *turbonem*, non *turbinem*, etiam in tempestate dici debere ait, vt *Cato Catonis*, non vt *homo hominis. Ex Charis. lib.* 1. *col.* 117.

Lacer an *laceris* etc. Caesar *de Analogia* secundo, nec non Valgius de rebus per epistolam quaesitis. *Ex Charis. lib.* 1. *col.* 109.

Is homo, *idem* compositum facit, nisi quia Caesar libro secundo (*de Analogia*) singulariter *idem*, pluraliter *iidem* dicendum adfirmat. sed consuetudo hoc non seruat. *Ex Char. lib.* 1.

EX LIB. I.

Quin etiam in maximis occupationibus quum ad te ipsum, inquit, in me intuens, de ratione Latine loquendi adcuratissime scripserit, primoque in libro dixerit, *verborum delectum originem esse eloquentiae*, tribueritque, mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit quam se dicere, laudem singularem: (nam scripsit his verbis, quum hunc nomine esset adfatus: *ac, si cogitata praeclare eloqui possent, nonnulli studio et vsu laborauerunt, cuius te paene principem copiae atque inuentorem, bene de nomine ac dignitate Populi Romani meritum esse existimare debemus*,) hunc facilem et quotidianum noluisse sermonem, nunc pro relicto est habendum. Tum Brutus, amice, hercule, inquit, et magnifice te laudatum puto, quem non solum principem atque inuentorem copiae dixerit, quae erat magna laus, sed etiam bene meritum de Populi Romani nomine et dignitate. *Ex Cic. in Bruto c. 72.*

C. Caesar ille perpetuus Dictator, Cn. Pompeii socer, a quo familia et adpellatio Caesarum deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris, quos ad M. Ciceronem *de Analogia* conscripsit, *arenas* vitiose dici existimabat, quod *arena* numquam multitudinis numero adpellanda sit, sicuti neque *coelum*, neque *triticum*. contra autem *quadrigas*, etiamsi currus vnus equorum quatuor iunctorum vnum sit, pluratiuo semper numero dicendas putat, sicut *arma*, et *moenia*, et *comitia*, et *inimicitias* etc. *Paullo post*: Tunc prolato libro *de Analogia* primo verba haec ex eo pauca memoriae mandaui, nam quum praedixisset, neque coelum, triticumue, neque arenam multitudinis significationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura decidere arbitraris, quod vnam terram et plures terras, et vrbem et vrbes,*

et imperium et imperia dicamus? neque quadrigas in vnam nominis figuram redigere, neque arenam in multitudinis adpellationem conuertere possimus? Ex Gell. 19, 8.

Atque id, quod a C. Caesare, excellentis ingenii ac prouidentiae (*ita Gellius; Macrobius* prudentiae) viro in primo *de Analogia* libro scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, *vt tamquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum. Ex Gell.* 1, 10. *et Macrob. Saturn.* 1, 5.

EX LIB. II.

C. Caesar in libro *de Analogia* secundo, huius *die* et huius *specie* dicendum putat. *Ex Gell.* 9, 14.

Exempla vide de b. Gall. 2, 25. Af. 51. H. 24.

Panium Caesar *de Analogia* libro secundo dici debere ait, sed Verrius contra. nam *i* detracta *panum* ait dici debere. *Ex Charis. lib.* 1. *col.* 69.

Caesar *de Analogia* secundo: *fagos, populos, vlmos. Ex Charis. lib.* 1. *col.* 104.

Caesar *de Analogia* secundo *turbonem*, non *turbinem*, etiam in tempestate dici debere ait, vt *Cato Catonis*, non vt *homo hominis. Ex Charis. lib.* 1. *col.* 117.

Lacer an *laceris* etc. Caesar *de Analogia* secundo, nec non Valgius de rebus per epistolam quaesitis. *Ex Charis. lib.* 1. *col.* 109.

Is homo, *idem* compositum facit, nisi quia Caesar libro secundo (*de Analogia*) singulariter *idem*, pluraliter *iidem* dicendum adfirmat. sed consuetudo hoc non seruat. *Ex Char. lib.* 1.

Lacrumae an *lacrimae*, *maxumus* an *maximus*, et si quae similia sunt, scribi debeant, quaesitum. Terentius Varro tradidit, Caesarem per i eiusmodi verba solitum esse enunciare et scribere, inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. Sed ego in antiquiorum, etc. *Cassiodorus ex Annaeo Cornuto de Orthographia. col. 2284.* *Cf. Quintil.* 1, 7.

Varie etiam scriptitatum est, *mancupium*, *aucupium*, *manubiae*, siquidem C. Caesar per *i* scripsit, vt apparet ex titulis ipsius. *Ex Velio de Orthogr. col.* 2228.

An ideo minor est M. Tullius Orator, quod idem artis huius (*Grammaticae*) diligentissimus fuit, et in filio, vt in Epistolis adparet, recte loquendi vsque quaque asper quoque exactor? Aut vim C. Caesaris fregerunt editi *de Analogia* libri? *Quint. lib.* 1, 7, 34.

APOPHTHEGMATA.

Sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium: et, vt Seruius frater tuus, quem litteratissimum fuisse iudico, facile diceret, *hic versus Plauti non est, hic est*, quod tritas haberet aures notandis generibus poetarum, et consuetudine legendi: sic audio Caesarem, quum volumina iam confecerit Ἀποφθεγμάτων, si quid adferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere; quod eo nunc magis facit, quia viunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermone vario multa, quae fortasse illis, quos dixi, nec inliterata, nec insulsa esse videantur. Haec ad illum cum reliquis actis perferuntur. Ita enim ipse mandauit. Sic fit, vt, si quid praeterea de me audiat, non audiendum putet. *Cic. ad Fam.* 9, 16.

DICTA COLLECTANEA.

Feruntur et a puero et ab adolescentulo quaedam scripta etc. item *Dicta collectanea*, quos omnes libellos vetuit Augustus publicari. *Suet.* c. 56.

nominatiuo clausa, per *I* datiuum ablatiuumque singularis ostendunt, *iubar* tamen et *far* ab hac regula dissidere, nam *huic iubari* dicimus, *ab hoc iubare*, et *huic farri*, *ab hoc farre*. *Char. lib.* 1. *col.* 108.

Ac ne illa ratio recepta est, quam Caesar ponit in femininis, vt *puppim*, *restim*, *peluim*, hoc enim modo et *ab hoc cani*, et *ab hoc cane*. *Char. lib.* 1.

Tribus *iii* iunctis qualis posset syllaba pronunciari? non postremum *i* pro vocali accipiendum; quod Caesari artis Grammaticae doctissimo placitum fuisse a Victore quoque in arte Grammatica de syllabis comprobatur. *Priscian. lib.* 1. *col.* 545.

In ed. Putschii legitur nam postremum.

V loco consonantis posita, eamdem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Aeoles digamma *F*, pro quo Caesar hanc figuram *F* scribere voluit, quod quamuis recte visum est, tamen consuetudo antiqua superauit. *Prisc. lib.* 1. *col.* 545.

Legi heic praecipit A. Schottus Obs. hist. 3, 15. pro quo *Cl. Caesar* etc. quandoquidem Quintil. 1, 7, 27. istud inuentum clarissimis verbis Claudio adtribuit. Conf. notata ad Taciti Ann. 11, 14. Adeoque is Prisciani locus huc non pertinet.

Haec pollis, *pollinis*. sic Charisius. Probus autem et Caesar, *hoc pollen*, *pollinis* declinauerunt. *Prisc. lib.* 6. *col.* 708.

Praeterea Caesar declinat *pubis*, *puberis*: Probus, *pubes*, *puberis*: quidam *puber*, *puberis*. *Prisc. lib.* 6. *col.* 707.

Quamuis Caesar non incongrue protulit *ens* a verbo sum, ea, est. *Prisc. lib.* 18.

Hoc *lutum* atque *macellum* singulari exire memento, licet Ennius ista *macella* dicat et Caesar *luta*. *Ex Capro*.

ASTRONOMICA.

Nam Iulius Caesar vt Siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Aegyptiis disciplinis hausit: ita hoc quoque ex eadem institutione mutuatus est, vt ad solis cursum finiendi anni tempus extenderet. *Macrob. Saturn.* 1, 16. *cf. et c.* 14.

Tres autem fuere sectae, Chaldaea, Aegyptia, Graeca: his addit apud nos quartam Caesar Dictator, annos ad solis cursum redigens singulos, qui prius antecedebat. *Ex Plin.* 18, 25 (57).

A Bruma in Fauonium Caesari nobilia sidera significant: III. Kal. Ian. matutino Canis occidens. *Paullo post*: Pridie Non. Ian. Caesari Delphinus matutino exoritur, et postero die Fidicula, quo Aegypto Sagitta vesperi occidit. *Paullo post*: A Fauonio in aequinoctium vernum Caesari significat XIV. Kal. Martii triduum varie, et VIII. Kal. Hirundinis visu, et postero die Arcturi exortu vespertino. it. III. Non. Mart. Caesar Canori exortu id fieri obseruauit. *Paullo post*: Caesari et Idus Martias ferales sibi adnotauit Scorpionis occasu. *Paullo post*: Aequinoctium vernum a. d. VIII. Kal. Apr. peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum Caesari significant Kalendae Apr. III. Nonas Apr. in Attica Vergiliae vesperi occultantur: eaedem postridie in Boeotia; Caesari autem et Chaldaeis, Nonis. *Paullo post*: Caesari VI. Idus significatur imber Librae occasu. XIV. Kal. Maii Aegypto Suculae occidunt vesperi, sidus vehemens, et terra marique turbidum, XVI. Atticae, XV. Caesari, continuoque triduo significabat. *Paullo post*: VI. Nonas Maii Caesari Suculae matutino exoriuntur. et VIII. Idus Capella pluuialis. *Ex Plin.* 18, 26 (64).

A Vergiliarum exortu significant Caesari postridie Arcturi occasus matutinus: III. Id. Maii Fidiculae exortus. XII. Kal. Iunii Capella vesperi occidens et in

Attica Canis. XI. Kal. Caesari Orionis gladius occidere incipit. III. Non. Iunii Caesari, et Assyriae Aquila vesperi oritur, etc. XI. Kal. eiusdem Orionis gladius Caesari occidere incipit. *Ex Plin.* 18, 27 (67).

A Solstitio ad Fidiculae occasum VI. Kal. Iunii (*al.* Iulii Caesari Orion exoritur. *Paullo post:* XIII. Kal. Augusti, Aegypto Aquila occidit matutino, Etesiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Caesar X. Kal. sentire Italiam existimauit. *Paullo post:* Aquila Atticae matutino occidit III. Kal. regia in pectore Leonis stella matutino Caesari inmergitur. *Ex Plin.* 18, 28 (68).

DE SIDERIBVS

etiam aliquid poeticum edidit.

Sed nec aliquis paene Latinorum de hac arte Institutionis libros scripsit, nisi paucos versus Iulius Caesar, et ipsos tamen de alieno opere mutuatus. *Iul. Firmicus Mathes. lib. 2. ineunte.*

Exsecutus est etiam horum siderum numerum Graece Aratus, poeta disertissimus, Latine vero Caesar, et decus eloquentiae Tullius. Sed hi tantum nomina ipsorum et ortus, non autem apotelesmatum auctoritatem ediderunt: ita vt mihi videantur non aliqua Astrologiae scientia, sed poetica potius elati licentia, docilis sermonis studia protulisse. *Iul. Firm.* 8, 5.

POEMATA.

Reliquit et de Analogia libros duos et Anticatones totidem, ac praeterea *Poema*, quod inscribitur *Iter.* Quorum librorum primos in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conuentibus peractis, ad exercitum rediret: sequentes sub tempus Mundensis proelii fecit: nouissimum, dum ab Vrbe in Hispaniam vlteriorem * IIII et XX die peruenit. *Suet.* c. 56.

* VII et XX *legit ex Strabone et Appian. Casaubonus.*

Feruntur et a puero et ab adolescentulo quaedam scripta; *vt Laudes Herculis, tragoedia Oedipus* etc. quos omnes libellos vetuit Augustus publicari. *Sueton. ibid.*

Olus quoque silueſtre eſt trium foliorum, D. Iulii carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum. alternis quippe versibus exprobrauere, *lapsana* se vixisse apud Dyrrhachium, praemiorum parsimoniam cauillantes. Eſt autem id *cyma silueſtris. Plin.* 19, 8 (41).

Donatus in vita Terentii hos sub C. Iulii Caesaris nomine versus producit:

Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander,
Poneris, et merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque vtinam scriptis adiuncta foret vis
Comica: vt aequato virtus polleret honore
Cum Graecis; neque in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror et doleo tibi deesse, Terenti.

Sequens etiam Epigramma C. Iulio Caesari quidam inscribunt, alii Germanico.

Thrax puer adſtricto glacie dum ludit in Hebro,
Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumque imae partes rapido traherentur ab amne,
Abscidit tenerum lubrica teſta caput;
Orba quod inuentum mater dum conderet vrna,
Hoc peperi flammis, caetera, dixit, aquis.

Illud vero diſtichon:

Feltria perpetuo niuium damnata rigore.
Terra mihi poſthac non habitanda, vale.

falso Caesari inscriptum eſt, etsi quidam in membrana, alii in saxo exſtare dicant.

INCERTA.

Vnguenta dicuntur a locis, vt Telinum, cuius Iulius Caesar meminit, dicens: *Corpusque suaui Teli-*

no vnguimus. Hoc conficiebatur in insula Telo, quae est vna ex Cycladibus, etc. *Isidorus Orig.* 4, 12.

Telon insulam Sporadibus accenset Strabo l. 10. p. 488. Itaque apud Isidorum legi oportet aut *Delino* — *Delo*, aut *ex Sporadibus*.

* *Insertum hoc ab Vrsino fragmentis de Analogia: vt et illud ex Nonio in voce* Cinis, *nec non locus Plinii ex lib.* 7, 3. *vbi adloquitur M. T. Ciceronem. Quid habuerit caussae, cur hoc fecerit, comminisci non potui. Quocirca inter INCERTA referendum duxi. Nisi quis potius Caesari Straboni, non Dictatori, tribuendum arbitretur. Si ad hunc modum addita vna vocula scripseris, erit integer Senarius.*

Corpusque suaui Telini vnguine vnguimus.

Idem Vrsinus ex Prisciani lib. 8. *fragmentum hoc, „C. Caesar, quae res augurantur οἰωνοσκοπεῖται,“ ad Auguralia transtulerat. ego praetermisi, quum isto Prisciani loco non* Caius Caesar, *sed* Lucius Caesar *legatur. Non est quod conruptum aliquis existimet. Citatur nominatim L. Caesar a Festo, in voce* Maiorem. *Ex eodem fortassis est, quod apud Seruium nuper ex Petri Danielis et Fuldanae bibliothecae membranis editum habemus, Commentario ad Aeneidos Virgilii* 1, 2. Occiso, *inquit*, Mezentio, Afranium, sicut I. Caesar (*verosimile mihi sit legendum L. Caesar*) scribit, Iulum coeptum vocari dicunt, vel quasi ἰοβόλον, id est, sagittandi peritum, vel a prima barbae lanugine, quam ἴουλον Graeci dicunt, quae ei tempore victoriae nascebatur. *Haec ibi. Similiter expunxi quod inter fragmenta Epistolarum legebatur:*

„Vespera fatigatus, luce dormitans.“

Non enim apud Charisium lib. 2. *vnde haec descripta sunt, nominatur Iulius Caesar, sed Aurelius Caesar. lib.* 11. *Epistolarum ad Frontonem. Quo comperto, auctoritatem ciuis Romani insuper habui. Sed quid spuriis his diutius inmoror, quin legitima, si qua porro restant, fragmenta colligo? Scal.*

Apud Caesarem et Catullum et Caluum lectum est: *Quum iam fuluae cinis fueris. Nonius in voce Cinis.* 3, 57.

Salue primus omnium parens patriae appellate, primus in toga triumphum linguaeque lauream merite et facundiae Latinarumque litterarum parens: atque (vt Dictator Caesar hostis quondam tuus te descripsit) omnium triumphorum lauream adepte maiorem, quanto plus est ingenii Romani terminos in tantum promouisse, quam imperii. *Plin.* 7, 30.

Cicero caussarum XIII.: *Re vendita iterum emta.*

vnde manifestum fit *venita* non dici, sed aut *venundata*, aut *vendita*, vt Cicero. *C. Caesar: Possessiones redimi, eas postea pluris venditas. Diomedes lib.* 1. *col.* 366.

Essedа, vehiculi vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli. Caesar testis est libro ad Ciceronem III.: *Multa millia equitum atque essedariorum habet.* Hinc et gladiatores essedarii dicuntur, qui curru certant. *Iunius Philargyrus in Georg. Virg.* 3, 204.

Augustus quoque in epistolis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is *calidum* dicere quam *caldum* (*in libris forte de Analogia*) malit: non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum, et, vt ipse Graeco verbo significauit, περίεργον. *Quintil.* 1, 6, 19.

odiosum, quia adfectationis esse putabatur.

C. IVLII CAESARIS DICTA.

Tu, quaeso, quidquid noui (multa autem exspecto) scribere ne pigrere. in his, de Sexto satisne certum? maxime autem de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem diuerti, Caesarem solitum dicere: *Magni refert, hic quid velit; sed quidquid volt, valde volt.* idque eum animaduertisse, quum pro Deiotaro Niceae dixerit, valde vehementer eum visum et libere dicere. *Cic. ad Attic.* 14, 1.

Proxime quum Sestii rogatu apud eum fuissem exspectaremque sedens, quoad vocarer, dixisse eum: *Ego dubitem, quin summo in odio sim, quum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me conuenire possit? Atqui, si quisquam est facilis, hic est. tamen non dubito, quin me male oderit. Cic. ibidem.*

Aiebat, Caesarem secum, quo tempore Sestii rogatu veni ad eum, quum exspectarem sedens, dixisse: *Ego nunc tam sim stultus, vt hunc ipsum, facilem hominem, putem mihi esse amicum, quum tamdiu sedens meum commodum exspectet? Cic. ad Att.* 14, 2.

Quo gaudio elatus, non temperauit, quin paucos post dies frequenti curia iactaret, inuitis et gementibus aduersariis adeptum se quae concupisset: proinde ex eo insultaturum omnium capitibus: ac, negante quodam per contumeliam, *Facile hoc vlli feminae fore:* responderit quasi adludens: *in Assyria quoque regnasse Semiramim; magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse quondam.* Suet. c. 22.

Pharsalica acie caesos profligatosque aduersarios prospicientem, haec eum ad verbum dixisse refert Asinius Pollio: *Hoc voluerunt; tantis rebus gestis C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* Suet. c. 30.

Consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciae eius finis erat, paullulum constitit ac reputans, quantum moliretur, conuersus ad proximos, *Etiam nunc*, inquit, *regredi possumus. quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.* Suet. c. 31.

Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine et forma etc. Tunc Caesar, *Eatur*, inquit, *quo Deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea est*, inquit. Suet. c. 32.

Romam iter conuertit: adpellatisque de Rep. patribus validissimas Pompeii copias, quae sub tribus Legatis, M. Petreio et L. Afranio et M. Varrone in Hispania erant, inuasit; professus ante inter suos, *Ire se ad exercitum sine duce et inde reuersurum ad ducem sine exercitu.* Suet. c. 34.

Prolapsus in egressu nauis, verso ad melius omine, *Teneo te*, inquit, *Africa.* Suet. c. 59. *Cf. Front.* 1, 12, 2.

Caesar dicebat, idem esse sibi consilium aduersus hostem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius quam ferro superandi. *Front. Strat.* 4, 7, 1.

Quum exspectatio aduentus Iubae terribilis esset, conuocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus Regem adfuturum cum X legionibus, equitum XXX, leuis armaturae C milibus, elephantis CCC. Proinde desinant quidam quaerere vltra, aut opinari: mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima naue inpositos quocumque vento in quascumque terras iubebo auehi.* *Suet.* c. 66.

Iactare solitus, *milites suos etiam vnguentatos bene pugnare posse*: nec *milites* eos pro concione, sed blandiori nomine *commilitones* adpellabat. *Suet.* c. 67. *cf. Polyaen.* 8, 23, 22.

Quosdam infimi generis ad amplissimos honores prouexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, *si grassatorum et sicariorum ope in tuenda sua dignitate vsus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum.* *Suet.* c. 72.

Interrogatus, cur repudiasset vxorem, *Quoniam*, inquit, *meos tam suspicione, quam crimine iudico carere oportere.* *Suet.* c. 74.

Acie Pharsalica proclamauit, *vt ciuibus parceretur.* *Suet* c. 75.

Nosseque, vt Caesar dictator aiebat, *miserum esse instrumentum senectuti recordationem crudelitatis.* *Amm. Marcell.* 29, 2.

Varia Graeca inserit Oudend. desumta ex Plut. et Appiano.

Nec minoris inpotentiae voces propalam edebat, vt T. Ampius scribit: *Nihil esse Rempublicam, adpellationem modo sine corpore ac specie. Sullam nesciisse litteras, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius iam loqui secum ac pro legibus habere quae dicat.* *Suet.* c. 77.

Eoque adrogantiae progressus est, vt, haruspice

tristia et sine corde exta sacro quodam nuntiante, *Futura*, diceret, *laetiora*, *quum vellet: nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.* *Suet. ib.*

Triumphanti et subsellia Tribunitia praeteruehenti sibi vnum e collegio Pontium Aquilam non adsurrexisse, adeo indignatus, vt proclamauerit: *Repete ergo a me, Aquila, Rempublicam Tribunus*, nec destiterit per continuos dies quidquam cuiquam, nisi sub exceptione, polliceri, *Si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Suet. c.* 78.

Plebei Regem se salutanti, *Caesarem se, non Regem esse* respondit. *Suet.* c. 79.

De quo genere optime C. Caesarem praetextatum adhuc accepimus dixisse: *Si cantas, male cantas; si legis, cantas. Quintil.* 1, 8.

Eleuandi ratio est duplex, vt aut veniam quis, aut iactantiam minuat: quemadmodum C. Caesar Pomponio ostendenti vulnus ore exceptum in seditione Sulpiciana, quod ipse se passum pro Caesare pugnantem gloriabatur, *Numquam fugiens respexeris,* inquit. Aut crimen obiectum, vt Cicero, etc. *Quint.* 6, 3, 75.

Est et illa ex ironia fictio, qua vsus est C. Caesar. Nam quum testis diceret, a reo femina sua ferro petita, et esset facilis reprehensio, cur illam potissimum partem corporis vulnerare voluisset: *Quid enim faceret*, inquit, *quum tu galeam et loricam haberes? Quintil. ib.* 91.

Sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari coeptum est de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam et ipse Caesar, adcusata acerbitate Marcelli (sic enim adpellabat) laudataque honorificentissime et aequitate tua, et prudentia, repente praeter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne * hominis quidem caussa ne-

gaturum. *Cic. ad Famil. 4, 4. ad Ser. Sulpicium.*

* *Sic Victorius edidit, eumque secutus Lambinus, cui tamen ominis legendum videtur. ipsum vide.*

Demetrio Megae Siculo Dolabella rogatu meo ciuitatem a Caesare impetrauit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Quumque propter quosdam sordidos homines, qui Caesaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina ciuitate donatorum incisa essent, reuelli iussisset: eidem Dolabellae, me audiente, Caesar dixit: *Nihil esse, quod de Mega vereretur; beneficium suum in eo manere. Cic. ad Fam. 13, 36. ad Acilium.*

DE C. IVLIO CAESARE.

Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Caesare et ipse ita iudico, et de hoc huius generis acerrimo aestimatore saepissime audio, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissime, nec id solum domestica consuetudine, vt dudum de Laeliorum et Muciorum familiis audiebamus, sed, quamquam id quoque credo fuisse, tamen vt esset perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris, et iis quidem reconditis et exquisitis — est consecutus, etc. *Ex Cic. in Bruto c. 72.*

Sed perge, Pomponi, de Caesare, et redde quae restant. Solum quidem, inquit ille, et quasi fundamentum oratoris etc. Caesar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendat. itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum, quae, etiamsi orator non sis, et sis ingenuus ciuis Romanus, tamen necessaria est, adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tamquam tabulas bene pictas conlocare in bono lumine; hanc quum habeat praecipuam laudem in communibus, non video, cui debeat cedere: splendidam quamdam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma

etiam magnifica, et generosa quodammodo. Tum Brutus: Orationes quidem eius etc. atque etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti, et venusti, omni ornatu orationis tamquam veste detracta. sed, dum voluit alios habere parata, vnde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit, etc. *Ex Cic. in Bruto c. 74 sq.*

Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior, aut crebrior? quis verbis aut ornatior, aut elegantior? *Ex Cic. ad Cor. Nepot. Suet. c. 55.*

Sed bene loquendi de Catulis opinio non minor: sale vero et facetiis Caesar vicit omnes. *Ex Cic. de offic. 1, 37.*

Reliquit et rerum suarum Commentarios Gallici ciuilisque belli Pompeiani. nam Alexandrini, Africique et Hispaniensis incertus auctor est. alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli nouissimum inperfectumque librum subpleuerit. *Paullo post:* Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat; quum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta, temere crediderit; et quae per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit, existimatque rescripturum et correcturum fuisse. *Ex Suet. in Caes. c. 56.*

C. vero Caesar si tantum foro vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, vt illum eodem animo dixisse, quo bellauit, adpareat: exornat tamen haec omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegantia. *Ex Quintil. 10, 1, 114.*

Quid tamen noceret, vim Caesaris, asperitatem Coelii, diligentiam Pollionis, iudicium Calui, quibusdam in locis adsumere? *Ex Quint.* 10, 2, 25.

Hinc vim Caesaris, indolem Coelii, subtilitatem Callidii, grauitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Cassii, diligentiam Pollionis, dignitatem Messallae, sanctitatem Calui reperiemus. *Ex Quint.* 12, 10, 11.

Adstrictior Caluus, numerosior Asinius, splendidior Caesar, amarior Coelius, grauior Brutus, vehementior et plenior et valentior Cicero. *Ex Dialogo de Orat.* c. 25.

Λέγεται δὲ καὶ φῦναι πρὸς λόγους πολιτικοὺς ὁ Καῖσαρ ἄριστα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτερεῖα μὲν ἀδηρίτως ἔχειν etc. *Ex Plut. in Caes.* c. 3.

Ἐν δὲ Ῥώμῃ πολλὴ μὲν ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορίας αὐτοῦ χάρις ἐξέλαμπεν. *Ex Plut. ib.* c. 4.

Ac mihi ex Graecis orationes Lysiae ostentat; ex nostris Gracchorum Catonisque, quorum sane plurimae sunt circumcisae et breues. Ego Lysiae Demosthenem, Aeschinem, Hyperidem, multosque praeterea; Gracchis et Catoni Pollionem, Caesarem, Coelium, inprimis M. Tullium obpono; cuius oratio optima fertur esse, quae maxima. *Ex Plin. ep.* 1, 20.

Sed ego verear, ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium, C. Caluum, Asinium Pollionem, M. Messallam, etc. Diuum Iulium, Diuum Augustum, Diuum Neruam, T. Caesarem, etc. *Ex Plin. ep.* 5, 3.

MANTISSA OBSERVATIONVM.

MANTISSA OBSERVATIONVM
AD BELLVM GALLICVM.

1, 1. *Quae est ad Hispaniam.* Iurinius, *quae adluit Hispaniam.* citra necessitatem.

1, 8. *qui in flumen Rhodanum influit.* Vel *qua* hic legendum, vel *qui* eo sensu accipiendum, prorsus mihi persuadeo. Nihili est emendatio proposita a Rhenano et recepta ab aliis, *quem flumen Rhodanum influit.* Falluntur tamen, qui *flumen Rhodanum* nominandi casu dici non posse volunt. Sic enim et Horatius in Arte poet. v. 18. *flumen Rhenum* dicit et Od. 4, 4, 38. *flumen Metaurum.* Verum hic non est his locus.

De Muro Caesaris ducto a lacu Lemanno ad Iuram. Cardo rei versatur in quaestione, prope Geneuam, an paullo superius, ductus sit murus. Hoc posterius placuit Sponio in *histoire de Geneve* L. 1. vbi muri eius rudera superesse perhibet inter Gingin prope Noiodunum (*Nyon*) et lacum. Contra Butinus, medicus Geneuensis, in dissertatione *sur le lieu, où passoient les lignes, que Jules César fit faire près de Geneve* etc. addita tomo secundo operis Sponiani (edit. 4. a. 1730.) docet et schemate inlustrat a Geneua ad Clusam perductum sic murum siue maceriam potius vel vallum, montemque, quod eram hariolatus, cui nomen hodie *le Wache,* cis Rhodanum, tum Iurae partem constituisse statuit. vnde nec loco mouenda verba, quod quidam voluere, *qui* (Iura) *fines Sequanorum ab Heluetiis diuidit.* Idem

porro Butinus non nimiam esse arbitratur longitudinem *decem nouem millium passuum*, quae summa sic Caesari restituenda videtur. Habet etiam Graecus interpres centum quinquaginta duo stadia, quae ad decies nouies mille passus redeunt. Contra codex Leid. 1. non dat nisi *decem*.

1, 10. *Graioceli*, Polyaenus 8, 2. rei meminit, sed perperam tradit, Caesarem sine pugna Alpes transgressum.

1, 13. *contenderent — niterentur*. Glossatori deberi prius verbum statuunt Gruterus, Dauisius, Oudendorpius. Bentleius legendum suadet *niterentur et contenderent*.

1, 14. *legati Heluetii*. Ciaccon. et Gruterus e margine inrepsisse putant, idemque et Oudend. et Bentleius; ipsos enim adloquitur Caesar.

1, 17. *si iam princ*. Iurinius malit *si ipsi*: sed *ipsi* mox praecessit.

neque dubitare debeant Iurin. velit *neque dubitari debere*.

1, 23. *existimauit*. Iurin. *existimans*.

proelium non commouissent. Gellius 9, 13. *proelio commoto*. Oud.

1, 26. *mataras*. Lil. Gyraldus dialog. XII. in Gruteri lamp. Vol. 2. p. 419. docet legendum *materes*, vt Nonius habet. Apud Hesychium, vbi est: μαδάρεις τὰ πλατύτερα λόγχα τῶν κρεάτων, Palmerius bene emendat τῶν δοράτων.

1, 27. *prima nocte*. Adde ad notam: Af. 47. *circiter vigilia secunda noctis*. 67. *quarta noctis vigilia*. Oudend.

1, 29. *litteris Graecis*. Scaliger ep. 1, 16. censet, quosdam, litteras Graecas a Massiliensibus edoctos, hanc summam Graece perscripsisse clanculum, ne reliquis Gallis et finitimis nota foret.

confectae. Is, quem hic indigitat Oudend. Bentleius est.

1, 31. *qui ante fuerant ad Caesarem*. Verba, *qui ante fuerant*, Ciacconio et Scaligero perperam videntur

delenda; nec melius Faernus volebat *qui ante iuerant;* Bentleius *venerant.* De praepos. *ad* pro *apud* v. Drakenb. ad Liu. 7, 7.

secreto in occulto. Posterius reiicit Bentleius.

sese Caesari ad pedes proiecerunt. Sic Sueton. Domit. 4. *ante pedes ei stabat.* Petron. c. 97. *ad genua Ascylto procubui,* vbi vulgo *Ascylti.* Burm.

ad Magetobriam. Litteris ad me datis Diuione m. Martio a. XII. C. 1804. narrauit vir optimus Lesoheuin, ansam vrnae, de qua dictum, eam esse, quae ad Blondellum pertinuerit, ipsique sit ablata. Vir ille doctus in *Magazin Encyclop. de Millin* a. 9. t. 4. p. 255. refert, occasionem detegendi fragmenti datam esse ex studio eorum, qui in fluuii exsiccati alueo lapides ad aedificia struenda aptos quaererent. Fragmentum ipsum non erat latius, quam requirebatur ad exhibendam vocem MAGETOB. Id Blondellus ipse declarauit in *Mag. Enc.* l. c. Omnis generis monumenta tum in lucem protracta ibi recensentur.

1, 33. *praef. quum Sequanos a prouincia nostra Rhodanus diuideret.* Inconcinna haec videntur Bentleio et aliam manum prodere.

1, 34. *vtriusque conloquio — vtriusque rebus.* prius *vtriusque* deleri iubet Bentleius; sed saepius ita voces repetit noster.

molimento. Sic Lambinus ad Cic. pro l. Man. c. 6.

1, 36. *longe — afuturum.* Salmas. ad Flor. 2, 6, 34. legi heic malit *futurum,* vt apud Virgil. Aen. 12, 52. Cf. et Gronou. ad Sen. Hippol. v. 974.

1, 38. *profecisse.* Oud. hanc emendationem inprobat. Bentl. malit *profectum esse.*

1, 39. *secuti non magnum* etc. Hanc lectionem a me receptam Bentleio quoque in mentem venisse video.

1, 47. *ex suis legatis aliquem.* Idem dubium de hac voce *legatis* mouet et Bentleius, quam expungi iubet.

longinqua. Ciacconii *longa iam* displicet Gronouio Obs. 4, 11. p. 168.

1, 52. *hostium — in hostes* etc. Frequens repetitio voci eiusdem male habet Bentleium, qui deleri iubet *hostium* et, vbi iterum occurrit, *in hostes* expungi vel hic leg *in eos*.

1, 53. *quam peruenerint.* Sic Oud. vulg. *peruenerunt.* Bentl. praefert *peruenirent*,

repererunt, Heinf. volebat *pepererunt*, quod placet Bentleio. Ex Ouidio docet Oud. *inuenta* et *reperta* nonnunquam iungi.

2, 1. *in imperio nostro.* Oud. in addendis praefert *in patio nostro*, et hoc editio eius posterior exhibet.

2, 5. *vidit.* Huic verbo delendo, vt ipsi videtur, Iurinius substituit *vltro*, sine necessitate.

2, 7. *discessit.* V. Gronou. ad Liu. 4, 52.

2, 13. *Bratuspantium.* Salua res est. Dissertatio illa auctore Bonamy extat in *Mémoires de l'Acad. des Inscr. de Paris* t. 28. p. 465. Cf. et Wesseling. ad Antonini itiner. p. 380. Docet vero Bonamy, inter plures vrbes, in quibus veterem istam quaesiuere eruditi, duas esse, quae considerari potissimum mereantur, scilicet *Beauvais* et *Breteuil*. Pro isto stat Hadr. Valesius, ex ea ratione, quod Bellouacorum caput fuisse ex dictis Caesaris adparere videatur, cui mox nomen Caesaromagi sit datum; pro Britolio contra siue Britogilo, hodie Breteuil, Mabillonius in Annal. Benedict. Ord. t. 4. p. 555. Huic adstipulatur Bonamy, qui Bratuspantium non a Pharamundo, quod non nemini visum, sed a Caesare ipso destructum fuisse arbitratur. Ex eius cineribus surrexisse Britolium. In huius quippe vicinia a multis retro saeculis ad nostra tempora multa monumenta eruuntur. Medium est oppidum duas inter stratas siue vias Romanas et regio illi proxima ab adcolis hodieque vocatur *Bransuspans*.

2, 17. *ramis enatis.* Graecus interpres ita certe non legit; habet πολλοὺς κλάδους ἐμφυτεύσαν. Bentl. coniicit legendum *ramis* (forsan *palis*) *destinatis* vel *depactis*. Scilicet ramos pro stipitibus vel perticis accipit.

2, 19. *porrecta ac loca aperta.* Addit hic Oud. „si in codd. idoneis abesset *loca,* facile paterer, sed tum pro *ac* legendum *atque.* Non enim *ac* ante vocalem poni debet." V. Burm. ad Sueton. Iul. 26. et Calig. 3. item Oud. ad 6, 38.

2, 20. *quod erat — oporteret.* Haec glossam sapiunt Bentleio ob sequentia.

2, 25. *desertos.* Iurinius coniicit *defessos,* vt 3, 4.

2, 27. *omnibus in locis pugnae se l. m. praeferrent.* Sic Oud. e codd. et sic quoque Graecus interpres. Vulgo erat *o. in l. pugnabant, quo se — praef.*

2, 28. *despectusque.* Iurin. malit *deiectusque,* non male. Sic 2, 8. et 22. Mox pro *reliquerunt* malit e cod. Meadiano et edd. vet. *reliquerant.*

3, 2. *legionem, neque eam plen.* Iurin. subplet *leg. vnam neque eam plen.* et sic Graecus ἑνὸς τάγματος.

3, 4. *gaesaque.* Cf. Muretus V. L. 10, 15. vbi iubet verba *neque vllum fr. telum ex l. sup. mittere* ponere statim post *coniicere.*

3, 9. *insaientiam.* Cf. mox not. ad c. 19.

3, 12. *quod bis accidit* etc. Posset admitti lectio Oxon. cod. *quod accidit semper horarum XII spatio,* omisso *bis.* Sic Iurinius.

3, 13. *scopulis.* Cum emendatione *copulis* Bentleius apte comparat Plautum in Epid. 5, 1, 11. *per vrbem quaeritant me duo senes, in manibus gestantes secuncias,* lege *semuncias* vel *sescuncias.*

3, 14. *exspectandum.* V. Oud. item Drakenb. ad Silium 15, 105.

3, 15. *malacia.* Cf. Schottus ad Aurel. Victor. V. Ill. c. 22.

3, 19. *inscientia.* Cf. Gronou. ad Liu. 22, 25.
reliquos — reliquerunt. Intrusa haec a sciolo statuit Bentleius.

3, 20. *ex his regionibus.* Vulgatum hoc defendit Gronou. ad Liu. 25, 27. contra ea verba delenda censet Bentleius.

5, 21. *secturae*, e glossa videtur Bentleio adiectum. Graecus habet χαλκειῶν.

3, 24. *tutius esse arbitrabatur*. Bentl. malit *satius*, vt Graecus βέλτιον. Mox idem praefert *agmine* et *opinione timoris*.

3, 26. *intritae*. Bentleius vulgatum reponi suadet.

4, 2. *inportatitiis*. Seruat Bentl. *inportatis* et delet *his*.

4, 3. *et paullo quam* etc. Bentl. dat *et paullo quam sunt ei. gen. ceteri* (vel *ceteris*) *humaniores*, omissa copula. Sic et Graecus.

4, 5. *rumoribus seruiant*. Displicet repetitio vocis Bentleio, qui substitui vult *sermunculis* vel *susurrationibus*. inepte. satis notum habere debebat hunc repetitionis vsum in Caesare. Cf. Oud. ad Suet. Tit. c. 6. Idem ad c. 4, 16. obseruandum contra Bentleium.

4, 17. De *ponte Rheni* cf. Magius in Grut. lamp. 5, 2. p. 1438.

pro pariete. Non satisfacere sibi profitetur Oud. in addendis ea, quae ad h. l. tradiderat, nec tamen habet certiora. Lectionem istam *pro pariete* propugnat et Victorius V. L. 32, 18.

4, 18. De loco, quo pontem struxit Caesar, v. Minola l. c. ad G. 1, 31.

4, 21. *Volusenum, cum*. Vt heic distinxi phrasin, ita plane iubet Bentleius, qui praeterea addit *eum cum* — sed hoc non opus.

4, 22. *Quicquid praet. nauium longarum habebat*. Tò *longarum* deleri vult Iurinius: nec Graecus habet. — Mox de *portu Iccio* v. et Fabric. bibl. Lat. Vol. 1.

4, 23. *montibus angustis*. Iurinius coniicit *abruptis*. Fere sic Celsus.

4, 25. *proximis primis nauibus*. Oud. etiam in addendis alteram istarum vocum glossema censet. Iurinius coniectat *proximi ex primis nauibus*.

4, 26. *in vniuersos*. Addit Iurin. his obponi paullo ante *singulares*.

4, 28. *aduersa nocte.* Bene exponitur in Ind. Frustra Iurinius malit *intempesta.*

4, 29. *qui dies.* Sic Horat. ode 4, 11, 14.

4, 32. *adpellabatur.* al. *adpellatur.*

4, 33. *currus conlocant.* Adstipulatur Iurinius, Oud. in addendis probat Hotomanni coniecturam *se et currus.*

4, 35. *adflictis.* Iurin. praefert vulg. *aedificiis,* vt c. 38.

5, 8. *pari numero — quem.* Iurin. velit *atque* vel *atque, quem.*

5, 11. *Cassiuellauno.* Apud Dionem 40, 2. male erat καὶ Σουέλλαν τὸν, vnde Reimarus nomen viri restituit. Polyaenus 8, 23, 5. habet Κασόλαυλον, corrupte. Mentio huius Regis fit apud Galfredum Monmuth. in Hist. Britonum L. 1. p. 25. ed. Paris. et L. 4. c. 2. ed. Commel. p. 25. vbi epistola eius ad I. Caesarem, certe non genuina. Multo minus antiquitatem spirat epistola Regum Scotorum Pictorumque nomine ad Caesarem scripta, apud Ioh. Fordun. L. 2. Scotochronici in Collect. Th. Galei.

5, 12. *annulis ferreis.* Bentleius coniicit *clauulis.*

5, 13. *alter angulus.* Marklandus, referente Bentleio, monebat leg. *altior* i. e. magis septemtrionalis.

5, 15. *perterritis.* Forsan *praetentatis.* v. Burmann. ad Ouid. Met. 14, 189. Veget. 1, 8. *tiro exercitio praetentandus.* Oud.

5, 18. *atque eo inpetu.* Eiicienda haec putat Bentleius post Gruterum.

5, 21. *locum.* Retinet Oud. Cf. et Salmas. ad Tertull. de pallio p. 193.

5, 27. *habere se nunc etc.* Iurin. ita locum refingi suadet: *habere nunc se rationem officii: pro beneficiis Caesaris monere Titurium: pro hospitio orare.*

5, 28. *quantasuis magnas.* Bentl. *quamuis magnas.*

5, 35. *in aduersum os.* Nil mutandum pronuntiat Oud. in addendis.

5, 38. *neque noctem* etc. Praemitti iubet Iurin. *iter*, vt 1, 26. 7, 9. sed non necesse est auctorem semper chorda oberrare eadem.

5, 43. *demigrandi caussa.* Exponunt *deserendi caussa castra;* sed hoc ne fieri quidem poterat, inclusi quippe fuere. Recte monet Iurinius, verba quae sequuntur, *sed paene ne respiceret quidem quisquam*, referenda esse ad inpedimenta et fortunas conflagrantes. Non ergo dubium, quin aliud hic scriptum fuerit. Ciacconius suspicatur *restinguendi*, Iurinius *demendi*, *detrahendi*, *adripiendi*, vt c. 35. Addendum foret *quicquam.* Mihi N. L. Forsan *demigrare* simpliciter est loco cedere.

6, 1. *Consulis sacramento.* Vox *Consulis* glossa videtur Bentleio.

6, 5. *quod meruerat.* Faernus coniectabat, *quod in eum erat.* Graecus de merito odio nihil.

congredi. animo pacifico. Sic plane Liuius 38, 25. Corn. Nepos Dat. 11. et Cicero passim. Nodum quaerunt in scirpo Bentl. et Iurinius, quorum hic dubium mouet, alter substitui iubet *ad Tr. confugere.*

6, 9. *pontem instituit.* Hunc pontem supra vrbem *Cunostein-Engers* in Electoratu olim Treuirensi structum fuisse volunt. Eius rudera in editiore Rheni ripa delineauit in Antiquitatibus Saynensibus L. B. a Reiffenberg. Vid. Hontheim in prodromo historiae Treuirensis. Cf. Minola in op. laud. ad G. 1, 51. p. 204. Aliis aliud placuisse notum.

6, 13. *constituunt — constituunt.* Iterum haec repetitio male habet Bentleium. sine caussa. Sic quoque mox c. 18. *reliquis — reliquis.* Negligentia haec in Caesare ferenda est.

in loco consecrato. *In luco* iam olim bene legit I. Casaubonus in praef. ad Diog. Laert. Haec Oud. in addendis.

6, 17. *quae superauerint.* Iurin. velit *qui sup.*

6, 18. *a Dite patre prognatos.* De hac ineptia v. Gebauerus in vestigiis iuris German. antiqui. 8. Goett. 1766. Diss. 6. p. 190.

6, 19. *iustis funeribus* etc. Marklandus coniiciebat *quos a viuis dilectos esse constabat, mutuis vulneribus confecti* (scil. ad rogum depugnantes). Placet hoc eximie Bentleio, qui vero malit *a quibusque.* Contra istud commentum Marklandi reiicit Oud. ad Suet. Aug. c. 19. et, quod olim improbarat ipse in loco nostro, propugnat *iustis funeribus*, inductus exemplo Plinii et Ausonii in praefat. parent. *condita funere iusto.* et carm. 9. *iusto funere fletos.*

6, 21. *neque Druides habent.* De dissensu Caesaris et Taciti videri potest Gebauerus l. c. p. 178.

rhenonum alias *renum.* Carrio ant. lect. 3, 2. in Grut. lamp. Vol. 3. p. 58. iam defendit *rhenonum.*

6, 22. *ne adcuratius ad frigora* etc. Iurin. velit *quam ad frigora*, satis hoc vero simile.

6, 23. *ab iniuria prohibent.* Cic. pro l. Man. 7. *a quo periculo prohibete R. P.*

6, 29. *ad bellum Amb. profectus.* Τὸ *profectus* male omisit Scaliger. Bentleius vult *profecturus.* non opus.

6, 33. *Aduatucis adiacet.* Cf. Drakenb. ad Liu. 7, 12.

Scaldem. Pro *Sabi* heic pugnat I. C. H. l. c. p. 657. Cf. Alting. in descr. Frisiae F. 19. Pithoeus Aduerss. subs. 2, 5.

6, 34. *confici — interfici.* Hoc Bentleii delicatulae aures non ferunt. dabat *intercipi.*

6, 35. *pons erat perfectus.* i. e. factus. cf. 7, 56. Bentl. pro *inperfectus*, quod alii heic legunt, volebat *interruptus, interscissus.* verum ita grassari non licet.

6, 36. *in mil. pass. III.* Libens deleret Bentl. nec Graecus habet.

6, 38. *ad Caesarem.* Respice ad notata ad 1, 31.

animus. non *anima.* Apud Nepotem contra in Eumene 4. *quam alterum anima reliquerit.*

6, 42. *indicauit.* Graecus ἔγνω.

7, 11. *vt q. p. iter conficeret.* Pro *conficeret* Oud. coniectat leg. *confieret*, vt c. 58. Hinc Bentl. consueta audacia *vt quam maturrime res confieret.*

7, 20. *sua salute.* Dauis. et Clarke *sua laude.* Bentl. *sua vtilitate*, sane inepte.

7, 27. *adscendissent.* Adde omnino Oud. ad Suet. Iul. 61.

7, 29, *sanaturum.* forsan *sarciturum* Bentl.

7, 30. *prouidere.* E longinquo videre. v. Oud. ad Suet. Aug. 10.

7, 33. *detrimentosum.* Bentl. forsan *detrimento sibi fore.*

intermissis magistratibus. e mente Iurinii intellig. *uacantibus.*

7, 35. *captis quibusque cohortibus.* Bentl. volebat *exemtis quibusdam cohortibus.* Iurinius Clarkii emendationem *demtis quibusdam coh.* probat et Vossii explicationem reiicit.

7, 36. *tamen silentio noctis.* Iurinius velit *itaque s. n.*

7, 37. *disceptatorem.* Vtitur hac voce Plautus Mostell. 5, 2, 16. Cf. Gron. ad Liu. 38, 35.

7, 39. *perduxerat.* Dounaeus ad Demosth. or. de pace p. 134. mallet heic *produxerat.* cf. Burm. ad Suet. Claud. 4.

7, 45. *inpedimentorum.* Ciaocon. frustra coniicit *iumentorum.*

eque iis stram. detrahere. Praepositio mox additur, mox deficit. v. Oudend. ad Suet. Dom. 10. cf. Cic. ad Q. Fr. 1, 1. perperam ergo negat D. Vossius *detrahere ex* esse Latinum.

paullo progr. inf. Sic codd. vulgo *paullum.* Sed cf. et c. 51. 60. item Corte ad Sallust. Iug. 106. Burm. ad Ouid. ex P. 3, 4, 47. vbi *post tanto.*

7, 47. *qua tum erat comitatus.* Oud. coniiciebat *concomitatus.*

7, 50. *dextris humeris exsertis.* Grassatur in hunc locum Bentleius legitque *scutis in humeros reiectis,*

quod insigne pacatis. Iurinius modestior *dextris inermibus exsertis.* Videri potest et Parrhasius in Grut. Lamp. Vol. 1. p. 799.

7, 51. *constiterunt.* alii *exstiterunt.* bene. v. Ind.

7, 53. *ad extremum oratione.* In posteriore editione Oud. dedit *ad extremam orationem.* quod boni codd. habent.

7, 54. *redissent.* Mauult Bentl. *redisse.* non male.

7, 55. *aut itineris caussa.* Bentl. *aut animi caussa.* heus et ohe!

iniiciendi timoris. Bentl. *incutiendi.* quasi non perinde foret.

aut — excludere. Iurin. legi vult *aut in Prouinciam compellere.*

7, 56. *id nemo tunc etc.* Iurin. seruandum vulgatum iudicat, *id ne tum quidem nec faciendum existimabat*, scil. cognita Aeduorum defectione eorumque custodiis in ripa Ligeris dispositis. Tum vero pergit ita: *quin infamia — inpediebat, tum maxime, quod abs se intercluso Labieno — timebat.* Ipse etiam *Agendico* nullo modo hic stare posse videt. Vir doctus Ioh. Rod. Schnell in Specimine obseruat. in Caesaris comm. 4. Bas. 1789. itidem seruari vult vulgatum, sic quidem, vt post *existimabat* ponatur distinctio maior. Tum autem pergendum foret, vt legebatur prius: *Quum infamia* etc.

7, 58. *praefecti a palude.* Bentl. forsan *obiecta palude;* Iurinius *relicta palude.*

7, 65. *a Trib. mil.* Coniunctionem *sed et* respuit quoque Iurinius, nec Graecus habet.

7, 67. *pugnatur vna tunc.* Iurin. *p. vno tempore.* frustra.

7, 68. *quod equitatu — pulsi.* Graecus *quod eorum equitatus — pulsus.* et hoc velit Iurinius.

7, 73. *Itaque truncis arb.* Simile quid narrat Plut. in Pomp. c. 62.

7, 75. *Suessionibus.* alii *Suessonibus.* v. Cellarius.

7, 77. *hominum milibus — interfectis* etc. Sic Cic. pro I. Man. 5. Non opus ergo ponere *in h. m.*

nam quid illi etc. Iurin. *nunquid illud huic simile bello fuit?* cui lectioni fauere dicit superiora *nequaquam pari bello.*

finibus quidem. Displicet hoc *quidem* Bentleio, qui post *excesserunt* addit *tamen.*

7, 79. *abditas.* Iurin. *abductas.* Sic Graecus ἀνεχώρησαν et sic iam Oud. coniecerat ex codicis Petau. *adductas.* Verum *abdere* etiam est remouere, vt apud Tibullum 2, 1, 89. Cf. Gronou. de pec. vet. 4, 8. Ergo nil mutandum.

7, 80. *vna in parte.* fortasse *sua in parte.* Sic fere Graecus.

7, 84. *a castris.* I. C. H. defendit Glareani *rastros* l. c. p. 666.

7, 86. *subsidio labor. mittit.* In animo habuit Oud. *submittit.* cui fulciendo in addendis adlegat Drakenb. ad Liu. 6, 6. *Populos iuuentutem submisisse.*

7, 88. *hostes proelium committunt.* Iurin vult *nostri p. c.*

excipit — clamor. Cod. Reg. item editio Rom. et Ven. *excipitur.*

8, 3. *disiectisque.* v. Heins. ad Ouid. Metam. 5, 726.

8, 4. *praedae nomine.* Sic et 7, 89. et Suet. Iul. 48.

8, 5. *in tecta — contegit.* Bentl. malit *compegit.*

8, 9. *portis fores inposuit.* Ineptum hoc videtur Iurinio, adeoque legi iubet *ericios inposuit*, vt 5, 67. Verum et Liu. 1, 14. et 28, 6. *fores* a *porta* distinguit.

8, 12. *insidias — insidiis.* Suo more hic argutatur Bentleius.

8, 13. *pudore.* Non probat Bentleius.

8, 14. *viribus inferiores.* Sic et Ouid. Metam. 4, 652.

valude inpedita etc. Bentl. velit *cum p. inp. a castris castra diuidi animaduerteret.*

8, 17. *conlocarat.* Iurin. *conlocaret.* nondum enim id factum erat, sed futurum. bene.

8, 19. *excedere proelio — petere — potuit adduci.* Intricata ſententia. Bentl. velit *excederet — peteret — poſſet.* Ita iam fere Morus.

inuitantibus noſtris, ad dedit. etc. Ita rectius omnino diſtinguit Iurinius.

8, 23. *vel vt inſueta* etc. In addendis Oud. Clarkii lectionem probat et in ed. poſter. repraeſentat. Contra Iurinius *vel vt inſueta re* ex oſcitantia librariorum ortum eſſe ex *vellet interficere* — et *permotus* ex *primo ictu* vel ex *prohibitus* perhibet. Lecum ergo ſic refingit: *quum — adripuiſſet; et Centurio vellet hom. interf. celeriter a famil. Commii prohibitus conficere non potuit* etc.

8, 24. *diffugere.* Sic et c. 35.

in illis regionibus praeerat. Sic Ciu. 3, 38. *Liſſi praeerat.*

8, 25. *cultu et feritate.* Potius *incultu*, qua voce vſus Salluſtius.

8, 32. *conſiſtunt in agris.* Oud. forſan *conſidunt* vel *conſiderunt.* Sed in addendis, „haec muta, inquit; quietam ſedem notat poſt vaga latrocinia. Cf. Burm. ad Ouid. Met. 11, 407."

8, 38. *qui omnia pericula* etc. Bentl. ita: *qui omnia per. et detrimenta belli Gutiuato accepta referebat.*

8, 41. *aggeres inſtruere.* Iurin. *aggerem.* Cf. Ind. et Scriuer. ad Veget. 2, 11. vbi *inſtructores.* Sic et b. Af. c. 20. *officinas ferrarias inſtruere.*

ab vineis agunt etc. Paullo aliter Iurin. *cuniculos aggere et vineis tectos agunt ad caput fontis.* Magis etiam abludit Bentl. *tectos cuniculos pluteis agunt ad c. f.*

8, 46. *Prouinciae illius.* forſan, de qua ante dictum. Bentl. malit *vnius.*

8, 48. *nullas res Galliae.* Edd. vet. *nullas habet Galliae magnopere res geſtas.*

8, 49. *praemiis adficiendo.* Bentl. *adliciendo.*

8, 50. *in ſeq. anni — petitione.* Bentl. *petitionem.*

8, 51. *obtineri.* Bentl. *obtentum iri.*

pollicitus. Quaerit Bentl. quid sit pollicitus? hos clarum, fore liberam ciuitatem, si discedat vterque ab armis.

iusserunt — discesserunt. Locus, cui medela vix adferri potest; adeo male cohaerent dicta. Pro *iusserunt* rectius ad sensum foret obstiterunt, inpedierunt. Dein Iurinius, sublato parentheseos signo, coniicit *rem morando discusserunt.* Verum non adparet, quomodo cum hoc cohaereant sequentia. Si *discesserunt* legas, non de illa discessione intelligi debet, cuius mox mentio facta, sed simpliciter significabit abierunt.

8, 54. *suorum se exspoliari.* Eadem, quae Morus, Bentleius hic sentit.

8, 55. *belli gerendi.* Bentl. *bello agendi.*

AD BELLVM CIVILE.

1, 39. *Caesar legiones in H. praemiserat.* Numerum legionum heic deesse adparet. Subplet *quatuor* Iurinius ex c. 40. Ciacconius legerat *leg. in H. praem. sex, auxilia peditum* etc. Guischard in *Guerre de César en Espagne* (*Mém. critiq.* p. 27.) legit *praemiserat quinque, ad sex millia* etc. Eum numerum in cod. MS. reperisse ait Ciacconium, quod in notis huius in editione Iungermanni non inuenio.

Hinc opt. generis hom. Guischard l. c. addit quoque *M* et deinceps ante *audierat* praemittit *postquam.*

1, 40. *Huc — congressae.* Ad hos pontes. Guischard l. c.

praesidio proprio i. e. perpetuo. Guischard p. 55. Cf. Ind.

Fabius vlt. ponte etc. Male tum ab hostibus habitum refert Dio 41, 20.

1, 46. *ex primo hastato.* Guischard p. 118. etiam reddit, qui antehac primus hastatus fuerat. Sic 3, 91. occurrit *Crastinus, qui olim primum pilum duxerat.* Ita in lapidibus occurrunt *ex Praefecto, excptio, ex-signifer.* V. Muratori thes. inscr. 1980, 5. 788, 5. Grut. 1159, 14. Sub Caesare ista antiqua distinctio in hastatos, principes, triarios, non amplius erat in vsu.

1, 81. *castra castris conuertunt.* Guischard *conferunt. ils approchent leur camp de celui de César.* p. 250. Cf. G. 8, 9.

1, 84. *ne ad vltimum subplicium progr. nec, habeant.* Monet I. Rod. Schnell. in spec. cit. ad G. 7, 56. subplicii victis ciuili bello hostibus intentati inflictiue nec in Caesaris responso, nec in vniuersa eiusdem Imperatoris historia comparere vestigia. Ad haec subplicio coërcendi victos in Hispania Pompeianos caussam fuisse nullam. Dat ergo ex ingenio *ne ad vltima subplicum prog. nec hab.* Satis ingeniose. Stabiliendae sententiae prouocat ad locum fere similem Al. c. 7. et Liu. 1, 48. et 2, 28. et ad phrasin notam *τὰ ἔσχατα παθεῖν.*

2, 1. *qua est aditus — Rhodani* etc. Scaligeri iudicium suum heic facit I. Rod. Schnell, vel, si quis malit, pro *adigit* suadet leg. *adit,* quia in codice quodam citato ab Oud. est *agit.*

2, 29. *Ciuile bellum* etc. Coniecturis suis locum restituere parat Schnellius hoc modo: *Ciuile bellum; genus hominum, cui quod liberet, liceret favere et sequi. Quid vellent legiones eae, quae paullo ante apud adversarios fuerant, (nam etiam Caesaris beneficium mutauerat consuetudo) quin offeratur? Municipia eadem diuersis partibus coniuncta: plerique enim ex Marsis Pelignisque venerant, auditosque superiore nocte in contuberniis militum sermones grauius accipiebant* etc.

3, 8. *neque subsidium.* Dictis ad h. l. adde: Oud. coniectabat leg. *ne quod subsidium exspectantis in Caesaris complexum venire posset.* Schnellius: *ne quod*

subs. exspectanti Caesaris (vel *exspectantis Caesaris*) *in conspectum venire posset.* Bibulus quippe timebat, ne subsidiariae naues ex secundo Caesaris commeatu custodiam eius elaberentur.

3, 29. *Expositis omnib. copiis.* Mecum facit Schnellius.

3, 48. De *chara* Caesaris consultus a me vir doctus Frid. Lud. Hammer, historiae naturalis Professor, inmortalis nostri Ioh. Hermanni gener, sequentia me docuit. Fuerit fortasse intelligendus butomus vmbellatus siue iuncus floridus Tournefortii (*die Blumenbinse, le jonc fleuri*), qui nostris in oris rarior, Hungaris *virago kaka* audit. Caulis eius coronatur eleganti flore vmbelliformi, vnde fortasse nomen eius e Graeco fonte ductum. Radix eius bulbosa teste Pallasio aliisque a Kalmukis, Iakutis variisque per Russiam, nec non quibusdam Europae Orientalis gentibus, nunc recens, nunc super cineres tosta et butyro lita, aliisque parata modis, comeditur. Panis quoque ex ea confici posset. Amarorem eius adfuso temperasse lacte videntur Caesaris milites. Haec coniectura cui non adriserit, cum Weinmanno (*de chara Caesaris.* 8. Carlsruh. 1769.) carum carui Linnei (*Mattenkümmel, le carvi*) aut chaerophyllum aliamue huius generis speciem adhibitam fuisse statuet, cuius bulbi etsi minores cibi loco esse possunt. Cari carui ceterum radix admodum crassa diuersis locis abundat, maxime in Caria, quae nomen dedisse posset, itemque in Australibus Europae plagis. Nec deerunt, quibus Caesaris *chara* daucus carota vel pastinaca satiua Linnei videatur vel raphanus raphanistrum Linnei (*la ravanelle, radis sauvage, Hederich*). Panisne ex hoc scil. raphano parari queat, inquirendum. Culinarium eius vsum hodieque vigere, docet Reuss in compendio botanico, qua de re dubitabat cel. Hermannus noster; secus etiam censere Weinmannum idem notauit. Linnei chara nullo modo admitti potest. Quicquid horum a Caesare adhibitum arbitreris, mirum videbitur,

radicum istarum tantam fuisse copiam, vt alendo exercitui potuerit sufficere. Ceterum praeter radicem, de qua hic, Caesaris milites quoque apud Dyrrhachium vixisse lapsana, olere siluestri, Plinius refert 19, 8 (41), ni forsan hanc ipsam cum chara confundat.

3, 83. *quod gestum in Hispania diceret.* Schnellius scribendum autumat: *quod rem male gestam in H. diceret.* Respici scil. ad deditionem Afraniani exercitus in Hispania factam.

AD BELLVM ALEXANDRINVM.

c. 22. *procurr. et erump. Alex.* * * *man. comprehendi.* Iurinius atque Schnellius sublato lacunae signo legunt *conserendi. Tum operibus.*

c. 35. *cuius itineris* etc. Schnellius haec ita legi suadet: *cuius itineris secutus erat opportunitates?* vel *cuius it. habebat compertas opportunitates?*

AD BELLVM AFRICANVM.

c. 3. *et a Clupeis sec. oram mar. cum eq.* etc. Schnellius suspicatur leg. *et* omisso, *a Cl. sec. oram mar. cum eq. M. Petreius et Cn. Piso cum Mauris circ. III. mill. adparent.* fere vt c. 18.

c. 17. *alternis — tenderet.* Vnica litterula sublata medetur Schnellius huic loco sic: *vt vna post, altera ante signa tenderet.* Ita iam vertit d'Ablancourt.

c. 47. *Virgiliarum signo confecto.* Plin. 2, 47. *Virgiliarum occasus hiemem inchoat; quod tempus in III. Idus Nou. incidere consueuit.* Quid ea dicendi forma sibi velit, ex eius loco citato ex c. 41. patet. Non autem hic eam ex ratione astronomica praecise intelligendam esse, sed sensu latiore pro indicatione anni temporis siue hiemis, non est dubium. V. de la Nauze *Mém. sur le calendrier romain.* in *Mém. de l'Acad. de Inscr.* Vol. 23. et Guischard in *Mém. crit.* p. 389.

cum saxea grandine. Nostro aeuo id meteoron ra-

ſus celebratum eſt. In hanc rem conferri meretur *Relation d'un voyage fait dans le departement de l'Orne, pour conſtater la réalité d'un meteore obſervé à l'Aigle le 6 floréal An XI. par I. B. Biot.* 4. Paris XI.

AD BELLVM HISPANIENSE.

c. 6. *circumcludunt* etc. Schnellio potior videtur auctoritas Dionis, quam et ſecuti ſunt vulgo interpretes vernaculi.

c. 12. *quum venirent, cogniti ſunt a mil. qui antea cum Fabio et Pedio fuerant.* Non ad *milites* reſpicere videtur Schnellio pronomen relatiuum, ſed ad eos qui venerant, vt ſit ſenſus: *cogniti ſunt a militibus, vtpote qui (gnaris militibus noſtris) antea cum Fabio et Pedio fuerant.* Suadet hunc ſenſum fragmentum e codice Cuiacii, e Goduino ſubiunctum bello Hiſpanienſi, vbi haec: *Per hos dies a Caeſarianis duo pedites capti ſunt, qui ſe ſeruos dicerent. Non licuit in his Caeſari ſuam conſuetudinem ſervare. Antequam — interfecti ſunt.*

c. 15. *et bene magna prioris muri* etc. Malit Schnellius *propioris.*

c. 17. *qui neque — primam fortunam* etc. Schnellius *primum.*

c. 25. *quum noſtri in opere eſſent* etc. Schnellius hoc pacto textum conſtituit: *Quum noſtri in opere eſſent, equitum copiae concurſus facere coeperunt, vt conſuetum ſequi exiſtimari poſſent; ſimulque vociferantibus* etc. et mox: *ita auida, cuique ſuarum quippe partium, expertorum virorum fautorumque voluntas habebatur* (ni rectius forte, *alebatur*).

c. 31. *vt ad ſubſidium, ne ab latere* etc. Cum Glandorpio heic Schnellius τὸ *ad dextrum* mutat in *a dextro* et mox legit *dextrum cornu premere coepit.* Conſpirat verſio d'Ablancurtii.

c. 33. *nardum.* Conferri meretur de *ſpica nardi* veterum diſſertatio W. Iones, quae extat inter eius *diſſertations relating to the hiſtory and antiquities etc. of Aſia.* Lond. 1792. Germanice e verſione I. Chr. Fick edidit I. Fr. Kleucker. 8. Riga 1795.

I N D I C E S.

Cato Vticensis Caesaris hostis C. 1, 4. 30. 32. Af. 22. 36. eius mors Af. 88.
Caturiges 1, 10
Cauarillus 7, 67
Cauarinus 5, 54. 6. 5.
L. Cella Af. 89
Celtae 1, 1
Celtiberia 1, 61. 38
Celtillus 7, 4
Cenimagni 5, 21
Centrones 1, 10. 5, 39
Ceraunii C. 3, 6
Cercina Af. 8 34
Ceuenna 7, 8
Ceutrones 5, 39
Chara, radix C. 3, 48
Cherronesus apud Aegyptum A. 10
Cherusci 6, 10
Cicero, Legatus Caesaris 5, 39. 40. 43. 48. 6, 36
Cicilia C. 3, 102. A. 65. 66
Cimberius 1, 37
Cimbri 1, 33. 40. 7, 77
Cinga, fluuius C. 1, 48
Cingetorix 5, 3. 45. 56. 57. 6, 8
Cingulum C. 1, 15
Cirta Af. 25
Cisalpina Gallia 6, 1
Cispius Af. 67
Classis Pompeii C. 3, 5. Caesaris C. 3, 7. Caesariana inceditur C. 3, 101 classis Gallorum 3, 14
Cleopatra C. 3, 103. A. 33
Clodii caedes 7, 1. C. 3, 21
Clodius Aquitius H. 23
A. Clodius C. 3. 90
Clupea C. 2, 23. Af. 2. 3
C. Clusinas Af. 54
Cocosates 3, 27
M. Coelius Rufus Tribunus pl. C. 3, 20 21. 22
Coelius Vinicianus A 77
Colonicae cohortes C. 2, 19.
Colonorum delectus C. 1, 14
Comana A. 34. 66. 66
Cominius Af. 46.
Commius Atrebas 4, 21. 27. 35. 6, 6. 7, 76. 8, 6. 23. 47. 48
Concilium armatum 5, 56
Condrusi 1, 6, 2, 4. 4, 6. 6, 32
Conetodunus 7, 3
Confluens Mosae et Rheni 4, 15
C. Considius Longus 2, 23. Af. 3. 4. 33. 43. 93
Conuictolitanes 7, 32. 33. 55. 67
Q. Coponius C. 3, 26
Corduba C. 2, 19. A. 49. 57. H. 3. 4
Corfinium C. 1, 16
Corneliana castra, locus Africae C. 2, 24. 37
Cornelius Balbus C. 3, 19
Cornificius A. 42.
Correus 8, 6. 19
Cosa, vrbs C. 3, 22
Cosanus sinus C. 1, 34
Cotho Af. 62
Cotta Aurunculeius 5, 33
Cotuatus 7, 3
Cotus, Aeduus 7, 32. 33. 67
Cotys, Thrax C. 3, 4. 36
M. Crassus 1, 21. 5, 31
P. Crassus 2, 34. 3, 20
Crastinus, Centurio 3, 91. 99
Cretes sagittarii Af. 32
Crispus Af. 77
Critognatus 7, 77
Curio, Trib. pl. 8, 52. C. 1, 3. 23. 2, 42
Curioniani Af. 40. 52
Curiosolitae 2, 34. 3, 7. 7, 75
Cyclades C. 3, 3
Cyprus C. 3, 102

D

Daci 6, 25
Damasippus Af. 39. 96
Danubius 6, 25
Dardani C. 3, 4
Decetia 7, 33
L. Decidius Saxa C. 1, 66
C. Decimius Af. 34
Decimus Brutus 3, 11. C. 1, 36. 56
D. Laelius C. 3, 5. 40. 100
Decumana Af. 29
Decumani H. 30
Deiotarus C. 3, 4. A. 34. 67. 70. 78
Delphi C. 3, 55
Delta Aegypti A. 27
Deuoti s. Soldurii 3, 22
Diablintes 3, 9

Diana Ephesia C. 3, 33. 105
Didius H. 37. 40
Dii Gallorum 6, 17. Germanorum 6, 21
Dioscorides Aegyptius C. 3, 109
Diuico 1, 13
Diuitiacus 1, 3. 16. 18. 19. 41. 51. 2, 4 5. 6, 12
Domicilia Gallorum 6, 14
Domitius Ahenobarbus C. 1, 15. 19. 34. 56. C 2, 22
Cn. Domitius Caluinus C. 2, 42. 3, 34. 78. A. 34. 86
L. Domitius C. 1, 6. 23. 2, 22. 3, 83 99
Donilaus C. 3, 4
Drappes 8, 30. 44
Druides 6, 13
Dubis 1, 38
Dumnacus 8, 26. 31
Dumnorix 1, 3. 9. 5, 6. 7
Duracius 8, 26
Durocorturum 2, 3. 6, 4. 44
Dynastae A. 65
Dyrrhachium C. 3, 13. 14. 41. 57. 71. 72. 89

E.

Eburones 2, 4. 4, 6. 5, 28. 6, 24. 34. 36. 43
Eburouices 3, 17
Elauer, flumen 7, 34
Elephanti, in proeliis Af. 27. 48. 72. 83. 84
Eleutheri 7, 75
Elis C. 3, 105
Elusates 3, 27
Enipeus C. 3, 88. in nota
Ennius poeta H. 23. 31
Epasnactus 8, 44
Ephippia Sueuis contemta 4, 2
Epidaurus C. 3, 12. 42. A. 44
Epirus C. 3, 80.
Epistola, telo alligata mittitur 5, 48
Eporedirix 7, 38. 39. 54. 63. 67
M. Eppius Af. 89
Equites Galli 6, 15
Equites Germani pedibus proeliantur 4, 2
Eratosthenes geographus 6, 24
Ergastula soluuntur C. 3, 22
Essedа 4, 24. 33
Essui 5, 24
Esubii 3, 7
Euphranor A. 15. 25

F.

C. Fabius Legatus C. 1, 37. 40. Centurio 7, 47. Pelignus C. 2, 35. Maximus 1, 45
L. Fabius Centurio 7, 47. 50
Factiones Gallorum 6, 12
Fagum Britannia non habet 5, 12
Fanum, oppidum C. 1, 11
M. Fauonius C. 3, 36
Faustus Sulla C. 1, 6. Af. 95
Felginas C 3, 71
Feminae. Germanorum fatidicae 1, 50
Ferrariae, Biturigum 7, 22
Ferrariae, officinae Pompeii Af. 20
Ferrum in Britannia non nascitur 5, 12
C. Flauius 5, 24. 8, 27. C. 1, 37.
A. Fonteius Af. 54
Frentani C. 1, 23
Fufius Calenus C. 3, 8. 55.
Fugitiui a saltu Pyrenaeo C. 3, 19
Q. Fulginius C. 1, 46
Fuluius Posthumus C. 3, 63
C. Fundanius H. 11
Funera Gallorum 6, 19.
C. Fusius Cotta 7, 3

G.

Gabali 7, 64. 75
Gabiniani milites C. 3, 4. 103. 110
A. Gabinius C. 3, 4.
Gabinius, Illyrici praeses A. 42
Gabinius Ptolemaeum restituit C. 3, 103. A. 3
Gades H. 37
Gaditani C. 2, 18
Gaetuli Af. 25. 32. 35. 55. 61. 93
Galba, Legatus 3, 1
Galba, Suessionum Rex 2, 4. 13
Galliae diuisio 1, 1. mores et disciplina 1, 31. 6, 11. Gallia disciplinam a Britannis petit 6, 13. Graecis litteris vti-

tur 6, 16. Gallorum corpora procera 2, 30. Af. 40. religio 6, 16. factiones 6, 12. Druides et equites 6, 13. coniugia 6, 19. Gallicae naues 3, 13. Gallici muri 7, 23
Gallograecia A. 67
C. Gallonius C. 2, 18
Ganymedes, aulicus Aegypt. A. 4. 23. 33
Garumna, fluuius 1, 1
Garumni 3, 27
Geiduni 5, 39
Genabum 7, 3. 11. 28. 8, 5
Geneua 1, 7
Genusum C. 3, 75. 76
Gergouia in Aruernis 7, 4. 34. 36
Gergouia in Boiis 7, 9
Germaniae mores 4, 1. 6, 11. 21. sqq. populi plures 2, 4. sortes et vaticinationes 1, 50. Germani in Galliam transeunt 1, 31. 4, 16. eorum corpora procera 1, 39. hospitalitas 6, 23. aciei ratio 1, 51. equestre proelium 1, 48. 4, 2. 7, 18. 8, 36. in Caesaris exercitu 7, 13. Af. 29. a Caesare vincuntur 1, 53. 4, 12. 14
Glandes fusae Af. 20
Glans inscripta pro epistola mittitur H. 13. 18
Glasto se inficiunt Britanni 5, 14
Gobanitio 7, 4
Gomphi expugnati C. 3, 80
Gorduni 5, 39
Graecis literis Galli vtuntur 1, 29. 6, 14. Neruii Graece nesciunt 5, 48
Graioceli 1, 10
Grando saxea ingens Af. 47
Granius C. 3, 71
Grudii 5, 39
Guturuatus 8, 38

H.

Haliacmon, fluuius C. 3, 36
Harudes 1, 31. 37. 51
Heluetiorum virtus 1, 1. pagi 1, 12. mos in iudiciis 1, 4. victoria de Romanis 7, 4. ipsi vicuntur 1, 12. 26. Graecis literis vtuntur 1, 29
Heluii 7, 7. 75. C. 1, 35
Heraclea Sentica C. 3, 79
Herculis fanum Gaditanum C. 2, 18. 21
Hercynia silua 6, 24
Herminius mons A. 48
Hibernia 5, 13
Hiempsal Af. 56
Hippo regius Af. 96
L. Hirrus C. 1, 15. 3, 82
Hispalis C. 2, 18. 20. H. 27. 35. 36. 42
Hispaniae duae pacatae C. 3, 73
Hispaniae fecunditas H. 8, 1
Hispanorum pugna C. 1, 44
Homines immolantur 6, 16

I.

Iacetani C. 1, 60
Iadertini A. 42
Iberus C. 1, 60
Iccius Gallus 2, 3
Iccius portus 4, 23
Igilium C. 1, 34
Iguuium C. 1, 12
Ilerda C. 1, 41. 45. 46
Illurgauonenses C. 1, 60
Illyricum 2, 35. 3, 7. A. 42
Imanuentius 5, 20
Imperatoria adpellatio C. 2, 26
Induciomarus 5, 3. 26. 53. 55. 58
Intercessio Tribunitia C. 1, 5. 7
Issa C. 3, 9
Isthmus C. 3, 55
Italica Hispaniae C. 2, 20. Italicenses A. 52. H. 25
Itius portus. v. Iccius.
Ityrei Af. 20
Iuba C. 2, 25. A. 5. 51. Af. 25. 50. C. 2, 26. vincit Curionem C. 2, 42. crudelis C. 2, 44. Af. 66. 74. superbus Af. 57. moritur Af. 94. eius Regnum publicatur C. 2, 25. Cf. Af. 25. 36. 55. 91
Q. Iunius Hispanus 5, 27
L. Iunius Paciecus H. 3
Iura mons 1, 2. 6

L.

Laberius 5, 15
T. Labienus, Caesaris Legatus

2, 21. 5, 58. 6, 7. 7, 60. 62. ad deserendum Caesarem sollicitatur 8, 52. ad Pompeium deficit C. 3, 13. crudelis in Caesarianos C. 3, 71. pugnat cum Caesare Af. 13. fugatur Af. 40. 50. 69. 75. moritur H. 31. ab eo Cingulum aedificatum est C. 1, 15
Lacus Lemannus 1, 2. 8
Larinates C. 1, 23
Larissa C. 3, 80. 97
L. Laterensis A. 55
Latinae feriae C. 3, 2
Latobrigi 1, 5. 28. 29
Legatus pro Praetore 1, 21
Legati Caesaris, Antistius 6, 1. 7, 83. M. Antonius 7, 81. Cotta 2, 11. 4, 22 Calenus 8, 39. Caninius Rebilus 8, 24. Q. Cicero 5, 24. C. Fabius 6, 24. 8, 24. Ser. Galba 3, 1. Labienus 1, 10. 21. Qu. Pedius 2, 2. Munat. Plancus 5, 24. 25. L. Roscius 5, 53. T. Sextius 6, 1. M. Silanus ibid. Titurius Sabinus 2, 5. 3, 17. 4, 22. Sulpicius Rufus 4, 23. C. Trebonius 7, 81. 8, 46. Vatinius 8, 46.
Legiones: gemella C. 3, 4. secunda A. 53. 57. tertia H. 80. quinta Af. 1. 84. H. 30. septima 4, 32. octaua C. 3, 89. nona C. 3, 67. 71. 89. Af. 60. decima, fortissima 1, 40. H. 30. vndecima 8, 8. decima tertia 7, 51. C. 1, 7. Af. 60. decima quarta Af. 60. vigesima secunda A. 74. vigesima sexta A. 40. Af. 60. vigesima septima C. 3, 28. 34. vigesima octaua Af. 60. tricesima A. 53. Af. 60. tricesima sexta A. 40. septima A. 9. vernacula C. 2, 30. veterana C. 2, 28. Af. 1. 84
Lemannus lacus 1, 2
Lemouices 7, 4
Lenium H. 35
L. Lentulus C. 1, 15. 23
L. Lentulus Consul 8, 50. C. 1, 1. 4. 14. C. 3, 83. 104
Lentulus Marcellinus C. 3, 62
M. Lepidus 2, 81. A. 59
Lepontii 4, 10
Leptis C. 2, 38. Af. 7. 10. 29. 97. A. 57
Leuaci 5, 39
Leuci 1, 40
Lex Iulia C. 1, 14
Lexouii 3, 9. 11. 17
Lex Pompeia de ambitu C. 3, 1
Leges Coeliae C. 3, 20. 21
Liberalia, festi dies H. 31
Libertini, militiae adscripti Af. 19
Libo C. 3, 5. 16. 23. 24
Liburnica classis C. 3, 5
Licinius Damasippus C. 2, 44
L. Licinius Squillus A. 52
Ligarius Af. 64. 89
Liger, fluuius 3, 9. 7, 5. 55
Lilium, munimentum 7, 73
Lilybaeum Af. 1. 37
Limonum 8, 26
Lingones 1, 26. 40. 4, 10. 6, 44. 7, 9
Liscus 1, 16. 17
Lissus C. 3, 26
Litauicus 7, 37 sqq. 54
Liuineius Regulus Af. 89
Longinus A. 48
Lucani C. 1, 30
Lucanius 5, 35
L. Luceius C. 3, 18
Luceria 1, 24
Lucretius Vespillo C. 3, 7
Lucterius Cadurcus 7, 5. 8, 30. seq.
Lugetorix 5, 22
Luna, caussa aestus marini 4, 29. ante lunam nouam Germani non pugnant 1, 50
Lusitania C. 1, 38. A. 51
Lusitani C. 1, 48. H. 36
Lutetia Parisiorum 6, 3. 7, 58
Lycomedes A. 66

M.

Macedones in exercitu Pompeii C. 3, 4
Macedoniae pars libera C. 3, 34
Machinae Alexandrinae A. 2
Magetobria 1, 31
Cn. Magius Cremonensis C. 1, 24. 26
Malaca vrbs A. 64
Malchus Nabataeus A. 1
Mandubii 7, 68. 78

Mandubratius 5, 20
L. Manilius 3, 20. A. 53
L. Manlius C. 1, 24
C. Marcellus 8, 53. 57. C. 3, 5.
M. Marcellus C. 1, 2. A. 59, sq.
Marcius Crispus Af. 77
Marcomanni 1, 51
C. Marius 1, 40. Af. 32. 35
Marrucini C. 1, 23. 2, 34
Mars 6, 17
Marsi C. 1, 15. 26. 2, 27
Massilienses C. 1, 34 sqq. 56 sqq. C. 2, 22. Eorum quindecim primi C. 1, 35
Matiseo 7, 90
Matrona flumen 1, 1
Mauri equites Af. 7
Mauritania Af. 22. C. 1, 6. 39
Mazaca A. 66
Mediomatrici 4, 10. 7, 75
Medobrega A. 48
Meldae 5, 5
Melodunum 7, 58
Menapii 2, 4. 3, 9. 10. 4, 4. 6, 2. 6.
Menedemus, Macedo 3, 34
Mercurius Gallorum 6, 17
L. Mergilio A. 55
M. Messala 1, 2. 55. cf. Af. 28. 88
Messana C. 2, 3. 3, 101
C. Messius Af. 33
L. Metellus C. 1, 33
Metiosedum 7, 58. 61
Metropolis, nomen proprium C. 3, 80
M. Mettius 1, 47. 53
Milo C. 3, 21. 22
L. Minacius H. 19
Minerua Gallorum 6, 12. Eius templum C. 3, 105
L. Minucius Basilus 6, 29
Minucius Rufus C. 3 7
Minucius Silo A. 52
Mithridates Pergamenus A. 26, 27. 28. Rex Bospori constituitur 78.
Mona insula 5, 13
Monomachia H. 25
Morini 2, 4. 3, 9. 28. 4, 21. Caesarem oppugnant 4, 37. vincuntur 1, 38. Atrebatibus attribuuntur 7, 76. ab his in Britanniam breuis traiectus 4, 20
Moritasgus 5, 54
Mosa, flumen 4, 10
Mulieres Germanicae in proeliis 1, 51. cf. c. 50. Gallicae 7, 48
L. Munatius Flaccus A. 52
Munda vrbs H. 32 33. 41. campus Mundensis H. 27. cf. c. 36
Muri Gallici 7, 23
Musculus, machina 7, 84. C. 2, 10
C. Mutius Reginus Af. 68
Myoparo A. 46
Mytilene C. 3, 102

N.

Nabataea A. 1
Nannetes 3, 9
Nantuates 3, 1. 4, 10. *vbi potius* Sarunetes
Narbo, vrbs 3, 20. 7, 7
L Nasidii classis Af. 64. 98. C. 2, 3. 7
Nasua Sueuus 1, 37
Nauale certamen Rom. et Gall. 3, 13. Massil. et Caesar. C. 2, 6. Vatinii et Octauii A. 46
Nauium Gallicarum forma 3, 13
Naupactus C. 3, 35
Neapolis Ital. C. 3, 21. Zeugitana Af. 2
Nemetes 1, 51
Nemetocenna 8, 46. 52
Nero, pater imperatoris A. 25
Neruii 2, 17. feroces 2, 4. Graece nesciunt 5, 48. Ciceronem obsident atque fugiunt 5, 42. eorum clientes 5, 39. mores 2, 15. 5, 51. multitudo 5, 42. rebellio 2, 17. 18. 5, 39. deditio 2, 27. 6, 3
Nicomedes Bithynus A. 66.
Nicopolis A. 36
Nili aqua turbida A. 5
Nitiobriges 7, 7. 31
Noctem diei praeponunt Galli in numerando 6, 18
Noctes in Britannia breues 5, 13
Nocturna Gallorum concilia 5, 53
Noreia vrbs 1, 5
Noricus ager 1, 5. Rex Noricus C. 1, 18

Nouiodunum Suessionum 2, 12. Biturigum 7, 12. Aeduorum 7, 55
Nox dierum triginta in insulis Britann. 5, 13
Numeius Heluetius 1, 7
Numidae sagittarii 2, 7. in Scipionis exercitu Af. 32. Curionem fallunt C. 2, 41. celerrimi Af. 69. equis sine frenis vtuntur Af. 61. vincuntur C. 2, 25. 38. a Iuba in crucem tolluntur Af. 66
Nymphaeum C. 3, 26

O.

Obucula A. 57
Ocelum 1, 10
M. Octauius Pompeianus oppugnatur C. 3, 9. cum Vatinio proeliatur A. 45. 46
Octodurus vicus 3, 1. 6
Octogesa C. 1, 61
Ollouico, Rex Nitiobrigum 7, 31
M. Opimius C. 3, 38
Oppidi Britannici ratio et modus 5, 21
Oppius, Caesaris Legatus Af. 68.
Orchomenus opp. C. 3, 55
Orcinia silua 6, 24
Orgetorix Heluetius 1, 2. 3. 26. moritur 1, 4
Oricum oppidum C. 3, 11. 12. 78. 8, 4. 40
Oscenses C. 1, 60
Osismii 2, 34. 3, 9. 7, 75
Otacilius Crassus C. 3, 28

P.

Pacidius Pompeianus A. 78
Praemani 2, 4
Pagi Heluetiorum 1, 12. Sueuorum 1, 37. 4, 1. pagi Tigurini robur 1, 12
Palaepharsalica victoria A. 48
Palaeste C. 3, 6
Palma e pauimento enata C. 3, 105
Paludamenti color 7, 88. Af. 57
Paludes Morinorum 4, 38
Parada vrbs Af. 87
Paraetonium A. 8
Parisii 6, 3
Parthi 3, 31
Parthicum bellum molitur Caesar 8, 54
Parthini C. 3, 11. 41. 42
Q. Patisius A. 34
L. Paullus 8, 48
Pedites Germani inter equites proeliantur 1, 48. 7, 65. cf. 8, 19. 36. Af. 69
Q. Pedius 11, 2. 11. C. 3, 22. H. 2
Peligni C. 1, 15
Pelles pro velis 3, 13. pelles vestitus Sueuorum 4, 1. 6, 21
Pelusium adit Pompeius C. 3. 103. capit Mithridates A. 26
Petra, locus C. 3, 42
M. Petreius, Pompeianus C. 1, 38. 75. 76. A. 19. 34. Af. 91. 94
M. Petreius Centurio 7, 50
Petrocorii 7, 75
L. Petrosidius 5, 37
Pharnacis res A. 34. clades A. 76
Pharsalus C. 3, 6
Pharus C. 3, 112. Pharitae A. 14. 17
Philippus trib. pl. C. 1, 6
Philo Pompeianus H. 35
Picenus ager C. 1, 12
Pictones 3, 11. 8, 26. 7, 4
Pirustae 5, 1
Pisaurum C. 1, 11. 12
Piso Aquitanus 4, 12
L. Piso Censor C. 1, 3
L. Piso 1, 12
M. Piso 1, 2. 35
C. Plaetorius Rustianus Af. 96
L. Plancus C. 1, 40. Af. 4.
Pleumosii 5, 39
M. Plotius C. 3, 19
Plumbum album Britanniae 5, 12
Pompeiana lex de ambitu C. 3, 1
Pompeia, filia Pompeii M. Af. 95
Cn. Pompeius filius C. 3, 40. H. 1 sqq. vincitur H. 32
Cn. Pompeius Caesaris amicus 6, 1. Caesari infestus 8, 53. 55. C. 1, 3. arrogans C. 1, 32. 44. gratiosus apud Senatum C. 1, 14 apud Hispanos C. 2, 18. exercitum cogit C. 1, 3. 4. 5. Dyrrhachio exclu-

Mandubratius 5, 20
L. Manilius 3, 20. A. 63
L. Manlius C. 1, 24
C. Marcellus 8, 53. 57. C. 3, 5.
M. Marcellus C. 1, 2. A. 59. sq.
Marcius Crispus Af. 77
Marcomanni 1, 51
C. Marius 1, 40. Af. 32. 35
Marrucini C. 1, 23. 2, 34
Mars 6, 17
Marsi C. 1, 15. 26. 2, 27
Massilienses C. 1, 34 sqq. 56 sqq. C. 2, 22. Eorum quindecim primi C. 1, 35
Matisco 7, 90
Matrona flumen 1, 1
Mauri equites Af. 7
Mauritania Af. 22. C. 1, 6. 39
Mazaca A. 66
Mediomatrici 4, 10. 7, 75
Medobrega A. 48
Meldae 5, 5
Melodunum 7, 58
Menapii 2, 4. 3, 9. 10. 4, 4. 6, 2. 6.
Menedemus, Macedo 3, 34
Mercurius Gallorum 6, 17
L. Mergilio A. 55
M. Messala 1, 2. 35. cf. Af. 28. 88
Messana C. 2, 3. 3, 101
C. Messius Af. 33
L. Metellus C. 1, 33
Metiosedum 7, 58. 61
Metropolis, nomen proprium C. 3, 80
M. Mettius 1, 47. 53
Milo C. 3, 21. 22
L. Minacius H. 19
Minerua Gallorum 6, 12. Eius templum C. 3, 105
L. Minucius Basilus 6, 29
Minucius Rufus C. 3 7
Minucius Silo A. 52
Mithridates Pergamenus A. 26. 27. 28. Rex Bospori constituitur 78.
Mona insula 5, 13
Monomachia H. 25
Morini 2, 4. 3, 9. 28. 4, 22. Caesarem oppugnant 4, 37. vincuntur 1, 38. Atrebatibus attribuuntur 7, 76. ab his in Britanniam breuis traiectus 4, 20
Moritasgus 5, 54
Mosa, flumen 4, 10
Mulieres Germanicae in proeliis 1, 51. cf. c. 50. Gallicae 7, 48
L. Munatius Flaccus A. 52
Munda vrbs H. 32 33. 41. campus Mundensis H. 27. cf. c. 36
Muri Gallici 7, 23
Musculus, machina 7, 84. C. 2, 10
C. Mutius Reginus Af. 68
Myoparo A. 46
Mytilene C. 3, 102

N.

Nabataea A. 1
Nannetes 3, 9
Nantuates 3, 1. 4, 10. vbi potius Sarunetes
Narbo, vrbs 3, 20. 7, 7
L Nasidii classis Af. 64. 98. C. 2, 3. 7
Nasua Sueuus 1, 37
Nauale certamen Rom. et Gall. 3, 13. Massil. et Caesar. C. 2, 6. Vatinii et Octauii A. 46
Nauium Gallicarum forma 3, 13
Naupactus C. 3, 35
Neapolis Ital. C. 3, 21. Zeugitana Af. 2
Nemetes 1, 51
Nemetocenna 8, 46. 52
Nero, pater imperatoris A. 25
Neruii 2, 17. feroces 1, 4. Graece nesciunt 5, 48. Ciceronem obsident atque fugiunt 5, 42. eorum clientes 5, 39. mores 2, 15. 5, 51. multitudo 5, 42. rebellio 2, 17. 18. 5, 39. deditio 2, 27. 6, 3
Nicomedes Bithynus A. 66.
Nicopolis A. 36
Nili aqua turbida A. 5
Nitiobriges 7, 7. 31
Noctem diei praeponunt Galli in numerando 6, 18
Noctes in Britannia breues 5, 13
Nocturna Gallorum concilia 5, 53
Noreia vrbs 1, 5
Noricus ager 1, 5. Rex Noricus C. 1, 18

Nouiodunum Suessionum 2, 12. Biturigum 7, 12. Aeduorum 7, 55
Nox dierum triginta in insulis Britann. 5, 13
Numeius Heluetius 1, 7
Numidae sagittarii 2, 7. in Scipionis exercitu Af. 32. Curionem fallunt C. 2, 41. celerrimi Af. 69. equis sine frenis vtuntur Af. 61. vincuntur C. 2, 25. 38. a Iuba in crucem tolluntur Af. 66
Nymphaeum C. 3, 26

O.

Obucula A. 57
Ocelum 1, 10
M. Octauius Pompeianus oppugnatur C. 3, 9. cum Vatinio proeliatur A. 45. 46
Octodurus vicus 3, 1. 6
Octogesa C. 1, 61
Ollouico, Rex Nitiobrigum 7, 31
M. Opimius C. 3, 38
Oppidi Britannici ratio et modus 5, 21
Oppius, Caesaris Legatus Af. 68.
Orchomenus opp. C. 3, 55
Orcinia silua 6, 24
Orgetorix Heluetius 1, 2. 3. 26. moritur 1, 4
Oricum oppidum C. 3, 11. 12. 78. 8, 4. 40
Oscenses C. 1, 60
Osismii 2, 34. 3, 9. 7, 75
Otacilius Crassus C. 3, 28

P.

Pacidius Pompeianus A. 78
Praemani 2, 4
Pagi Heluetiorum 1, 12. Sueuorum 1, 37. 4, 1. pagi Tigurini robur 1, 12
Palaepharsalica victoria A. 48
Palaeste C. 3, 6
Palma e pauimento enata C. 3, 105
Paludamenti color 7, 88. Af. 57
Paludes Morinorum 4, 38
Parada vrbs Af. 87
Paraetonium A. 8
Parisii 6, 3
Parthi 3, 31
Parthicum bellum molitur Caesar 8, 54
Parthini C. 3, 11. 41. 42
Q. Patisius A. 34
L. Paullus 8, 48
Pedites Germani inter equites proeliantur 1, 48. 7, 65. cf. 8, 19. 36. Af. 69
Q. Pedius 11, 2. 11. C. 3, 22. H. 2
Peligni C. 1, 15
Pelles pro velis 3, 13. pelles vestitus Sueuorum 4, 1. 6, 21
Pelusium adit Pompeius C. 3. 103. capit Mithridates A. 26
Petra, locus C. 3, 42
M. Petreius, Pompeianus C. 1, 38. 75. 76. A. 19. 34. Af. 91. 94
M. Petreius Centurio 7, 50
Petrocorii 7, 75
L. Petrosidius 5, 37
Pharnacis res A. 34. clades A. 76
Pharsalus C. 3, 6
Pharus C. 3, 112. Pharitae A. 14. 17
Philippus trib. pl. C. 1, 6
Philo Pompeianus H. 35
Picenus ager C. 1, 12
Pictones 3, 11. 8, 26. 7, 4
Pirustae 5, 1
Pisaurum C. 1, 11. 12
Piso Aquitanus 4, 12
L. Piso Censor C. 1, 3
L. Piso 1, 12
M. Piso 1, 2. 35
C. Plaetorius Rustianus Af. 96
L. Plancus C. 1, 40. Af. 4.
Pleumosii 5, 39
M. Plotius C. 3, 19
Plumbum album Britanniae 5, 12
Pompeiana lex de ambitu C. 3, 1
Pompeia, filia Pompeii M. Af. 95
Cn. Pompeius filius C. 3, 40. H. 1 sqq. vincitur H. 32
Cn. Pompeius Caesaris amicus 6, 1. Caesari infestus 8, 53. 55. C. 1, 3. adrogans C. 1, 32. 44. gratiosus apud Senatum C. 1, 14 apud Hispanos C. 2, 18. exercitum cogit C. 1, 3. 4. 5. Dyrrhachio exclu-

ditur C. 1, 42. vincitur C. 3, 94. eius castra expugnata C. 3, 96. interficitur C. 3, 104
Pompeius Rufus Af. 85
Q. Pompeius Niger H. 25
Cn. Pompeius, Titurii interpres 5, 36
Sextus Pompeius H. 3. 4
M. Pomponius Caesarianus C. 3, 101
Pons in Rheno factus 4, 17. 6, 9. C. 1, 54
Pontus a Pharnace occupatus A. 41. a Caesare recipitur A. 77
Portenta C. 3, 105
Portus Iccius 4, 25. superior 4, 18. vlterior 4, 23
Postumiana castra H. 8
Pothinus, Procurator Aegypti C. 3, 108
Praeciani 3, 27
Proteus C. 3, 35
Ptolemaei patris testamentum C. 3, 103. 108. A. 33
Ptolemaeus puer et Cleopatra C. 3, 107. a Caesare tenetur C. 3, 109 vincitur A. 30. occiditur A. 31. ad eum Pompeius fugit C. 3, 103
T. Pulcio C. 3, 67
T. Pulfio 5, 44
L. Pupius C. 1, 13
Putei a Caesare effossi A. 9
Pyrenaei montes 1, 1
Pyrenaeus saltus C. 1, 37. 3, 19

Q.

Quadrigae falcatae Pharnacis A. 75

R.

Rabirius Posthumus Af. 8
L. Racilius A. 52. 55
Rascipolis, Pompeianae factionis C. 3, 4
Raueuna C. 1, 5
Rauraci 1, 5. 6, 25. 7, 75
T. Rebilus C. 2, 34
Reges a Sen. Rom. adpellati 1, 3. 43. C. 1, 4
Remi s. Rhemi 2, 3. eorum cum Caesare amicitia 5, 54. 6, 4. 7, 63. cf. 8, 12
Rhedones 2, 34. 7, 75
Rheni fluuii natura 4, 10. 16. ponte iunctus 4, 17. 6, 9
Rhodanus 1, 1
Rhodia classis C. 3, 5. A. 11
Ros pellibus excipitur C. 3, 15
Roscillus Allobrox C. 3, 59
L. Roscius, Legatus 5, 24. 53. C. 1, 10
L. Rubrius C. 1, 23
M. Rufus Quaestor C. 2, 23. 43
Ruspina Af. 6, 33. 53
Ruteni 1, 45. 7, 7. 75
Rutilius Lupus C. 1, 2

S.

Q. Sabinus C. 3, 55
Sabis flumen 2, 16. 18
Sabura, Dux Iubae C. 2, 38. 40. 95. Af. 48
Sacerdotes Galli 6, 13
Sacratiuir C. 3, 71
Sadales Trax C. 3, 4
Saguntum captum H. 10
T. Salienus Af. 28. 54
Salinarum stagnum Af. 80
Salona vrbs C. 3, 8. 9. Af. 45
C. Sallustii res Af. 8. 34. 97
Salsum, flumen H. 9
Salutatio militaris Af. 85
Samarobriua 5, 24. 46. 53
Santones 1, 10. 3, 11
Sardinia 1, 50
Sarsura oppidum Af. 75
C. Saserna Af. 9. 10. 29
Saturninus et Gracchus C. 1, 7
Saxea grando Af. 47
Scaeua, Centurio C. 3, 53
Scaldis flumen 6, 33
Scapula seditiosus H. 33
Scipio vestitum iussu Iubae mutat Af. 57. Imperatorem se adpellat C. 3, 31. Af. 4. Pompeio fauet C. 3, 4. 7. 82. auarissimus C. 3, 31. 32. crudelis Af. 46. eius copiae A. 1. elephanti condocefacti A. 27. victoria Af. 61. fuga C. 3, 37. clades Af. 52. mors Af. 96
Scorpio, machina 7, 25. Af. 31
Scribonius Libo C. 1, 26. 3, 5. 16
Scuta e cortico facta C. 2, 33. caelata H. 25

Sedulius Lemouix 7, 88
Seduni 3, 1
Sedusii 1, 51
Segni 6, 32
Segonax Rex 5, 22
Segontiaci 5, 21
Segouia Baetica A. 57
Segusiani 1, 10. 7, 64
Senatus Rom. extra vrbem C. 1, 6. in Caesaris potestatem redigitur C. 1, 23
Senatusconsultum contra Caesarem 8, 53. 54. C. 1, 5. 7
Senones 5, 54. 56. 6, 4
L. Septimius Pomp. percussor C. 3, 104
Sequana 1, 1
Sequani 1, 9. 31. 32. 33. 35. Germanos in Galliam inuitant 6, 12
Serapión Alexandrinus C. 3, 109
Sergius Galba 3, 1. 11. 8, 50
Q. Sertorius 3, 23
L. Sertorius C. 1, 61
Serui armantur C. 1, 24. manumittuntur, vt arma capiant C. 3, 9
Seruilis tumultus 1, 40
Seruilius Consul C. 3, 21
Seruius Sulpicius C. 2, 4
Sesuuii 2, 34
T. Sextius 6, 1. 7, 49. 90
Sibuzates 3, 27
Sicilia et Sardinia a Caesare recipiuntur C. 1, 30
Sicoris fluuius C. 1, 40. 48. 63
Sigambri 4, 16. 18
Signorum militarium conferendorum mos Gallicus 7, 2
M. Silanus 6, 1
Silicense flumen A. 57
T. Silius 3, 7
Sitius Iubae fines inuadit Af. 36. cf. 48. 93. 95
Soldurii 3, 22
Soricaria H. 24
Soritia H. 27
Sortes mulierum Germanor. 1, 50
Sotiates 3, 20. 21
Squillus A. 55
L. Staberius C. 3, 12
Statius Murcus C. 3, 15
Stilus coecus in munitione Af. 31
Stimuli in munitione 7, 73
Stipendium duplex bene meritorum C. 3. 53
Stipendium victis imponitur 1, 44
Storiae C. 2, 9
Suessiones 2, 3. 13. 8, 6
Sueuorum pagi 1, 37. cf. 1, 51. 54. Rhenum transire volunt 1, 37. bellicosi 3, 7. 4, 1. cf. 4, 19
Sulcitanorum mulcta Af. 98
P. Sulla C. 3, 51
Sulla Faustus Af. 87
Sulmonenses C. 1, 18
Sulpicius Legatus Caesaris C. 1, 74
Supplicatio XV dierum 2, 35. XX dierum 4, 38
Supplicia more Gallorum 6, 16
Supplicum ritus A. 32
Surus Aeduus 8, 45
L. Sylla 1, 21
Syriacae res Caesaris A. 65

T.

Tabulae Graecae Heluetior. 1, 29
Tabulae nouae C. 3, 1. 21
Taleae 7, 73
Tamesis fluuius 5, 11. 18
Tarbelli 3, 27
Tarcondarius Castor C. 3, 4
Tarraconenses C. 1, 60. 2, 21
Tarsus Ciliciae A. 66
Tarusates 3, 23. 27
Taxgetius 5, 25
Tauris insl. A. 44
Taurois C. 2, 4
Taxi arboris venenum 6, 31
Taximagulus 5, 22
Tectosages Volcae 6, 24
Tegea Af. 78
Tenchteri 4, 1
Tergestiui 8, 24
T. Terrasidius 3, 8
Testamenta militaria 1, 39
Testamentum Ptolemaei Aeg. C. 3, 108. A. 33
Tetrarchia Deiotari A. 78
Teutomatus 7, 31. 46
Teutoni 1, 33. 40. 2, 4. 7, 77
Thabenenses Af. 77
Thapsus vrbs Af. 28. 44. 46. 79. 97

ditur C. 1, 42. vincitur C. 3, 94. eius castra expugnata C. 3, 96. interficitur C. 3, 104
Pompeius Rufus Af. 85
Q. Pompeius Niger H. 25
Cn. Pompeius, Titurii interpres 5, 36
Sextus Pompeius H. 3. 4
M. Pomponius Caesarianus C. 3, 101
Pons in Rheno factus 4, 17. 6, 9. C. 1, 54
Pontus a Pharnace occupatus A. 41. a Caesare recipitur A. 77
Portenta C. 3, 105
Portus Iccius 4, 25. superior 4, 18. vlterior 4, 23
Postumiana castra H. 8
Pothinus, Procurator Aegypti C. 3, 108
Praeciani 3, 27
Preteus C. 3, 35
Ptolemaei patris testamentum C. 3, 103. 108. A. 33
Ptolemaeus puer et Cleopatra C. 3, 107. a Caesare tenetur C. 3, 109 vincitur A. 30. occiditur A. 31. ad eum Pompeius fugit C. 3, 103
T. Pulcio C. 3, 67
T. Pulfio 5, 44
L. Pupius C. 1, 13
Putei a Caesare effossi A. 9
Pyrenaei montes 1, 1
Pyrenaeus saltus C. 1, 37. 3, 19

Q.

Quadrigae falcatae Pharnacis A. 75

R.

Rabirius Posthumus Af. 8
L. Racilius A. 52. 55
Rascipolis, Pompeianae factionis C. 3, 4
Raueuna C. 1, 5
Rauraci 1, 5. 6, 25. 7, 75
T. Rebilus C. 2, 34
Reges a Sen. Rom. adpellati 1, 3. 43. C. 1, 4
Remi s. Rhemi 2, 3. eorum cum Caesare amicitia 5, 54. 6, 4. 7, 63. cf. 8, 12
Rhedones 2, 34. 7, 75
Rheni fluuii natura 4, 10. 16. ponte iunctus 4, 17. 6, 9
Rhodanus 1, 1
Rhodia classis C. 3, 5. A. 11
Ros pellibus excipitur C. 3, 15
Roscillus Allobrox C. 3, 59
L. Roscius, Legatus 5, 24. 53. C. 1, 10
L. Rubrius C. 1, 23
M. Rufus Quaestor C. 2, 23. 43
Ruspina Af. 6, 33. 53
Ruteni 1, 45. 7, 7. 75
Rutilius Lupus C. 1, 2

S.

Q. Sabinus C. 3, 55
Sabis flumen 2, 16. 18
Sabura, Dux Iubae C. 2, 38. 40. 95. Af. 48
Sacerdotes Galli 6, 13
Sacratiuir C. 3, 71
Sadales Trax C. 3, 4
Saguntum captum H. 10
T. Salienus Af. 28. 54
Salinarum stagnum Af. 80
Salona vrbs C. 3, 8. 9. Af. 45
C. Sallustii res Af. 8. 34. 97
Salsum, flumen H. 9
Salutatio militaris Af. 85
Samarobriua 5, 24. 46. 53
Santones 1, 10. 3, 11
Sardinia 1, 50
Sarsura oppidum Af. 75
C. Saserna Af. 9. 10. 29
Saturninus et Gracchus C. 1, 7
Saxea grando Af. 47
Scaeua, Centurio C. 3, 53
Scaldis flumen 6, 33
Scapula seditiosus H. 33
Scipio vestitum iussu Iubae mutat Af. 57. Imperatorem se adpellat C. 3, 31. Af. 4. Pompeio fauet C. 3, 4. 7. 82. auarissimus C. 3, 31. 32. crudelis Af. 46. eius copiae A. 1. elephanti condocefacti A. 27. victoria Af. 61. fuga C. 3, 37. clades Af. 52. mors Af. 96
Scorpio, machina 7, 25. Af. 31
Scribonius Libo C. 1, 26. 3, 5. 16
Scuta e cortice facta C. 2, 33. caelata H. 25

Vocates 3, 25, 27
Vocio, Noricorum rex 1, 53
Vocontii 1, 18
Volcae Arecomici 7, 7. C. 1, 35. Tectofages 6, 24
C. Volcatius Tullus 6, 29
C. Volufenus 3, 5. 4, 21. 8, 23. 48. C. 3, 60
Vofegus 4, 10
Vrbigenus pagus 1, 27
Vrfao, oppidum H. 41. cf. 28
Vrus, fera 6, 28
Vfceta Af. 89
Vfipetes 4, 1. 16
Vtica C. 1, 31. 2, 24. 36. Af. 7. 87. 88
Vtrium vfus in bello C. 1, 48
Vxellodunum, oppidum 8, 32. 40. 43
Vzita, oppidum Af. 41. 51. 56. 58

Z.

Zama, oppidum Af. 91. 92
Zela vel Ziela Ponti A. 72
Zetta vel Zeta Af. 68

NOMINA
POPVLORVM, OPPIDORVM, FLVVIORVM ETC.
QVAE APVD CAESAREM REPERIVNTVR, A S. CLARKIO ORDINE ALPHABETICO DIGESTA.

A.

Acarnania, regio Epiri. *Carnia*
Achaia, reg. Peloponnesi. *le Duché de Clarence*
Acilla, *siue* Achilla, *siue* Acholla, vrbs Africae duplex, mediterranea et maritima; haec hodie *Elalia*. Shaw
Adduasdubis. *vid.* Dubis
Adrumetum, oppid. Afr. *Toulba*, siue *Mahometta.* Potius *Hercla*. Shaw
Aduatuca *postea* Tungri, *Tongern*
Aduatici. Eorum oppidum *Falais sur la Méhaigne.* D'Anville
Aedui, pop. Galliae. *l'Autunois*
Aegimurus, insula maris Africi. *la Galetta*
Aeginium, oppid. Thessaliae
Aegyptus
Aetolia, regio Graeciae. *Artinia*, al. *il Despotato*
Agar, oppid. Africae. *Boo-Hadjar*. Shaw
Agendicum, vrbs Senonum. *Sens*
Alba, oppid. Latii in Italia. *Albano*
Albici, pop. Galliae. Qui sint, nescitur. Quibusdam, *ceux de Viviers*
Alesia, *siue* Alexia. Mandubiorum oppidum: *Alise.* *vide* Mandubii
Alexandria, vrbs Aegypti. *Scanderia*
Allobroges, *Sabaudi*
Alpes. *Montes*
Amagetobria, vrbs Gall. V. *Mantissam*
Amantia, oppid. Macedoniae. *Porto Ragusco*
Amanus, mons Syriae. *Monte di Scanderona*
Ambarri, pop. Galliae. Sedes horum ad Ararim supra Segusianos. *dans la Bresse.* D'Anvill.
Ambialites, pop. Galliae. *Ceux de Lamballe en Bretagne.* *Sed creditur corruptum ex* Ambiani
Ambianum, oppidum Belgarum. *Amiens*
Ambibari, pop. Galliae. *Ceux d'Ambie en Normandie*
Ambiuareti, pop. Galliae. *Le Vivarais*
Ambiuariti, *Brabantini.* Incertum
Ambracia, vrbs Epiri. *l'Arta*
Amphilochi, pop. Epiri. *Anfiloca*
Amphipolis, vrbs Macedoniae. *Christopoli* seu *Emboli*

Auartes, pop. Germaniae. *Walochi, Serui, Bulgari*. Incertum
Anas, fluu. Hispan. *Guadiana* siue *Rio Roydera*
Ancalites, Britanni. *The hundred of Henley*, Camdeno
Ancona, vrbs Italiae. *Ancona*
Andes, pop. Galliae. *Le Duché d'Anjou*
Antiochia, vrbs Syriae. *Antachia*
Antuates *vide* Nantuates
Apollonia, vrbs Macedoniae. *Piergo*
Apollinis promontorium in Africa, *ras Zebib*
Aponiana. Insula prope Lilybaeum, promontorium Siciliae. Sed lectio incerta. B. Afr. 2
Apsus, fluu. Macedoniae. *Aspro*. Al. *Vreo*. Al. *Spirnaza*
Apulia, reg. Italiae. *Puglia*
Aquilaria, opp. Africae. prope Clupeam. *Lowhareah*. Shaw
Aquileia, vrbs Italiae. *Aquilegia*
Aquitania, regio Galliae. *Guienne*
Arar, fluu. Galliae. *Le Saone*
Arduenna, silua. *Forêt d'Ardenne*
Arecomici. *vide* Volcae
Arelate, vrbs Galliae. *Arles*
Ariminum, vrbs Italiae. *Rimini*
Armenia minor, regio Asiae. *Aladuli*
Armoricae ciuitates. *La Bretagne*
Arretium, vrbs Hetruriae in Italia. *Arezzo*
Aruerni, pop. Galliae. *Le Pays d'Auvergne*
Asculum, opp. in agro Piceno. *Ascoli*
Ascurum, oppid. maritum. Mauritaniae
Asparagium, oppid. Macedoniae
Aspania, oppid. Hispan. Baet. *Espejo*
Asta, oppid. Hispan. Baet. Vnde Astensis. *Massa de Asta*. Al. *Xerez de la Fontera*
Ategua, oppid. Hispan. Baet. *Tebala Veja* vel *Tegua*
Atrebates, pop. Galliae. *Le Pays d'Artois*
Auaricum, vrbs Aquitaniae, *Bourges*
Aulerci Eburouices, pop. Galliae. *Le Pays d'Evreux, en Normandie*
Aulerci Diablintes, pop. Galliae. Regio dicta *le Perche*
Aulerci Cenomanni, pop. Galliae. *Le Pays du Maine*
Aulerci Brannouices, pop. Galliae. *Le Briennois*
Ausci, pop. Galliae. *Ceux d'Auch* vel *Aux en Gascogne*
Ausetani, pop. Hispaniae sub Pyrenaeis
Auximum, oppid. Italiae. *Osimo* siue *Osmo*
Axona, fluu. Gall. Belg. *Aisne*

B.

Bacenis, silua German. *Thüringer Wald*. Al. *der Harz-Wald*
Baetis, fluu. Hispan. *Guadalquiuir*
Baeturia. *Estremadura* Lusitaniae
Bagrada, fluu. Africae, prope Vticam. *Me-jerda*. Shaw
Baleares insulae. *Majorca* et *Minorca*
Batauorum insula, pars Geldriae. *Betuwe*
Belgae. *Les Pays Bas*
Bellocassi, *siue* Veloeasses *vel* Veliocasses, pop. Galliae. *Le Pays de Bayeux en Normandie*. Al. *le Vexin*. sic D'Anv.
Bellouaci, pop. Galliae. *Le Beauvaisis*
Bessi, pop. Thraciae
Betones, *siue* Berones, pop. Hispan. Tarracon. *Briones*
Bibracte. vrbs Aeduorum. *Beuray d'Autun*. Al. *Beurect*. Al. *Beaulne*. Sanson dat *Fimes*. V. Mém. de l'Acad. 28. D'Anville *Autun*
Bibrax, Rhemorum oppid. *Brene* siue *Bresne*. Al. *Bray*. D'Anv. *Bievre*
Bibroci, Britanni. *The hundred of Bray* Camdeno

Bigerriones, pop. Galliae. *Le Comté de Bigorre en Gascogne.* Incertum, scil. quoad limites
Bithynia, regio Asiae
Bituriges, pop. Galliae. *Le Duche de Berry*
Boii, pop. Galliae. *Les Bourbonnois*
Bosporus, regio prope Pontum Euxinum
Branrouices. *vide* Aulerci
Bratuspantium, oppid. Bellouacorum *Beauveais.* potius *Breteuil* V. *Mantissam.*
Britannia
Brundisium, vrbs Italiae. *Brindisi*
Brutii, pop. Italiae. *Calabri*
Bullis, oppid. Macedoniae
Bursauolenses, pop. Hispan. Baet. Creduntur iidem, qui Vrsaonenses
Buthrotum, vrbs Epiri. *Butrinto*

C.

Cabillonum, vrbs Galliae. *Chalons sur Saone*
Cadetes, pop. Galliae. Nescitur
Cadurci, pop. Galliae. *Le pays de Quercy*
Cadurci eleutheri, in iis Albiga, *Alby*
Caeraesi Glandorp locat ad arcem *Serey* inter Hoium et Leodium; d'Anville memoriam eius superesse statuit in fluvio *Chiars*, in tractu Bullionensi.
Calagurritani, pop. Hisp. Tarracon. *Calahorra*
Caletes, pop. Galliae. *Le pays de Cauls en Normandie*
Calydon. Vrbs Aetoliae. *Ayton*
Camerinum, vrbs Vmbriae, in Italia. *Camerino*
Candauia, reg. Macedoniae. *La Canovia*
Canopus, vrbs Aegypti. *Abukir*
Cantabri, pop. Hisp. Tarracon. *Biscaya*
Cantium, pars Britanniae. *Kent*
Canusium, vrbs Apuliae, in Italia. *Canosa*
Cappadocia, reg. Asiae
Capua, vrbs Italiae. *Capoa*
Carales, Sardiniae vrbs. *Cagliari*
Carcaso, vrbs Galliae. *Carcassone*
Caresi, pop. Belgii. Incertum
Carmona, oppid. Hispan. Baet. *Carmone*
Carnutes, pop. Galliae. *Le pays du Chartrain, de l'Orléanois et du Blesois.*
Carruca, oppid. Hisp. Nescitur
Carteia, oppid. Hispan. *Algeziva.* Al. *Torissa*
Casilinum, oppid. Italiae. *Castelluzzo*
Cassi, Britanni. *The hundred of Caishow* Camdeno
Castulonensis saltus, a Castulo, vrbe Hispan. Tarracon. *Caslona la vieja*
Castra Cornelia, vbi hodie *Gellah.* Shaw
Castra Posthumiana, oppid. Hispan. Baet *Castro el Rio*
Caturiges, popul. Galliae. *Le pays d'Embrun.* Al. *Charges*
Cebenna, mons. *vide* Gebenna
Celtae, pop. Galliae
Celtiberia, reg. Hispaniae
Cenimagni, Britanni. *Iceni* Camdeno. *Suffolk, Norfolk* et *Cambridgeshire*
Cenomanni, pop. Galliae. *Le pays du Maine* siue *Mans*
Centrones, pop. Galliae. *Le pays de Tarantaise*
Centrones, Neruiorum clientes, pop. Belgii *Ceux de Cortray.* Al. *de S. Trayen.* Al. *Gandauenses*
Ceranni, montes Epiri. *Monti di Chimera*
Cercina, insula Af. *Chercara, Cercare*
Cherronesus, penins. Afr. prope Alexandriam
Cherusci, pop. Germaniae. *Luneburgenses*
Cicilia, reg. Asiae min. *La Caramanie*
Cimbri, pop. Germaniae. *Jutlanders*
Cinga, flum. Hispan. *Cinca* siue *Senga*
Cingulum, oppidum Piceni, in Italia. *Cingoli*
Cirta, oppid Afr. *Constantina.* siue *Cosantina.* Al. *Tadel*
Clupea, vrbs Afr. marit. *Quipia* siue *Aklibia*

Cocofates, pop. Galliae. *Dans les Landes.* D'Anv.
Comana, Pontica. *Com* fiue *Tabachzan*
Comana, Cappadociae. *Arminacha*
Compfa, vrbs Ital. *Conza* fiue *Confa.*
Condrufi *fiue* Condrufones, pop. Belgii. *Condrotz au pays de Liege*
Confluens Mofae et Rheni. *Coblenz*
Corcyra, infula Epiri. *Corfu*
Corcyra nigra, ad Illyricum
Corduba, vrbs Hifpan. Baet. *Cordova*
Corfinium, oppid. Pelignorum, in Ital. *St. Pelino.* Al. *Pentina*, vicus Aprutii
Corneliana caftra, vrbs Afr. inter Carthaginem et Vticam. *vid.* Caftra Cornelia
Cofa. *vide* Compfa
Cofanum, vrbs Calabriae, in Ital. *Caffano*
Certa. *Isle de Candie*
Curiofolitae, pop. Galliae. *Corfeult en Bretagne*
Cyclades, inf. Aegaei maris. *Ifole dell' Archipelago*
Cyprus, infula. *Cipro*

D.

Daci. *Tranfyluani*, *Moldaui et Valachi*
Danubius, fluu. *Donau, Danube*
Dardani, pop. Myfiae. *Rafcia et pars Seruiae*
Decetia, opp. Galliae. *Decife fur la Loire*
Delphi, vrbs Achaiae. *Delfo.* Al. *Salona.* Al. *Caftri*
Delta, pars Aegypti, in oftiis Nili
Diablintes. pop. Galliae. Regio dicta *le Perche.* Al. *Diablerес en Bretagne.* Al. *Linter*, Brabantiae
Dubis, fluu. Burgundiae, *le Doux*
Durocortorum, vrbs Gall. *Reims*
Dyrrhachium, vrbs Macedoniae. *Durazzo*, *Drazzi*

E.

Eburones, pop. Belgii. *Tongres.* Al. *Liegeois.*
Eburouices. *vide* Aulerci
Elauer, fluu. Galliae. *Allier*
Eleutheri. *vide* Cadurci *et* Sueffiones
Elis, vrbs Peloponnefi. *Belvedere*, forfan *Gaftouni*
Elufates, pop. Galliae. *Le pays d'Eufe en Gafcogne*
Ephefus, vrbs Afiae min. *Efefo, Figena*
Epidaurus, vrbs Dalmatiae marit. *Ragufa vecchia*, *Dobronicha*
Epirus, regio Graeciae. *Chimera* et *Larta*
Effui, pop. Galliae. Forfan *ceux de Seez*
Eufubii, creditur corruptum ex *Vnelli* vel *Lexouii*

F.

Fanum, vrbs Vmbriae, in Italia. *Fano*
Frentani, pop. Italiae.

G.

Gabali, pop. Galliae. *Le pays de Gevaudan*
Gaditani, pop. Hifpan. *Ceux de Cadix*
Galli
Gallograecia, regio Afiae min. *Galatia*
Garites, pop. Galliae. *Le pays de Gaure* fiue *Gavardan.* Al. *Agenois*
Garoceli *fiue* Graioceli, popul. Gallian. *Ceux de Mont Cenis.* Al. *de la val de Morienne.* Al. *du Mont Genevre.* *De la vallée de Pragelas et de Clufon.* D'Anv.
Garumna, fluu. Galliae. *La Garonne.*
Garumni, pop. Galliae circa Garumnam
Gebenna. *Montagnes de Cevennes*
Genabum, opp. Galliae. *Orleans*
Genetia
Genufus, fluu. Macedoniae

Bigerriones, pop. Galliae. *Le Comté de Bigorre en Gascogné.* Incertum, scil. quoad limites
Bithynia, regio Asiae
Bituriges, pop. Galliae. *Le Duche de Berry*
Boii, pop. Galliae. *Les Bourbonnois*
Bosporus, regio prope Pontum Euxinum
Branrouices. *vide* Aulerci
Bratuspantium, oppid. Bellouacorum *Beauveais.* potius *Breteuil* V. *Mantissam.*
Britannia
Brundisium, vrbs Italiae. *Brindisi*
Brutii, pop. Italiae. *Calabri*
Bullis, oppid. Macedoniae
Bursauolenses, pop. Hispan. Baet. Creduntur iidem, qui Vrsaonenses
Buthrotum, vrbs Epiri. *Butrinto*

C.

Cabillonum, vrbs Galliae. *Chalons sur Saone*
Cadetes, pop. Galliae. Nescitur
Caaurci, pop. Galliae. *Le pays de Quercy*
Cadurci eleutheri, in iis Albiga, *Alby*
Caeraesi Glandorp locat ad arcem *Serey* inter Hoium et Leodium; d'Anville memoriam eius superesse statuit in fluvio *Chiars*, in tractu Bullionensi.
Calagurritani, pop. Hisp. Tarracon. *Calahorra*
Caletes, pop. Galliae. *Le pays de Cauls en Normandie*
Calydon. Vrbs Aetoliae. *Ayton*
Camerinum, vrbs Vmbriae, in Italia. *Camerino*
Candauia, reg. Macedoniae. *La Canovia*
Canopus, vrbs Aegypti. *Abukir*
Cantabri, pop. Hisp. Tarracon. *Biscaya*
Cantium, pars Britanniae. *Kent*
Canusium, vrbs Apuliae, in Italia. *Canosa*
Cappadocia, reg. Asiae
Capua, vrbs Italiae. *Capoa*
Carales, Sardiniae vrbs. *Cagliari*
Carcaso, vrbs Galliae. *Carcassone*
Caresi, pop. Belgii. Incertum
Carmona, oppid. Hispan. Baet. *Carmone*
Carnutes, pop. Galliae. *Le pays du Chartrain, de l'Orléanois et du Blesois*
Carruca, oppid. Hisp. Nescitur
Carteia, oppid. Hispan. *Algeziva.* Al. *Tarissa*
Casilinum, oppid. Italiae. *Castelluzzo*
Cassi, Britanni. *The hundred of Caishow* Camdeno
Castulonensis saltus, a Castulo, vrbe Hispan. Tarracon. *Castona la vieja*
Castra Cornelia, vbi hodie *Gellah.* Shaw
Castra Posthumiana, oppid. Hispan. Baet. *Castro el Rio*
Caturiges, popul. Galliae. *Le pays d'Embrun.* Al. *Charges*
Cebenna, mons. *vide* Gebenna
Celtae, pop. Galliae
Celtiberia, reg. Hispaniae
Cenimagni, Britanni. *Iceni* Camdeno. *Suffolk*, *Norfolk* et *Cambridgeshire*
Cenomanni, pop. Galliae. *Le pays du Maine* siue *Mans*
Centrones, pop. Galliae. *Le pays de Tarantaise*
Centrones, Neruiorum clientes, pop. Belgii *Ceux de Courtray.* Al. *de S. Truyen.* Al. *Gandauenses*
Ceraunii, montes Epiri. *Monti di Chimera*
Cercina, insula Af. *Chercara*, *Cercare*
Cherronesus, penins. Afr. prope Alexandriam
Cherusci, pop. Germaniae. *Luneburgenses*
Cicilia, reg. Asiae min. *La Caramanie*
Cimbri, pop. Germaniae. *Jutlanders*
Cinga, flum. Hispan. *Cinca* siue *Senga*
Cingulum, oppidum Piceni, in Italia. *Cingoli*
Cirta, oppid. Afr. *Constantina*, siue *Cosantina.* Al. *Tadel*
Clupea, vrbs Afr. marit. *Quipia* siue *Aklibia*

Cocosates, pop. Galliae. *Dans les Landes.* D'Anv.
Comana, Pontica. *Com* fiue *Tabachzan*
Comana, Cappadociae. *Arminacha*
Compsa, vrbs Ital. *Conza* fiue *Consa.*
Condrusi *fiue* Condrusones, pop. Belgii. *Condrotz au pays de Liege*
Confluens Mosae et Rheni. *Coblenz*
Corcyra, insula Epiri. *Corfu*
Corcyra nigra, ad Illyricum
Corduba, vrbs Hispan. Baet. *Cordova*
Corfinium, oppid. Pelignorum, in Ital. *St. Pelino.* Al. *Pentina,* vicus Aprutii
Corneliana castra, vrbs Afr. inter Carthaginem et Vticam. *vid.* Castra Cornelia
Cosa. *vide* Compsa
Cosanum, vrbs Calabriae, in Ital. *Cassano*
Certa. *Isle de Candie*
Curiosolitae, pop. Galliae. *Corseult en Bretagne*
Cyclades, inf. Aegaei maris. *l'Isole dell' Archipelago*
Cyprus, insula. *Cipro*

D.

Daci. *Transyluani, Moldaui et Valachi*
Danubius, fluu. *Donau, Danube*
Dardani, pop. Mysiae. *Rascia et pars Seruiae*
Decetia, opp. Galliae. *Decise sur la Loire*
Delphi, vrbs Achaiae. *Delfo.* Al. *Salona.* Al. *Castri*
Delta, pars Aegypti, in ostiis Nili
Diablintes, pop. Galliae. Regio dicta *le Perche.* Al. *Diablères en Bretagne.* Al. *Linter,* Brabantiae
Dubis, fluu. Burgundiae, *le Doux*
Durocortorum, vrbs Gall. *Reims*
Dyrrhachium, vrbs Macedoniae. *Durazzo, Drazzi*

E.

Eburones, pop. Belgii. *Tongres.* Al. *Liégeois*
Eburouices. *vide* Aulerci
Elauer, fluu. Galliae. *Allier*
Eleutheri. *vide* Cadurci *et* Suessiones
Elis, vrbs Peloponnesi. *Belvedere,* forsan *Gastouni*
Elusates, pop. Galliae. *Le pays d'Euse en Gascogne*
Ephesus, vrbs Asiae min. *Efeso, Figena*
Epidaurus, vrbs Dalmatiae marit. *Ragusa vecchia, Dobronicha*
Epirus, regio Graeciae. *Chimera* et *Larta*
Essui, pop. Galliae. Forsan *ceux de Seez*
Eusubii, creditur corruptum ex *Vnelli* vel *Lexouii*

F.

Fanum, vrbs Vmbriae, in Italia. *Fano*
Frentani, pop. Italiae.

G.

Gabali, pop. Galliae. *Le pays de Gevaudan*
Gaditani, pop. Hispan. *Ceux de Cadix*
Galli
Gallograecia, regio Asiae min. *Galatia*
Garites, pop. Galliae. *Le pays de Gaure* fiue *Gavardan.* Al. *Agenois*
Garoceli *fiue* Graioceli, popul. Gallian. *Ceux de Mont Cenis.* Al. *de la val de Morienne.* Al. *du Mont Genevre. De la vallée de Pragelas et de Cluson.* D'Anv.
Garumna, fluu. Galliae. *La Garonne.*
Garumni, pop. Galliae circa Garumnam
Gebenna. *Montagnes de Cevennes*
Genabum, opp. Galliae. *Orleans*
Geneua
Genusus, fluu. Macedoniae

Gergouia, Boiorum et Aruernorum, vrbs Galliae. Rudera posterioris in monte *Gorgoie*. D'Anv.
Germania
Getuli, pop. Africae
Gomphi, opp. Thessaliae. *Gonfi*
Gorduni, pop. Belgii. *Gandavenses*. Al. *ceux de Courtray*. Incertum
Graioceli. *vide* Garoceli
Grudii, Neruiorum clientes, pop. Belgii. *Ceux de Bruges*. Al. *de Louvain*. *Terre de Grouäe*. D'Anv.

H.

Haliacmon fluu. Macedoniae
Harudes, pop. Germaniae. Nescitur
Heluetii. *Les Suisses*
Heluii, pop. Galliae. *Le pays de Vivarez*
Heraclea Sentica, oppid. Macedoniae
Hercynia silua, in Germania. *Forêt de Boheme et de la Saxe*. Olim multo amplior
Herminius, mons Lusitaniae. *Monte Armino*. Al. *Monte della Strella*
Hibernia
Hippo, vrbs Africae. *Bona*
Hispalis, vrbs Hisp. Baet. *Sevilla*
Hispania

I.

Iacetani. *vide* Lacetani
Iadertini (*siue* Hiadertini), Iadera, vrbs Illyrici. *Zara*
Iberus, fluu. Hispan. Tarraconi *Ebro*
Iccius *siue* Itius portus, oppid. Galliae. *Vissent*, siue *Wasant*. Al. *Calais*
Igilium. *Il Giglio: l'Isle du Lys*, in mari Tyrrheno
Iguuium, vrbs Vmbriae, in Italia. *Gubio*
Ilerda, vrbs Hispan. Tarracon. *Lerida*
Illurgauonenses, pop. Hispan. prope Iberum
Illyricum. *Sclavonie*, *Dalmatie* etc.
Ilurgis, opp. Hispan. Baet. *Ilora*
Issa, insula maris Illyrici. *Lissa*
Italia
Italica, vrbs Hispan. Baet. Vnde Italicensis. *Sevilla la veja*. Al. *Alcala del Rio*
Ityraea *siue* Ituraea, reg. Palaestinae
Iura, mons Gall. *Le Mont Jura*

L.

Lacetani, pop. Hispan. sub Pyrenaeis
Larinates, Larinum, vrbs Italiae. *Larino*
Larissa, vrbs Thessaliae. *Larizza*
Latobriges *siue* Latobrigi. Nescitur. *Dans le Brisgau*. Al. *à Lausanne*. Al. *dans le Valais*
Lemanus lacus, *Le Lac de Geneve*
Lemonum. *vid.* Limo
Lemouices, pop. Galliae. *Le Limosin*
Lemouices Armorici. *Ceux de St. Paul de Leon*
Lenium, opp. Lusitaniae. Nescitur
Lepontii, incolae vallis Lepontinae, inter Alpes. *Val Leventina*
Leptis, oppid. Africae. *Lebeda* siue *Lempta*
Leuaci, pop. Belgii. Incertum
Leuci, pop. Galliae Belgicae. *Le Toulois*
Lexouii, pop. Galliae. *Lisieux en Normandie*. *Le Lieuvin*
Liburni, pop. Illyrici.
Ligeris, fluu. Galliae. *La Loire*
Lilybeum, promont. Siciliae. *Capo Coco*. Al. *Capo di Boeo*
Limo *siue* Limonum, postea Pictauus, vrbs Gall. *Poitiers*
Lingones, pop. Galliae. *Ceux de Langres*
Lissus, vrbs Macedoniae. *Alesso*
Lucani, pop. Italiae
Luceria, vrbs Italiae. *Lucera*
Lusitania. *Portugal*
Lutetia. *Paris*

M.

Macedonia
Magetobria *siue* Amagetobria, vrbs Galliae. Incertum
Malaca, vrbs Hispan. Baet. *Malaga*
Mandubii, pop. Galliae. *vide* Alexia. *L'Auxois en Bourgogne*
Marcomanni, popul. Germaniae. *Mark*. Al. *Bohemia*
Marrucini, popul. Aprutii, in Italia
Marsi, pop. Italiae. *Ducato di Marsi*
Massilia, vrbs Galliae. *Marseille*
Matisco, vrbs Galliae. *Mâcon*
Matrona, fluu. Gall. *La Marne*
Mauretania, reg. Africae. *la Barbarie. Fez et Marocco*
Mazaca, vrbs Cappadociae. *Tisaria*
Mediomatrices. *Ceux de la Lorraine*
Medobrega, vrbs Lusitan. *Armenna*
Meldae. *Ceux de Meaux.* *Sed creditur corruptum ex* Belgae
Melodunum, oppid. Galliae, supra Lutetiam. *Melun*
Menapii, pop. Germaniae in ora Flandriae maritima. Nomen populi subsistit sub Francis in pago *Menapisco*. Olim inter Rhenum inter et Scaldim habitarant, dein Brabantiae partem borealem tenuere
Messana, vrbs Siciliae. *Messina*
Metiosedum, oppid. Galliae ad Sequanam infra Lutetiam. *Corbeil.* potius *Meudon*
Metropolis, vrbs Thessaliae, inter Pharsalum et Gomphos
Mitylenae, vrbs Lesbi insf. *Metelin*
Mona, insula. *Man*. Al. *Anglesey*, minus recte
Morini, i. e. maritimi, pop. Galliae. *Ceux de Terrouanne en Artois et du Boulonois*
Mosa, fluu. Galliae Belgicae. *La Meuse*
Munda, vrbs Hispan. *Monda*. Al. *Monda la Vieja*

N.

Nabataei, pop. Arabiae
Nannetes, pop. Galliae. *Ceux de Nantes*
Nantuates, pop. Galliae. Incertum. *L'occident du Valai*
Narbo, vrbs Galliae. *Narbonne*
Naupactus, vrbs Aetoliae. *Lepanto*
Neapolis. *Napoli*, vrbs Italiae
Neapolis, vrbs Africae, inter Clupeam et Adrumetum
Nemetes, pop. German. *Ceux de Spire*
Nemetocenna, oppid. Belgii. Incertum. Quibusdam *Arras*
Neruii. *Ils occupoient le Hainault et depuis Tournai jusqu'à la mer. Le port du tractus Neruicanus étoit gardé par la milice Nervienne*
Nicopolis, oppid. Armeniae min. *Gianich*. Al. *Chiorme*
Nilus, fluu. *le Nil*
Nitiobriges, pop. Galliae. *l'Agenois*
Noricum *siue* Noreia, vrbs Germaniae. *Nurémberg*. Incertum
Noricum Regnum, vbi est Austriae pars, Salisburgum, Stiria, Carinthia
Nouiodunum Aeduorum. *Nevers*
Nouiodunum Belgarum. *Noyon*
Nouiodunum Biturigum. *Neuvy* siue *Neufoy*. potius *Nouan*: *D'Anv*.
Nouiodunum Suessionum. *Soissons*
Numidae, pop. Africae
Nymphaeum, promontorium Macedoniae, in confinibus Illyrici

O.

Obucula, oppid. Hispan. Baet. Incertum
Ocelum, oppid. Alpinum Galliae. *Exilles*. Al. *Oulx*, rectius *Uxeau*
Octodurus, oppid. Heluet. *Martenach*, *Martigny*, *St. Maurice*

Octogesa, oppid. Hispan. Tarracon. *Mequinenza*

Orchomenus, oppid. Boeotiae. *Orcomeno*

Oricum, oppid. Epiri. *Orco* siue *Orcha*

Oscenses, popul. Hispan. Tarracon.

Osismii, pop. Galliae. *Quimper et Léon, Tréguier et S. Brieu*, D'Anv.

P.

Paemani. *Ceux de Pemont*, in territorio Leodiensi. Inde medio aeuo *Famenna* vel *Falmenna*, hodie *Famenne* vel *Famine*. D'Anv.

Palaepharsalus. *vide* Pharsalus

Palaeste, oppid. Epiri, prope Oricum

Parada, oppid. Africae, non longe ab Vtica

Paratonium, vrbs Afr. marit. *Alberton* siue *Berton*

Parisii. *l'Isle de France*

Parthi, pop. Asiae

Parthini, pop. Macedoniae

Peligni, popul. Italiae, in Aprutio

Pelusium, vrbs Aegypti. *Belbais*

Pergamus, vrbs Mysiae. *Pergamo*

Petra, oppid. Macedoniae

Petrocorii, reg. Galliae. *le Perigord*

Pharsalus, vrbs Thessaliae. *Farsa*

Pharus, olim insula Aegypti. *Farion*

Picenum, reg. Italiae. *La Marca d'Ancona*

Pictones, pop. Galliae. *Le pays de Poitou*

Pirustae, pop. Illyrici. *Albanesi*. Incertum

Pisaurum, vrbs Vmbriae in Italia. *Pesaro*

Pleumosii, pop. Belg. circa Tornacum. Incertum

Pontus, reg. Asiae, ad mare Euxinum

Posthumiana castra. *vide* Castra

Preciani, pop. Galliae. *Precins*. Incertum

Prouincia Romanorum. *La Provence*

Ptolemais, alias *Acon*, vrbs Syriae. *St. Jean d'Acre*

Pyrenaei montes

R.

Rauenna, vrbs Italiae. *Ravenna*

Rauraci, pop. Heluetiis finitimus. *Ceux de Bâle*

Rhedones, pop. Galliae. *Ceux de Rennes en Bretagne*

Rhemi, popul. Galliae. *Le Remois*

Rhenus, fluu. *Le Rhein*

Rhodanus, fluu. Galliae. *Le Rhône*

Rhodii. *Ceux de Rhodes*

Roma

Ruspina, vrbs Africae marit. *Sousa. Sahaleel.* Shaw.

Rutheni, pop. Galliae. *La Rohergue; le Rhodais*

S.

Sabis, fluu. Belgii. *Sambre*

Saguntini, pop. Hispan. Tarracon. *Morviedro*

Salona, vrbs Dalmatiae. *Salona*. Al. *Spalatro*

Salsum, fluu. Hispan. Baet. *Rio Salado* siue *Guadajoz*

Samarobriua, pagus Galliae Belgicae. *Amiens*

Santones, pop. Galliae. *La Saintonge*

Sardinia, insula. *Sardegna*

Sarsura, oppid. Africae. *Surseff*. Shaw.

Sarunetes. *Sargans*

Scaldis, fluu. Belgii. *L'Escaut; Schelde*

Seduni, pop. Galliae. *Le haut Valais*

Sedusii, pop. Germaniae. Nescitur

Segni, pop. Belgii. Vbi hodie *Ciney* vel *Chiney*. D'Anv.
Segontiaci, Britanni. Incertum
Segouia, vrbs Hispan. Baeticae. *Segovia la menor*
Segusiani, pop. Gall. *Le Lyonnois*
Senones, pop. Galliae. *Le Senonois*
Sequana, fluu. Galliae. *La Seine*
Sequani, pop. Galliae. *La Franche Comté*
Sessuuii, pop. Galliae. *Ceux de Seez*. Incertum
Sibutzates, pop. Galliae. *Le pays de Buch* Incertum
Sicilia insula
Sicoris, fluu. Cataloniae. *Segre*
Sigambri *siue* Sicambri, popul. Germaniae. Nescitur. *Pays entre la Sieg et la Lippe*
Silicensis, fluu. Hispan. Baet. *Rió de las Algamidas*. Al. creditur corruptum ex *Singuli*; *Xenil*
Soricaria, oppid. Hispan. Nescitur
Soritia, oppid. Hispan. Nescitur
Sotiates *vel* Sontiates, popul. Gall. *Sotz*. *Le pays alentour d'Atre*
Suessiones, pop. Galliae. *Le Soissonnois*
Sueui, pop. Germaniae. *Schwaben*
Sulcitani, pop. Sardiniae
Sulmo, vrbs Italiae. *Sulmona*
Syria

T.

Tamesis, fluu. Britann. *Thâmes*
Tarbelli, pop. Galliae, prope Pyrenaeos montes. *Ceux d'Aqs et de Bayonne au pays de Labourd*
Tarracina, oppid. Italiae
Tarraconenses, Tarraco, vrbs Hispan. *Tarragoné*
Tarsus, vrbs Ciciliae. *Tarse*
Tarusates, pop. Galliae. *Le Teursan*. Incertum
Tauris, insula in mari Illyrico. Nescitur
Tauroi, castellum prope Massiliam B. C. 2, 4
Tectosages. *vide* Volcae
Tegea, oppid. Africae. Nescitur
Tenchtheri, pop. Germaa. Nescitur
Tergestini. *Ceux de Trieste*. In confinibus Istriae et Carnorum
Teutoni, pop. German. *Teutsche*
Thabena, vrbs Africae
Thapsus, oppid. Africae marit.
Thebae, vrbs Boeotiae. *Tiba* siue *Stibes*
Thessalia, regio Macedoniae
Thurii *siue* Turii, pop. Italiae. *Torre Brodognéto*
Tigurinus pagus. *Canton de Zurich*. Al. *ceux d'Avenches, de Fribourg et d'Orbe*. respice ad I. 27
Tisdra *siue* Tisdrus, vrbs Africae. *Cairoan*. *Jemme*. Shaw.
Tolosates, pop. Galliae. *Ceux de Toulouse*
Tralles, vrbs Asiae min. in Lydia. *Chora*; potius *Sultanhissar*
Treuiri. *Le Treviroit*; *ceux de Treves*
Triboces *siue* Tribocci, pop. Germaniae. *Alsace*
Trinobantes, pop. Britanniae. *Middlesex*
Tulingi, pop. Germaniae. Incertum
Turinus ager. *vide* Thurii
Turones, pop. Galliae. *La Touraine*

V.

Vacca, opp. Africae. *Beja*. Shaw.
Vahalis *siue* Walis, fluuius, pars Rheni. *Wael*
Vangiones, popul. Germaniae. *Worms*
Varus, fluu. Galliae. *Le Var*
Vbii, pop. Germaniae. *Ceux de Cologne*
Vcubis, oppid. Hispaniae Baet. *Lucubi*
Velauni, pop. Galliae. *Le Velai*
Vellaunodunum, oppid. Galliae. *Auxerre*. Al. *Costeau Lan-*

don. Al. *Villeneuve en Lorraine.* Al. *Veron.* potius *Beaune.* D'Anv.
Velocaffes. *vide* Bellocaffes
Veneti, pop. Galliae. *Vannes en Bretagne*
Ventifponte, oppid. Hifpaniae, Nefcitur
Veragri, pop. Galliae. *Le pays de Gavot.* Al. *Chablois.* potius *la partie méridionale du Valais*
Verbigenus *fiue* Vrbigenus pagus, pop. Heluet. *Le pays alentour d'Orba.* potius *le pays de Soleure*
Veromandui, pop. Galliae. *Le Vermandois*
Verfaonenfes. *vide* Vrfao
Vefontio, vrbs Galliae. *Befançon*
Vettones, pop. Hifpan. *Extremadura*
Vibo ad fretum, oppid. Italiae, prope fretum Siculum
Vienna, vrbs Galliae Narbonenfis. *Vienne en Dauphiné*
Vlia, opp. Hifp. Baet. *Monte mayor.* Al. *Vecña.* Al. *Velia*
Vnelli, pop. Galliae. *Le Cotentin*, ab opp. *Conftantia*
Vocates, pop. Galliae, in finibus Lapurdenfium. *Buchs.* Incertum
Vocontii, pop. Galliae. *Ceux de Die en Dauphiné, et de Vaifon au Comtat de Venaiffin*
Vogefus. *Les Vôges*
Vulcae Arecomici et Tectofages, pop. Galliae. *Le bas et le haut Languedoc*
Vrfao, opp. Hifp. Baet. *Offuna*
Vfceta, opp. Afr. Nefcitur
Vfipetes, pop. Germaniae. Incertum
Vtica, vrbs Africae. *Biferte*
Vxellodunum, oppidum Galliae. Incertum. Quibusdam *Iffoudon*
Vzita, oppid. Afr. Incertum

X.

Xantones. *vide* Santones

Z.

Zama, vrbs Africae. *Zamora*
Zeta, vrbs Africae marit. *Farbi. Menzil.* Shaw.
Ziela *fiue* Zela, vrbs Ponti

INDEX LATINITATIS.

Litera A, numeris praefixa, refertur ad librum de Bello Alexandrino: litera C. ad libros de Bello Civili: literae Af. ad librum de Bello Africano: litera H. ad librum de Hispaniensi Bello. Numeri, quibus nulla litera praefixa est, pertinent ad libros de Bello Gallico.

A.

A porta, ea parte, qua porta est 6, 37. Sic *a nouissimo agmine* 1, 23. *ab labris* 6, 28. *ab Sequanis* 1, 1. *a Delta*, ea parte, qua Delta incipit A, 27. item *ab ramis*, ea parte, qua rami incipiunt 7, 73. *ab* (ex) *aliqua re cognoscere*, vt e signo 1, 22. *a domo ducere* 1, 53. *vnus ab* (ex) *nouissimis* 2, 25. *ab re frumentaria* (ratione rei fr.) *laborare* 7, 10. *a duobus milibus passuum*, interuallo duorum milium p. remoti 5, 31. 6, 7

A, ab loco genitiui 5, 54. *imperia a P. R.* C. 1, 1. *literas a C. Caesare.* 3, 56. *a M. Fauonio.*

Abditus (remotus) *ab aliquo loco* 7, 79

Abesse, non longe abest, quin 3, 18. 5, 2. *longe mihi abest haec res*, nihil mihi prodest 1, 36: nam quod nobis adest, quod in promptu et ad manum est, id est vtile; et habet aliquid adiumenti. Exempla collegerunt ad h. l. Ciacconius et Oudendorpius.

Abiicere, in locum destinatum traiicere 5, 48. Cf. H. [illegible]

Abiunctus, separatus, remotus ab altero. vid. ad 7, 56

Abripere quid ab aliquo C. 1, 2. Quod plerique codd. h. l. *corripere* habent, id videtur a correctoribus esse.

Abrogare alicui fidem, eum non dignum fide habere, ei nihil credere 6, 23

Abstinere se cibo 8, 44

Acceptas referre pecunias, scribere in tabulis, pecunias alicui solutas nunc redditas domino esse A. 56

Accidere, telum accidit naui, adlabitur ad eam, eam ferit 3, 14. 25. *species accidit alicui*, oculis eius offertur 8, 8. *male alicui accidit*, de exitu, quem res habet 1, 31

Accipere calamitatem 1, 31. *detrimentum* 6, 22. *iniuriam ab aliquo* 2, 33. *dolorem ex aliqua re* A. 25. *orationem alterius*, probare 5, 1. *in deditionem* 1, 28. *male accipi* Af. 18. 41

Accisae copiae, imminutae, debilitatae 8, [illegible]

Accurate aedificare, cum cura et diligentia 6, 22. Opponitur casis, ad tempus structis.

Accusare aliquem, de eo conqueri 1, 16

Acies oculorum, splendor eorum, alteri adfulgens 1, 39. *acie triplici instructa venit*, en trois colonnes 1, 49. 4, 14. C. 1, 41. et omnino c. 64. vid. Mémoires crit. et histor. par Guischard. p. 54 et 87. vel. T. 1. p. 191. *aciem simplicem dirigere*, milites ita in acie collocare, vt vnus tantum ordo fit A. 37. Af. 13

Actuaria nauis remis impellitur 5, 1. C. 1, 27. A. 9, 44. Af. 28. Est ἐπίκωπος. vid. Gelius N. A. 10, 26

Ad, *motus ad vsum expeditus*, quod ad vsum attinet 4, 25. *ad spem*, quod ad eam attinet C. 1, 29. *nullum tempus intermittitur ad laborem*, quo non labor fiat 5, 11. 40. *impedimento est ad pugnam*, quo minus possint pugnare 1, 25. *ad numerum* (praescriptum) 5, 20. *esse ad* (apud) *aliquem* 1, 31. vbi interpretes multa exempla conlegerunt. *Legatus ad* (apud) *omnes sanctus inuiolatusque* 3, 9. *magna opinio ad* (apud) *omnes nationes* 4, 16. *electi ad pernicitatem*, propter eam, ratione eius habita C. 3, 84. *ad hunc modum locuti sunt* 2, 31. *ad*, vocabulis numerorum iunctum, est *circiter* 1, 5. *numero ad duodecim*. Sed pluribus modis variatur syntaxis: nam 1, 15. legitur, *equitatus ad numerum quatuor milium*: rursus 2, 33. est, *occisis ad hominum milibus quatuor*, quocum Cellarius contulit e Sueton. Iul. c. 20. haec verba, *ad viginti milibus ciuium diuisit*. Rursus de B. G. 3, 53. *ad duorum milium numero ceciderunt*. v. intt. ad h. l. In tanta varietate, quae sermoni vitae communis debetur, nihil temere corrigendum, et ad certas regulas reuocandum est.

Adaequare 6, 12. verbum neutrum.

Adaequare C. 1, 66, et *adaequari* 8, 41, pro simpl. aquare.

Adcommodare, aptare, adligare 2, 21

Addicere bona in publicum, aerario addicere C. 2, 18

Adducere se in consuetudinem, adsuefacere se 4, 1. Sed 3, 14. *adducere* est ad se trahere, rem versus pectus incuruare, vt qui neruum arcus adducunt.

Adequitare ad locum 1, 46

Adfici difficultate 7, 6. 17. cum, vt est 7, 10. res difficultatem consilii capiendi adfert.

Adfirmatio, certissima promissio 7, 30

Adflictare, *tempestas adflictat* (vexat) *naues* 4, 29. *adflictari*, velut haerentem teneri 5, 12

Adflictus, prostratus 6, 27. *adflictae naues*, collisae et diffractae 5, 10. *opes* 8, 21

Adfligere, vexare, vastare, aut potius euertere, humi prosternere 4, 35. *adfligere arborem*, humi prosternere 6, 27

Adgregare se aliis, socium et comitem se adiungere 4, 26. *adgr. se ad alicuius amicitiam* 6, 12

Adhibere aliquem, vt testis fit 1, 20. *adhibitis omnibus*, cum omnibus 4, 13

Adigere telum aliquo C. 3, 51. 56. *adigere aliquem* (ad) *iusiurandum*, postulare vt iuret C. 1, 76. 2, 18. Hac in formula loquendi omittitur fere τὸ ad. *fistuca adigere* 4, 17

Adiicere telum in litus 4, 23. Cf. 2, 21. 3, 13. 14. in his locis est, iacere vsque ad certum terminum. *Adiicere aggerem ad munitiones hostium*, eum facere propo castra 5, 9

Adire in ius ad magistratum C. 1, 87

Aditus sermonis, occasio et venia adeundi alterum et cum eo conloquendi 5, 41. *aditus ad conandum*, occasio C. 1, 31. *aditum non habere ad aliquem*, nullis meritis esse, ob quae precari sustineas 1, 43. *aditus commendationis ad aliquem*, venia adeundi, seque alteri commendandi C. 1, 74

Adiuuare, *hoc adiuuat ad illud* 5, 1

Adlegere 6, 13

Admaturare 7, 54

Administrare naues, gubernando, remigando 4, 29. C. 3, 14. A. 21. *administrare classem* C. 3, 18. *administrare imperia omnia*, omnia iubere et constituere 2, 22. *adm. caedem*, patrare H. 36

Administratio portus tribuitur ei, qui portu vtitur, vt vult C. 1, 25

Admittere equum, ei frena dare C. 2, 34. *admissus equus*, concitatus 1, 22. Af. 65

Admodum ante numerorum vocabula est, circiter 5, 40

Adoriri, adgredi 1, 40. 2, 11. Est surgere, vt alterum inuadas.

Adpellare, in iure C. 3, 20. *adpellare et cohortari*, adpellando cohortari 5, 33

Adpetere, *adpetit dies*, 6, 35. *lux*, 7, 82, adpropinquat.

Adplicare se ad arborem, reclinare 6, 27. Hinc *adplicare nauem loco*, adpellere A. 17, et *adplicata ad terram nauis* C. 3, 101

Adprehendere locum, eum sibi vindicare, occupare C. 3, 112

Adquiescere alicui Af. 10

Adsciscere sibi socios 1, 5

Adseruare portam, custodire C. 1, 21. Hinc ibidem, *exitus occultos adseruare*, obseruare, ne iis locus detur.

Adspernari pass. Af. 93

Aduersus collis 2, 8. *aduersum os*, conuersum ad hostes 5, 35 *aduersi vulnerantur*, os et pectus vulnerantur A. 30. *aduersa nox*, inimica, contraria inceptis 4, 28

Aduertere, animaduertere C. 1, 81. A. 30. *aduertere animum* (ad) *aliquid* 1, 24. cf. *animus*.

Adytum definitur C. 3, 105

Aequaliter decliuis 2, 18

Aerarium sanctius C. 1, 14. pecunia, in eo reposita, ad vltimos casus seruabatur. Liu. 27, 10

Aeraria sectura 3, 21

Aes, eius vsus in fabricandis nauibus 4, 31. *aerata nauis*, quae rostrum aeratum habet, aut aereis clauis compacta, omnimoque aere munita, fortasse etiam laminis aereis tecta est, vt hodie nonnunquam cupro teguntur et muniuntur C. 2, 3. Veget. de re milit. 5, 4, *vtilius confinguntur* (nauigia Liburna) *clauis aereis*, *quam ferreis*.

Aestiua (castra) opponuntur *hibernis* 8, 6. 46

Aestuarium 2, 28. 3, 9

Aestus, fluxus et refluxus maris 4, 29. 5, 1. fluxus maris 4, 23. *aestus insulas efficere solet* 6, 31. *aestus* (fluxus maris) *ex alto* (mari) *se incitat*, irruit cum vi 5, 12. *aestus minuit* (se) ibid. cf. *decessus*.

Africus, ventus, inter occidentem et meridiem spirans 5, 8.

Ager Heluetius, quidquid terrarum est Heluetiae ditionis 1, 2.

Agere cuniculos 3, 21. 8, 41. *agere aggerem* A. 73. H. 7. *vineas* 2, 12. H. 7. *agere copias*, ducere 8, 7. Af. 26. Virg. Aen. 5, 833. *agere bellum*, gerere 3, 28. *agere sublicas*, adigere 4, 17. cf. *fistuca*. *Illo auctore et agente*, dicitur de eo, qui interpres duorum et sequester est C. 1,

26. *agere*, cogitare, de bello C. 1, 26

Agger, terra egesta, quae vna cum fossa castra cingit munimenti causa 3, 5. Sed et alius agger est, qui *iacitur* 2, 12. aut *exstruitur* 2, 30. aut *instruitur* 8, 41. cum terra egeritur et accumulatur, vt in ea ponantur promoqueanturque machinae oppugnandarum vrbium, vt 2, 30. *aggere exstructo turris constituitur*. Cf. 3, 21. C. 2, 1. *aggerem ferre, petere, comportare, conferre*, i. e. lapides, palos, caespites conferre, vnde agger fit: nam terra egesta habet ligna infixa, vt densetur 3, 25. C. 1, 42. A. 73. *aggere vestire*, terra accumulata obruere 7, 23. *aggere* (congesta terra) *paludem explere* 7, 58. 85. 86. C. 1, 40. *aggerem* (terram congestam) *iniicere* trabibus, vt pons fiat A. 29. Cf. *adiicere*. *Aggerem agere* vid. ad A. 73. H. 7

Agitare rem, de ea cogitare, deliberare, colloqui 7, 2

Agmen, exercitus iter faciens: vnde *in agmine dimicare*, in itinere A. 43. *agmine impediti*, qui, quoniam agmine incedunt, non expediti sunt ad proelium 3, 24. 7, 66. *agmen quadratum* vid. 8, 8. *longissimum*, opponitur conferto, 5, 30. Cf. cap. 33. *longitudo agminis*. *nouissimum*, extremum 1, 15

Alarii, pedites et equites sociorum, qui in alis pugnant 1, 51. vbi a militibus legionariis, i. e. Romanis, distinguuntur alarii s. socii. *alariae cohortes* C. 1, 73. vbi cohortes (pedites) alariae a cohortibus Romanis s. legionariis distinguuntur. Similiter C. 1, 83. 2, 18. Omnes viri docti laudant et probant, quae de alis in exercitu Romano disputavit Schelius ad Hygin. de castrametat. p. 66. et Lipsius de milit. 2, 7. Add. Drakenborch. ad Liu. 10, 40. Confectum est, equites alarios esse equites sociorum, cohortes alarias vero pedites sociorum. cf. Gesn. Thes.

Alere aliquem, ei alimenta curare, agrum eius causa colere 4, 1. *alere ciuitatem*, humaniter sustentare et adiuuare 7, 33

Alienata mens tribuitur ei, qui mentis non est compos 6, 41

Alienus (non opportunus) *locus* 1, 15

Alius; *vnus*, *alius*, *tertius* 1, 1. Interdum omittitur *alius* in alterutro commate, vbi bis ponendum erat 1, 8

Altitudo parua fluuii 1, 8

Aluta, pellis bestiarum, arte tractata, vt mollior et tenuior fiat 3, 13. Hinc corii tenuioris genus est.

Ambactus 6, 15

Ambulatoria turris A. 2. Impositae fuerunt rotis, quarum ope promoueri eo loco in locum poterant. Descripsit Vegetius de re mil. 4, 17. Lipsius Poliorc. 1, 4. 2, 4

Amentum tragulae, lorum, tragulae adfixum, cuius ope tragula vehementius vibrata longius mittitur, et altius infigitur corpori 5, 48

Amittere superiorem locum, deiici monte, eum non obtinere posse 8, 13

Amplitudo cornuum 6, 28

Amplius (plus) *obsidum* 6, 9

Amplus genere et copiis 6, 15. *amplum conuiuium* 6, 28. *amplior ordo*, vna e primis legionis centuriis C. 1, 77. *amplae copiae*, exercitus magnus 5, 19. *ampla munera* 1, 43

Anceps proelium, cum et a fronte et a tergo hostis instat 7, 76. Alibi est graue, periculosum, de cuius exitu diu dubitatur.

Anchora, *in anchoris exspectare* 4, 23. *in anchoris con-*

mouari Af. 65. *ad anchoram consistere* C. 3, 105. *regio habet locos egregios ad tenendas anchoras* A. 9

Anguste pabulari, exiguo circuitu C. 1, 59. *anguste vti frumento*, penuria laborare C. 3, 16. *naues anguste transportant multos*, vix capiunt illam multitudinem, iusto plures in vna naue densandi sunt C. 3, 2: vnde *angustius milites collocare*, plures in eadem naui, quam pro capacitate nauis 5, 23. *angustius prouenerat frumentum*, parcius 5, 24

Angusti montes, vid. ad 4, 23 *angusta castra*, exiguo ambitu 4, 30. *angusta aquatio*, cum non multum aquae reperiant aquantes Af. 51

Animum aduertere aliquid videtur Caesar maluisse, quam animaduertere 1, 24. 4, 12. Graeu. ad Cic. offic. 2, 19. Negat Bentleius, ita dici posse; ad Cic. Tusc. 5, 23. Sed satis defenderunt interpretes Caesaris, et tot locos corruptos existimare velle, nimium fuerit. Quidni ea ellipsis vitiata fuisse dicatur, *animum aduertere* (ad) *aliquid?* aut cur non *animum vertere ad aliquid* mutatum videatur in *animum aduertere aliquid?*

Animus, *animi* (delectandi) *causa* 5, 12. cf. *relinquere*.

Annotina nauis, superiore anno structa 5, 8

Antecessores in re militari, pars exercitus praemissa, ad curanda et prospicienda, quae secuturo exercitui necessaria sunt Af. 12. Turneb. Aduers. 24, 16

Antecursores exercitus C. 1, 16. 3, 36. sunt iidem, qui *antecessores*.

Antemna, lignum transuersum, per malum nauis transfectum, vt funes et vela ex eo nectantur 3, 14. A. 45

Antesignani C. 3, 75. 84. qui in cohorte ante signa locati. distinguuntur a *prosignanis*, qui in secunda acie stabant. V. Frontinus strat. 2, 3, 17. cf. Guischard Mém. crit. p. 108

Apertum corpus, nudum 4, 1. *apertus humerus*, scuto non tectus C. 2, 35. *aperta nauis* A. 11. 13. oppon. *constratae* aut *tectae*. *apertum castrorum latus*, vbi nulli sunt defensores 2, 23. *apertus locus*, non sinuosus 1, 41. 2, 18. 7, 18. *apertus campus*, planities 3, 26. *apertum et planum litus* 4, 23. 5, 9. *apertum latus*, nullo monte aut munimento tectum 4, 25. *apertum mare* 3, 8. 9. 12. *apertus cuniculus* 7, 22

Aqua, mensura ex aqua 5, 13

Aquatio 4, 11. *aquator* H. 21. *aquari* C. 1, 68. 73. 78. H. 37

Aratores Af. 20. 36

Arcano aduerb. C. 1, 19. Sic ibi in codd. scribitur.

Arcessire 1, 31. 5, 11. vbi *arcessiri*, vt apud Colum. 9, 8. *lacessiri*.

Ardet animus ad vlciscendum 6, 34

Aridum, terra continens 4, 29

Aries, trabs, ferro praefixa, qua muros quassant 2, 32

Argilla fusilis 5, 43

Arma nauis 3, 14. siue *armamenta* 4. 29. quidquid ad eam instruendam pertinet. Similiter *armare naues*, adparare, instruere necessariis rebus 3, 13. 5, 1. C. 1, 36. et *armare elephantum* Af. 41

Arta silua, arboribus densissima 7, 18

Artificium opponitur virtuti C. 1, 58. Af. 14

Arx, rudiore structura sic instituta fuit, vt aliquis mons muro cingeretur. Ea ergo fuit arx 1, 58

Asseres, tigna tenuiora, quam

trabes esse solent, vt si trabes bes dissectae essent in tigna tenuiora. Vtcumque verti poterit *starke Stangen*, *des perches épaisses* C. 2, 2. A. 13. cf. Liu. 38, 5. *asseres falcati*. cf. Tacit. H. 4, 30. vbi *asseres et trabes*.

At refertur ad *si*, et est *tamen*, *saltem* 1, 43

Atque, *est hoc loco aedificium non dissimile atque altero*, non aliter atque altero loco structum, non dissimile his, quae sunt in altero loco A. 18. *vtitur veste eadem*, *atque alter* Af. 57. cf. *par*. *atque* pro statim ex mente Marklandi C. 1. 24. 2, 42. cf. not. ad At. 38. pro at, vero 4, 25. C. 2, 29.

Attingere locum, ei finitimum esse 4, 3

Attributus. Cf. *Praefecti equ*.

Auctior 1, 43

Auctor caedis, cuius suasu, hortatu, opera, caedes fit 5, 25.

Auctoritas, cohortatio eius, qui persuadet 1, 3. exemplum 3, 8

Aucupari, exspectare et observare, donec fiat Af. 58

Audacter, sine metu 1, 18

Auditio, sermo, rumor 4, 5. 7, 42

Auersus, fugiens 1, 26. 2, 26. *auersi vulnerantur*, a tergo A. 30

Auertere flumen fossis C. 1, 61. *auertere iter ab hoste*, eum non diutius insequi 1, 23. *auertere iter ab loco*, contendere aliorsum 1, 16

Auxiliarius 8, 5

Auxilium hortandi deest, deest aliquid, quod cohortationi vim addat, eam efficacem reddat A. 10

Axis vel *assis* C. 2, 9

B.

Balista, machina bellica, qua trabes et asseres, et lapides, omninoque tela maxima, summa vi mittuntur. Veget. de re mil. 4, 22. C. 2, 2. vt Tac. A. 2, 20. missas e tormentis hastas. H. 13

Basilica, publicum aedificium, magnifice exstructum, praesertim columnis f. porticibus exornatum, in quo, praeter alia, iudicia habentur A. 52

Belle, *minus belle habet*, de aegroto H. 52

Bellum agere 3, 28. *bellum facere* 3, 29. 7, 2

Bene magnus H. 1. 4. et saepissime in hoc libro.

Beneficiarii milites, qui beneficio ducis vacationem a duriore militiae labore habent C. 1, 75. 3 88. Est ergo genus honestioris militiae. Vegetius de re m. 2, 7. cum eos dixisset inde adpellatos, quod beneficio tribunorum promouerentur (ad altiorem locum), refert eos inter milites, qui priuilegiis muniri solent. Cf. Lips. de milit. Rom. 5, 6. Guichard Mémoires crit. et histor. Tr2. p. 190

Boronee A. 53. Sed lectio dubia est.

Bipedalis trabs 4, 17

Bonitas agrorum 1, 28

Bonum, dos A. 12

Brachium est genus munitionis, v. c. aggeris, fossae, vt plurimum reliquae munitioni superadditum, ita coniungens duos locos, vt ab vno procurrat transuersim ad alterum A. 30. Af. 38. (qui locus omnino videndus) 49. 51. H. 5. 6. 13. Dicitur brachium *duci*. v. Lipsius Poliorc. 2, 2. Drakenborch. ad Liu. 22, 52

Breuitas, parua corporis statura 2, 30. Ex hoc loco verbum repetiit Vegetius de r. m. 1, 1

C.

Cadit, accidit, euenit A. 11

Caecum vallum, sudes et stipites, ante fossam defixi, iidemque terra obiecti, ne cerni possint C. 1, 28. cf. 6. 67.

caecus filus, occultus Af. 31. Ergo in talibus *caecum* est, quod cerni non potest, metonymice.
Caelatum opus, H. 25. constat figuris sculptis, quae alicui rei, vt h. l. scuto, illigantur s. affiguntur. Est vero etiam omnino opus, quod figuras insculptas habet.
Caeruleus color 5, 14
Calones 6, 36. dicuntur c. 37. *mercatores*. cf. C. 1, 52
Capere locum 5, 8. et *portum* 4, 36. in eum venire. Sed *capere locum* 5, 23. eligere. *ceperat opinionem*, consecuta erat 8, 8. *capere damnum de re aliqua* 8, 30
Caprea 6, 27
Capreolus C. 2, 10
Captus subst. 4, 3. *vt est captus Germanorum*, vt pro ipsorum natura, indole, institutis, fieri potest et solet, vt inter eos locum habet.
Caput fluminis, ostium 4, 10. *fontis*, origo, initium 8, 41. *tigni*, extremitas C. 2, 9. *capita*, ipsi homines 1, 29
Carina, infima trabs nauis, fundus 3, 13. C. 1, 54
Carpere agmen, infestando minuere, passim interficere et capere C. 1, 63. 68. cf. c. 64. vbi idem agmen *proelio premi* dicitur, et c. 78. *carpere et impedire*.
Carrus 1, 3. 4. 14. 6, 24. aut *carrum* H. 6. est vehiculum Gallorum et Germanorum.
Casa 5, 43
Castellani, praesidium castelli A. 42
Castellum. vid. ad 7, 69. C. 3, 43
Castigare, grauius reprehendere C. 1, 3 3, 57
Castra, hiberna 3, 3. *castra naualia*, in quibus et tentoria sunt, et naues subductae, vno vallo comprehensae 5, 22. cf. 5, 11. *quintis castris eo peruenit*, quinto die, cum quinquies milites sub tentoriis noctu fuissent 7, 36. vid. Ciacconius ad h. l. *castra statiua*, in quibus aliquamdiu moratur C. 3. 30. 37. Af. 26. Cf. Lipf. de mil. rom. 5, 1. *castra* tentu latissimo. Af. 38
Casus, *casu magno accidit* pro quo paulo post legitur, *magnae fuit fortunae* 6, 30. Cf. ibid. c. 35. C. 2, 5.
Catapulta, machina bellica, vnde lapides torquentur Af. 31. C. 2, 9. Cf. Vitruu. 10, 15. sqq.
Catascopus, κατάσκοπος, vid. ad Af. 26
Causa, *in eadem causa* (conditione) *fuerunt* 4, 4. Omittitur post genitiuos, vt cum dicitur, *destruendi operis causa* A. 17. 5, 8. vid. Oudendorp. ad 4, 1. Sic et Graeci omittunt ἕνεκα. Cf. C. 1, 82. A. 65
Causula paruula Af. 54
Celeberrimus locus, hominibus abundans A. 2
Census, quo hominum numerus initur 1, 29
Cento, vilior pannus, quo quid tegitur C. 2, 9. 10. C. 3, 44
Cerimonia grauis 7, 2
Certus ventus, ex eadem plaga spirans, qui non mutatur in horas Af. 2
Ceruices, numero plurali pro singulari, vt antiquissimi plerumque vsurparunt H. 20.
Ceruus in re militari 7, 72
Cetratus C. 1, 39. 48. qui gestat cetram, h. e. scutum loreum, idque leuius. Seru. ad Virg. Aen. 7, 732
Chara, radix quaedam C. 3, 48. Sed lectio est incerta. cf. mantissam p. 828
Cibaria molita, farina 1, 5. In gr. metaphrasi ἄλφιτα, Contra Liu. 21, 49 *cib. cocta*.
Cippus 7, 73. Pr. est truncus erectus, deinde columella, lapis erectus, in sepulcris, terminis agrorum.
Circinus, instrumentum, quo circulus describitur 1, 38.

Circiter, aduerbium 2, 32. Af. 89
Circulari dicuntur, qui consistunt in circulis colloquendi causa C. 1, 64. Cic. Brut. c. 51
Circumcidere cespitem ferramentis. 5, 42, *circumcisus collis*, ἀπότομος, steil 7, 36
Circumcludere argento 6, 28
Circumdata palude silua 8, 7. Sic et alias *circumdare*, vt *oppido munitiones* 8, 34. *multitudinem* Af. 74
Circumiicere milites moenibus 2, 5
Circumiri, passiue 3, 25. C. 3, 94. Af. 14. 83
Circummunire 2, 30. *circummunitio* C. 1, 19
Circumscribere aliquem, coercere, ne suo iure, suaque libertate possit vti C. 1, 32
Circumspicere se, respicere ad se, prospicere sibi Af. 47
Circumuenire vrbem vallo, cingere C. 1, 18. Sic h. l. codd.
Citatus, celer 4, 10. *citatim*, celeri itinere Af. 80
Ciuitas, der Stadt, l'Etat 1, 21 nam ciuitates Gallicae in pagos sunt diuisae, pagi continent oppida. Sic et *ciuitas Aruernorum* 7, 4 etc. et opponitur vrbi
Clam aliquem, H. 3. et alibi.
Classem facere, parare 4, 21
Classiarii, milites in classe A 20
Classicum in re militari est signum, quod tuba datur aut cornu, non semper proelii committendi, sed et aliorum negotiorum. Vbi autem datur, ibi necesse est imperatorem praesentem esse: est enim signum imperii C. 3, 82. Veget. de re mil. 2, 22
Claudere, acies clauditur oppido, finitur prope muros, non potest vlterius extendi, tegiturque muro Af. 59. Veget. de r. m. 3, 6. *impedimenta a lateribus claudere* (tegere) *manu armatorum*.
Clementer sub dicere, lenissime C. 3, 20. *clementia*, lenitas punientis 2, 14
Cliens. Cum multi homines in Gallia clientes vnius dicuntur, sunt iidem, qui alio nomine ambacti et soldurii adpellantur 6, 15. Atque hos etiam 6, 19. puto intelligi. Sed cum integrae gentes dicuntur alterius gentis clientes, intelligendi sunt socii; et qui sub alterius gentis imperio sunt 5, 39. qui in eius fide sunt 6, 4. se ad amicitiam eius adgregarunt 6, 12. Cf. inuicem 1, 31 et 6, 12., vbi eadem res describitur. Hinc *clientelae* Aeduorum 6, 12. sunt socii eorum.
Coactu alicuius aliquid facere 5, 27
Coactum (opus), e lana aut potius pilis, arte densatis, τὸ πιλητὸν C. 3. 44. (*Matratzen von Haaren.*)
Coagmentum lapidum C. 3, 105
Cogere, congregare 2, 5. *naues* 3, 9. *milites* 1, 6. quod 1, 4. est *conducere*.
Cognitus virtute 1, 28
Cognoscere iter, de exploratoribus 1, 21. *controuersias* de proconsulis iurisdictione 8, 46
Cohors Praetoria, quam veluti suam sibi delegit Praetor, i. e. summus dux, vt proxima ei sit 1, 40. Res exemplo illustratur 1, 42. Cf. Liu. 2, 20. *Dictator cohorti suae, quam delectam manum praesidii causa circa se habebat, dat signum. Cohors legionaria*, quae peditibus constat 5, 11
Collatio, comparatio 8, 8
Collatus (armorum), ipsa pugna H. 31
Collocare alicui mulierem 1, 18. ibid. *nuptum collocare*. *Rem colloc.* 3, 4. vid. not.
Colonicae cohortes. vid. ad C. 2, 19. cf. H. 7

Colonus C. 1, 34. Est homo liber, cui dominus fundi aliquam sui fundi partem colendam mercede elocat. Cf. 1, 56. vbi coloni pastoresque dicuntur coniunctim, etsi pastores sunt serui. cf. c. 57

Columnarium C. 3, 32

Comitatus, siue *Cardouni* C. 1, 48. 51. 54. Sic verti potest ἡ συνοδία in euang. Luc. 2, 44

Comitialis dies C. 1, 5

Commeare, ire et redire 7, 36. de mercatoribus 1, 1

Commeatus, significat interdum omnes eos, qui vna meant, commeant, aut qui vna nauibus transportantur (*ein Transport*) 5, 23. A. 25. A. 8. vbi *secundus commeatus* dicitur, 51. 31. 37. 44. *commeatus datus*, venia absentiae Af. 77

Comminari Af. 71

Comminus s. *cominus*, e propinquo 1, 52. Veget. de r. m. 3, 23. explicat, *manu ad manum*.

Commirari Af. 35

Commode pugnare, sine impedimento 1, 25

Communis lex 5, 56

Comparatio pugnae, adparatus, praeparatio Af. 36. Liu. 1, 36. Sic *fugam comparare*, adparare 4, 18

Compendium, lucrum 7, 43. C. 3, 32

Complecti locum (opere), circummunire 7, 72. C. 3, 112. *complexus loca praemunit*, ambitum s. spatium, in quo sunt illa loca, munit. Sic *complecti colles* Af. 14

Complere, *his rebus completis*, perfectis C. 3, 46

Complexus, *in complexum alicuius venire* C. 3, 8. vid. not.

Complures, multi 1, 18. 2, 17. 4, 4. Sic differt a verbo *plures*.

Compositio controuersiarum C. 1, 26. 32. C. 3, 16. 17

Comprehendere ignem, de stramine 5, 43. *comprehendere aliquem*, eius manum prehendere rogandi causa 5, 31

Comprimere lacrimas alicuius, consolando A. 24

Conata, *orum* 1, 3

Concedere factum beneficiis, veniam facti dare propter beneficia A. 68

Concertare, certare 6, 5

Concessu alicuius 7, 20

Concidere animis, animum abiicere, minus spei habere 8, 19

Concidere, occidere 1, 12. 2, 11. *via concisa*, passim impedita 3, 9

Conciliare aliquem alicui (fauorem alicuius) 5, 4. *conciliari alicui* 8, 62

Concilium, conuentus 1, 18. 30

Concionari cum aliquo, apud aliquem 7, 47

Concipere (animo), capere, discere Af. 63. *flammam* C. 2, 14

Concitatio, irritatio ad tumultus C. 3, 106

Concitator multitudinis 8, 21. *concitator belli* 8, 38

Conclamare, clamare, de vno 1, 47. vbi interpretes plura exempla collegerunt: *conclamare ad arma* (capienda) C. 1, 69. *conclamare* (ad) *vasa* (colligenda), clamare et strepitum facere vasorum colligendorum causa C. 1, 66. 3, 37. 75. *conclamare victoriam* 5, 37

Conclusio, obsidio C. 2, 22

Conclusum mare, non late patens, angustum, vt fretum 3, 9. cf. ibid. c. 8

Concrepare armis 7, 21. Mos Gallicus, cum armis collidendis s. complodendis strepitum cient, vt hostibus terrorem iniiciant.

Concubinus H. 33

Concurrere contra aliquem Af. 6

Concursus nauium, quae procella colliduntur 5, 10

Condensus, densus Af. 50

Conditio seruitutis, vitae ratio, qua quis est seruus 3, 10. vt *conditio iuris et libertatis*, vitae ratio externa, quae constat iure et libertate 1, 28. *bona conditione (unter vortheilhaften Umständen) confligere* C. 1, 85. *pari conditione*, eodem consilio H. 5

Condocefacere tirones Af. 71. *bestias* Af. 27. abrichten.

Condocere, consuefacere Af. 19

Condonare, donare 8, 4. *cond. iniuriam precibus*, quia alter precatus est, veniam dare 1, 20. *cond. iniur. fratri*, veniam dare propter fratrem. ibid.

Conducere homines, congregare, συνάγειν 2, 1. 2. cf. 1, 4

Conferre timorem in simulationem 1, 40. vid. not. *conf. aliquid in tempus longius*, differre ibid. Nimirum is *confert aliquid in tempus aliud*, qui decernit rem alio tempore facere. *Conferre castra oppido*, iuxta oppidum ponere A. 37: quod ib. c. 37. est, *coniuncta moenibus castra ponere*. Sic *castra castris conferre*, propinqua e regione ponere 8, 9. C. 3, 79. et omnino A. 61 bis. 68. H. 20. 23

Conferta (densa) *acies* 1, 24

Conficere numerum militum 2, 4. *conficere obsides*, numerum obsidum 8, 23. *conficere* (consignare) *tabulas literis graecis* 1, 29. *confecta vigilia*, finita 7, 3. *confectus dies*, finitus Af. 83. *sidus confectum*, vid. ad Af. 47. *confectus aetate*, debilitatus 7, 57

Confidere sibi in aliqua re Af. 19. si lectio certa est.

Confieri, fieri 7, 68

Configere clauis 5, 13. *configere turrim*, construere, componere fabricando A. 2

Confirmare, persuadere 1, 5. *confirmare se*, firmiter sibi proponere 2, 19. *confirmare animos verbis*, consolari, vt adquiescant 1, 53. *confirmare aliquem libertati*, ei concedere, vt fruatur libertate: si lectio vera est C. 1, 14. *confirmare se auxiliis*, sibi robur addere C. 1, 29. *confirmatis rebus*, constitutis, confectis 6, 6

Conflatum bellum, subinde ortum 8, 6. A. 1

Confluens Mosae et Rheni 4, 15. locus, vbi confluunt.

Confugere in fidem alicuius H. 1

Congredi aliquo C. 1, 40

Coniicere homines in locum, eo ducere, vt ibi tuti sint et abditi 2, 16. cf. ad 8, 5. Sic 6, 40. *coniicit in manipulos*, recipere se eo, vt sint tuti. Sed 5, 24. simpliciter est, collocare aliquo loco, locum iis adsignare. *Coniici in noctem* dicitur is, quem post diuturnum itineris errorem nox tandem opprimit C. 3, 28. *coniectum in noctem proelium*, eo vsque tractum Af. 52

Coniungere noctem diei, de eo, qui diu noctuque sine intermissione iter facit C. 3, 13. *regio, oceano coniuncta*, finitima, contermina 8, 46

Coniurare de militibus 7, 1

Conligata scuta, quae cohaerent, quia plura vno pilo transfixa sunt 1, 25

Conquisitor militum A. 2

Consanguinei populi, quorum alter ab altero in coloniam missus est, aut qui mutuum habent connubii ius 1, 11. 2, 3

Conscendere in naues 5, 7

Conscius mei, qui mecum eamdem rem nouit, consiliorum particeps C. 3, 108

Consequi, praeeuntes sequi, vt accedas ad eos 1, 13. *cons. naues*, ad eas venire, eas assequi A. 20

Confidere dicitur exercitus, vbi castra ponit 1, 48. 3, 17, 5, 9

Consiliari, consultare C. 1, 19. 73. Sic in codd. omnibus scribitur priore in loco, in posteriore quidam habent *consultare*.

Consilium ineunt rebellare (rebellandi,) 8, 44. *consilium capit profugere* 7, 26. *consilium capit dimittere* 7, 71. *consilium*, coetus deliberantium 3, 3. 23. 5, 28. 31. it. 1, 40., vbi militare consilium s. Praetorium intelligitur. In his locis plerumque est var. lect. *concilium*; sed hoc significat quemlibet coetum; *consilium* vero est multitudo deliberantium. *Consilio publico*, totius ciuitatis consensu 5, 1

Consimilis, similis 2, 11. 5, 12

Consistere aliquo loco, ibi morari, vt peregrinum 7, 3. *consistere in re*, perseuerare, perstare in sententia de hac re 5, 36. *in opere* Af. 31. *in misericordia* C. 1, 85

Conspirati, coartati C. 3, 46

Constanter nunciant, qui omnes magno cum consensu nunciant 2, 2. Hinc *constat inter omnes*, omnes idem dicunt 7, 44

Consternere paludem ponte 8, 14. *pontes consternuntur*, trabes inponuntur in modum pontis 8, 9

Constituere diem cum aliquo 1, 8. *constituere oppidum*, efficere, vt meliore sit, quam antea conditione C. 1, 15. *turres* 2, 12

Constrata nauis C. 2, 23. 3, 7. A. 11. cf. *tectus*

Consuesco. Perfectum *consueui* (sc. me) est, soleo 1, 14. 43. 5, 7

Contabulatio, tabulati exstructio, s. tabularum conlocatio super tignis transuersis C. 2, 9. Synon. est *contignatio*. Ergo *contabulare turres* 5, 40. Liu. 24, 34. est facere, vt fiat in turribus summis contabulationes s. tabulata (*Boden, des planchers de différens étages*) in quibus milites, pugnantes e turri, consistunt. Fortassis etiam *contabulare turres* interdum est id, quod 8, 9 legitur, *pontibus transiectis constratisque coniungere turres*. Alibi, 7, 22. *murum turribus contabulare*, videtur significare, murum turribus contabulatis cingere.

Contegere scaphas cratibus et pluteis C. 3, 24. *contegere naues*, quo consilio fiat, traditur C. 2, 4. cf. *tectus*. *contegere arma* C. 2, 14. cf. B. G. 2, 21

Contendo ire in locum 1, 23. *contendo aliquid*, efficere volo 4, 17

Contestari Deos 4, 25

Contexere tigna 4, 17

Continenter, sine intermissione 1, 26. 3, 5

Continens. Ita simpliciter adpellat Caesar Galliam, cum in Britannia est, eamque Britanniae obponit. vid. ad 4, 38 et 5, 20. *continens inpetus*, continuus 7, 28 *continentes siluae*, continuae, tractus siluarum 3, 28. sic et *continentes paludes* 6, 31. *continens flamma*, quae non intermittit 8, 15. *collis continens ripae* C. 1, 54. citra omnem dubitationem significat, cohaerens cum ripa, ideoque contiguus, vicinus. *continentes dies*, sequentes deinceps 3, 84

Continere, coercere 8, 2. 46. *contineri*, includi 1, 2. C. 2, 25. *Gallia continetur flumine Oc. Belg.*; hi sunt termini, intra quos est, quibus includitur 1, 1. *Vicus continetur* (includitur, cingitur) *montibus* 3, 1. *Mare continetur montibus*, montes sunt ad mare circumcirca 4, 23. *Pons continet oppidum*, tau-

git oppidum, ei vicinus est 7, 11. Maluit tamen Oudendorpius h. l. *contingebat*, et Ruhnkenius ad Vell. Paterc. p. 12 significationem Latinis inauditam dicit, si quis *continere* interpretetur *contingere*. *Mons continet spatium*, occupat, in eo est 1, 38. *Agger non potest contineri altiore aqua*, durare non potest, cum altior aqua est C. 1, 25. sed vid. notas

Continuatio imbrium 3, 29

Contra atque, secus ac 4, 13. C. 3, 12 *contra*, e regione 3, 9. 7, 62. *contra hostem consistere* 2, 17. *portas contra aliquem claudere* H. 27

Contrahere castra, facere angusta, minoris ambitus 5, 49. 7, 40. cf. *angustus*

Contraria alicui ciuitas, hostilis H. 1

Contributa ciuitas cum alia ciuitate, ei adtributa, cum ea coniuncta sic, vt ab ea, vt maiore, pendeat (*dazugeschlagen*) C 1, 60

Contubernium C. 3, 76

Contumelia, quam nauis perfert 3, 13. i. e. vis, quam infert tempestas, scopulus, hostis. Similiter dicitur iniuria s. inclementia tempestatis

Conualescere, vires capere, de hoste debilitato Af. 25

Conuenae, colluuies hominum A. 21. σύγκλυδες

Conuentus (1, 54. 5, 1. et alibi) sunt conuentus hominum prouincialium in certas vrbes, quae et ipsae *conuentus* dicuntur (8, 46), et e primariis prouinciae vrbibus sunt, vt coram Proconsule, per prouinciam iurisdictionis caussa iter faciente, et in certis illis vrbibus ius dicente, in foro compareant. *tenir les assises, assembler les états.* Cum autem non oppida dicuntur conuentus, sed *conuentus oppidorum quorumcumque prouincialium*, tum sunt ciues Romani, qui, praeter indigenas s. inquilinos, aliqua de caussa in oppidum conuenerunt, vt ibi habitent, negotientur, ibique commorentur. Sic *conuentus Vticensis* Af. 68. C. 2, 19. it. Af. 97 et 90. vbi incolae Vticenses distinguuntur a Romanis negotiatoribus. *Conuentus portas claudit* C. 2, 19. cf. c. 21, vbi ciues Romani hoc fecisse dicuntur. Similiter 7, 55. C. 1, 14. 3, 9. 21. 29. 32. 40. A. 57. 58. Cf. Gronou. Obseru. 3, 22

Conuertere iter, aliorsum ire 1, 23. Hinc *conuertere signa*, aliorsum ferre 1, 25 et *signa conuersa in hostes inferre* 2, 26. *conuersus ad hostem*, versus hostem 3, 29. *conuersa mens*, mutata 1, 41. *conuertere castra castris* C. 1, 81

Conuicium, clamores C. 1, 2

Conuincere, *auaritia conuincatur*, aliquis conv. auaritiae 1, 40

Conuulnerare, vulnerare Af. 6. 7, et saepe in libris de B. Af. et H.

Copia, multitudo hominum 1, 48. cf. 10, vbi *copia parua* dicitur. *copia expedita* Af. 80. *copia pedestris* Af. 10. 38. H. 6. vid. Dauis. ad C. 1, 45. et Victor. ad Cic. ad Att. ep. 6, 12

Copiae, facultates, commeatus, frumentum, alimenta, 1, 31. 2, 10. 4, 4. Af. 36. Sic et Tac. Ann. 1, 68. Florus 4, 2, 39

Copiosus ad alendos homines locus, victu abundans A. 41. *copiosum oppidum*, rebus omnibus abundans 1, 23

Copulae, vid. ad 3, 13

Coronae, vid. ad 8, 9. *corona hostium*, acies, cingens inclusos Af. 17. cf. c. 70. *corona cingere*, circumdare 7, 72. *corona* in obsidione vrbis H. 13. *serui sub corona vendit*, i. e. bello capti et venditi 3, 16: nam antiquitus bello capti coronis induti vendebar

tur, quo signo adparebat, haec venalia manicipia bello capta esse, Gell. N. A. 7, 4

Correptus conuicio, grauiter obiurgatus C. 1, 2

Corripere, capere C. 1, 66. comprehendere C. 3, 109

Corruptus macie, macilentus C. 3, 58

Corus ventus, e regione ea, quae inter occidentem et septemtriones est, spirans 5, 7

Cothon Af. 62. 63

Crates, opus plexile e viminibus 4, 17. 5, 40. 7, 81

Crescere per aliquem, maiores opes accipere 1, 20. *crescit flumen ex niuibus* 7, 55

Cruciabiliter Af. 46. Caesar solet dicere, *cum cruciatu*

Cruciatus, *supplicium cum cruciatu*, cum excruciatum tormentis interficiunt 6, 17. cf. 6, 19. Sed 1, 31. *cruc.* et *supplicium* synon. sunt

Cultus, vitae genus humanius 1, 31. ibidem *consuetudo victus* dicitur. Vitae ratio, ab omni ruditate remota 1, 1

Cunctum (vniuersum) *Regnum* Af. 91

Cuneus, genus aciei, cum milites in formam cunei consistunt 6, 40. 8, 14. Hinc *cuneatim consistere* 7, 27

Cuniculus 3, 21. *cuniculus apertus* 7, 22

Cupa, dolii genus 8, 42. C. 2, 11

Cupere alicui 1, 18. quod apud Cic. est, *omnia alicuius causa velle*

Cursum tenere, in eadem via, quam institeras, manere, ab ea non demoueri 4, 28. 5, 5. 8. Oppon. *reiici*

Custodia, de militari praesidio 2, 29. 4, 4. 7, 78. 19.

D.

Dare aliquem in fugam 2, 23. *dare* (concedere) *alicui iter per locum* 1, 8. *malum malo dat remedium*, continet remedium, fit remed. C. 1, 81. *datur alicui dubitatio*, est, cur aliquis dubitet 2, 14. *dare iusiurandum*, iurare 7, 2. *dare inter se fidem et iusiurandum*, iureiurando sibi inuicem promittere, coniurare 1, 3. *dare manus* (victas), cedere alteri 5, 31

De tertia vigilia, paulo post initium eius, magna eius parte reliqua 1, 12, vt 2, 7. *de media nocte*, et Horat. Epist. 1, 2, 32, *de nocte*. Non omnibus tamen in locis ita intelligi potest

Decedere alicui via 6, 13

Decernere, pugnare C. 3, 41. Af. 14. H. 41

Decertare, certare 8, 7

Decessus aestus, refluxus maris, quod vltra litora effusum fuerat 3, 13

Decumana porta, porta castrorum, ab hostibus auersa, ceterisque maior 2, 24. 3, 25. *decumani*, decimae legionis milites Af. 16. H. 30

Decuriones, municipiorum Senatores C. 1, 13, 23. De his antehac diligenter exposuit Georg. Henr. Martini in Propemptico p. 30 sqq. *Decurio* turmae equestris, qui ei praeest, vt Centurio centuriae, 1, 23. Af. 29. Veget. de re mil. 2, 14

Decurrere in portum Af. 3

Decursio, incursio hostilis in agros 8, 24. A. 42. Saepius dicitur *incursio*

Decutere praesidium colle Af. 50. Vsitatius *deiicere*

Dedere se, se, res suas ac vitam plane permittere arbitrio et clementiae victoris: vnde *deditio* et *dediticii* 1, 27. et *in deditionem venire*, de qua forma loquendi egit Verheyk ad Eutrop. 2, 2. *dedere se amicitiae alterius* 3, 22. quod ibidem est, *deuouere*

Deducere naues e litore in mare, *κατάγειν* 5, 2. Af. 62.

cf. *subducere*. *deducere se e conspectu* H. 18. *deduci in aliquem casum* 2, 31. *deduci in periculum* C. 1, 19. *deducere rem* C. 4, 62. 70. *deducere* introducere C. 1, 19. 3, 31. G. 4, 22. 7, 68

Deductus praemio, vid. ad 7, 37. C. 1, 7

Deesse occasioni, ea non vti, committere aliquid, quare manibus elabatur C. 3, 79

Defendere bellum, arcere, prohibere se ab iniuriis et impetu belli defendere 1, 44. 6, 23. *defendere hostem a loco*, arcere 8, 9

Defensores, sublicae, veluti paries contra fluminis vim infixae 4, 17

Defici a viribus C. 3, 64: sic enim cum praepositione *a*, h. l. codices. Vsitatius omittitur *a*. Inde *defectus* (viribus), fatigatus C. 3, 40. *res deficit alicui* 3, 5. *deficit nauis*, quae rimas egit, vt prouehi nequeat A. 13

Definire, *definit locum*, qui eum facit terminum, vltra quem non procedatur 7, 81. H. 30

Deformata vrbs incendiis A. 24

Deiectus, substant. 2, 8. 22

Deiectus, qui caesus procubuit 2, 27. C. 1, 46. *deiectus spe* 1, 8. *deiectus opinione* 5, 48. *deiectus locus*, inferior, ad radices collis C. 1, 46. Sic et *deductus* et *demissus* dicitur

Deiici dicitur nauis, quae deorsum fertur 4, 28. cf. 4, 36. *infra delatae sunt naues*. *deiicere praesidium*, pellere C. 3, 23. *deiicere aliquem* (equo) 4, 12

Delegare (tribuere) *alicui caussam*, coniicere culpam in eum 8, 22. Liu. 9, 29. *delegare ministerium alicui*, ab se amoliri, et in alium transferre

Delibratus decorticatus 7, 73

Deligare (adligare) *ad ripam* 1, 53. *deligare saucios* Af. 21.

Demigrare de oppidis 4, 19

Deminuere de voluptate 1, 53.

Deminutio capitis C. 2, 32

Demissus locus, humilis 7, 72. C. 3, 49. vbi oppon. *editus*. *demissa ripa*, non alta A. 29

Demittere castra e monte in vallem 8, 36. *demittere se animo*, abiicere animum 7, 29. *demittere arma*, *das Gewehr strecken*, *mettre bas les armes* Af. 85

Demonstrare, narrare, indicare 1, 11. 5, 38. sexcenties est in his libris, *quod antea demonstrauimus*, pro *diximus*

Demorari iter, morari, impedire 3, 6

Demotus (loco), cedere coactus C. 2, 32

Denarius, tres circiter grossi nostri, *seize sols* C. 1, 52

Denique, in summa, vno verbo 7, 64. Sic quoque 2, 33. Tacit. Ann. 1, 26. 28.

Deperdere, perdere, amittere 1, 43. 3, 28

Deponere (detrahere) *onera iumentis* C. 1, 50

Depopulare H. 42. *depopulatus* pass. 1, 11

Deprecari dominum, precando placare, veniam ab eo petere A. 32. *deprecari sibi vitam* Af. 89

Deprecator, qui nobis aliquem conciliat, pro nobis intercedit 1, 9. 6, 4

Deprimere nauem, facere, vt mergatur C. 1, 58. 2, 6. *deprimere fossam*, fodere, facere 8, 9. 40. *deprimi*, obteri et proculcari C. 2, 43. *valles in altitudinem depressa*, profunda 8, 9

Depugnare, pugnare 7, 28. A. 7, 29. 45. Nepos Them. 4

Derectus v. c. paries, qui perpendiculum factus est,

nea perpendiculari descendit 4, 17. 8, 9. cf. *directus*

Describere vecturas, singulis praescribere, quid et quantum vehant C. 3, 41. *describere pecunias*, singulis praescribere, quid et quantum soluant A. 61

Desecare aures 7, 4. Saepius dicitur resecare, praesecare

Deserere se, ab sua indole recedere, sui dissimilem esse C. 1, 75

Desiderare, cupere, adpetere 4, 2. Plerumque est, cum aegritudinis sensu cupio id recuperare, quod habui, sed omisi

Designare aliquem oratione, sic describere, vt agnosci possit 1, 18

Desilire (de equo) *ad pedes* 4, 12 IV 2.5

Despectus e loco edito in inferiorem 3, 14. *mons despectum habet*, ex eo despici potest 2, 29. Contra *prospectus* fere est, cum recta per loca patentia oculus fertur

Desperare aliquid 2, 24. *re aliqua* 3, 12. *desperatus homo*, perditus, pessimus 7, 3

Despoliare, spoliare 2, 31

Destinare, figere, firmare, vt *ratem ancoris* C. 1, 25. *antennas ad malum destinare*, adligare 3, 14. rem prehensam immotam tenere 7, 22, vbi vid. Ciacconius. Cf. Bergerus de nat. pulcr. orat. p. 461. Hinc fluxit metaphora, cum destinare est decernere, constituere, vt certum sit, vt Graecorum πέπηγε, *constitutum est*

Destinata mens in fugam Af. 88

Destitutus 1, 16

Destringere gladium 1, 25. 8, 23. Non, *distringere*

Desuper vulnerare, cum aduersarius eum, qui ex aduerso stat, non recta ferit; sed pedum digitis leuatus super scutum ictum infert ei 1, 52

Detendere tabernacula C. 3, 85. Pr. *tentoria detenduntur*

Detergere remos C. 1, 58. A. 15

Detestari precibus, diris deuouere 6, 30

Detrahere equites equis, iubere descendere 1, 42

Detrimentosus 7, 33. Verbum alibi non occurrere, multi monuerunt, voluerantque corrigi, et legitur pro eo in codd. duobus *detrimento suo*, aut in vno *detrimentum summum*. Prior lectio est nihili, altera ferri potest. Sed si verbum hoc analogiae conuenit, quidni Caesar videatur hoc posuisse? Formatum est, vt *portentosus* a *portentum*

Deuehere (in) *equis milites*, equitantes s. equo insidentes in locum deducere 1, 43. Non est, *ex alto in planiciem*

Deuocare fortunas in dubium, vocare in dubium, periculo exponere 6, 7

Deuotus 3, 22

Deurere oppidum, comburere H. 27

Dicere (definire, constituere) *diem* 1, 6. *dicere locum colloquio* 1, 34. cf. *sacramentum*

Dicrota nauis, biremis δίκροτος A. 47

Dictio, *causae dictio*, defensio 1, 4. Sic *testamenti factio* et alia

Diducere, in partes exiguas diuidere 3, 23

Differtus, passim repletus C. 3, 32

Difficilis (aditu) *palus* 7, 19

Diiudicata fortuna, non amplius dubia et anceps C. 2, 32

Dilectus militum 6, 1. C. 1, 6. Ita fere codd. Caesaris, non, *delectus*

Dimittere principatum 6, 12, *auctoritatem* Af. 48. *oppi-*

dum 8, 5. *spem* C. 1, 73. In his locis est idem quod *amittere.* Cf. Cic. Tusc. 1, 6. *morte fortunas dimittere. dimittere oppugnationem*, omittere, relinquere 7, 17. C. 3, 73. *dimittere ripas*, relinquere, ab iis discedere 5, 18. *dimittere iracundiam Reipublicae*, eius caussa deponere iras C. 1, 7

Directus locus C. 1, 45. *directa trabs* 7, 23. *directum latus fossae* 7, 72. 8, 9. (nisi fortasse in his locis *derectus* legendum est) *directum iter* C. 3, 79, *directa platea* A. 2. *Directum* est, quod linea recta procurrit s. extenditur, *gerade*, *tout droit*; sed *derectum* dicunt, quod linea perpendiculari descendit, *senkrecht*. Hinc *directum cornu* 6, 26. *curuato* opponitur, vt Cic. N. D. 2, 57. *iter directum* et *flexuosum*, et Veget. de r. m. 3, 6. *tuba directa est, buccina in semet flectitur*. Ouid. Metam. 1, 98

Dirigere opera, in obsidione, fossas v. c. et aggerem producere ad locum aliquem 7, 28. *dirigere aciem mira longitudine* Af. 13. quod c. 17. est, *porrigere aciem in longitudinem.* Conf. c. 51, 78

Discedere, *spes discedit alicui*, euanescit ex animo 2, 7

Disceptator, qui litem dirimit, iudex 7, 37

Disciplina Druidum 6, 13. *habere incommodum pro disciplina et praeceptis*, ex eo discere cautius mercari C. 3, 10

Discludere trabes, distinere, ne conuergant 4, 17. *mons hos ab illis discludit*, disiungit, intermedius est 7, 8

Discutere niuem altam 7, 8

Disiicere omnino est coniuncta disiungere, vt sol nubes disiicit. Hinc *disiicere aciem* 1, 24. cf. *perfringere*. *Disiecti*, sparsi, palantes 5, 20. et 8, 3. nondum collecti. *Disiecta pabulatio*; vid. ad 8, 7. *Disiecta aedificia*, non continuata, aut vno loco multa, sed passim aedificata 8, 10

Dispar proelium, quo pedites cum equitibus confligunt 5, 16

Disparare, disiungere, separare, vid. ad 7, 28

Disponere (diuersis iisque certis locis ponere) *praesidia* 1, 8. vnde *equites dispositi* C. 3, 101. per quos nuncius adfertur

Distinere multitudinem, impedire, ne plures eundem in locum conueniant 2, 5. 3, 11. A. 17. Hinc *distineri ad oppugnatione*, prohiberi, defendi, ne possis oppugnare H. 8. et *distentus* (ab aliis negotiis abstractus et totus occupatus) *in munitione* H. 11. *Distensae naues*, quae tempestate dissociantur, ne vna vehantur A. 45. *distinere victoriam*, obiice suo non pati eam esse continuam et solidam 7, 37

Distribuere exercitui hiberna 8, 54

Diuersum proelium, diuersis in locis 8, 19

Docere, pluribus dicere 1, 43

Doctrina, ars et peritia nauium administrandarum A. 15

Documentum constituere, exemplum poenae edere in aliquem Af. 54

Dolabratus 7, 73. Sed verbum dubium est

Domesticum iudicium, internus sensus e factis ortus C. 3, 60

Domum concursus C. 1, 53. *domum reditio* 1, 5

Dorsum montis aequum, planities in summo monte 7, 44

Ducere bellum, protrahere 1, 38. *ducere bellum in hiemem* C. 1, 61. *ducere bellum longius* 7, 11. H. 8. *ducere ali-*

quem, promittendo efficere, vt frustra exspectet 1, 16. Ibidem *ducere diem ex die*, rem ab vno die in alium differre

Durum, valde periculosum et molestum 5, 29

Duumuiri municipii, summi magistratus C. 1, 23. 30

E.

Edere in aliquem omnia exempla et cruciatus 1, 31

Editus locus, altior, vt collis, tumulus

Effarcire 7, 23

Efferre se gloria, eminere velle studio gloriae H. 23. *efferre in vulgus* 1, 46. 6, 13. *efferri iracundia* 8, 19. *studio* C 1, 45. *gloria* C. 3, 79 *laetitia* 8, 29

Efficere spatium cursu et viribus, absoluere 4, 35. *efficere numerum militum* 7, 4. cf. *conficere*!

Effodere domum, vi aperire, *aufbrechen*, *faire effraction* C. 3, 42

Effundere se in agros, per eos spargi, vagari 5, 19

Eiicere se ex filuis, inde eruptionem facere 5, 15. *eiicere se ex oppido* 5, 21 et *ex castris* 4, 15 inde aufugere, vt Liu. 1, 40. *foras se eiicere*. *eiicere nauem in terram*, adpellere 3, 25. 28. *eiicitur nauis in litore* (in litus) *tempestate* 5, 10 cf. *elidere*

Elidere, *naues tempestate eliduntur*, ad litus et scopulos adliduntur C. 3, 27

Eludere aliquem, eius conata irrita reddere C. 1, 58

Emigrare domo 1, 31

Emittere pilum 2, 23

Emolimentum 1, 34

Enim, enimuero 5, 7. C. 1, 81. C. 2, 32. Gron. ad Liu. 34, 32

Enunciare, quod clam fuerat gestum, eloqui palam 1, 4. 17

Ephippiatus eques, qui ephippio vtitur 4, 2

Epibata A. 11. Af. 20. 62. Est verbum graecum ὁ ἐπιβάτης, quod ex etymologia significat eum, qui conscendit nauem; sed ex vsu loquendi nominatim militem classiarium, qui e naui pugnat, oppositum ceteris, qui in naue iuvit. vid. Duckerus ad Thucyd. 6, 43

Ergastulum soluere, locum in villa, in quo inclusi sunt gladiatores, aperire, eos educere ad bellum C. 3, 22

Ericius C. 3, 67

Eripere (liberare) *se*, *ne* — 1, 4. *eripere e periculo* 4, 12

Erumpere se portis, eruptionem inde facere C. 2, 14. cf. *eiicere*, *incitare*. *Erumpere iram in aliquem* C. 3, 8. Gronou. ad Liu. 36, 7

Esse, *quantum in ratione est* 8, 6. *esse summis laboris*, laborem ferre posse 4, 2

Essedum 4, 33. 5, 9. *essedarius* 4, 24. Quantum e primo loco indicare licet, currus bellicus fuit, qui nihil nisi rotis impositam sellam (δίφρον) habuit, in qua miles et auriga sederent. Fortasse similia fuerunt bigis et quadrigis Circensibus

Et item, atque etiam 1, 29. 3, 5

Etesiae C. 3, 107

Etiam ante comparatiuos, vt *etiam libentius*, *etiam grauius* 1, 16. C. 1, 53. A. 71. Respondet graeco ἔτι. Vulgo *adhuc libentius* dicunt, sed hoc nullo modo ferri potest

Euentus nauium 4, 31. *fortunarum* C. 2, 5

Euidens quaestus, insignis, quem facere operae pretium est A. 49. Oppon. *sordidus*

Euocati, qui in re militari κατ' ἐξοχὴν dicuntur, sunt, qui iustis stipendiis factis honeste missi fuerant, sed denuo rogati inuitatique sunt, vt rur-

fus militiam faciant. Sic Dio Caff. 45, 12. describit. 7, 65. C. 1, 3. 17, vbi pari funt honore cum Centurionibus. C. 1, 27, vbi Voffius eos a Centurionibus diuerfos fuiffe docet. C. 1, 85, vbi aetate confecti bellisque fuperioribus probati euocantur. C. 3, 88. 91. Af. 76

Ex, *foror ex matre* 1, 18. *dies ex die*, alius poft alium 1, 16. *ex vinculis caufam dicere*, vinctum catenis 1, 4. *ex equo colloqui* 1, 43. *ex infidiis ponere*, infidiandi caufa 3, 20. *ex proelio*, poft proelium H. 34. *ex Praetura*, poft Praeturam C. 1, 22. 31. 85. *ex rupibus*, iis fuperatis C. 1, 70. *ex vfu eft*, vtile eft 1, 30. *ex vfu alicuius accidit*, vtiliter ei 1, 30. *Aquitania aeftimanda ex tertia parte Galliae*, habenda pro t. p. G. 3, 20, *praeruptus ex adfcenfu locus*, ibi, vbi adfcenditur 7, 86. *ex itinere adgredi*, inter eundum, in itinere 1, 25. *ex itin. oppugnare*, in tranfitu, ita vt non diu moreris, non multum temporis impendas 2, 6. 12. Eft Graecum ἐξ ὁδοῦ. *ex itinere reuerti*, in medio itinere, antequam veneris eo, quo volueras 2, 29

Exacta aeftas, finita 5, 28

Exaggerare mortem morti, caedem aliam fuper aliam facere, et ita augere caedas et cadavera H. 5

Exagitare, e loco alio in alium pellere, aut omnino vexare 4, 1

Examinatus curfu, qui omnem fere fpiritum effudit 2, 23. 3, 19

Exaudire, fonum procul audire 7, 61. C. 3, 87

Excedere e confuetudine, eam deponere Af. 73. cf. *Orbis*

Exceptare aliquem attollendi caufa 7, 47

Excidere portas, perrumpere 7, 50. *excidere feram*, capere 8, 28

Excipere, *nauis excipit vadum*, vid. ad 3, 13

Excitare turres, erigere 3, 14

Excubitus, excubiae H. 6. Veget. de r. m. 3, 8

Exculcare, conculcando replere 7, 73

Excurfionem facere 2, 30

Excurfus, de acie, procurfus quorumdam ex acie verfus hoftem, vt primi impetum faciant C. 3, 92

Exemplum tabularum teftamenti, *Abfchrift*, *copie* C. 3, 108. Ergo *tabulae eodem exemplo* funt, *eine gleichlautende Abfchrift eines Teftaments*. Cf. *Edere*

Exercitata bellis regio 8, 25

Exercitus, peditus 7, 61

Exigue habere frumentum, cum parcius diuidendum eft, cum aegre fufficit 7, 71

Exiguitas temporis 2, 21. 33. *exiguitas copiarum*, numerus exiguus 3, 23. *exiguitas pellis*, breuitas 4, 1

Eximia opinio 2, 8

Exiftere, adparere C. 3, 105. Af. 7, 68

Exiftimare, pro aeftimare, h. e. diiudicare, ftatuere C. 3, 102

Expedire naues, vt ad proelium paratae fint C. 2, 4. *expedire rem frumentariam*, eius difficultatem minuere C. 1, 54

Expeditus motus, faciliimus 4, 25. *expeditus omnibus membris*, qui nihil geftat nec humero, nec manu etc. 4, 24. *expediti*, qui nihil nifi arma geftant 1, 49. 2, 19. it. qui fine impedimentis iter faciunt 6, 25. 8, 14. C. 3, 6. vbi fic explicatur: *fine mancipiis et impedimentis*. *Iter exped.* in quo nulla occurrunt impedimenta 1, 6. *locus expeditus* C. 1, 27

Expelli re, de eo, qui ſpe et conſilio excidit Af. 25

Expenſas alicui ferre pecunias, ſcribere in tabulis expenſarum, ſolutas eſſe alicui pecunias A. 49. 56

Experiri, ſc. quid poſſint 1, 44. *experiri euentum*, vſu et experiendo cognoſcere, qualis ſit, 3, 3. *experiri auxilium* 3, 5

Explere, *expletur iuſta altitudo* 7, 23

Explicare rem frumentariam, modum eius comparandae faciliorem reddere 8, 4. *explicare ſumtus*, remouere difficultates ſumtuum faciendorum, curare, vt ſumtus commode fieri poſſint A. 34. Similiter *explicare conſilium* et *explicitum conſilium*, facile effectu, paucis difficultatibus obſeptum, εὔκολα C. 1, 78. Sed C. 3, 78. *explicabat conſilium rei totius his rationibus*, i. e. omnem rem, cauſis agendi probe cogitatis, ſic inſtituebat. Nempe conſilium agendi difficultatibus *impeditum* eſt, cum fieri poſſit, vt alio atque alio modo agendum ſit: has difficultates multiplicemque belli gerendi rationem ſigillatim cogitando rem *expedimus* et *explicamus*, dum, quid et quare agendum ſit, cogitamus. *Explicatur acies*, cum ſic inſtruitur, vt in iuſtam latitudinem extenſi ſint ordines, non eo amplius modo, quo in itinere aut anguſtiis fuerant C. 2, 26. 3, 93. it. C. 1, 58. eſt idem, quod *producere longius in latiore ſpatio. Agmen explicare*, confuſam turbam quodam ordine diſponere 8, 14

Explicitior, comparatiuus rarus C. 1, 78

Exporrigere equites in longitudinem Af. 78. i. e. aciem explicare. *Exporrigere munitiones*, extendere Af. 42

Exprimere (alicui) *vocem* 1, 32. *exprimere aquam machinationibus e mari* A. 5. *agger exprimit turres altius* 7, 22

Exquirere, explorare 1, 41. *exquirere ſententias*, rogare 3, 3

Exſequi ius ſuum, defendere, tueri, ne amittatur 1, 4

Exſertus humerus, non tectus veſte 7, 50

Exſpoliare honorem alicuius, eum priuare honore 8, 50

Extendere ſe (progredi) *magnis itineribus* C. 3, 77

Extenuare equites, eo redigere, vt diducti ſtent, non denſi Af. 14. *acies extenuata*, in latitudinem magis, quam longitudinem directa Af. 59

Exterrere, terrere C. 1, 41. 2, 4

Extra (contra, praeter) *conſuetudinem* C. 3, 85. Sic apud Horat. *extra numerum et modum agere*.

Extrahere diem dicendo, abſumere eum dicendo ad ſolis vsque occaſum C. 1, 32. cf. c. 33. *extrahitur tempus*, quod cunctando elabitur 5, 22

Extremus caſus, quo nullus eſſe magis aduerſus poteſt 3, 5. *extrema res*, de quibus fere actum eſt 2, 25

Extruſum mare, cui acceſſus, aggere oppoſito, intercluſus eſt 3, 12

Exturbare Af. 40

Exuere aliquem armis 3, 6. V, 51.

F.

Fabri legionum 5, 11. quorum originem Liu. 1, 43. deſcripſit, munus autem Veget. de r. m. 2, 11. Hinc *Praefectus fabrum* C. 1, 24

Facere caſtra 1, 48. A. 49. *coniurationem*, eius auctorem eſſe 1, 2. Sed 8, 1. eſt coniurare. *ſementem* 1, 3. *ſalutationem* Af. 85. *pacem* 1, 13. *proelium* 1, 18. *pontem in flumine* 1, 13. *ma-*

gnam iugulationem H. 22. *cohortes*, legere, colligere, sibi comparare C. 3, 87. Sic *f. sibi milites ex prouincia* H. 2. et *legio facta ex coloniis*, ibid. 7. *f. classem*, aedificare et instruere 4, 21. *f. bellum* 3, 29. et *facere alicui bellum*, moliri et suscipere contra aliquem 5, 28. Sic 7, 2

Facultas pugnare (pro gerundio) Af. 78. cf. *consilium*. *Facultates Italiae*, numerus militum 6, 1

Facultas, copia 1, 38. 3, 9

Falcata quadriga A. 75

Falces murales videntur fuisse conti, praefixi ferro, in falcis formam incuruato, vt murus, iis iniectis, dirueretur 3, 14. (Strabo, de eadem re loquens, δορυδρέπανα adpellat) 5, 42. 7, 22. 84. 86. quo loco earum vsus describitur. A. 75

Fallere, *hoc eum fefellit*, hoc ei per ignorantiam aut negligentiam accidit, ei inscio et parum cogitandi obrepsit Af. 3

Familia, serui 1, 4. Sic *familia gladiatoria*, serui, qui sunt gladiatores C. 3, 21. *mater familiae* aut *familias* 1, 50. 7, 26. 47. C. 2, 4. *pater familiae* aut *familias* 6, 19

Fas, quod per legionem diuinasque leges licet 1, 50

Fastigatus collis, a latiore basi in acutius cacumen surgens. Omnino est *proclinatum* 2, 8. C. 2, 10. vid. etiam ad 4, 16

Fastigium infimum 7, 73. vid. not.

Fauces portus, aditus C. 1, 25. angustiae A. 36

Felicitas consequitur (comitatur) *aliquem* 8, 31

Fenestra, foramen in pariete relictum C. 2, 9

Feriae Latinae C. 3, 2. Est commune sacrum omnium sociorum Latinorum ad vinciendam conseruandamque eorum societatem, in monte Albano celebrari solitum, quo nondum peracto, non licuit consuli ad bellum proficisci. Liu. 21, 63. 22, 4

Feroculus, inepte ferox, adfectans ferociam Af. 16

Ferrariae sc. fodinae 7, 22

Ferre alicui conditionem, offerre, deliberandam proponere 4, 11. *ferre aliquid omnibus sermonibus* C. 2. 17. *ventus fert nauem aliquo* 3, 15. *ferre ad populum* C. 1, 6

Feruefacta iacula 5, 43

Ferus, nullo vitae cultu, asperior 2, 15

Fibula 4, 17

Fidelitas 8, 46

Fides angusta, cum nemo suas pecunias alteri mutuas dare vult, quia nemo par est soluendo C. 3, 1. *fidem alterius sequi*, ei se permittere 4, 21

Fiduciaria opera C. 2, 17. *Regnum fiduciarium* A. 23

Fingere vultum, fictam s. simulatam fiduciam vultu prae se ferre et metum hilaritate vultus tegere 1, 39, *die Miene in der Gewalt haben*. Hinc *vultus falsus* Tac. A. 3, 3

Fines Treuirorum, ipsa terra, ipsum regnum 5, 3. *quem ad finem*, quousque, de loco 2, 19. *pectoris fine*, pectore tenus 7, 47. Sic *vmbilici fine* Af. 85

Finire siluam, mensura definire latitudinem 6, 25. *f. temporis spatia*, metiri, definire 6, 18

Firmitudo operis, de ponte 4, 17

Firmus populus 1, 3. et *firma ciuitas* 5, 19. potens, quae non facile vinci potest. *Firma cohors* C. 3, 88. quae 7, 60. plenius dicitur *firma* (valida) *ad dimicandum cohors*

Fistuca 4, 17

Fores, quae portam claudunt, *die Thüren der Thore* 8, 9

Forma; typus, ad quem quid imitando exprimitur 5, 1. cf. *modus*
Fors (casus, fortuna) *offert* 2, 21. *tulit* 8, 19
Forte lignum, durum C. 2, 2. *fortis pons* A. 19. Cf. Veget. 1, 24. Alias *fortis* refertur magis ad animum
Fortiter dicere sententiam, nullo timore impeditum C. 1, 1
Fractus, debilitatus 1, 81
Fratres et consanguinei, de duobus populis 2, 3. cf. *Consanguineus*; *Necessarius*
Fraudare stipendium equitum, in eo fraudem facere, equites eo fraudare C. 3, 59
Fremitus, clamor 4, 14
Frequentare copias militibus, earum numerum augere additis militibus Af. 20
Frons pontis, pars hostibus adversa 8, 9. montis 2, 8
Fructuosus locus, fertilis, fecundus 1, 30
Fructus agrorum 1, 28. Vsitatius, *fruges*
Frumentarius locus, vnde frumenti copia est 1, 10. *frumentarii*, qui frumentum adportant 8, 35
Frustra mittere telum; quod non ferit aduersarium 3, 4
Fugitiuus sc. miles 1, 23
Fundere, vincere proelio, efficere, vt diffugiant 1, 44. *fundere glandes*, *schmelzen*, *giessen* Af. 20
Funditor 2, 7
Fusilis argilla 5, 43
Fustuarium H. 27

G.

Gaesum 3, 4
Galea. Cf. *Inducere*
Galeari, galea indui Af. 12
Gemella legio C. 3, 4
Generatim, per gentes s. nationes, singulae gentes et nationes singulatim 1, 51. vbi in metaphr. gr. est κατὰ φυλάς. Cf. 7, 19. et Homer. Iliad. 2, 362. vbi κατὰ φῦλα et κατὰ φρήτρας est *generatim*, singulos populos et singulas gentes singulatim. Explicatur hoc 7, 28. aliis vrbis, *cuique ciuitati sua pars castrorum obuenerat*; erant ergo generatim distributi per castra — Per singula genera hominum et rerum, C. 3, 32. *Gen. gratias agere*, singulis auditorum generibus C. 2, 21: nam deinceps enumerantur singula eorum genera, quibus gratias egit
Genus, gens, natio 4, 3. 7, 22
Gerere, *geritur* (fit) *in castris* 1, 17. *quae de eo gesta erant*, ei acciderant 8, 39. vid. not. *prae se gerere* Af. 10
Glans, globulus, qui funda mitti solet 5, 43. 7, 81. Af. 20. Interdum literis inscripta mittebatur H. 13. 18
Grando saxea, a magnitudine concretorum globulorum Af. 47
Gratiam referre, in partem deteriorem, male gratum esse 1, 35. *gratiam* (fauorem, amorem) *alicuius velle* 4, 7
Grauis fortuna, de magna miseria 1, 32. *grauior aetas*, de senectute 8, 16. *graue quid statuere*, de poena 1, 20. *graue nauigium*, onustum 5, 7
Grauitas ciuitatis, opes, quae ei dignitatem conciliant 4, 3
Grauiter, verbis iis, quae rei magnitudinem demonstrant 1, 16. *grauiter de aliquo iudicare* C. 2, 32. *grauiter decernere*, de asperitate sententiae C. 1, 15
Grumus, collis H. 8. Caesar *terreum tumulum* adpellare solet. Festus: *Grumus*, *terrae collectio*, *minor tumulo*: quae verba locum alterum H. 24. illustrant

H.

Habeo coactum 1, 15. *habeo redemtum* 1, 18. *habeo necesse hoc facere* Af 39. *habeo iter aliquo*, possum eo

iter facere C. 5, 11. contendo eo C. 1, 51. C. 3, 106. *non habuit* (putauit) *dubium* H. 29. *res habet celerem et instabilem motum*, mutatur celerrime 4, 23. cf. *Processus*.

Harpago 7, 81. C. 1, 57. H. 16. contus, vno ferreo praefixus, auctore Liuio 30, 10. cf. 24, 34. Inseruiunt harpagones muris diruendis, et nauibus attrahendis. Videntur quodammodo, si non vsu, at fabrica a *manu ferrea* differre; etsi mihi quidem non constat de discrimine. Plinius H. N. 9, 57. extr. et Caesar B. C. 1, 57. vtrumque verbum coniunxerunt, quod non videntur commode fecisse, si haec duo simpliciter eamdem rem indicarent. Cf. Frontin. Strateg. 2, 3, 24

Hastatus primus, primus ordo (centuria) hastorum C. 1, 46. Constabat autem legio olim hastatis, principibus, triariis. Liu. 8, 8

Hibridus libertinus Af. 19

Hippotoxotae, sagittarii equites C. 3, 4. Af. 19

Homo adolescens 6, 28. *homo Gallus* 2. 30. *homo honestus* 1; 53. *homines*, pedites C. 2, 39

Honeste, non ignominiose Af. 31

Honestus, qui summo loco est in ciuitate 1, 53. nobili familia ortus, vt Senatoria, Equestri C. 1, 51. 2, 5. *honestus miles* C. 1, 20

Horae diei 1, 26

Hortari pass. H. 1. Gell. N. A. 15, 13

Hortatio A. 10

Humanitas gentis, mores non barbari, non feris digni, sed quales sunt gentium cultarum 1, 1

Humilitas est eius, qui, fractus vltimis miseriis, subiectissime loquitur C. 1, 85. Item eius, qui viribus inferior est altero 5, 27. Hinc *ciuitas humilis* 4, 3. 5, 28. cui *ampla et fortunata* 7, 54. opponitur. *Πόλις ταπεινή*, Isocr. Paneg. c. 26

I.

Iacere. Cf. *agger.*

Iactare, liberius et palam dicere, vt innotescat 1, 18. *iactare brachium*, vehementius mouere 1, 25

Iactura (pecuniarum), de profusa largitione 6, 12. C. 3, 112. Sic Graeci dicunt *προΐεσθαι*, de honesta etiam liberalitate: Thuc. 2, 43. et *προετικὸς* Xen. Mem. 3, 1, 6.

Ictus pilorum 1, 25. *scorpionis* 7, 25. *gladiorum* H. 17. *vno ictu contundere* Af. 18

Idoneum, opportunum, vtile 4, 21

Ignotum peccatum, condonatum Af. 51

Illigata, inuicem colligata 4, 17

Impedimenta, animalia, quae gestant impedimenta, et in impedimentis sunt 7, 45

Impedire, *palus impedit locum*, reddit iter per locum difficile 7, 57. Hinc *impeditus locus*, siluis paludibusque plenus 3, 28. *imp. silua*, ad quam propter paludes difficulter adiri potest 5, 21. *imp. manus*, quae aliquid prehensum tenet 1, 25. *imp. nauigatio*, difficilis 3, 9. *Impediti*, in flumine haerentes 2, 23 et 9. cf. ibid. c. 10. *in medio flumine tardius ire*. Rursus 4, 26. qui in aqua haerentes firmiter insistere nequeunt: item 1, 12. qui, flumine traiiciendo occupati, ad proelium non parati sunt. *Animus impeditus* 5, 7

Imperare, *arma imperat*, qui armatos ad bellum conuenire iubet C. 1, 5. *milites imperat*, qui eos mitti s. exhiberi iubet 1, 7

Imperator post victoriam *adpellatus* C. 2, 26. H. 19. vid. Tac. A. 3, 74
Imperia noua, cum forma ciuitatis mutatur, alius Rex eligitur 2, 1
Imperitus, inprudens C. 1, 86
Impetrare, rogata accipere 1, 9
Implorare auxilium ab aliquo 1, 31
Importare de mercibus, εἰσάγειν 1, 1. 4, 2. *importaticium frumentum* Af. 20. Cf. 4, 2. C. 3, 42
Importunitas Af. 87
Impotenter regnare A. 33
Impressionem (impetum) facere in aliquem Af. 78
Imprudens, nescius 5, 29
Impuberes 6, 21
In quatuor milibus passuum, intra qu. m. Af. 65. cf. 5, 24. 6, 36. Af. 47. *in circuitum oppidi*, circa opp. 8, 33. *in potestatem habere* C. 1, 25. *in spatio*, per aliquod intervallum Af. 70. *in colloquium venire* 1, 35
Inaedificare, *dranbauen*, *draufbauen*, *bâtir à côté ou par dessus* 8, 9. ibi, illo loco aedificata 8, 5. *inaed. plateas*, *verbauen*, *zubauen*, *verschütten*, *boucher une rue par un édifice*, ne aditus pateat C. 1, 27. *hart dran anbauen*, *bâtir tout à côté* C. 2, 16
Inaequare, aequare C. 1, 27
Incertus (ratione) *loci*, qui nescit, quem locum petat Af. 7
Incidere arbores, vt inflecti possint 2, 17
Incidit malum alicui 8, 12. *error* C. 3, 13. *incidit*, accidit Af. 1
Incitare nauem remis 4, 25. *incitare cursum* 2, 26. *inc. se ex aliquo loco*, ex eo celerius prodire C. 2, 14. *inc. se in aliquem*, irruere C. 2, 6. 3, 24. *vis aeque se incitat*, aqua eum vi irruit 4, 17. cf. *Aestus*. *Res incitat* (auget) *cogitationes stultas* 8, 10. de homine arroganti. *Incitatur aliquis* ad arrogantiam 8, 12
Incitatus equus 4, 12.
Incolere, frequenter de habitatione 1, 1. 5. 2, 3. 4, 1. 20
Increpitare, obiurgare 2, 15. ibid. c. 30. vanitatem et stultitiam alicui exprobrare.
Incursiones 5, 1. 6, 10
Incusare, exprobrare alicui 1, 40
Indago, rete, quo siluae v. c. a venatoribus cinguntur 8, 18
Indicere concilium in diem certam 1, 30
Indignitates, iniuriae maximae, quibus non dignus erat alter 2, 14
Indiligentia eius est, qui *nullo studio* rem *agit* 7, 17. C. 3, 8. cf. A. 65. vbi sic legendum est. *Indiligens* 7, 71. *indiligenter* 2, 33
Inducere scutum pelle loco ferreae laminae 2, 33. vid. ad A. 90
Induere galeam, capiti imponere 2, 21. cf. Virg. Aen. 2, 393. 5, 674. Hactenus milites Caesaris castra munierant, vbi non opus fuit galeis; nunc ita repente confligendum est, vt ne tempus quidem superfit galeis e tentorio petendis et capiti imponendis. Similiter aliquis apud Gell. N. A. 7, 4. dixit, *corona indutus*. *Induere se vallis*, irretiri 7, 73 82
Indulgere, benignum esse 7, 40
Industrie 7, 60. C. 3, 95
Inermus 1, 40
Infatuare, stultum reddere Af. 16
Inferior animo, qui minore est virtute et fiducia, quam alter 2, 8. 3, 24. *aetate aut viribus*, 8, 14. *inferiores vrbis partes*, *die Niederstadt*, *la partie basse de la ville* C. 3, 112
Inferre merces extriusecus, non natas domi 2, 15. *inferre signa*, in hostem ferre 1, 25.

spem 2, 25. *cunctationem, moram* A. 2. *inf. alicui vulnus* 1, 50. cf. *Vulnus. Caussam inferre*, ea vti, eam commemorare 1, 39. *caussam alicui inferre*, culpam coniicere in eum, comminisci crimen, quod obiiciatur ei H. 1. *inferre aliquem in equum*, imponere equo, ἐνεμβιβάζειν, 6, 30

Inficere, tingere 5, 14

Infidelitas 8, 23. C. 2, 33

Infirma arbor, accisa 6, 27

Infirmitas animi, mobilitas 4, 5. 13

Inflari (fastu) 8, 10. 12. Sueton. Ner. 37. *inflatus*, incitatus C. 3, 108

Inflate loqui, ita, vt res verbis augeatur C. 2, 17. 39. 3, 79

Infra, in locum inferiorem 4, 36. *infra elephantos*, minor elephantis 6, 28

Infulae, vittae f. fasciae laneae, ramo oleagiuo adligatae C. 2, 12. Liu. 30, 36. Talem ramum gestare, fuit signum supplicis

Ingredi intra fines 2, 4. *ingressus in eam orationem*, qui in hanc sententiam dixerat C. 1, 2

Inibi Af. 23

Iniicere studium, excitare, commouere in animo 1, 46

Iniquitas rerum, difficultas a multitudine incommodorum 2, 22

Iniquus locus 2, 10

Inire bellum, incipere 8, 1

Inita aestate, cum vix coepisset, prima aest. 2, 2

Iniungere tanq. onus 8, 49. C. 1, 4

Iniuria, passiue, 1, 20. 30. 7, 38

Iniussu meo, iniussu alicuius 1, 19

Inlucet, lucescit C. 1, 23

Innata menti cupiditas, persuadendo nata f. orta in animo 1, 41. quod ibid. c. 46. est, *studium narrando iniectum. Innatum naturaliter*, ab ipsa natura menti inditum C 3, 92. Ergo *innatum* apud Caesarem est, quocumque modo inlatum in animum, quod animo quacumque de caussa inhaeret

Innocentia est eius, qui ab auaritia sibi temperat, ne iniuste agat 1, 40. Cic. Leg. Man. 13

Inscientia 3, 19. *inscientia locorum* 3, 9. *inscientia vsus*, ignoratio modi, quo modo re vtendum sit 3, 13

Insectatus, passiue Af. 71

Inseruire alicui rei, ei operam dare A. 12

Insidiae, fraudes 1, 13

Insigne, signum 7, 50. *insigne nauis Praetoriae* C. 2, 6. *insignia galearum*, ornamenta aduenticia, vt galeae fulgerent eo magis 2, 21. 7, 45. Etiam 1, 22. intelligenda sunt armorum ornamenta. Tales sunt apud Tac. Ann. 1, 24. milites seditiosi, non fulgentes insignibus, h. e. non addiderunt galeis et armis suis ornamenta, quia volebant miseri et moesti videri. Lipsius tamen in Excursu ad illum locum aliam interpretationem secutus est

Insistere rationem pugnae 3, 14. vt *insistere viam*, Terent. Phorm. 1, 4, 15. *Animo insistere* (incumbere) *in aliquid* 6, 5

Insolens, qui inflatus animo, petulantius et superbius se gerit 8, 13. oppon. *timidus*. Sed *belli insolens* C. 2, 36. ei non adsuetus. cf. *Insolitus*. Sallust. C. 3. *animus malarum artium insolens. Insolens voluptas*, inusitata A. 51

Insolenter gloriari, cum aliorum contumelia et irrisione 1, 14. *insolenter insequi* C. 1, 45. A. 27. cf. *Intoleranter*

Insolentia, ὕβρις C. 1, 32

Insolitus ad laborem exercitus, non adsuetus labori C. 3, 85. insolita constructio

Instabilis motus tribuitur rei, quae non diu eadem manet, sed omnibus horae momentis mutatur 4, 23

Instar, similitudo, praesertim ratione magnitudinis et multitudinis. Hinc A. 19. *instar trium cohortium*, numerus tres cohortes aequans, numerus tantus, quantus est trium fere cohortium, h. e. tres circiter cohortes

Instituere remiges ex aliquo loco, arcessere, comparare 3, 9. *instituere aciem*, instruere 3, 24. 4, 14. Sic Al. 37. *partem copiarum instituit*, instruxit, vt acies esset. *machinationem* 2, 30. *pontem* 4, 18. C. 1, 54. *naues* 5, 11. *turres, testudines, munitiones* 5, 52. *fossas* C. 3, 46. *officinas ferrarias* Af. 20. *vt instituerat*, vt solebat 6, 3. 44

Instruere tigna parieti, struendo inserere parieti, *einmauern* C. 2, 9. *instruere aggeres*, struere 8, 41. cf. *Agger*. *naves*, armamentis ornare et quibus opus 5, 2. 5. C. 3, 100

Instrumentum hibernorum, supellex, vasa 5, 31

Insuefactus, adsuefactus 4, 24

Integere 7, 73. C. 1, 25. Cf. not. ad *obtectus* C. 3, 19

Integrum A. 35. definitur, *quod ita est, vt fuit*. *Vires integrae*, nondum imminutae pugnando 3, 4. aut currendo et laborando 3, 19. Hinc *integri* defessis opponuntur 5, 16. 7, 41. Af. 78. *integer locus*, nondum exhaustus pabulando C. 1, 49. *Omnia sunt integra ad pacem*, nihil est in vlla re impedimenti, quo minus pax fiat C. 1, 85. cf. C. 2, 42

Intelligitur signum aliqua re 8, 3

Intendere, conari 3, 26

Inter, (per) *tredecim annos* 1 36. vt Liu. 1, 10. *inter tot annos*, in decursu tot annorum. *Inter manus* C. 2, 2

Intercidere, *iugum valle a castris intercisum*, diuisum 8, 14. *colles vallibus intercisi*, diuisi, disiuncti A. 72. cf. ad A. 73

Intercipere pila, excipere, arripere 2, 27

Intercludi re frumentaria, arceri ab iis locis, vnde frumentum peti poterat 1, 23

Interdicere alicui re aliqua 1, 46. *interdicere aqua et igni*, in exsilium mittere 6, 44. Sed 5, 58. *interdicere* est iubere, edicere

Interiicere, interponere, immiscere 7, 36. *interiicere sentes arboribus* 2, 17

Interior, vid. ad 2, 2. cf. 5, 12. 13. 14. *interiores*, qui intra moenia sunt 7, 82

Interire de re inanima, *de nauibus* C. 1, 58 C. 3, 27. A. 21. *de vsu tormentorum* C. 2, 16

Interitio, interitus, caedes H. 24

Intermittere tempus a labore (vacuum) C. 1, 32. cf. *Ad*. *intermittunt subeuntes*, desinunt accedere, παύονται προσερχόμενοι 2, 25. *flumen intermittit*, vacuum spatium relinquit, quod aqua non offusum est 1, 38. *intermissum spatium*, interuallum 7, 72. *intermissa vallis*, intermedia 8, 9. *intermisso triduo*, tribus diebus e apsis 1, 27. vt *nocte intermissa*, interea dum nox labitur. ibid. *intermissa collibus planities*, media inter colles, interiecta, non tecta colle 7, 70. cf. ibid. c. 17. *intermissae* (distantes. sic paulo ante) *paribus spatiis trabes* 7, 23. quae hypallage

est: nam spatia s. intervalla intermittuntur s. relinquuntur.
Internecio, omnium omnino interitus et caedes 1, 13. 2, 28
Interpellare, vid. ad A. 50
Interponere moram 4, 9. *interponere caussam*, proferre caussam, quae rem impediat, exceptione vti 1, 42. *interponere alicui fidem*, ei fidem facere iurando, obtestando 5, 6. *inposita suspicio*, iniecta, excitata ab aliis 4, 31
Interrumpere pontem, rescindere 7, 19
Interscindere pontem, rescindere 2, 9. *interscindere aggerem*, eius partem diruere 7, 24
Intextum. viminibus scutum, textum e viminibus 2, 33
Intoleranter sequi, acerrime, vt alter vehementiam sequentis vix ferre possit 7, 51
Intorsit aliquis talum, talus eius luxatus est H. 38. *intortus talus*, ibid. 39
Intritus ab labore, non attritus s. debilitatus labore 3, 26
Inuenire ex aliquo, cognoscere, quaerendo comperire 2, 16
Inuisus, non ante oculos positus C. 2, 4
Inuitare C. 1, 74
Inuolare in aliquem A. 52
Inutilis ad pugnam, de pueris 2, 16. noxius Af. 54. *inutiliter*, damnose A. 65
Irridicule, *non irridicule*, satis facete 1, 42
Irrumpere pontem, occupare C. 1, 16
Ita, *non ita multum* 5, 47
Iter ire Af. 6, 75
Iterum, secundum 1, 44
Iudicia reddere in aliquem, de eo, qui ius dicit C. 2, 18
Iugum currus, locus, quo currus temoni iungitur 4, 33. *sub iugum mittere*, ritus contumeliosus, quo indicatur, hostes victos et in seruitutem redactos esse 1, 7. 12. Descripsit Liuius 3, 28. cf. 9, 5. 6.
Iungere equum equo proxime aliquem adequitare 8, 48
Iuniores, qui aetatem militarem habent 7, 1. C. 3, 102 Liu. 1, 43. Dionys. Halic. p. 221. ed. Sylb. sic definit, qui nondum attigerunt annum aetatis quintum et quadragesimum.
Ius. cf *Adire*
Iusta caussa, idonea, propter quam meremur, vt aliquid fiat 1, 43. *iustum diei iter*, vid. ad C. 3, 76
Iusta funebria 6, 19. Cf. Mantissam

L.

Labor operis, molestia muniendi et oppugnandi 7, 20. 28
Laborantes, qui periculum vix prohibere possunt 1, 52. *laborat animo*, quouis modo curat et cogitat 7, 31
Labra fossae 7, 72. et *poculi* 6, 28. sunt margines
Lacessere hostem proelio, sagittis iaculisque coniiciendis aut adequitando irritare hostem et cogere, vt se defendat 1, 15. 23. *lacessere proelium*, lacessere hostes ad proelium 4, 34
Laetatio 5, 52
Languidus, timidus A. 25
Lanista, gladiatorum magister Af. 71. H. 6
Largiter posse, multum valere 1, 18. in gr. metaphr. est, πλεῖον δύναται. *largiter consequi*, Af. 71
Laureatae literae et fasces C. 3, 71
Laxare aciem, ita milites collocare, vt ne amplius densi stent 2, 25
Legatus, proximus ab Imperatore Dux, qui, eo absente et nomine eius, res gerit 1, 10. Eius officia C. 3, 51. hibernis praeficitur 1, 54. cum

praesidio relinquitur 2, 6. Quid ei absente imperatore non liceat 3, 17. *Legatus pro Praetore* 1, 21
Lenitas fluminis labentis 1, 12
Leniter fastigatus 2, 8. *adcliuis* 2, 29. 7, 19. C. 2, 24. 29. *leniter* (pedetentim) *iter facere* Af. 6
Lenunculus, paruum nauigium C. 2, 43
Lex. vid. ad 1, 5
Liberaliter, vt decet hominem magno animo 4, 21. vt decet eum, qui beneficii magnitudinem agnouit 2, 5. *liberaliter respondere*, comiter, benigne, humaniter C. 3, 104
Libra, *ad libram factum*. vid. ad C. 3, 40
Librilia 7, 81
Lignator, qui ligna colligit in vsus valli 5, 26 Vnde *lignatio* 5, 39
Lilium, in munitione 7, 73
Lingula 3, 12
Lintres 1, 53. paulo post nauiculae dicuntur C. 1, 28. Interdum iunguntur in modum pontis 1, 12
Liquescens aqua, quae, excreto sensim limo, liquida et limpida fit A. 3. Ibidem aqua dicitur *subsidere*, cuius limus subsidit
Lis, *litem aestimare*, constituere, quanti sit damnum, ab altero datum 5, 1. *Lis* ergo est id, de quo orta est controuersia, res violata
Litare, *caedes litatur* (expiatur, luitur) *poena* H. 24
Locus dignitatis 5, 44. *locum* (altum) *amicitiae tenere apud aliquem* 1, 20. *loco argumenti habere* C. 1, 67
Longe abesse 1, 36. C. 2, 37. *considere a* . . . 5, 47. Af. 34. *castra ponere a* . . . A. 36
Longinqua consuetudo 1, 47. et *longinqua obsidio* 5, 29. C. 3, 80. est diuturna. *Longinquitas temporis* C. 1, 29
Longurius s. *longurium*, contus longior 3, 14. 4, 17. 7, 84. C. 2, 11
Lorica turrium 5, 40. *valli* 7, 72. cf. *pluteus*
Loricatus elephantus A. 72
Loricula valli 8, 9. *turris* ibid.
Lucrifacere maleficium beneficio, efficere, ne maleficium noceat, damnum maleficii amoliri H. 35
Ludus, in quo gladiatores a lanistis erudiebantur C. 1, 14
Lunata castra, in lunae (semicirculi) formam posita Af. 80

M.

Maceria, sepimentum 7, 69. In Gr. metaphr. est τεῖχος
Machinatio, machina 2, 31. 4, 17
Magister nauis, qui curam et administrationem nauis habet C. 2, 43
Magnitudo venti 5, 43. *magnitudo copiarum*, multitudo A. 26
Magno opere, magnopere 1, 13. Solet post *nihil*, *nullus*, *vllus*, *quidquam* poni, rei minuendae causa. *magnae fuit fortunae* 6, 30
Malacia 3, 15. cum mare nullo, vel lenioris aurae flatu commouetur
Maleficium, iniuria s. damnum, quod hostes hostium agris oppidisque inferunt 1, 7. 9. C. 1, 22. C. 2, 20. τὸ κακουργεῖν
Malleolus A. 14
Malus, tignum longius 7, 22
Mandare se fugae 1, 12. 2, 24
Mandata, quod alicui commissum est 4, 27
Mane diei Af. 42
Manipulus, duabus centuriis constat 2, 25. *Manipulares* 7, 50
Manus, hominum multitudo 1, 37. 2, 2. 3, 11. *manus fer-*

rea C. 1, 57. Eius vſus ib. c. 58. et C. 2, 6. indicatur. cf. *harpago*. *Manu* (opere, arte) *munitus* 3, 23. 5, 57. *manus dare*, victum ſe confiteri, non reſiſtere diutius 5, 30. *ſub manum mittere*, celeriter m. Af. 56 cf. Sueton. Aug. 49 *inter manus* C. 2, 2

Mare Oceanum, Oceanus 3, 7. Sic et Tacitus locutus eſt An. 1, 9. et Pompon. Mela 2, 6. Sed hos aliosque locos collegit Dauiſius ad locum Caeſaris

Matara 1, 26

Materia, *materies*, arbores in ſiluis 5, 12. Sed 3, 29. ſunt arbores caeſae. *materia bipedalis*, tigna bipedalia C. 2, 10

Materiari, ligna colligere 7, 73

Matura hiems 4, 20

Maturrime 1, 33

Memoria (tempore) *patrum* 1, 12. 2, 4. *paulo ſupra hunc memoriam*, paulo ante haec tempora 6, 19. cf. *ſtudere*

Menſura ex aqua 5, 13

Merces, quidquid copiis auxiliaribus ſtipendii loco datur 1, 31

Merere odium, inuiſum aliis reddi, etiam inuito 6, 5. *merere* (ſtipendia) 7, 17

Metata caſtra paſſ. 8, 15

Metiri militibus frumentum 1, 16

Milites, pedites 5, 10. C. 2, 41

Minime ſaepe, raro 1, 1. *minime omnes*, pauci 1, 29. conſ. 22

Minuere. cf. *aeſtus*. *Controuerſias minuere*, dirimere 5, 26. 6, 23. *deſidiam*, tollere 6, 23

Minutatim, ſingulatim et lente Af. 31. 78

Miſera memoria, triſtis 8, 34

Miſerari, verbis conqueri et lugere 1, 39: vnde *miſeratio*, oratio, miſericordiam commovens C. 1, 85

Miſſio de militibus, *der Abſchied*, *le congé* C. 1, 86

Mittere ſe ad aliquid agendum H. 9. *mittere* (*dare*) *ſignum timoris* C. 1, 71. *miſſa coniux*, de diuortio 1, 53

Mobilis in conſiliis capiendis, inconſtans et varius 4, 5

Mobilitas animi, inconſtantia 2, 1. *mobilitas equitum*, celeritas 4, 33

Mobiliter, vt numquam agere deſinas, omnibusque in locis verſeris A. 17 *mobiliter excitari ad bellum*, ſic excitar, vt repente a pacis conſiliis ad arma transeas, h. e. facillime impelli ad arma capienda 3, 10. cf. cap. 8. *ſubita et repentina conſilia*

Modeſtia militum, obedientia 7, 52. *modeſte* Af. 31 de his, qui non ſunt perturbati, non tumultuarie opus agunt

Modus et forma aedificandi, *das Modell*, *le modèle* 5, 1

Molle littus, nullus collibus aſperum et inuium 5, 9. cf. *mollire cliuum* 7, 46

Momentum, quidquid efficit et confert, vt aliquid fiat, cuius est magna vis et dignitas, magnum item pretium: *tempus magnum ad ſalutem momentum adfert*, multum confert ad ſal. C. 1, 51. *momento leui rem aeſtimare*, parui facere, quaſi nihil pertineat ad ſalutem et opes ciuitatis 7, 39. cf. ad 7, 85. et C. 1, 21

Montuoſus C. 1, 66. Sic codices; non *montoſus* C. 3, 42. H. 7

Moror (cunctor) *aliquid facere* 8, 31

Mos et exemplum populi, mos maiorum 1, 8

Motus fortunae, commutatio C. 2, 17

Mouere ſe, de homine mutabili C. 1, 16 cf. *mobilis*. *mouere* ſubaudito *caſtra* Af. 7. ſed plene 1, 40

Multa nox 1, 26. **multo die*,

de tempore, quod primam lucem sequitur 1, 22. *multa lingua Gallica vti*, Gallice fatis doctum esse 1, 47

Munire se, praesidio se tueri 1, 44. *munire castra*, vallo et fossa cingere 1, 49. *munire montem*, vallo et fossa 1, 24. *munire iter*, reddere expeditum 7, 58

Munitio operis, opus (murus), quo locus munitus est, ne iter pateat 1, 8

Murale pilum 5, 40. 7, 82. cf. *falx*

Musculus, machina bellica, sub qua steterunt, qui muros aut vallum oppugnarunt. Veget. de re mil. 4, 16. Commemoratur a Caesare 7, 84. C. 2, 10. vbi multis describitur, etsi hunc musculum puto multo artificiosius structum fuisse eo, quo Galli (7, 84.) vsi sunt. Occurrit etiam C. 3, 80. A. 1

Myoparo, genus nauigii velocissimi, quod veteres grammatici dicunt ad piraticam faciendam structum fuisse A. 46

N.

Nasci, collis nascitur, surgit, attollit se, 2, 18

Natura loci, fitus, quem ipsa natura talem esse voluit 1, 2. *secundum naturam fluminis, dem Strome nach* 4, 17. Itaque natura fluminis est cursus naturalis. *Ea rerum natura erat*, de ponte aedificato, opus per naturam rerum ita comparatum (firmum) erat 4, 17

Naturaliter A. 8

Nauale, locus, vbi subductae naues stant, aut naues fabricantur C. 2, 1. 3, 4. 22

Naualia castra 5, 22. classis, vno loco congregata

Nauis longa, bellica 3, 9. 4, 21. 25. *oneraria*, mercibus vehendis destinata 4, 22. 25. *instructa* 5, 2. *tecta pellibus* C. 3, 15.

Ne, ne, encliticum, pro vtrum, an 7, 14

Necessarium tempus, quo necesse est aliquid facere aut pati 1, 16. *necessarii populi* iidem, qui consanguinei

Necessario coactus, necessitate coactus 1, 17

Necessitates C. 1, 17

Necessitudo, gratia et amicitia, quae alterum nobis obstringit 8, 53

Necubi, ne alicubi 7, 35

Negligere iniurias, non punire 1, 55

Negotiari, de Equitibus Rom. in prouinciis, pecuniaria re quaestum facientibus 7, 3. C. 3, 103. Vnde *negotiatores* ibid. et Af. 36. Cf. Ernesti disp. de negotiatoribus Romanis, in eius opusc. philol. et crit.

Negotium, non est quidquam negotii, non est difficile 2, 17. *magno negotio*, multa cum difficultate A. 8

Neque — et 4, 29. 5, 19. A. 36. Cf. C. 3, 28. 60

Nequidquam, frustra 8, 19

Nerui, potestates eius, qui in magna auctoritate est 1, 20

Neu, neu, pro ne vel, vel 7, 14

Nisi, *si* 1, 51. *Si* redundat

Nodi crurum sunt eo loco, quo articuli nexi sunt, qui velut nodo iuncti videntur 6, 27. Item caulium nodi sunt, quo loco plurium vasorum plexus et ganglion est, et duae partes nodo coniungi videntur

Nomen dare (militiae) C. 3, 110

Nominatim, nominibus singulorum positis 1, 29

Non modo (non), *sed ne quidem* 2, 17. 3, 4. 8, 33

Notus regionis, peritus regionis H. 3. Ergo *notus* h. l. est, qui nouit,

Nouus aduentus, inopinatus C. 3, 63. *nouissimum* (vltimum)

agmen 1, 15. vnde *nouissimi* 1, 25
Nudata defensoribus castra 2, 6. 3, 4. Hinc per ellipsin *nudata castra* 2, 25
Nudum corpus, scuto non tectum 1, 25
Numerus: obsidum numero, h. e. loco 5, 27. *hostium numero* 6, 6. *legatorum numero* C. 2, 44
Nummi sunt iidem, qui sestertii 8, 4
Nuper de interuallo aliquot annorum 1, 40
Nutricius pueri, cui cura pueri educandi demandata est C. 3, 108. 112. Al. 4

O.

Obaeratus, debitor 1, 4
Obducere fossam ab latere 2, 8
Obiectatio, exprobratio C. 3, 60
Obiicere (iungere) *iumenta turri*, vt curruí, plane vt in nostro sermone, *Pferde verlegen* A. 2. opponere 1, 26
Obscuratio nebulae H. 6
Obsequium A. 63. et *obsequentia* 7, 29. est eius, qui alterius voluntati consiliisque facile se accommodat
Obseruare (reuereri) *alterius iudicium*, non recedere ab eo, quod iudicauit alter 1, 45
Obstinate negare 5, 6
Obstruere portas cespitibus 5, 51
Obtectus, tectus, bene protectus C. 3, 19
Obtinere, incolere, tenere 1, 1. in potestate (perpetuo) tenere 1, 17. *obtinere Regnum* 1, 3. quod ibidem est, habere. cf. 1, 18. perseuerare in tenendo C. 3, 17
Occultus, *in occulto* 1, 31. v. not.
Occupare Regnum, Regiam potestatem sibi vindicare 1, 3. *occupatur* (repletur) *porta multitudine* C. 2, 35
Occupatio C. 3, 23
Occupatus et sublatus est C. 3, 109. vid. not. Est autem *occupare aliquem* idem, quod praeuenire, ideoque citius agendo, quam alter potest, impediri, quo minus alter faciat aut patiatur aliquid. Nisi *occupatum* h. l. velimus correptum, arreptum a suis intelligere, quo sui potiti sunt
Occurrere, celeriter adesse, aduolare 5, 4. 7, 24. *suppetias* Af. 66. *rebus*, casu in eas incidere, iisque negotiis impreuiso impediri 3, 6. Hinc *occurrere bello*, eo implicari 4, 6. *occurrit iis ad animum*, subit eos cogitatio, in animum iis venit 7, 85
Oceanus. cf. *mare*
Offendere, non prospere rem gerere C. 3, 72. *offenditur*, incidit aliquid aduersi 6, 36. *offendere in aliquo* C. 3, 52
Offensio, infaustus successus, contra quam speraueramus C. 3, 47, odium, in quo quis est C. 3, 60. A. 48. *offensio animi* 1, 19
Offerre, *fors offert* 2, 21
Officere excursioni, eam impedire Af. 61
Officium maritimum, cura totius classis C. 3, 5. *Esse in officio* 6, 3. quod ibidem c. 4. est, *permanere in officio*. Sed *offic. praestare* 8, 50 est, *Gefälligkeit erweisen*. Sic A. 70. officium est gratificatio, vnde ibidem *officiosus*, qui alteri gratum facit
Omittere alterius consilium, negligere, eo non vti 2, 17
Omnino (si omnem summam computes) *vnus* 1, 7. *omnino duo* 1, 6. sed 4, 38. *omnino duae* sunt, ex omni numero tantum duae
Onus nauis, nauis permagna 3, 13
Opima coena H. 33
Opportunitates, situs opportunus, commoda cum situ coniuncta 3, 12

opus, aedificatio 5, 3. opificium, ἔργον, vt Minerua Ἐργάνη dicitur 6, 17. munitio castrorum 1, 49. murus et fossa ducta 1, 8. Hinc *opera*, circumvallatio 8, 40. et *opera administrare*, vrbem circumuallare 8, 37 *opera*, res gestae C. 1, 32. H. 31. machinae oppugnandarum vrbium 2, 12. cf. *labor*

Opus est facere aliquid 7, 54

Orare cum aliquo, per preces agere cum eo, eum precari C. 1, 22

Orbis in proelio Af. 15. *orbem faciunt* 4, 37. aut *in orbem consistunt* 5, 33. aut *in orbem pugnant* A. 40. qui, vbi ab hostibus cincti sunt, iis quaquauersum frontem obuertunt, vt ex omnibus partibus pugnent. Interdum sic in orbem pugnabant, vt vna cohors paululum *procurreret* aduersus hostem 5, 34. fine excederet ex orbe 5, 35

Ordinatim, ordinibus instructis Af. 12

Ordo, centuria 1, 40. 41. C. 1, 13. 2. 28. Hinc *ordines primi* 5, 28. 44. centuriae primae alicuius legionis: et *inferiores*, quibus opponuntur *superiores* 6, 40: et *infimi* C. 2, 35. quibus *honesti* opponuntur. Cf. *amplus*. *Spes ordinis* olim ducendi, facit iis spem, fore vt ordini s. centuriae praeficiantur C. 1, 3. Sed 3, 30. 6, 7. *ordo primus* est per metonymiam, Centurio primi ordinis. Rursus *ordines*, series militum in acie 4, 35. et *primi ordines*, qui primum in acie locum occupant. *Ordines* (strata) *cespitum* 5, 51. *ordines* (strata) *cratium* C. 2, 2

Oriri, *Belgas oriuntur ab extremis finibus G.* ibi est initium Belgiae 1, 1

Ornamenta elephantorum, adparatus omnis, quo instrui solent Af. 86. Ibidem *ornatus elephantus*

Ornare equites, instruere rebus, ad equestrem militiam necessariis A. 50. Vnde *ornata omni genere armorum nauis* 3, 14

Ostendere, significare 1, 8. 19. C. 1, 6

Ostentare aliquem 5, 41

Ostiarium, C. 3, 32

Otium, pax, tranquillitas. *ad otium profici* 7, 66. *ad otium deduci* C. 1, 6. *diuturnitas otii* C. 2, 36.

P.

Pabulum, alimenta iumentorum 1, 16. Hinc *pabulari*, *conquirere pabulum* 1, 15. 8, 10. et *pabulatio*

Pacatus, coactus pacem facere et seruare, et quiescere 1, 6. 2, 1

Pagus, pars ciuitatis 1, 12. 37. 6, 11. Et 1, 12. permutantur inuicem *pagus Helueticus* et *pars ciuitatis Helueticae*. Metaphrastes graecus φυλὰς interpretatus est

Paludamenti color 7, 88. Af. 57

Panicum C. 2, 22. Omnino est gramen, ferens spicam, seminibus s. granulis locupletatam, e quibus, vt e milio (*Hirsen*, *Schwaden*), cibus parari potest varius

Par atque 1, 28. vt *pariter ac*

Paratus, animo adfectus, *sic paratus*, eo animo C. 1, 75. cf. 8, 28

Parentare, in mortui honorem sacra facere vt placetur: vnde 7, 17. mortuum caede alterius vlcisci

Pariter, simul, eodem tempore C. 3, 52. Sic et Iustin. 17, 2. Sall. Iug. 68

Pars, regio 4, 51. ciuitas, natio 5, 10. *meae partes constant in misericordia* C. 1, 85

Partim, item H. 37. *Partim, et* A. 29

Paruulus. hoc diminutiuum frequens occurrit 5, 50. 52. 8, 13. C. 3, 72. 104. Af. 37. 54. 63. 87

Paruus Senator Af. 57

Patefacere iter, facere, vt per locum et in eum libere commeare liceat mercandi caufa 3, 1

Patens locus, non munitus 1, 10

Pater familiae 6, 19

Patiens Af. 31. *Patientia*, fi quis parco victu et duro vitae genere vtitur 6, 24

Patrocinari H. 29

Paucus numerus Af. 67

Pauimentum C. 3, 105. A. 1

Paulatim adcliuis 2, 8. 5, 19. *paulatim distributus*, in exiguas partes 8, 15

Paulo, non fequente comparatiuo 7, 45. *paulo infra* 4, 36. Vfitatius eft, paulo inferius

Peccare, de iniuria, quae alteri fit 1, 47

Pedalis, aequans magnitudinem pedis 3, 13

Pedes et *paffus* confunduntur, quia in codd. faepe littera *p* iudicantur. v. Guifchard. Mém. crit. p. 253. ad Af. 61

Pedeftre, terreftre C. 2, 32. A. 26. oppon. maritimo

Pellis, *milites fub pellibus*, in tentoriis, pellibus enim tentoria integuntur 3, 29. *fub pellibus hiemare* C. 3, 13

Penfio Af. 90

Penteris, πεντήρης, quinqueremis A. 47. Af. 62. et c. 63. dicitur illa ipfa *quinqueremis*

Per fe, ipfe 5, 33. *per concilium*, tempore concilii 6, 21. *per fidem falli* 1, 46. *per manus tradere* C. 1, 68. *per manus* (manibus) *trahere* 6, 38

Peragitare C. 1, 80. quod alibi eft, *hoftem premere*

Percipere, vid. *vfus*

Perdifcere, penitus memoriae mandare 6, 14

Perducere murum 1, 8. *res ad extremum perducta cafum* 5, 5

Perendinus dies 5, 30

Perforare nauem A. 25

Perfringere aciem, efficere, vt confertim ftantes difcedant 1, 25

Periclitari (experiri), *quid aliquis poffit* 7, 36. vt *periculum hoftis facere*, cognofcere velle, experiri, quam validus fit 1, 40. Cf. et 2, 8. A. 13. *periclitari fortunam* C. 3, 10. A. 16. 45

Peritus fcientia Af. 31

Permittere fe in poteftatem alicuius 2, 3. *permittere fe in aliquem*, fe immittere, irruere 8, 48. *permittere tela*, vsque ad metam mittere 8, 9

Perpendiculum, *ad perpendiculum derectum tignum* 4, 17. cf. *derectus*

Perperam, imprudenter, fuo cum damno H. 11

Perpetua filua, continua 6, 5. *perpetuae ftationes*, quae fe inuicem contingunt C. 1, 21. *perpetuus in longitudinem* 7, 23

Perfcribitur Senatus confultum C. 1, 5. *es wird niedergefchrieben.* Cf. Erneft. Cl. Cic.

Perfequi bella, gerere, adminiftrare 8, 1

Perfeuerare curfum, continuare Af. 18

Perfuadere alicui praemiis 3, 18

Pertendere ad locum, eo contendere A. 30

Pertentare, exacte tentare A. 17

Pertinere, *Aquitania pertinet ad montes*, extenditur, porrigitur vsque ad montes, qui eius termini funt 1, 1. 6. 3, 1. C. 3, 49. *filua pertinet introrfus* 6, 10. *hoc pertinet eodem*, fit aut dicitur eodem confilio, eandem vim habet 1, 14. 4, 11

Petere fugam in locum 2, 24. *petit propinquitatem fluminis*, qui solet ad ripas aedificare 6, 30
Phalanga C. 2, 10. Cf. Harles in ind. Theocrit. in v. ἐρεισ-ευατα
Phalanx 1, 24. 52
Pietas, amor patriae 5, 27. Cf. Cic. de inuent. 2, 22
Pilum 1, 25. Polybii aetate (hic enim descripsit 6, 21) hastile ligneum trium cubitorum fuit, ferro eiusdem longitudinis ita praefixum, vt ferrum in medio hastili inciperet. Vegetius de re m. 1, 20. pro temporum diuersitate ferrum trigonum et pedale fuisse tradit. Hinc adparebit, quare apud Caesarem 1, 52. pila abiecta sint a militibus. Cf. *murale*
Pilus, *primus pilus*, primus ordo (centuria) triariorum, qui pilis pugnant 3, 5. Sed 2, 25. *primus pilus*, si lectio bene habet, significat Centurionem primi pili (C. 1, 13) s. primipilarem, h. e. centurionem, *qui primum pilum ducit* 5, 35. cf. etiam ad 5, 30. et ad C. 3, 64. et *ordo primus*
Pinna 5, 40. 7, 72
Plebes, *plebei* 6, 13
Plena legio 3, 2. (*completa*)
Plene perfectus 3, 3. de aedificando. Cic. de diuin. 2, 1. *plene cumulateque perfecta quaestio*, omni ex parte absoluta. *Plenius aliquid perscribere*, augere verbis, maius, quam venera est, describere Cf. 1, 53. cf. *inflate*
Plumbum, *album*, stannum 5, 12
Pluries C. 1, 79. v. not.
Plus minus, circiter, fortasse paulo plus, aut paulo minus 8, 20
Pluteus, cum est machina per se, (vt C. 2, 9. *pluteos abducere ad alium locum*) est opus plexile e viminibus, non adsimile cratibus, quo miles, murum oppugnans, contegere se solebat. Festus, *Plutei*, inquit, *crates corio crudo intentae, quae solebant adponi militibus, opus facientibus.* Descripsit Vegetius de re m. 4, 15. rotulisque subiectis eos promoueri potuisse tradidit. Sed cum plutei adduntur s. imponuntur vallo 7, 41. 72. videntur tabulae fuisse, vallo tecti instar impositae. Idem Festus: *Nunc etiam tabulae, quibus quid praesepitur, eodem nomine* (plutei) *dicuntur.* Sic ceperim *turrium pluteos* 7, 25. h. e. turrium tecta e tabulis, στέγη, vt metaphr. Graec. expressit. Intelligitur etiam, quare 7, 72. plutei aggeris adpellentur lorica eius: lorica enim est, quidquid rem praesepit. C. 1, 25. opus protegitur *cratibus et pluteis*
Pollicitatio 3, 18
Ponere, exponere, narrando ob oculos ponere C. 3, 79. *ponere alicui custodes*, constituere, qui eum diligenter obseruent 1, 20
Pons interrumpitur 7, 19. *interscinditur* 2, 9. *est in flumine* 2, 5
Ponto C. 3, 29
Porrectum, quod in longitudinem extensum est, s. procurrit 2, 19
Porticus in re militari sunt vineae C. 2, 2. Vt enim porticus constat columnis, tecto imposito iunctis: sic vinea constat trabibus, tecto imposito iunctis. *galerie couverte de grosses poutres* Guischard Mém. milit. Vol. 2. p. 21
Portorium, vectigal, quod in portu soluitur: tum omnino, quod pro mercibus importatis aut pro venia transeundi aliquam regionem soluitur 1, 18. 3, 1
Portus. Cf. *capere*
Positus (situs) *oppidi* A. 72
Post paullum, paullo post 7, 50

Posteritas, fama apud posteros C. 1, 13
Postulare de eo, qui alterum implorat 1, 51
Potentatus 1, 31
Potestatem sui facere hostibus, offerre se iis, non detrectare proelium 1, 40. 50. cf. 1, 48. *pro castris — deesset*
Potiri aliquid Af. 36. *potiri alicuius* Af. 30
Praeacutus 2, 29
Praecauere, ne quid fiat 1, 38
Praecepta Ducis, quid faciendum sit, militibus praescribunt, *die Ordre* 6, 36. 8, 28. cf. 1, 22. *vt Tribuno a Caesare praeceptum erat*. Sed aliter *praecepta amicorum et propinquorum* C. 2, 6. 7. vbi sunt adhortantium voces
Praecipere pecuniam, ante diem praefinitam accipere, aut solui iubere C. 3, 31. *praecipere laetitiam*, ante sentire 8, 51
Praecipitare, *hiems praecipitavit* (se), fere tota transiit C. 3, 25
Praedicare, narrare 4, 34. C. 1, 52. dicere, affeuerare C. 3. 106
Praeducere murum 7, 46. vt praetendere, praetexere
Praeesse v. ad 3, 24. cf. C. 3, 12. 28. Af. 33. Ponitur ergo *praeesse*, omisso datiuo, quo indicetur id, cui quis praeest
Praefecti equitum, qui saepe commemorantur, vt 3, 26. 4, 11. 7, 66. videntur etiam quibusdam in locis intelligendi, vbi simpliciter *Praefecti* dicuntur, vt 1, 39. 3, 7. Fuerunt autem Legatis attributi 8, 48. h. e. cum iis mitti consueverunt, vt illi peditibus, hi equitibus praeessent. Sed 4, 22. curam nauium habent cum Legatis et Quaestore. Add. Af. 3. Cf. *Faber*
Praefectura, munus Praefecti 8, 12. Aliter C 1, 15: nam h. l. est oppidum Italiae, a coloniis et municipiis diuersum, quod non habebat suum magistratum, sed in quod quotannis Roma mittebantur Praefecti iuris dicundi causa. vid. Festus in h. v.
Praeferre se alicui, praestantius et fortius se gerere 2, 27
Praeiudicium C. 2, 32
Praemetuere 7, 49
Praeoccupare 6, 41. 7, 26. C. 1, 17. 34. 42. A. 4. 63
Praeoptare, malle 1, 25
Praepilatus Af. 72
Praerupta ripa 6, 7
Praescriptio honesta, excusatio honesta, nomen honestum, quod praetexitur turpitudini C. 3, 32. Vulgo dicunt titulum honestum
Praesidia, exercitus H. 27. copiae auxiliares A. 25. ipsa acies H. 30. castra Af. 17. 18. H. 23 fin. Hinc *in praesidiis* (castris, exercitu) *alicuius esse* A. 23. 33. Locus vbi praesidium collocatur 6, 35. 34. C. 3, 45. 40. *praesidio literarum*, literis l. scriptura, quae memoriae est adiumento, ne omnia ediscenda sint 6, 14. *praesidium sibi capere fuga*, fuga salutem petere H. 38. *amicitia praesidio mihi est*, bona et iura mea mihi conseruat atque auget 1, 44 *praesidium* (Succurs) *mittere* H. 4
Praestaturus H. 19
Praestolari, exspectare C. 2, 25
Praetextati, pueri, qui nondum virilem togam sumserunt A. 53
Praetor Thessaliae C. 3, 80
Praetorium, pars castrorum, vbi ducis summi tentorium est C. 1, 76. ipsum tentorium summi Ducis C. 3, 82. 94. cf. cohors
Praeuallare locum A. 19. vallum praeducere, oppositum illi loco, ante locum illum ducere
Praeuertere alicui rei, occurrere, cauere, ne fiat 7, 33

Prauum iumentum, vile, inutile 4, 2

Preces, dirae, imprecationes 6, 30

Prehensio, genus machinae C. 2, 9

Premere, vexare, in angustias redigere, magnis molestiis adficere, vt cum euntes inuadimus 5, 32. aut fugientibus instamus 2, 24. quod cap. sq. in eadem re est *vrguere*. *Premere hostem* 1, 52. *premere haesitantem* 7, 19. *pr. obsidione* C. 3, 9. *pr. aliquem bello* 4, 1. *pr. proelio* C. 1, 64. *pr. telis* 5, 43. *premi re frumentaria*, inopia frumenti laborare 5, 28. *premi angustiis ab aliquo*, in angustias redactum vexari 3, 18

Primus. Cf. *Pilus*

Princeps, primus 1, 12. qui summa inter suos est auctoritate et dignitate 1, 19. cf. *honestus*. *Princeps consilii*, auctor et suasor 2, 14. *princeps belli inferendi*, qui initium b. inf. fecit 5, 54. 7, 2. *princeps prior* in re militari C. 3, 64 *princeps sceleris* 8, 58

Principatum factionis tenere, eius principem esse 1, 31

Pristinus, pridianus 4, 14

Pro scelere, (pro eius magnitudine) *vlcisci* 1, 14. *pro castris* (ante castra) *producere* 1, 48. 4, 35. *pro perfuga*, tamquam perf. 3, 18. Af. 35. *facit hoc pro amico*, tamquam amicus C. 3, 109. *pro sano facit*, vt sanus et sapiens 6, 7. *pro viso* (vt visum) *renunciat*, quod non vidit 1, 22. *pro occiso sublatus* C. 3, 109. cf. c. 110. *pro suo periculo* C. 3, 110

Probare, persuadere 1, 3. *pr. virtutem*, efficere, vt spectata fit 5, 44

Processus, *virtus habet processum*, virtus est causa, vt procedamus, vlterius progrediamur, h. e. virtute proficitur aliquid A. 29

Proclinata res, inclinata, vergens ad interitum 7, 42

Procliue (facile) *ei est* hoc facere C. 1, 48. *procliue* (ad efficiendum), facile Af. 10

Procliuitas, locus decliuis Af. 37

Procurrere, C. 1, 45. 44. 2, 34. Cf. *orbis*

Prodere aliquem C. 1, 74. 76. vnde *proditus* et *conseruatus* C. 2, 32. opponuntur. Cf. *proiicere*. *Pr. memoria* 5, 12. *prodere* (ad posteros propagare) *memoriae* 6, 26. *memoriam* 1, 13

Producere copias e castris ad proelium 3, 17. *prod. aciem* C. 1, 58. idem quod *explicare*. *Producere aliquem longius*, allicere fraude, vt longius progrediatur 8, 48. allicere, vt veniat C. 3, 104

Proferre, vlterius prouehere 8, 41

Proficere, *satis profectum est ad laudem*, satis factum est ad laudem 4, 19

Profiteri indicium, libere et sine haesitatione indicare reos A. 55

Prohibere finibus, arcere 1, 1. *pabulationibus* 1, 15. *commeatu* 1, 49. *prohibere se ab iniuria*, ea abstinere, ne alii inferas iniuriam 2, 28

Proiicere aliquem, saluti eius non consulere, eum pati in miserias incidere C. 1, 20. 30. 2, 32. *pr. se ex naui*, desilire 4, 25. *proiicere lacrimas* A. 24. synon. *profundere*

Proinde ac C. 3, 1. 72

Prolatio diei, dilatio C. 3, 32

Proluere, *tempestas* (pluuia) *proluit niues* C. 1, 48

Promeritum, *ex promerito* Af. 90

Promouere castra 1, 48

Pronunciare, enarrare 4, 5. proloqui C. 2, 12. *signum pronunciare*, verbis indicare, nunc esse tempus, clamando signum dare 8, 16. *pronun-*

ciatur, indicitur militibus (iter) 5, 31
Pronus 4, 17
Propellere, repellere 1, 15
Propria victoria Af. 32. 82 *proprium gaudium* Af. 91. *propr. praesidium* C. 1, 40
Propter (pone) *mare iter facere* Af. 37. *propter castra praetergressus*, pone, praeter Af. 73. *praeter vel prope* Af. 73
Prora erecta, altior 3, 13
Proruere munitiones, diruere vallum et aggerem 3, 20
Prosequi aliquem verbis benigne 2, 5. pro persequi 5, 9. 8, 41. C. 1, 69. A. 25
Prospectus, locus, vnde prospici potest A. 15
Proteri, pedibus conculcari 8, 48
Proterritus 5, 58. idem quod *territus* et *in fugam coniectus*
Proturbare, propellendo remouere 2, 19. vt *pede proturbare aliquem*
Prouentus, id quod fit, accidit, casus C. 2, 38. *superioris temporis prouentus*, quae ei antea feliciter euenerant 7, 29. Sic res *prouenit*, quae prospere cessit, Tac. Ann. 1, 20. vbi Ernesti quaedam exempla collegit. Sed 7, 80, est simpliciter euentus
Prouidere aliquid, curare, vt adsit 2, 2. e longinquo videre 7, 30
Prouincias (munera) *partiri* 8, 35
Prouolare e siluis 2, 19
Prout C. 3, 61
Proxime, de tempore praeterito nuperrimo 1, 24
Proximus (ad) *mare* 3, 7
Publicare Regnum, lege ereptum Regi vindicare Populo Romano et aerario addicere C. 2, 25
Publice polliceri, consensu et nomine totius ciuitatis 1, 16
Publicus, qui munere publico fungitur 6, 13. si vera lectio est. *publicum*, aerarium C. 2, 18
Pudens, verecundus C. 2, 31
Purgatus alicui, excusatus 1, 28
Purus campus, nullis arboribus arbustisue consitus Af. 19.

Q.

Quadratum agmen 8, 8
Quam ante positiuum, *quam late* 6, 26. *quam opimus* H. 33. *quam magnus*, perquam magnus C. 1, 55. cf. 8, 11. Af. 47. *quam* omissum in comparatione post *amplius*, *minus* etc. 4, 12. 8, 10. C. 3, 99. Af. 1, 38
Qui, *si qui*, pro si quis 1, 48. 6, 13
Quin, qui non, quod non A. 7
Quincunx 7, 73. In figura quincuncis maxime spectatur series plurium rerum, ita deinceps collocatarum, vt vbique figura literae V efficiatur, quae est nota numeri quinarii
Quoad, donec 4, 11. 12
Quod, *nunciarunt*, *quod haberent* H. 36 *quod nisi* 7, 88. A. 11. 27. 63. Af. 26. redundante *quod*, vt in *quod si*. *Quod quum*, qua in re quum C. 3, 68. H. 29. 36
Quum primum, simul ac 2, 2. 3, 9

R.

Raptim, celeriter C. 1, 5. vbi vulgo *ruptim*
Rari 5, 16. oppon. *conferti*
Ratio belli (gerendi), disciplina bellica 4, 1. *rationem inire*, modum excogitare 7, 24. *ratio insequendi* C. 1, 30. *non maiore ratione* (prudentia, consilio) *bellum administrari potest* 7, 21. *ea ratione*, ideo 1, 28
Ratis, trabes plures, in pontis modum iunctae, sed nullis sublicis nixae, vt, si nullus pons in flumine sit, hic temporarius pons immittatur aquae et ad alteram ripam transnatet 1, 8. 12. cf. Liu. 21, 28

Receptus, facultas reuertendi 4, 83. *receptum habeo ad aliquem*, possum me ad eum conferre C. 1, 1

Recidere potest casus ad aliquem, potest ei res accidere, rei expositus est 7, 1

Recipere se, vires colligere, de saucio 3, 4. animum colligere 4, 27. vt *recipere se ex pauore* 2, 12. 4, 34. *ex fuga* 2, 12. 7, 20 etc. *recipere defessos*, recreare, ἀναλαμβάνειν C. 1, 45. *res recipit* (admittit, capit) *casum*, potest exitum in vtramque partem habere C. 3, 51. *res recipit multos casus*, exposita est multis vicissitudinibus C. 1, 78. *recipere* etiam est, in se suscipere, polliceri C. 3, 17. vnde C. 3, 82 *recipio alicui*, recipio in me, me alicui aliquid praestiturum, promitto alicui

Reconcinnare, collapsa reaedificare, ruinae detrimentis mederi C. 2, 15. Synon. c. 16. est, *reficere*

Redemtio sacramenti, cum aliquis necessitatem militandi redimit A. 56

Redigere (reddere) *infirmum* 4, 3. vt *redigere quid facile e difficili* 2, 27. *redigi* (repelli) *in castra* H. 15. vt *redigi in oppidum* H. 34

Redimere (emere) *amicitiam alicuius morte alterius* 1, 44

Redintegrare animum 2, 25. 27. *redintegrare copias deminutas*, supplere 7, 31

Redire ad gladios, eos stringere C. 3, 93

Reditio domum 1, 5

Reducere. vid. ad 7, 72

Referre de Republica C. 1, 1. *referre pecuniam multae nomine*, *das Geld als Strafe in Einnahme bringen* Af. 90

Reficere copias, imminutas supplere C. 3, 87

Reges, Rex et soror eius. vid. ad C. 3, 107

Regio agri, solum 7, 13

Regnum occupare, tyrannidem affectare 1, 3

Regula C. 2, 10

Reiicere (repellere) *equitatum* 1, 24. Sic *reiicere in vrbem* 2, 33. *reiici tempestate*, de nauibus 5, 5. 23. cf. *cursus*

Relanguescere, *rel. animus*, vires amittit 2, 15

Religare, figere, fixum tenere, ne possit elabi C. 2, 6. adligare C. 2, 9

Religio iurisiurandi, officii necessitas (obligatio), quam efficit iusiurandum C. 1, 76. *religiones*, omina, auspicia 5, 6. cf. ad 6, 37. Dicitur autem numero plurali *religiones*, quia omnes omnino caerimoniae et modi colendorum deorum, quos pagana religio habuit, simul intelliguntur, suntque adeo *religiones*, omnes partes religionis. *Sacrorum religione aliquem precari*, per sacrorum sacrorum religionem et sanctitatem alicui reuerentiam iniicere, et ita rem persuadere A. 32

Relinquere, *animus eum relinquit* 6, 38. vnde vulgo *animi deliquium*

Reliquum, *nihil sibi reliqui fecerunt*, nihil quod facerent, reliquerunt 2, 26

Remittere alicui, concedere ei, permittere, non vrguere, non pugnare de re 7, 20. *remittere dolorem pecuniae*, propter pecuniam acceptam A. 55. cf. *condonare*

Remollescere, mollescere 4, 2

Rempublicam gerere de militibus C. 1, 6

Remulcus, funis, quo nauis religata alteri trahitur. Fortassis etiam omnis machinatio, ad trahendam hoc modo nauem religatam, remulcus dicta est C. 2, 23. 3, 40. ad quem locum Vossius, fortasse iusto operosius, disputat. A. 11. Res perspicue intelligi potest e Polyb. 1, 27. coll. c. 26. nam naues, ex aliis

ope funium religatae, dicuntur ab his βομβήσωσθαι, tremulco trahi
Renouatus animus post terrorem Af. 18
Renumerare, wieder zuzählen C 3, 53
Renunciare, nunciare 1, 10. H. 35
Reperire, comperire 1, 18, 2, 14. *reperire* (adquirere, parare) *sibi salutem* 1, 53. Sic et Graece, εὑρέσθαι ἀγαθόν. vid. Valkenaer. ad Herodot. 9, 6
Repetere, denuo petere 5, 49
Reportare se ad aliquem, reuerti H. 40
Repraesentare, facere ante constitutam diem 1, 40. facere illico, sine mora, (vt res ipsa et veritas statim adpareat) A. 70
Reprimere fugam, fugiendi finem facere 3, 24
Rescindere pontem 1, 7. 4, 19
Rescribere pedites ad equum, e catalogo peditum in equitum catalogum transscribere, equitibus accensere, equitum loco iis vti 1, 42
Resina H. 35
Respuere conditionem, non probaro 1, 42
Restagnare, stagnis plenum esse C. 2, 24
Restitui proelium dicitur, cum, qui propemodum fuerant victi, se colligunt, et proelium instaurant 1, 53
Restitutus in antiquum locum honoris 1, 18
Retineri. vid. ad H. 8
Retorqueri, retrorsum ire C. 1, 69
Reuincire ancoram, adligare 3, 13. *reuincire trabes*, copulando firmare 4, 17. 7, 23. cf. 7, 73. vbi est, figere, firmare
Reuocare, auocare 3, 17
Rheda, minus vehiculum Gallorum et Germanorum 1, 51
Rhenones 6, 21. et not. ad c. 26
Rogare. Cf. *sacramentum*
Rostra imponere nauibus actuariis A. 44. *discutere*, frangere A. 46
Rudus A. 1. H. 8
Ruina, casus eorum, qui alius super alium praecipitantur A. 51

S.

Sacramentum est iusiurandum militare. Hinc *sacramento milites rogare*, siue, vt est apud Festum, *interrogare*, significat rogare, an velint iurati nomen dare militiae 6, 1. Liu. 32, 26. 35, 2. 40, 26. Hinc miles *dicit sacramentum* C. 1, 23. aut (secundum alios) *dicit sacramento* C. 1, 86. h. e. interposito sacramento dicit, se esse velle militem, seu vno verbo, iurat
Sagulum, sagum 5, 42. Vestimentum militare, quod ceteris vestibus superinduebatur
Salum, mare Af. 46. 62
Sancire, munire rem, vel poenis constituendis, vel iurisiurandi religione, vt rata sit, a nemine mutetur 1, 30. *sanctum* (sancitum) legibus 6, 20
Sanitas, sana mens 1, 42
Sarcina. Cf. *sub. Sarcinaria iumenta* C. 1, 81. *sarcinae legionum* Af. 69
Satagere, bene multum laborare in re difficili Af. 78
Satisfacere alicui, excusare se alteri 1, 41. 5, 54. ea vti defensione, qua alter adquiescit A. 69. H. 22
Satisfactio est eorum, qui sui purgandi caussa legatos miserant 6, 9. *satisfactionem accipere*, excusatione adquiescere 1, 41
Scapha nauis, das Boot 4, 26
Scelus concipere in se C. 1, 74
Scindere vallum, vallos aggeri s. vallo infixos reuellere, vt via pateat 3, 5. 5, 51

Scindulae 8, 42. sunt tabellae ligneae, quibus tecta aedium solent tegi (e. c. *Schindeln, Spähne*). Scribitur etiam *scandulae*
Scopae Af. 47
Scorpio, machina bellica 7, 25. Af. 29. 31. *scorpio ante castra positus* Af. 56
Scrobs, fouea 7, 73
Scutula C. 3, 40
Scutum: eius formandi ratio 2, 33. eius tegumenta 2, 21
Sectio 2, 33. cf. *corona*
Sectura aeraria, de metalli fodina 3, 21
Secundanus, secundae legionis miles A. 57
Secundiores res 1, 14. *secundius proelium* 2, 9
Secundum (pone) *radices montis* Af. 41. et *sec. litus* ibid. 1, 7. *sec. flumen*, ad ripas fluminis (*an dem Ufer hin*) 2, 18. 7, 34. *sec. mare* C 3, 65. *am Meere hin*: vt *sec. oram maritimam* Af. 3. *secundum ea*, post ea 1, 33
Secundus, *flumen secundum* oppon. aduerso 7, 58. 60
Seducere, seiungere ab alterius amicitia C. 1, 6
Sementis magna, cum multi agri conseruntur 1, 3
Semifacta porta Af. 83
Semihora Af. 38
Sentire, *hostes ex fremitu senserunt de profectione* 5, 32
Separatus ager, qui alicui proprius adsignatus est, non communis aliis 4, 1. Additur *priuatus*
Septem triones 1, 1. 4, 20. 7, 83
Sequi commutationem aestus, ei se accommodare 5, 8. *sequi posse animum viribus corporis*, corpore tantum valere, quantum animo A. 44
Sero, *serissime* C. 3, 75
Seruare, custodire 2, 33. *seruare* (obseruare) *iter* 5, 19
Seruire rumoribus, iis se accommodare, eos in consiliis capiendis sequi 4, 6
Seruitia, serui Af. 85. 88
Seruitus eorum, qui imperio alterius parent 1, 33
Sesquipedalis, aequans pedem cum dimidio 4, 17
Seuum, pinguedo bestiarum, ad domesticos vsus parata 7, 25. 8, 42
Sexcenaria cohors C. 3, 4. Drakenborg. ad Liu. 7, 7
Si: *conantur*, *si* (num) *possint* 1, 8. 2, 9. C. 1, 83. 2, 34. 3, 75. 85. Graeco more pro *an*. *Si* pro *sin* C. 2, 5. 3, 17. 78. G. 7, 66. *sin*, si vero, si contra ea 1, 13
Signata tabella, obsignata Af. 3
Significare alicui de re aliqua 7, 26. Sueton. Iul. 9
Significatio, indicium voluntatis per signa externa C. 1, 86. Hinc *significationem facere* 2, 33
Signum dare, de tessera 2, 20. Af. 83. *sign. tuba dare* 2, 20. *signum*, manipulus ipse H. 18. Sed *signa ferre* est, e castris propius hostem proficisci 1, 39. *cum signis ire*, cum vniuerso exercitu Af. 77
Sileo verbum facere, ne hiscere quidem H. 5. insolitum plane
Simplex acies, vna series, vnus ordo militum Af. 59. Conf. *acies*, vbi alia exempla collecta sunt
Simul, simul ac 4, 26. *simul*, *simul*, ἅμα μὲν, ἅμα δὲ 4, 13
Singularis homo, vnus, vt cum singuli singulatim eunt per angustias 7, 8. cf. 4, 26
Societas publicanorum C. 3, 103
Soluere sc. naues 4, 23: plene legitur 4, 36. Sed et *nauis soluit* (se), cum proficiscitur 4, 28
Solum agri, *Grund und Boden* 1, 11
Sors incommodi 8, 1. *sors mali* 8, 12. malum, quod alicui accidit, mali pars, ei destinata, μοῖρα

Speciarium donum C. 3, 53. si lectio vera est

Speciose instruere aciem Af. 48

Spectare in (versus) *septemtriones* 1, 1. *spectare*, reuereri, curare 2, 20. 5, 29. 44. C. 3, 43

Speculatorium nauigium. Cf. *catascopus*

Specus de canali subterraneo A. 5. cf. ad C. 3, 49

Spiritus, sensus animi, fastu ferociaque pleni C. 3, 72. vnde *spiritus sumere* 1, 33. 2, 4

Stabilitas peditum, tardior motus 4, 33. cf. *mobilitas*

Statumina, costae nauium, quae, vt statumina, (i. e. pedamenta s. adminicula, quibus vites fulciuntur,) e carinae vtroque latere adfixae sunt C. 1, 54

Status commodus rerum 7, 6. *res est eo statu* 6, 12

Stilus caecus, in castrorum munitione Af. 31

Stimulus in obsidione 7, 73

Stipendium, tributum, quod victi soluunt 1, 36. 44: vnde *stipendiarius populus* 1, 30. 36. v. ad Af. 20. *stip. octauum*, annus octauus, quo quis miles est 8, 8

Storia vel *storea*, vulgo teges e iuncis aut similibus, sed C. 2, 9 e funibus ancorariis. a στορεῖν, sternere

Stramenta mulorum, sarcinae iis impositae, clitellae, ea, quibus muli insternuntur 7, 45. vid. exempla quaedam et Apuleio apud Ciacconium et Oudendorp. ad h. l. Lectio tamen dubia est, et voluit Vrsinus legi *ferramenta*, male: Hotomannus *strata*, quod ferri potest

Stramenticia casa H. 16

Stratum (mensis) *coenaculum*. vid. ad C. 3, 96

Struer copias, aciem instruere C. 3, 37. cf. Oudendorp. ad C. 1, 43

Studere memoriae, eam exercere 6, 14

Sub sarcinis esse 2, 17. 3, 24. Af. 75. aut *sub onere esse* C. 1, 66. de militibus, qui sarcinas gestant. *Sub armis*, armatus, in armis C. 1, 41. 42. *sub septemtrionibus positus*, in plaga septemtr. 1, 16. *sub vexillo mitti*, cum vexillo, quod praefertur 6, 36. *sub hoste* Af. 51. videtur esse, prope hostem. Sic *sub vallo*, ad, prope vallum 6, 37. cf. *manus. pellis*

Subducere in collem, sursum ducere 1, 22. 24. *subd. naues in aridum*, aut simpliciter, *subd. naues vel classem*, ἀνάγειν 4, 29. 5, 1. 11. Af. 62. cf. *deducere*

Subesse, propinquum esse 1, 25. 5, 29. C. 1, 65

Subfodere equum, equum alterius hasta aut stimulo pungere vt ferociat et calcitret, sessoremque excutiat 4, 12

Subiecta Armenia Regno Pharnacis, vicina A. 35

Subiectissime loqui, infra dignitatem, humiliter C. 1, 84

Subiicere, subornare C. 1, 33. inter duas res medium quid transiicere 1, 26. *subi. legiones castris*, proxime castra ducere C. 3, 37. 56. *subi. aciem collibus*, ad collium radices adducere C. 3, 84. *subi. se loco*, ad eum accedere C. 3, 85. *subi. nauigationem hiemi*, exponere iter casibus hiemis incertis 4, 36

Subire, accedere 2, 25. 8, 15. cf. *succedere*

Subitum consilium 3, 8

Subleuatus iuba equi, qui, prehensa iuba, attollitur, et ex ea pendens ab equo portatur 1, 48

Sublica, trabs, solo infixa, fulcrum pontis 4, 17

Subluere, ima parte adluere, vt *montem fluuius subluit* 7, 69. C. 3, 97

Submissus, qui nihil audet, et patienter imperium perfert 8, 31

Submittere subsidium 2, 25. *subm. subsidio* 2, 6. (vbi c. 7. permutatur, *mittere subsidio*) 5, 58

Submoti, discedere coacti 1, 25

Subruere murum, cedere dolabra, donec collabatur 2, 6. Dolabra est genus securis, v. Intt. Flori ad 4, 10. ed. Graeu.

Subsidiari, subsidiò ire, in subsidiis esse 8, 13

Subsidium, qui auxilio mittuntur iis, quorum vires non sufficiunt 1, 52. cf. omnino 2, 6. *Subsidia collocare* 2, 22. *subsidium ferre alicui*, auxilio venire 2, 26

Subsistere, esse rei parem (vt qui onus subiit, substitit), esse idoneum et satis validum, durare posse 5, 10. v. Gronou. ad Liu. 27, 7

Substructiones theatri, parietes magni C. 2, 25

Subuehere nauibus, aduehere 1, 16: vnde *subuectio frumenti* 7, 10 κομιδή

Succedere, insequi 1, 25. Hinc 4, 3. *iis vbi succedunt*, finitimi sunt. *Succ. portus*, ad eas accedere 2, 6. 8, 41. vnde *successus* 2, 20. *succed. munitionibus*, adpropinquare A. 27. 29. *mare succedit*, accedit magis magisque ad hos, qui sunt in continenti, *es nähert sich*; breuius, expanditur litore toto C. 2, 24

Succidere arbores 5, 9. *succidere frumenta* 4, 19. 37

Sudes, pali, fustes 5, 18

Suffigere in cruce Af. 66

Sumere tempus ad deliberandum 1, 7. *sumere frumentum ex agris*, comportare 1, 16. *s. quid argumenti loco*, eo vti loco argumenti C. 1, 67. *s. laborem*, suscipere 5, 14. *s. arrogantiam*, fieri arrogantem 1, 33

Summa rerum, id, vnde iam omnia pendent C. 1, 21. Hoc quid sit, singulis in locis definiendum est. Sed C. 3, 51. est, *das Ganze*. *Summa totius belli*, quidquid ad administrandum bellum pertinet 1, 41. 2, 4. ibid. synon. est, *imperium totius b*. *Summa exercitus*, totus exercitus 6, 34. Sed C. 1, 67. est, *das Heer im Ganzen*, vt ibid. c. 82. *summa victoriae*, *der Sieg im Ganzen*

Summe cupere, vehementissime C. 3, 15

Summus mons, cacumen 1, 21. *summa voluntas* (beneuolentia) in aliquem 1, 19. Sed C. 3, 16. est acerrima cupiditas. *Summae res*, quae alibi est summa rerum 1, 34. *summae copiae* 5, 17. numerosissime, Gronou. ad Liu. 38, 50. sic explicat: omnis exercitus, omnes vires adunatae, sic vt summa res semel agatur. *Bellum summum* 8, 6. grauissimum, difficillimum

Superare, sine accusat. esse superiorem, victorem 1, 40. *vita superare* (aliquem), *überleben* 6, 19. Tac. Ann. 1, 17

Supercilium, collis Af. 58

Superior aetas, senectus, vltra iuuentutem, s. militarem aetatem pronecta C. 2, 5. *superiores vrbis partes*, *die Oberstadt* C. 3, 112 *superiora loca*, colles 1, 10 23. 2, 23. 3, 3. cf. 3, 2. vbi *montes* dicebantur 4, 23

Supersedere aliqua re, eam omittere, intactam relinquere 2, 8. Af. 75

Suppetere, *suppetit copia*, ad manum est, parata est 1, 3

Suppetias (ad supp. ferendas) *proficisci* Af 25. *supp. venire* Af 5. *ire* Af. 39. *occurrere* Af. 66, 68

Supplicatio, dies festi, vel ad gratias Diis agendas, vel ad

eorum iram auertendam (Liu. 22, 1.); quibus diebus omnia totius vrbis templa cuiuis patent, numinibusque sacra omnis generis et lectisternia fiunt 2, 55

Supplicium pati, de iis, qui, deditione facta, multam subeunt ignominiam C. 2, 30. vltima miseria famis et inopiae, quam quis fert, et interpretatur poenam suam C. 1, 84. Ib. est *ad vltimum supplicium progredi*, se ipsum prae desperatione omnium rerum interficere, cf. ad C. 1, 81

Supportare, adportare 1, 39. 48. cf. 2, 5. vbi *portare* posuit

Supprimere iter, coeptum iter omittere C. 1, 66. *suppr. insequentem*, reprimere, remorari C. 1, 45. vnde *suppressus*, impeditus, cui mora obiecta est 8, 42

Sustentare, retinere, cohibere impetum Af. 82. *s. bellum*, grauitatem eius et difficultatem perferre posse 2, 24

Sustinere, perferre 4, 11. durare C. 1, 71. *sust. impetum* 1, 24. *sust. equum*, retinere 4, 33. *sust. se*, sc. stantem et erectum 2, 25. *premi ab hoste, et aegre sustinere* (eum) 4, 32. *sust. se ab aliquo*, se tueri Af. 72. *vites sustinent* (labores) C. 1, 71. cf. Oudendorp. ad 2, 25

T.

Tabellae signatae Af. 3

Tabulae nouae C. 3, 1. seu nouae rationes pecuniarum debitarum et creditarum (*neue Rechnungs - oder Schuldbücher*) lege conficiebantur, si quando fides publica (*der Credit*) laboraret; remittebatur enim lege debitoribus aliquid, vt omnes in ciuitate debitores minorem summam, quam quantam mutuo sumserant, in libros rationum nouos referrent, minusque soluerent. Dicuntur Gr. χρεῶν ἀποκοπαὶ et σεισάχθεια. Cum ergo Caesar id nunc fieri nollet (Appian. Ciu. 2, 48. p. 458.): non legem ea de re tulit, sed arbitros constituit, qui, aestimatione facta, ex aequo et bono de debitis creditisque statuerent. Sed Coelius legem de hac re tulit C. 3, 21

Tabulatum fit e tabulis, quae transuersis tignis imponuntur 6, 29. cf. *turris* et *contabulatio*

Talea, ramus recisus, qui terra defoditur. Ad huius similitudinem *taleae* 7, 73 dicuntur. Cf. 5, 12

Tametsi — tamen 1, 30. 7, 43. 50. 8, 20. C. 3, 67. *tamen etsi — tamen* 8, 10. v. Oudend. ad 5, 34

Tantum, tam parum, *praesidii* 6, 35. *nauium* C. 3, 2

Tardari, depon. C. 2, 43. etsi cod. optimus ibi habet, *tardarent*

Taxus, arbor, cuius baccae acriorem letiferumque succum habent 6, 31

Tecta nauis, quae tabulis tegitur, s. tabulata habet, e quibus milites pugnent et sub quibus remiges tuti sint C. 1, 56. 2, 4. Eadem est *constrata*, *contecta*, κατάφρακτος, Polyb. 1, 20. Oppon. *aperta*. Cf. Ernesti Cl. Cic. in *aphractus*

Tegere latus A. 52

Tegimenta scutorum 2, 21. *galearum* C. 3, 62

Temerarius, fors falsarius, qui fidem temerat A. 7

Temere, *non temere*, non facile 4, 20

Tempestates, coelum turbidum, quo mare non est nauigabile 5, 12. A. 3

Tempus anni, *diei* 7, 16. et passim, i. e. momenta, horae

Tendere, in tentoriis esse 6, 37
Tenere montem 1, 22. *t. se castris* 1, 40. *teneri* (ad officium praestandum) *iureiurando* 1, 31. *locus egregius ad tenendas ancoras*, iactas ancoras firmiter retinet A. 9. cf. *cursus*
Tentare fortunam belli, permittere incerto euentui 1, 36
Tenue fastigium, non latum cacumen C. 1, 45
Tenuitas, paupertas 7, 17
Terra Gallia 1, 30. vt Liu. 38, 58. terra Hispania
Terreus tumulus 1, 43. γεώλοφος. In omnibus fere codd. scribitur h. l. *terrenus*
Testata virtus, omnibus conspicua 8, 42. *testata poena* 8, 44
Testudo, (quod omnino est conclaue cameratum, et genus tecti concaui conclauium,) fit in re militari, cum milites scuta capitibus imponunt, ne telis coniici possint 2, 6. 5, 9. Sed 5, 43. C. 2, 2. est machina oppugnandarum vrbium, constans trabibus parallelis, quibus tectum impositum est, quod milites subtus stantes defendit ab ictu telorum
Tolerare vitam, molestius viuere in inopia, modo vita conseruetur 7, 77. καρτερεῖν. *Tol. equos*, in magna penuria eos vtcumque sustentare C. 3, 49. 58. Af. 24. *tol. famem fructibus*, vtcumque minuere 1, 28
Tollere, *nauis sustulit* (excepit, continet, fert) *homines* 4, 28. C. 3, 28
Tormentum, machina, cuius ope tela, lapides praesertim, in hostes et muros mittuntur 2, 8. 4, 25. *t. adigere* C. 3, 51. 56. *t. mittere* C. 2, 9. extr. 3, 51: vbi *tormentum* aut est id, quod torquetur, ipsum telum; aut potius *tormenta mittere* dicitur per compendium, pro, ope tormenti telum mittere. v. Clark. et Oudendorp. ad posteriorem locum. Sic *telis tormentisque defendere* C. 2, 11. videtur esse, telis, e tormento missis: et C. 3, 51. *telum tormentumue mittere*, tormento telum mittere. Et sic H. 13. *balista mittitur*, telum ope balistae mittitur. C. 3, 56. per codd. incertum est, vtrum *telum tormento adigere*, an *telum tormentumue ad.* legendum sit. Sed 7, 22 et C. 3, 9. sunt funes contorti
Totae copiae C. 3, 42. Al. 76. *tota Gallia* 5, 55. *prouincia* 7, 1. *Italia* C. 3, 1. *auxilia Regis* C. 2, 26. *toto muro* 7, 24. *opere* 7, 72
Tragula, genus iaculi 1, 26. 5, 35. 48. C. 1, 57. Lipsii Poliorcet. 4, 4
Traiectus, locus, vnde traiicitur mare A. 56
Transcurrere de nauibus C. 1, 58
Transferre se ad alium vestitum, mutare vestes Af. 57
Transiicere milites flumen, transducere, iubere transire C. 1, 54. 55. 83
Transmissus, traiectus, subst. 5, 2. 13
Transportare exercitum Rhen. 4, 16
Transscendere vallem, multa cum molestia ire per vallem C. 1, 68
Transtra, trabes confixae, in quibus remiges sedent 3, 13
Transuersarium tignum, transuersum C. 2, 15
Tribunus cohortis C. 2, 20
Trichila C. 3, 96
Trieris nauis, τριήρης, triremis Af. 44
Trini, tres 1, 53
Triquetrus 5, 13
Tristimonia Af. 10
Tumultuari pass. 7, 61
Tumultuarii milites, raptim collecti A. 34

Turris villae Af. 40. *turres* in re militari, quas descripsit Vegetius 4, 7. constant trabibus; plura habent tabulata, vt quatuor 6, 29. in quibus oppugnantes sic diuisi stant, vt in summo sint, qui tela mittunt, in inferioribus, qui murum quatiunt, et ponte, qui est in turri, transeunt in muros; altissimae interdum sunt, vt muros superent; quadratae potius, quam rotundae; constituuntur in aggere, vt promoueri possint et altiores sint 2, 30. *turris ambulatoria*, quae rotis subiectis e loco in locum transfertur s. promouetur A. 2. Exiguas fuisse, quae 5, 40. commemorantur, e celeritate aedificandi adparet

Turritus elephantus Af. 30

Tutari inopiam, ab ea tutos praestare homines C. 1, 52. Sic *defendere tela*, *aestum* (ab aliquo)

V.

Vacare, *agri vacant* incolis et cultu 4, 3

Vacuus, nullo certo negotio occupatus A. 2

Vadimonium, *tenetur vadimonio*, qui, datis vadibus, in iudicio comparere obstrictus est A. 49

Vadum, locus fluuii, vbi transiri potest 1, 6. cf. c. 8. loca, non altis aquis offusa 3, 12. Vnde *vadosum mare*, non profundum C. 1, 25

Valles, *is* 7, 47. v. Oudend. ad h. l. de hac forma nominatiui

Vallus, palus 7, 73. cf. *scindere*. Sed C. 3, 63. et A. 2. *vallus* est pro neutro, *vallum*, positum

Vastare terram ciuibus, *pecore*, vacuefacere 8, 24. Virg. Aen. 8, 8. *vastant cultoribus agros*

Vectigalis, qui vectigal soluer tenetur 5, 8

Vectis, contus, ad leuanda et promouenda onera C. 2, 11. (*ein Hebebaum*, *un levier*)

Vectoria nauis, oneribus vehendis destinata 5, 8. cf. Suet. Iul. 63

Vecturae, *Fuhren* C. 3, 32. 42

Velle aliquem aliquid, ab eo postulare 1, 34

Venire in spem, concipere spem 3, 6. *venire in cruciatum* 1, 31

Vereri, *alicui*, sollicitum esse de aliquo, ne damnum capiat 5, 9

Vergobretus 1, 16

Vernacula legio, quae constat indigenis A. 53. 54. H. 20

Versare, *fortuna eos sic versauit in certamine*, effecit, vt modo hoc, modo illud iis accideret, vt per vices auxilio egerent, et auxilium ferrent 5, 44

Versus, oppidum versus petere Af. 7. *ad insulam versus* Af. 8. *ad Oceanum versus* 6, 32

Verum, aequum 4, 8

Verutum 5, 44. Est genus iaculi

Vestigium temporis, punctum temporis 7, 25. C. 2, 26. Cf. Cic. in Pis. c. 9. *e vestigio*, statim, vt *extemplo* 4, 5. C. 2, 12. *eodem vestigio* C. 2, 7

Vestire trabes aggere, obtegere, obruere terra 7, 23

Vexillum proponere ante proelium 2, 20. H. 27. et *vexillo signum dare* C. 3, 89. A. 45. Vexillum est velum minus, tela, linteum, e conto suspensum, idque rubrum, quod proponitur in tentorio summi ducis (Praetorio), vt vndique conspici possit. Sed et praefertur militibus, in expeditionem proficiscentibus: vnde *sub vexillo mitti* 6, 36

Viae castrorum, interualla inter ordines tentoriorum 5, 49
Viator, qui in itinere est 5, 5
Vicus vrbis, numerus certus aedificiorum vicinorum C. 1, 27
Vigiles castrorum, excubitores 8, 36
Vindicare (vindicta vti) *in aliquem* 3, 16. Veget. de r. m. 1, 1
Vinea constat lignis tenuioribus, imposito tecto iunctis, quod tectum tabulis, viminibus cratibusque contexitur, sub quo tuti stant, qui murum subruunt 2, 12. 30. 3, 21. 7, 27. *vne galerie.* Adparet ex his, quare contexta viminibus dicatur C. 2, 2. quod ad eius tectum referendum est, quamquam etiam latera viminibus obstructa sunt. Veget. de re mil. 4, 15. *vinea agitur*, cum in aggere promovetur
Vinum, eius effectus 2, 15. 4, 2
Virgiliae, sidus, alio nomine Pleiades Af. 47
Virilitas, erepta exsexto A. 70
Virtus, bellica fortitudo 1, 1. 2, 15. *virtus elephanti*, robur et dexteritas Af. 72
Vis (copia) *magna pulueris* C. 2, 26. similiter *vis magna aquae* A. 9. passiue C. 1, 110
Vitium sentinae, vitiosa exhalatio C. 3, 28. *turris fecit vitium* labefactata et concussa hiare coepit H. 19
Vitrum Britannorum 5, 14
Vltima natio, remotissima 3, 27
Vnus, *in vna* (sola) *virtute* 2, 33. 5, 13. *vnus*, quidam 2, 25. 6, 45. *vna* (aliqua) vallis C. 2, 27. In plurali, *vna castra* C. 1, 74
Vocabula armamentorum, nomina C. 1, 58
Voluntarii (socii) 5, 56
Voluntate alicuius aliquid facere 1, 7
Vox, de integra formula solemni C. 1, 6. *voces*, rumores 1, 39
Vrbana dignitas, quam quis habet in vrbe C. 3, 83. Oppon. militari. *Vrbanae literae*, Romae missae A. 65
Vrus, *der wilde Ochs*, *der Auerochs*, *le bufle* 6, 25
Vsus, (exercitatio) *in castris* 1. 39. *vsus est*, opus est 4, 2. 6. 15. *vsui est*, opus est 5, 1. *vsus venit*, incipit opus esse 7, 80. *vsus adest*, necessitas incidit C. 3, 84. *vsu venire*, euenire 7, 8. *vsum* (experientiam) *percepit*, adeptus est 6, 40. C. 3, 84
Vt, *vti*, frequenter omittitur 4, 16. 21. 5, 58. 7, 63. 8, 20. Af. 39
Vterque vtrique insidiatur A. 4. *Vterque* plur. numero de duabus mulieribus, *vtraeque mulieres*, i. e. ambae 1, 53
Vti pace, ea frui perpetua 1, 44. *vti suis legibus* de eo, cui victor nullas imponit leges, αὐτόνομον εἶναι 1, 45
Vulgo, ab omnibus et vbique 1, 39
Vulnus inferre 1, 50. vt Veget. de re mil 1, 16. vulnus importare alicui

---

INDEX

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM DE QVIBVS IN NOTIS ADMONITVM EST AD LOCA INDICATA.

A.

Aborigines, quinam sint 6, 18
Accidere, pro offerri, afficere 8, 8
Achilla vrbs Af. 33
Aestuarium 2, 28
Agere aggerem, rar. A. 73
Agere bellum, rar. 3, 28
Agmen quadratum 8, 8
Alces, animalia 6, 27
Alrunae Germ. 1, 50
Amantini C. 3, 34
Ambacti 6, 15. Scripsit de his van Citters in specimine iuris publici de toparchiis et ambactis, quod Traiecti 1774 prodiit
Ambiatini 4, 9
Amissa vita A. 70
Antemnae A. 45
Arduenna 6, 29
Armoricae ciuitates 5, 53
Asses soluuntur militibus stipendium H 22
Augere praesidia 8, 37
Auguria ex homine immolato capta 6, 16
Aurinia 1, 50

B.

Baleares 2, 7
Baro A. 53
Belenus 6, 17
Bosporus A. 78

C.

Calcata H. 16
Capitis deminutio 2, 32
Capreoli C. 2, 10
Caput fluminis pro ostio flum. 4, 10
Carabus C. 1, 54
Castra statiua C. 3, 37. Af. 25
Catascopus Af. 26
Caussa, pro re 6, 23
Celtae 1, 1
Celtica nomina 1, 16. 3, 17. 5, 3. 7, 76
Cerui, instrumentum bellicum 7, 72
Chara, radix C. 3, 48. Cf. Mantissam
Cilices C. 3, 19
Columnarium C. 3, 32
Comana Cappadociae A. 66
Comana, vrbs Ponti A. 34
Communicare cum aliquo C. 3, 18
Compendium C. 3, 32
Compluries C. 1, 79
Coniungere turres 8, 9
Coniurare, i. e. simul iurare 7, 1
Conspirari C. 3, 46
Contabulare murum turribus 7, 22
Copulae nauium 3, 13
Corbium vsus in ponte faciendo H. 5
Cornua pro poculis 6, 28
Coronae 8, 9
Cosa, Etrur. opp. C. 3, 22
Cothon Af. 62

D.

Defensores trabes 4, 17
Deligare vulnus Af. 21

Detergere remos transcurrendo C. 1, 58
Deuoti, f. Soldurii 3, 22
Dicrota A. 47
Disparare, feparare 7, 28
Disfenfus Caefaris et Tac. in defcript. Germ. 6, 21
Dolare 7, 73
Druidae Gallorum 6, 13. differunt a facerdotibus Germ. 6, 21

E.

Eleutheri Cadurci 7, 75
Emolimentum 1, 34
Eporedirix 7, 38. 67
Ericius C. 3, 67
Excipere vada 3, 13

F.

Falces murales 3, 14
Familia C. 1, 75
Fibulae 4, 17
Fiduciarium regnum A. 25
Fiftuca, machina 4, 17
Fufilis argilla 5, 43

G.

Gaefa, iaculorum genus 3, 4
Gallica numina graecis et lat. nominibus appellata 6, 17 fq.
Gallorum temporis definiendi ratio 6, 18
Genufus, flum. C. 3, 75
Germanorum fatidicae mulieres 1, 50. religio, Dii, facrificia 6, 21. phalanx 1, 24
Glandes ex argilla fufili feruentes 5, 43
Glandes e plumbo 5, 43
Graecarum literarum vfus apud Gall. 1, 29. 6, 13
Gratia, quomodo dicatur a bonis fcript. 6, 15

H.

Hefus 6, 17
Horarum apud veteres defcriptio 1, 26

I.

Immortalitas animorum iuxta Druidas 6, 14
Imperatoria appellatio C. 2, 26
Imperfecti temporis vfus poft praefens 1, 3
Impotens A. 33
Iniuria, paffiue C. 1, 110
Infcitia 3, 9. 19
Integer C. 2. 42
Inutilis, noxius Af. 54
Iufta facere 6, 19
Iuftum iter diei C. 3, 76

L.

Laetitio, pro laetitia 5, 52
Lapfana C. 3, 48
Lateritium opus C. 2, 9
Legatus pro Praetore 1, 21
Leunculus C. 2, 43
Leptis A. 57. Af. 7
Libera Macedoniae pars C. 3, 34
Libra, ad libram factum C. 3, 40
Librilia, inftrument. bell. 7, 81
Lingula, f. lingua 3, 12
Loricae ex cratibus 5, 40
Loricula 8, 9

M.

Magetobria 1, 31. Cf. Mantiffam
Malleoli igniti A. 14
Matara, teli gallici genus 1, 26. Cf. Mantiffam
Metellus Scipio C. 3, 31
Metempfychofis 6, 14
Moeris, lacus A. 27
Murus Caefaris 1, 8. Cf. et Mantiffam
Myoparo A. 46

N.

Nardum H. 33. in Mantiffa
Ne duplex pro *Vtrum* et *an* 7, 15
Noctes numerant Galli, non dies 6, 18
Non ftudere alicui rei 6, 22

O.

Orare (agere) cum aliquo C. 1, 22
Oreftae C. 3, 34
Oricia C. 3, 78
Oftiarium C. 3, 32

P.

Pagi et partes 6, 11
Pagus 1, 37
Palaephar$\mathfrak{f}$alus A. 48
Palangae C. 2, 10

Panicum C. 3, 47
Panyasus C. 3, 75
Pauimentum C. 3, 105. A. 1
Phalangae C. 2, 10
Pinnae 5, 40
Pons in Rheno 4, 17. 6, 9. 35. Cf. Munitiffam
Portenta C. 3, 105. Af. 47
Potentatus, rar. 1, 31
Praecipere C. 3, 15
Praedicare, narrare 1, 32
Praeiudicium quid sit C. 2, 32
Preces, pro Imprecatione 6, 31
Prehensio, machinae genus C. 2, 9
Primus pilus 2, 25. C. 3, 53
Princeps prior C. 3, 64
Proconsul, quisquis est imperio proconsulari, etsi non fuit consul Af. 80
Proelium impar A. 29
Pronunciare sententiam C. 1, 2
Propria victoria Af. 32
Pudentes, quinam sint C. 2, 31

R.

Regulae C. 2, 10
Religio Gall. 6, 17
Rescribere 1, 42
Resina et nardus H. 33
Rheno animal 6, 21. 26
Rudus A. 1

S.

Sacerdotium, Auguratus 8, 50
Sallyes C. 1, 35
Scopae Af. 47
Scorpio, machina bellica 7, 25. Af. 29. 56
Scuta capitibus imposita 1, 26. A. 20
Scutulae, machina bellica C. 3, 40
Secare bona 2, 33
Sectionem vendere 2, 33
Secturae 3, 21
Sedere in acie 8, 15
Serissime C. 3, 75
Soldurii 3, 22. Prodierunt Bremae 1775. Io. Petri Ancherfenii opuscula minora, vbi T. 2. et 3. de Soldurii prolixe disputatur
Sordida vestis A. 52
Sors C. 3, 32
Sortes 1, 47
Speciaria dona C. 3, 53
Specus, canales C. 3, 49. A. 5
Storia C. 2. 9
Supplicatio 2, 35
Supplicium C. 1, 81

T.

Tegimenta scutorum 2, 21
Testa feruens 5, 43
Theologia Gallorum 6, 16. Scripsit Moserus de veterum Gallorum et Germanorum theologia mystica et populari, qui libellus Osnabrugi 1749. 4. prodiit. In eo, vt vno vtar, existimat, Caesarem, de migratione animorum loquentem (B. G. 6, 14), de populari theologia loqui, Pomponium Melam (3, 2) in ea re sequi mysticam theologiam
Thericlea C. 3, 96
Togata Gallia, vnde nomen habeat 8, 24
Tormentum C. 3, 51. 56
Totum facere H. 28
Trichilae C. 3, 96
Turres ad libram factae C. 3, 40

V.

Velauniorum manus symbolica 7, 75
Veleda 1, 50
Venire in complexum alicuius, (proelio confligere) C. 3, 8
Verbigenus pagus 1, 27
Vexillum proelii signum 2, 20
Victimae humanae 6, 16
Vinum resinatum H. 33
Virgiliarum occasus, initium hiemis Af. 47
Vis, passiue C. 3, 110
Vitrum 5, 14
Vsu manuque C. 3, 86
Vtricularii C. 1, 48

Z.

Zela, oppid. Ponti A. 72
Zeta, oppid. Af. 68

GRAMMATICALIA.

Archaismi declinationum
alterae pro alterius 5, 27
acie, *planitie* pro aciei, planitiei 2, 23. Af. 51., H. 24. Cf. Berger de nat. pulcrit. orationis p. 414
magistratu pro magistratui 1, 16. *casu* pro casui 6, 42. sic et *consensu* 7, 29
equitatus in plurali C. 1, 61

In verbis
variatio modi frequens. 2, 10. 5, 1. 2. 11. 49. 6, 9. 7, 4. 12. 8, 2 etc.
variatio temporis. 1, 3. 5, 2. C. 1, 18. 41. 2, 26. Af. 76. 76. 88. 89 etc.
infinitiuus loco gerundii 7, 28. 71. Af. 78
infinitiuus admirantis, 2, 27. Af. 57

Antiptosis in pronomine Af. 41. 96
Ἀνακόλουθον Af. 19. sublatum C. 3, 19
Soloecismus. *in conspectu venire* 4, 12. C. 2, 27. 3, 109 etc. *ex fugitiuis consistebant* H. 7. *vt sileat verbum facere* H. 3. V. et notata ad H. 20. dein *intus* pro intro C. 3, 26. Cf. Quinct. 1, 5, 50
Synthesis in numero 6, 11. C. 1, 2. A. 30. Af. 6. in genere H. 37

Ellipsis τοῦ *caussa*. v. Ind. Latinitatis
Synonymia et exergasia et repetitio eiusdem vocis vel cognatae frequens, vt *inuentis — repererunt* 1, 53. *permissurum — permitteret* 5, 3. *confici — interfici* 6, 34. *adductus — deduxi* 7, 50. Cf. et 4, 16. 6, 13. 7, 55. 8, 12 15. A. 71
Hendiadys. *exempla cruciatusque* 1, 31

Libri sequentes impressi sunt Lipsiae sumtibus librariae Weidmanniae et venduntur ab illa pretiis adiectis:

Ammiani Marcellini quae supersunt. Cum notis integris Frid. Lindenbrogii, Henr. et Hadr. Valesiorum et Iac. Gronouii, quibus Thom. Reinesii quasdam et suas adiecit Io. Augustin. Wagner., Editionem absoluit Car. Gotl. Aug. Erfurdt. III Tomi. 8 maj. 1808. Charta impress. 5 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. 7 thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 12 thlr.
Ammiani Marcellini Opera. Ex recensione Valesio-Gronouiana per prosopographiam et Glossarium latinitatis ad studiosorum usus accomodata, curante Aug. Guil. Ernesti. 8 maj. 1772. Charta scriptoria 2 thlr. 12 gr.
Calpurnii, T., Siculi, Eclogae XI. Recognouit, adnotatione et Glossario instruxit Christ. Dan. Beckius. 8. 1802. 20 gr.
Ciceronis, M. Tullii, Epistolarum libri XVI, cum notis criticis Traug. Frid. Benedicti. II Tomi. 8. 1790. 2 thlr. 12 gr.
Ciceronis, M. T., de Legibus Libri III. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1809. Charta impress. 1 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta scriptor. gall. 1 thlr. 16 gr.
* — — Idem liber, charta membranacea. (velin) 2 thlr. 16 gr.
Ciceronis, M. T., Academica. Ex scriptis recens collatis etc. edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1810. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr.
* — — Idem liber, charta membranacea. (velin) 3 thlr.
Ciceronis, M. T., de Finibus bonorum et malorum libri V. Ex scriptis recens collatis etc. edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1814. Charta impress. 2 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 3 thlr. 8 gr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 5 thlr.

Etiam sub titulo:

Ciceronis, M. T., Philosophica omnia. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit I. A. Goerenz. Vol. I. II. et III. 8 maj. 1809—14.
Ciceronis, M. T., ad Quintum fratrem Dialogi III. de Oratore. Cum integris notis Zach. Pearce edidit et aliorum interpretum animaduersiones excerpsit suasque adiecit Gotl. Christoph. Harless. 8 maj. 1816. Charta impress. 2 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. 5 thlr.
* — — Idem liber, charta membranacea. (velin) 7 thlr. 8 gr.
Cornelii Nepotis vitae excellentium Imperatorum. Cum animaduersionibus I. A. Bosii, varias lectiones et praefat. addidit Io. Frid. Fischerus. Editio noua multo auct. et emend. 8 maj. 1806. Charta impr. 2 thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr 18 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 6 thlr.

Dionysii,

Dionysii, Halicarn., Archaeologiae romanae quae ritus romanos explicat synopsis. Adornauit, animaduersiones interpretum suasque et indicem in usum tironum locuplet. adiecit Dav. Christ. Grimm; accedunt auctaria quaedam. 8 maj. 1786. 1 thlr. 20 gr.
Ernesti, Io. Aug., Institutio interpretis Noui Testamenti. Editionem quintam suis obseruationibus auctam curauit Christoph. Frid. Ammon. 8. 1809. Charta impress. 1 thlr.
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 8 gr.
Ernesti, A. G., Opuscula oratorio-philologica. 8 maj. 1794. 16 gr.
Fabricii, I. Alb., Bibliotheca latina nunc melius delecta, rectius digesta et aucta, diligentia Io. Aug. Ernesti. III Tomi. 8 maj. 1773. 74. 3 thlr 16 gr.
— — Idem liber, charta scriptoria 4 thlr. 16 gr.
Flori, Lucii Annaei, Rerum Romanorum libri IV., quos editione hac nouissima ad opt. Codd. recensuit et notas ad instar Io. Minelli illustrauit M. Christ. Junckerus. 12. 1734. 6 gr.
Freytagii, Frid. Gotth., Adparatus literarius, ubi libri partim antiqui partim rari recensentur. III Tomi. 1752 — 55. 2 thlr. 16 gr.
Harlesii, Gottl. Christoph., breuior Notitia litteraturae Graecae, in primis scriptorum Graecorum, ordini temporis adcommodata, in usum studiosae iuuentutis. 8. 1812. Charta impr. 2 thlr.
— — Idem liber, charta scriptor. 2 thlr. 12 gr.
Harlesii, G. C., breuior Notitia litteraturae Romanae, inprimis scriptorum latinorum, cum Suppl. 1, 2 et 3. IV Tomi. 8. 1789 — 1817. 5 thlr. 8 gr.
— — breuior Notitia litterat. Romanae, inprimis scriptor. latin. in usum studiosae iuuentutis. 8. 1805. 1 thlr.
Hottingeri, Io. Iac., Opuscula philologica, critica atque hermeneutica. 8 maj. 1817. Charta impress. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr.
T. Liuii Patauini Historiarum libri, qui supersunt omnes, ex recensione Arn. Drakenborchii cum indice rerum locupletissimo. Accessit praeter varietatem lectionis Gronouianae et Creuerianae glossarium Liuianum, curante Aug. Guil. Ernesti. Editio noua emendatior. Tom. I — V. 8. 1801. 1804. 6 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta belgica 10 thlr. 20 gr.
*— — Idem liber, charta belg. opt. 12 thlr. 4 gr.
T. Liuii Patauini Historiarum libri, tomus Vtus seu Glossarium Liuianum, siue Index latinitatis exquisitioris. Ex schedis A. G. Ernesti emendauit plurimisque accessionibus locupletauit G. H. Schaefer. 8. 1804. 2 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta belgica 3 thlr. 8 gr.
*— — Idem liber, charta belg. opt. 3 thlr. 16 gr.
Manutii, Pauli, Commentarius in M. Tullii Ciceronis Orationes. Curauit C. G. Richterus. 8 maj. 1783. 3 thlr. 8 gr.
Melanchthonis, Phil., Grammatica latina cum ex aliis, tum ex Iul. Caes. Scaligero, Petro Ramo, Nicod. Frischlino, Ios. Scaligero, Io. Wanckelio et Io. Rhenio, recognita et locupletata. Edit. noua, c. M. E. Schmidt. 8. 1737. 12 gr.
Ouidii, P., Nasonis, Tristium libri V., cum notis nouis ac perpetuis ad modum Io. Minelli, ad opt. Codd. emendati et